R. 30747

A-23

Caja
A-23

Caja
A-23

MVSIS DICATVM

# P. VIRGILII MARONIS POETARVM PRINCIPIS OPERA ACCVRATISSIME CASTIGATA.

CVM. XI. ACERRIMI IVDICII VIRORVM COMMENTARIIS SERVIO PRESERTIM ATQVE DONATO NVNC PRIMVM AD SVAM INTEGRITATEM RESTITVTIS EXCVSA.

VENETIIS IN OFFICINA LVCÆANTONII IVNTÆ.

M. D. XXXVII.

L A L A

## INTERPRETES.

¶ Bucolica & Georgica interpretantur Seruius, Donatus, nunc ad ſuam integritatem reſtituti, Mancinellus, atque Probus cum adnotationibus Philippi Beroaldi.

¶ Æneida iidem, præter Mancinellum & Probum, & Auguſtinus Dathus,

¶ Opuſcula quædam Domitius Calderinus. Omnia autem familiariter tam opera ꝙ opuſcula, Iodocus Badius Aſcenſius.

## ELENCHVS OPVSCVLORVM.


¶ Culex. 1. in opuſculis.
Diræ in Battarum. 8.b
Æthna 11.b
Cyris ad Meſſalam. 20.a
Moretum. 27.a
Hortulus Elegia. 29.a
De obitu Mecœnatis. 29.a
Epigramma de viro bono. 31.a
De ludo contra auaritiam & iram. 34.b
De liuore, ſeu inuidia. 35.b
De venere & vino, cōtra auaritiā & ebrietatē. 36.a
De litera Pythagoræ. 37.a
Copa & Roſa. 38.39.b.a
Eſt & non 39.b
De ætatibus animalium. 39.b
Ærumnæ & labores Herculis. 39.b
De muſarum inuentis, 40.a
De cantu Syrenarum, & de die feſto. 40.b
De fortuna, 40.b
De Orpheo. 41.a
De ſeipſo, & de Speculo, & Fonte, & expiētia 41.a
De glacie & plauſtro, & arcu cœleſti quem Irim vocant. 41.b
De quatuor temporibus anni. 42.a
De Ortu ſolis. 42.b
De ſignis celeſtibus. 43.a
In Priapum luſus. 44.a

# VITA MORES ET OPERA MARONIS.

## P. VIRGILII MARONIS VITA QVÆ A DONATO DICITVR EDITA CVM TAMEN VT VALLA NOTAVIT, IN RECIPROCATIONEM QVAM SEPISSIME PECCET. NEC PHRASIM EIVS REDOLEAT.

VIRGILIVS Maro parentibus modicis fuit, & præcipue patre Marone: quem quidam opificem figulum: plures Magi cuiuſdam viatoris initio mercenarium: mox ob induſtriam generum tradiderunt: quem cum agricolationi reiq; ruſticæ, & gregibus præfeciſſet ſocer, ſyluis coemundis, & apibus curandis reculam auxit. ¶ Natus eſt Cn. Pōpeio magno, & M. Licinio Craſſo primum conſſ. Iduum Octobrium die in pago qui Andes dicitur, qui eſt Mantua non procul. Prægnans eo mater Maia ſomniauit enixam ſe laureum ramum, quem cōtacta terra confeſtim cerneret coaluiſſe, & excreuiſſe ilico in ſpeciem maturæ arboris, refertæ varijs pomis & floribus, ac ſequēti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit. atque in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. ¶ Ferunt infantem vt fuit editus: nec euagiſſe, & adeo miti vultu fuiſſe: vt haud dubium ſpem proſperioris genituræ iam tum indicaret. Et acceſſit aliud præſagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem ſtatim loco depacta, ita breui coaluit: vt multo ante ſatas populos adæquaſſet. Quæ arbor Virgilij ex eo dicta atque conſecrata eſt ſumma grauidarum & fœtarum religione ſuſcipientium, ibi ſoluentium vota. Initia ætatis, ideſt vſque ad ſeptimum annum Cremonæ egit, & XVII. anno virilem togam cæpit illis conſulibus iterum quibus natus erat. Euenitq; vt eo ipſo die Lucretius poeta decederet: ſed Virgilius à Cremona Mediolanum, & inde paulopoſt Neapolim tranſijt, vbi cum literis & græcis & latinis vehementiſſimam operam dediſſet: tandem omni cura, omniq; ſtudio indulſit medicinæ, & mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorq; eſſet, ſe in vrbem contulit. Statimq; magiſtri ſtabuli equorum Augusti amicitiam nactus: multos variosq; morbos incidentes equis curauit. At Auguſtus ipſe in mercedem ſingulis diebus panes Virgilio, vt vni ex ſtabularijs dari iuſſit, Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæſari dono fuit miſſus, qui omnium iudicio ſpem portendebat virtutis & celeritatis immenſæ. Hunc cum aſpexiſſet Maro, magiſtro ſtabuli dixit, natum eſſe ex morboſa equa, & nec viribus valiturum, nec celeritate. Idq; verum fuiſſe inuentum eſt: quod cum magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet, duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. ¶ Cum item ex Hiſpania Auguſto canes duo mitterentur, & parentes eorum dixit Virgilius & animum celeritatemq; futuram. Quo cognito mandat iterum augmentari Virgilio panes. Dubitauit Auguſtus Octauij ne filius eſſet an alterius, Idq; Maronem aparire poſſe arbitratus eſt: quia canum & equi naturam, parentesq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat & ſolum rogat, an ſciat quiſnam eſſet, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet, Noui inquit, Maro te Cæſarem Auguſtum, & ferme ęquam cum dijs immortalibus poteſtatem habere, vt quem vis felicem facias. Eo animo ſum reſpondit Cæſar, vt ſi verum pro rogatu dixeris, beatum felicemq; te reddam. Vtinam (ait Maro) interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Auguſtus. Putant alij me natum Octauio, quidam ſuſpicantur alio me genitum viro. Maro ſubridens, facile (inquit) ſi impune licenterq; quæ ſentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Cæſar iureiurando, nullum eius dictum ægre laturum, immo non niſi donatum ab eo diſceſſurū. Ad hæc oculos oculis Auguſti infigens Maro, facilius ait, in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philoſophia cognoſci poſſunt, in homine nequaquam poſſibile eſt, ſed de te coniecturam habeo ſimilem veri, vt quid exercueris pater tuus ſcire poſſim. Attente expectabat Auguſtus quidnam diceret. At ille, quantum ego rem intelligere poſſum, piſtoris filius es inquit. Obſtupuerat Cæſar & ſtatim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius, audi inquit, quo pacto id coniicio. Cum quædam enunciauerim prædixerimq; quæ intelligi ſcíriq; non niſi ab eruditiſſimis ſummisq; viris potuiſſent, Tu princeps orbis, iterum & iterum panes in mercedem dari iuſſiſti, quod quidem, aut piſtoris, aut nati piſtore officium erat. At deinceps inquit Cæſar, non à piſtore, ſed à rege magnanimo dona feres. Placuit Cæſari facetia, illumq; plurimi fecit, & Pollioni commendauit.

*Faceta riſio.*

¶ Corpore & ſtatura fuit grandi, aquilino colore, facie ruſticana, valitudine varia. Nam plerunque ab ſtomaco & faucibus, ac dolore capitis laborabat, ſanguinem etiam ſæpius eiecit, cibi viníque minimi. Fama eſt eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe, ſed boni ita eum pueros amaſſe putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato ſuos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem, & Alexandrum, quem ſecunda Bucolicorum Ecloga Alexim appellat donatum ſibi ab Aſinio Pollione vtrunque non ineruditum dimiſit. Nam Alexādrum grammaticum, Cebetem vero & poetam. Vulgatum eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria, ſed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus, natu narrare ſolitum, inuitatum quidem ſe à Varo ad communionem mulieris, verum pertinaciſſime recuſaſſe, cætera ſane vita & ore, & animo tam Probum fuiſſe conſtat, vt Neapoli Parthenias appellaretur vulgo. Ac ſi quando Romæ quo rariſſime commeabat viſeretur, in publico ſectantes demonſtranteſque ſubterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiuſdam exulantis offerente Auguſto non ſuſtinuit accipere. Poſſedit prope centies ſeſtertium ex liberalitatibus amicorum, habuitq; domum Romæ in exquilijs iuxta hortos Mecœnatis, quāquam ſeceſſu Campaniæ Siciliæq; plurimum vteretur. Quæcunque ab Auguſto peteret, repulſam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amiſit, ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum ſub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera ſtudia, vt ſupra diximus, medicinæ quoque, ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit & cauſam vnam omnino, nec amplius quàm ſemel. Sermone tardiſſimum, ac pene indocto ſimilem fuiſſe. Meliſius tradidit.

*Figura, & valitudo eius.*

*Nota virgilij.*

*Parthenias eſt appellatus.*

¶ Poeticam puer adhuc auſpicatus in Baliſtam ludi magiſtrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus diſtichon fecit.

*Diſtichō i Baliſtā*

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.
Nocte die tutum carpe viator iter.
Alij: Nocte dieq; tuum &c.

*Opa Virgilij.*

¶ Deinde Catalecton & Moretum, & Priapeiam, & Epigrammata, & Diras. & Culicem cum eſſet annorum. xxv. cuius materia talis eſt. Paſtor fatigatus æſtu, cum ſub arbore obdormiſſet, & ſerpens ad illum proreperet, è palude culex prouolauit atque inter duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuo culicem contriuit & viſam ſerpentem interemit, ac ſepulchrum culici ſtatuit, & diſtichon fecit. Parue culex pecudum cuſtos tibi tale merenti Funeris officium vitæ pro munere reddit. Scripſit ēt, de qua ambigitur, ætnam, & mox quum res Romanas inchoaſſet, offenſus materia, & nominum aſperitate, ad Bucolica trāſijt, maxime vt Aſinium Pollionem Alphenum, Varum, & Cornelium Gallum celebraret: quia in diſtributione agrorum qui poſt Philippēſem victoriam veteranis, triumuirorum iuſſu trans Padum diuidebantur ſe indennem præſtitiſſent. Deinde Georgica in honorem Mecœnatis edidit, cum ſibi, vix dum noto opem tuliſſet aduerſus Claudij veterani militis, vel vt alij putant, Arrij centurionis violentiam, a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouiſſime autem Æneidē aggreſſus eſt, argumētum varium & multiplex, & quaſi amborum carminum Homeri inſtar. Præterea nominibus ac rebus græcis latinisq; commune, & in quo quod maxime ſtudebat, Romanæ ſimul vrbis & Auguſti origo contineretur, Cum Georgica ſcriberet, traditur quotidie meditatos mane plurimos verſus dictare ſolitum, ac per totum diem retractando ad pauciſſimos redigere non abſurde carmen ſe vrſæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. Æneida proſaica prius oratione formatam, digeſtamq; in duodecim libros particulatim componere inſtituit, vt quidam tradunt. Alij eius ſententiæ ſunt, vt exiſtiment eum ſi diutius vixiſſet, quatuor & viginti libros vſque ad Auguſti tem-

*Argumētum culicis.*

*Bucolici argm̄.*

*Æneis ſcribēdi conſuetudo.*

*Vrſæ natura.*

✠ ij pora

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

pora ſcripturum, atque alia quidem percurſurum, Auguſti vero geſta diligentiſſime executurum, quippe qui dum ſcriberet, ne quid ineptum moraretur, quædam imperfecta reliquit. Alia leuiſſimis verſibus, ſcripſit, quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi à ſe dicebat ad ſuſtinendum opus, donec ſolidæ columnæ aduenirent, Bucolica triennio Aſinij Pollionis ſuaſu perfecit. Hic tranſpadanam prouinciam regebat, cuius fauore cũ veteranis Auguſti militibus Cremonenſium, & Mantuanorum agri diſtribuerentur, ſuos Virgilius non amiſit. Facta enim diſtributione ſuos Claudio ſeu Arrio datos recuperauit. Hunc Pollionem maxime amauit Maro, & ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligẽtia Alexandri Pollionis pueri eum dono accæpit.

Alexis Virgiliana.

Huius Pollionis filium. C. Aſinium Cornelium Gallum oratorem clarum, & poetam non mediocrem miro amore dilexit Virgilius. Is tranſtulit Euphorionem in latinum & libris quatuor amores ſuos, de Cytheride ſcripſi: Hic primo in amicitia Cęſaris Auguſti fuit, poſtea in ſuſpicionem coniurationis, cõtra illum ductus occiſus eſt. Verum vſq; adeo hunc Gallum Virgilius amarat, vt quartus Georgicorum à medio, vſque ad finem eius laudem contineret, quem poſtea iubente Auguſto in Ariſtæi fabulam commutauit. Georgica ſeptennio Neapoli, Æneida partim in Sicilia, partim in Campania. xj. annis confecit.

Iudiciũ Ciceronis de Marõe.

Bucolica eo ſucceſſu edidit, vt in ſcena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At cum Cicero quoſdam verſus audiſſet, & ſtatim acri iudicio intellexiſſet non communi vena editos, iuſſit ab initio totam Eclogam recitari, quam cum accurate pernotaſſet in fine ait. Magnæ ſpes altera Romæ, quaſi ipſe linguæ latinæ ſpes prima fuiſſet, & Maro futurus eſſet ſecunda, quæ verba poſtea Æneidi ipſe inſeruit. Georgi. reuerſo ab Actiaca victoria Auguſto atq; reficiendarum virium cauſa Atellæ commoranti per continuum quatriduum legit ſuſcipiente Mecœnate legendi vicem, quoties interpellaretur ipſe vocis offenſione. Pronunciauit autem maxima cum ſuauitate & lenocinijs miris, Seneca tradidit, Iulium Montanum ſolitum dicere vi ablaturum ſe quædam Virgilio, ſi & vocem poſſet, & os, & hypocriſim. Eoſdem enim verſus eo pronunciãte bene ſonare. Sine illo inaneſcere quaſi mutos. Æneidos vix dum cœptę tanta extitit fama, vt Sextus Propertius non dubitarit ſic prædicare.

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij.
  Neſcio quid maius naſcitur Iliade.

¶ Auguſtus vero quum iam forte expeditione Cantabrica abeſſet, & ſupplicibus atque minacibus per iocum litteris efflagitaret: vt ſibi de Æneide, vt ipſius verba ſunt, vel prima carminis hypographa: vel quodlibet colon mitteret, negauit ſe facturum Virgilius. Cui tamen multo poſt perfecta demum materia: tris tantummodo libros recitauit, ſecundum videlicet, quartum, & ſextum. Sed hunc præcipue ob Octauiam: quæ cum recitationi intereſſet: ad illos de filio ſuo verſus. Tu Marcellus eris: defeciſſe fertur: atque ægre reſocillata dena ſeſtertia pro ſingulo verſu Virgilio dari iuſſit. Recitauit & pluribus ſed neque frequenter, & ferme illa de quibus ambigebat: quo magis iudicium hominum experiretur.

Fœcũditas ingenij virgilij.

Erotem librarium & libertum eius exactæ iam ſenectutis tradunt referre ſolitum quondam in recitando eum duos dimidiatos verſus compleſſe ex tempore Miſenum Aeolidẽ adieciſſe: quo non præſtantior alter. Item huic, Aere ciere viros, ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe, martemq; accendere cantu, Statimq; ſibi imperaſſe. vt vtrunque volumini aſcriberet.

Buco. & Georgica emendata.

¶ Bucolica Georgicaq; emendauit. Anno vero. L I I. vt vltimam manum Æneidi imponeret: ſtatuit in Græciam & Aſiam ſecedere: triennioq; continuo omnem operam limitationi dare, vt in reliqua vita tantum philoſophiæ vacaret.

Obitus Marõis

Reciprocatio mala.

Sed cum aggreſſus iter Athenis occurriſſet Auguſto ab oriente Romam Reuertenti: vna cum Cæſare redire deſtinauit, At cum Megara vicinum Athenis oppidum viſendi gratia peteret: languorem nactus eſt: quem non intermiſſa nauigatio auxit. Ita vt grauior in dies, tandem Brunduſium aduentarit: vbi diebus paucis obijt. X. Calen. Octo. Cn. Plancio. Q. Lucretio conſulibus: qui cum grauari morbo ſeſe ſentiret ſcrinia ſæpe, & magna inſtantia petiuit crematurus Æneida. quibus negatis, teſtamento comburi iuſſit: vt rem inemendatam imperfectamq;: Verum Tucca & Varus monuerunt id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem Varro, ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legauit, ne quid ederent quod à ſe editum non eſſet, & verſus etiam imperfectos, ſi qui erant relinquerent. Voluit etiam eius oſſa Neapolim transferri: vbi diu & ſuauiſſime vixerat, ac extrema valitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon. Tranſlata igitur iuſſu Auguſti eius oſſa prout ſtatuerat Neapolim fuere, ſepultaq; via Puteolana intra lapidem ſecundum, ſuoq; ſepulchro id diſtichon quod fecerat inſcriptum eſt. Mantua me genuit Calabri rapuere tenet nunc Parthenope, cecini paſcua, rura, duces. ¶ Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrẽ ex alio patre, ex quarta Auguſtum &. xij. Mecœnatem, ex reliqua. L. Varum, & Plotium Tuccam, qui eius Æneida poſt obitum, prout petiuerat iuſſu Cæſaris emendarunt. Nam nullius omnino ſententia crematu Æneis digna viſa fuit, de qua re Sulpitij Carthaginenſis extãt huiuſcemodi verſus

¶ Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
  Virgilius: phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varusq; ſimul: tu maxime Cæſar
  Non ſinis, & Latiæ conſulis hiſtoriæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos Igni:
  Et pene eſt alio Troia cremata rogo.

Extã & Auguſti de ipſa eadẽ re verſus plures & clariſſimi, quorum initium ita eſt.

¶ Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis,
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignis?
Magnaq; doctiloqui morietur muſa Maronis?

Et paulo poſt.

¶ Sed legum ſeruanda fides, ſuprema voluntas
Quod mandat fieriq; iubet parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum veneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos noctesq; diesq; labores
Hauſerit vna dies. Et quæ ſequuntur.

Nihil igitur authore Auguſto Varus edidit. Quod & Maro præcæperat, ſed ſummatim emendauit vt qui verſus etiam imperfectos ſi qui erant reliquit. Hos multi mox ſupplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem, quod omnia fere apud eum emiſtichia præter illud, quem tibi iam Troia peperit, ſenſum videtur habere perfectum Niſus grammaticus audiſſe ſe à ſenioribus dicebat Varum duorum librorum ordinem commutaſſe, & qui tum ſecundus erat, in tertium locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſſe principium his demptis verſibus.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
  Carmen, & egreſſus ſyluis vicina coegi.
Vt quamuis auido parerent arua colono
  Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.

¶ Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit, caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas Eclogas, ſed inſulſiſſime Paro quidam deridet, & ſic deridendo incipit. ¶ Tityre ſi toga calda tibi eſt, quo tegmine fagi? Sequentis. Dic mihi Damœta cuium pecus, an ne latinum? Non verum Ægonis, noſtri ſic rure loquuntur. Alius recitante eo ex Georgicis. Nudus ara, ſere nudus, ſubiecit, habebis frigore febrem. Eſt & aduerſus Æneida liber Carbilij pictoris titulo Æneido maſtyx. M. Vipranius eum à Mecœnate ſuppoſitum appellabat nouæ Cacozeliæ repertorem neque timidum neque exilem, ſed communibus verbis opus illud confeciſſe. Herennius vitia eius tantum contraxit Perilius Fauſtinus furta. Sunt & Quinti Octauij Auiti volumina, quibus annotantur quos & vnde verſus trãſtulerit Aſconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilij ſcripſit pauca admodum ei obiecta proponit, & potiſſimum quod non recte, hiſtoriam cõtexuit, & quod pleraq; ab Homero ſumpſit: ſed hoc crimẽ ſic defendere aſſuetum ait, Cur non illi quoq; eadem furta tentarẽt. Verum intellecturos facilius, eſſe Herculi clauam quam Homero verſum ſurripere, & tamen deſtinaſſe ſuccedere, vt omnia ad ſatietatem maliuolorum decideret.) Refert etiam Pedianus benignum cultoremq; omnium bonorum atq; eruditiorum fuiſſe, & vſq; adeo inuidia expertem fuiſſe, vt ſiquid erudite dictum inſpiceret alterius non minus gauderet, ac ſi ſuum fuiſſet, neminem vituperare, laudare bonos, ea humanitate eſſe, vt niſi peruerſus maxime quiſque illum non diligeret modo, ſed etiam amaret, Nil proprij habere videbatur Eius bibliotheca nõ minus alijs doctis patebat ac ipſi. Illudq; Euripis antiquum ſæpe vſurpabat. τὰ τῶν φίλων κοινὰ. Communia amicorum eſſe omnia. Quare coæuos oẽs poetas ita adiunctos, habuit, vt cum inter ſe plurimum inuidia arderent, illum vna omnes colerent. Varus Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anſer vero quoniã Antonij partes ſecutus eſt illum non obſeruaſſe dicitur. Cornificius

eius ob peruerſam naturam illum non tulit. Glorię vero cōtemptor fuit, vt cum quidam verſus quoſdam ſibi aſcriberent, eáque re docti haberentur, non modo ęgre non ferebat, ímo voluptuoſum id erat. Cum enim diſtichon quod laudem felicitatem'qꝫ Auguſti continebat feciſſet, valuis'qꝫ non nominato authore infixiſſet, id erat huiuſmodi.

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane.
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

❡ Diu quæritans Auguſtus cuiuſnam hi verſus eſſent, eorum authorem non inueniebat, Batillus vero Poeta quidam mediocris tacentibus alijs ſibi adſcripſit, Quamobrem Donatus honoratus'qꝫ à Cęſare fuit, quod ęquo animo non ferens Virgilius ijſdem valuis affixit quater hoc principium, Sic vos non vobis, poſtulabat Auguſtus vt hi verſus complerentur, quod cum fruſtra alij conati eſſent.

Virgilius prępoſito diſticho ſic ſubiunxit.
Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores
❡ Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
❡ Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis: fertis aratra boues.

❡ Quo cognito aliquandiu Batillus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogaretur'qꝫ quidnam faceret. Reſpondit ſe aurum colligere de ſtercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias ſententias ſub verbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint, & boni malis præponantur. Itaqꝫ optimi ſuos habeant honores. nulli tamen aliorum iniuſti quicquam fiat. At Mecœnas, quid inquit, Virgilij ſacietatem homini non affert? Omnium rerum reſpondit, aut ſimilitudo, aut multitudo ſtomachum facit, præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam felicem'qꝫ fortunam ſuam ſeruare poſſet. Cui Maro Si quantum, honore ac diuitijs alijs præſtantior ſit tanto liberalitate & iuſtitia alios ſuperare nitatur. Solitus erat dicere nullam virtutem commodiorem homini eſſe patientia, ac nullam aſperam adeo eſſe fortunam quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quam ſententiam in. 5. Æneidos inſeruit. Nate dea quo fata trahant retrahant'qꝫ ſequamur. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. ❡ Cum quidam eius amicus, Cornificij in eum male dicta, & inimicitias ipſi narraret, Quam putas, inquit, eſſe huiuſce rei maleuolentiæ cauſam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eum amo. an inquit Heſiodi ſententiæ nō meminiſti? vbi ait. Architectum architecto inuidere, Poetam poetę. De malis inquit græcus ille intellexit. Nam boni eruditiores, amant. Sed magna cum mea laude, & gloria vindictam in manu habeo, maiore enim cura virtuti intendam atqꝫ quo elegantior ego fiam, eo magis inuidia rumpetur. ❡ Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidam orator, & poeſim mediocriter doctus, cui multiplex varium'qꝫ ingenium erat, qui omnium omnia dicta deprehendere conabatur, non vt verum dignoſceret: quod Socrates facere conſueuit, ſed vt eruditior videretur. Hic Virgilium vbicunque conuenire dabatur maledictis ſalibus'qꝫ vexabat. Quare ille ſæpe tacibundus diſcedebat, & ſuffuſus pudore tacebat. Verum cum Auguſto audiente elinguem illum diceret, & cauſam etiam ſuam ſi linguā haberet defendere nequiret. Tace inquit rabula. nam hæc mea taciturnitas defenſorem cauſarum mearum Auguſtum fecit, & Mecœnatē, & ea tuba cum volo loquor: quæ vbiqꝫ diutiſſime audietur. Tu loquacitate, non modo aures hominum, ſed muros rumpis. Auguſtus vero Filiſtum graui vultu increpauit. Tunc Maro ſi tempus Cæſar inquit tacendi hic ſciret, raro loqueretur. Tacendum enim ſemper eſt niſi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs proſit. Nam qui contendit, & an contentionis finis vtilis ſit non nouit: ſtultis illum annumerandum ſapientes putant. ❡ Poſteaquam Augu. ſumma rerum omnium potitus eſt, venit in mentem an conduceret tyrannidem dimittere, & omnem poteſtatem annuis conſulibus & ſenatui rempubli. reddere. in qua re diuerſæ ſententiæ conſultos habuit Mecœnatē, & Agrippam: Agrippa enim vtile ipſi fore etiā ſi honeſtum non eſſet relinquere tyrannidem longa oratiōe contendit, quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur, quare Augu. animus & hinc ferebatur, & illinc. Erant enim diuerſæ ſententiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini ſe in ſua republi. tyrannum facere. Tum ille, omnibus ferme inquit rempubli. occupantibus moleſta ipſa tyrannis fuit & ciuibus, quia neceſſe erat propter odia ſubditorum, aut eorum iniuſtitiam magna ſuſpicione magno'qꝫ timore viuere, ſed ſi ciues iuſtum aliquem ſcirent, quem amarent plurimū ciuitati id vtile foret: ſi in eo vno omnis poteſtas eſſet. Quare ſi iuſtitiam, quod modo facis omnibus, in futurum nullo hominum facta compoſitione diſtribues dominari te, & tibi conducet, & orbi. Beniuolentiam enim habes. vt deum te & adorent & credant. Eius ſententiam ſequutus Cæſar principatum tenuit. ❡ Audiuit à Silone præcępta Epicuri cuius doctrinæ ſocium habuit Varum. quamuis diuerſorum philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe de animo maxime videatur, ipſe tamen fuit academicus. Nam Platonis ſententias omnibus alijs prætulit. Platonicū fuiſſe

❡ Nūc quoniam de authore ſummatim diximus de ipſo iam carmine dicendum videtur, quod bifariam tractari ſolet, hoc eſt, & ante opus, & in ipſo opere. Ante opus titulus, cauſa, intentio. Titulus in quo quæritur cuius ſit, & quare hoc potiſſimū ſibi adſcribendum poeta præſumpſerit. Intentio in qua cognoſcitur qđ efficere conetur poeta, In ipſo opere ſane tria ſpectantur, numerus, ordo. explanatio. ❡ Quamuis igitur multa, ψευδογραφῆ, id eſt falſa inſcriptione ſub alieno nomine ſunt prolata, vt Thyeſtis tragœdia huius poetæ quam Varus edidit pro ſua, & alia huiuſmodi, tamen Bucolica liquido Virgi. eſſe minime dubitandum eſt, preſertim: cum ipſe poeta tanquam hoc metuens principium huius operis & in principio Ænei. & in alio carmine ſuum eſſe teſtatus, ſit, ſic dicens, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, & reliqua. Et carmina qui luſi paſtorum audax'qꝫ iuuenta. Tityre te patule cecini ſubtegmine fagi. Bucolica autem & dici & appellari, vel hoc ſolum iudicium ſuffecerat, quod hoc eodem nomine apud Theocritum cenſeatur. Verum ratio quoque demonſtranda eſt. Tria ſunt paſtorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent, quorum qui minimi ſunt, αἰπόλοι dicuntur à græcis, ijdem à nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμενῆς, ideſt opiliones dicuntur honeſtiſſimi, & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomen imponi, quàm ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſſimus inuenitur? Cauſa dupliciter inſpici ſolet de origine carminis, & à voluntate ſcribentis. Originem autem Bucolici carminis, alij ob aliam cauſam ferunt. Sunt enim qui à lacedęmonijs paſtoribus Dianę primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deæ propter bellum quod toti græciæ illo tempore Perſæ inferebant exhiberi per virgines de more ſacra non poſſent. Alij ab Oreſte circa Siciliam, vago id genus carminis, Dianæ redditum loquuntur per ipſum atque paſtores, quo tempore de ſcythia cum pylade fugerat ſurrepto numinis ſimulachro & lato in faſce lignorum vnde faſcelidem Dianam perhibent nuncupatam apud cuius aras Oreſtes per ſacerdotem eiuſdem numinis Iphigeniam ſororem ſuam à paricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio paſtorali, ſcilicet deo qua tempeſtate Admeti boues pauerat. Alij Libero nympharum, ſcilicet & ſatyrorum, & id genus numinum ꝑncipi, quibus placet ruſticum carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri, paſtorum omnium principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipſum poetam, Alij in honorem Panos ſcribi putant peculiariter paſtoralis dei. Item Sileni Syluani, atque Faunorum. Quæ cum omnia dicantur, illud erit probatiſſimum Bucolicum carmen originem ducere à priſcis temporibus, quibus vita paſtoralis exercita eſt. Et ideo veluti aurei ſæculi ſpeciem in huiuſmodi perſonarum ſimplicitate cognoſci & merito Virgilium proceſſurum ad alia carmina non aliunde cœpiſſe, niſi ab ea vita, quæ prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta, & ad poſtremum pro cultis & feracibus terris bella ſuſcæpta, quod videtur Virgilius in ipſo ordine operum ſuorum voluiſſe monſtrare cum paſtores primo, deinde agricolas, & ad vltimum bellatores ſcribat. Reſtat vt quæ cauſa voluntatem attulerit poetæ Bucolica potiſſimum ſcribendi conſideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratiōe eius illectus eſt, aut ordinem temporum eſt ſecutus erga vitam humanam: vt ſupra diximus. Aut tris modos elocutionum, quos χαρακτῆρας græci vocant λεῖον, qui tenuis ἁδρὸν qui validus μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium qui in omni genere præualuerit: Bucolica primum, Georgica ſecundum Æneida tertium voluiſſe conſcribere, aut ideo potius primo Bucolica ſcripſit, vt in eiuſmodi carmine quod & paulo liberius & magis validum quàm cætera eſt, facultatem haberet captandæ Cæſaris indulgentiæ, reparandi'qꝫ agri quem amiſerat. Ob hanc cauſam die tertio iduum Martiarum. C. Cæſare interfe- Bucolica.

ctocum Auguſtum Cæſarem pene puerum Veterani milites nō abnuente ſenatu ſibi ducem conſtituiſſent, Exorto ciuili bello Cremonenſes cum cæteris eiuſdem ſtudij aduerſarios Augu. Cæſaris adiuuerūt, Vnde factum eſt, vt cum victor Auguſtus in eorum agros veteranos deduci iuſſiſſet non ſufficiente agro Cremonenſium, Mantuani quoque in quibus erat Virgilianus maximam partem ſuorum finium perdiderunt, eo quod vicini Cremonenſibus fuerant, Sed Virgilius Auguſti familiaritate, ſuoq; carmine fretus centurioni Arrio obſiſtere auſus eſt. Ille ſtatim vt miles ad gladium manum admouit. Cumq; ſe in fugam proripuiſſet poeta. Non prius perſequendi finis fuit, quam ſe in fluuium Virgilius conieciſſet, ſed poſtea à Mecœnate & Pollione ipſo Auguſto fauentibus agros ſuos recæpit. Intentio libri, quá σκόπον græci vocant imitatione Theocriti poetæ conſtituitur, qui ſyculus & ſyracuſanus fuit. Eſt intentio etiam in laudem Cæſaris, & principum cæterorum, per quos in ſedes ſuas redīt. Vnde vt & delectationem & vtilitatem finis contineret ſecundum præcæpta cuncta confecit. Quęri ſolet cur non plures quàm de-

Eclogarum nūerus.

cem Eclogas conſcripſerit, quod nequaquam mirandum videbitur ei qui conſyderauerit ætatem ſcenarum paſtoralium, quæ vltra hunc numerum n on poteſt proferri, preſertim cum ipſe poeta circunſpectior Theocrito vt ipſa res indicat, videatur metuere, ne illa Ecloga, quæ pollioni inſcribitur minus ruſtica videatur, cum ipſam præſtruat ipſe dicens. Sicelides muſæ paulo maiora canamus, & item ſimiliter in alijs duabus facit. Illud tenendum eſſe prædicimus in Bucolicſs Virgilij, neque nuſquam neq; vbiq; aliquid figurate dici hoc eſt per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæſaris & amiſſos agros hæc Virgilio concedentur, cum Theocritus, quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur, ſimpliciter omnino conſcripſerit. Quod autem in ipſo car-

Eclogarum noía.

mine tractari ſolet, eſt numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarum manifeſtus eſt, Nam decem ſunt ex quibus proprie Bucolicæ ſeptem eſſe creduntur. Nam tres vltimæ proprie Bucolicæ dici non debent. Pollio, ſcilicet Silenus, & Gallus. Prima igitur continet quæſtionem publicam, & priuatam gratulationem de agro & dicitur Tityrus, ſecunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen paſtorum, & dicitur Palemon. Quarta genethliacum, & dicitur Pollio. Quinta epithaphion. & dicitur Daphnis, Sexta metamorphoſim, & dicitur Varus, & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuerſorum ſexuum, & dicitur Damon. Nona continet conqueſtionem de amiſſo agro, & dicitur Mœris. Decima deſiderium Galli. & dicitur Gallus. Quod ad originem ſpectat iſtud ſcire debemus, in prima tantum & in vltima Ecloga poetam voluiſſe ordinem ſeruare, quoniam altera principium conſtituit, vt in Georgicis ait, Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi. In altera oſtendit finem quippe qui dicat Extremum hunc arethuſa mihi concede laborem. Verum inter ipſas Eclogas paſtoralem conſcriptumq; ordinem nullum eſſe certiſſimum eſt. Sed ſunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre, ſed prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu. Supereſt explanatio ad quam antequam veniamus, illud dixerim tenue eſſe Bucolicum carmen, & vſq; adeo ab heroico charactere diſtare, vt verſus quoque huius carminis ſuas quaſdam cæſuras habeant, & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cū tribus probetur metrum cęſura, ſcanſione, moderatione, nō erit Bucolicus verſus, niſi in quo & pes primus partem oratiōis abſoluerit, & tertius trocheus fuerit, etiam cæſura & quartus pes dactilus magis q̄; ſpondeus partem oratiōis terminauerit. Quintus & Sextus pes ex integris dictionibus fuerit, quod Virgilius à Theocrito ſæpe ſeruatum victus operis difficultate neglexit in ſolo principio incertum induſtria an caſu has cæſuras ſeruauerit. Nam Tityre dactylus partem orationis abſoluit, tu patule recu. tertium trocheum: quāuis de compoſita dictione cōcluſit, bans ſub, quartum ſpondeum pro dactylo, cum ſubiunxit, tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrum cōma perfecit. Cuius rei diligētiam licet in Theocriti ferme omnibus verſibus admirari. Qui vero ſupradicta acri iudicio diligenterq; conſiderarit, facile intelliget quę in Georgicis intentio quiq; finis, fuerit, nec minus etiam in Æneide. ¶ Poematis ſtili genera tria ſunt. aut enim actiuum vel imitatiuum quod gręci δραματικὸν appellāt in quo perſonę loquentes introducuntur ſine poetæ interlocutione, vt ſunt tragœdiæ & comœdiæ δρᾷν enim græce agere dicitur, quo genere ſcripta eſt, prima Tityre, & quo te mœri pedes, aut enarratiuum, quod gręci. διηγήματον appellant, in quo poeta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſonæ, vt tres primi Georgicon libri. Item Lucretij carmina, aut cōmune, vel mixtū quod gręci μικτὸν appellant, vbi & poeta ipſe loquitur & introductæ perſonæ, vt Virgilij Æneis.

INDEX EORVM QVÆ in Bucolicis, Georgicis, Opuſculisq́; notatu digna continentur.

Abies nauis ingentiſſima 98.a
Ablatiui pro genitiuis 64.b
Abydos 66.a
Abigo 3.a
Accipere & dare 4.b
Achantus 86.b
Achantis auis 116.a
Achelous 54.b
Acheron & acherontini 100.b
Achillis ſepulchrum in opuſcu. 20.b
Achonita 87.b
Actus terræ 40.a
Aculeus 160.a
Adiectiuorum natura 20.b
Aditus & aditum in opuſ. 40.b
Adonis 41.a
Adorea in opuſ. 43.a
Adraſtea in opuſ. 25.a
Ad vnguem in opuſ. 34.a
Æger 2.b
Ægyptij 160.a
Ægyptus in opuſ. 6.a
Æquora 78.b
Æquinoctium 59.a
Æs & eius inuentio 5.a
Aer 92.b
Æmus 79.b
Ærarium 6.a
Æſculus 82.a.92.a
Æſtus 88.a
Æſchines 115.a
Ætas 111.a
Ætna 78.a
Æther 92.a
Aganippe 49.a
Agaue in opuſ. 3.b
Ager multiplex 53.a
Age 59.a
Agnus 3.b
Ago & duco 3.b
Agri 93.b
Agriculturæ laudes 51.a
Agriculturæ ſcriptores 51.a
Alburnus 109.b
Alchatoe 23.b
Alceſte in opuſ. 5.b
Alceus & alcides 40.b
Alcon 29.a
Alcon in opuſ. 2.b
Alciones 115.b
Alcinous 83.b 84.a
Alecto 123.a
Alexis 10.b
Alexandri magni præclarũ dictum in opuſ. 20.a
Alemanni 133.a
Alybida in opuſ. 41.b
Aleotheta 18.b
Alma in opuſ. 40.a
Alma vnde dicta 54.b
Alcides 40.b
Alnus 62.b
Aloeus in opuſ. 5.a
Alpes 78.b
Alpheſibœus 40.a
Alpheus 103.a
Amantes pueri ſunt 141.a
Amaryllis 5.b
Amathuntia in opuſ. 25.a
Amazon in opuſ. 43.a
Ambaruale 20.b
Ambaruale ſacrificium 74.b
Ambroſia 138.b
Amburbium 20.b
Amella 133.a
Ameria 71.a
Amyclę 107.b
Amycla in opu. 26.b
Amineum vinum 84.b
Amœbeum carmen 18.a
Amœbei lex 18.a
Amor quid ſit 112.a
Amomum 22.b
Amphion 12.a
Amphitrite in opuſ. 28.a
Amphryſus 102.a
Amuſſis in opuſ. 32.b
Amurca 65.b
Anchiſes diuinus 34.a
Anethus 14.a
Angina 121.b
Angues cœli 66.b
Anguis & ſerpens 66.b
Angues iterum 88.a
Anguis 66.b
Anio 137.a
Annus 54.b
Annus 96.a
Anſer 47.a
Antes & antiæ 96.b
Antigenes 31.b
Antiquus 84.b
Antipodes 69.b
Antitheta 1.b
Antitheton 127.a
Aonia 103.a
Aper Menalius in opuſ. 43.a
Apes vbi primum fuerint inuẽtę docetur 150.a
Apum ſedes 126.a
Apum reges 126.a
Apiaſtrum 126.a
Apium 56.b
Apium labor 126.a
Apollo 23.a
Apollo paſtor 30.b
Aprilis 57.a
Aquarius in opuſ. 47.a
Aquarius 115.a
Aquilo 77.b
Ara & altare 3.b.31.a
Araneus vermis 132.b
Aranea tela 132.b
Arachne 132.b
Aracynthus 12.b
Arar & araris 7.a
Arbuſtum 6.b.96.a
Arbuſtiuum 17.b
Arboretum 17.b
Arbutus 39.b.62.b
Arca in opuſ. 37.b
Arcanum in opuſ. 39.b
Arcturus 59.a.66.b
Arcti cœleſtes 62.b
Arctos 62.b
Arcus cœleſtis 65.a
Ardea vnde dicta 75.a
Area 63.a
Arethuſa 49.a.136.a
Argo nauis 26.a
Argutus 26.a
Ariadne in opuſ. 11.b.13.b
Aries 22.a
Arion 43.a.134.b
Ariſteus 54.a.134.b
Ariſta 54.a
Armenta 104.a
Aruncus 23.a
Arua 2.a
Aſcalaphus 56.a
Aſcra 36.b
Aſia 31.a.76.a
Aſilus 109.b
Aſſurgo 81.b
Aſſyrij 98.a
Aſſyria 98.a
Aſper 91.b
At particula 11.a
Athene 54.b
Athlantides 67.b
Atomi 33.b.33.a
Athos 73.b
Atque 66.b
Auarus in opuſcu. 37.a
Auaritia in opuſcu. 37.a
Auellana 83.a
Auena 2.a.30.60.a
Aueraus 88.a
Aueruncus deus 124.b
Auerunco verbum 124.b
Audax 142.b
Auguribus obſeruata 4.a
Auguſtus deus dictus 3.b
Auguſtus puer dictus 6.b
Auguſti genus 27.a
Auguſtum 132.b
Auiaria 96.b
Aulea 104.a
Aulæ 100.b
Aulos 100.b
Aureum vellus 86.b
Aurea dicta chilonis in opuſcu. 34.a
Auriga 80.a
Auris 32.b
Aurora in opuſcu. 32.b
Aurora 70.b
Autumnus 101.a
Axis 117.a

B

Baccar 25.b
Baccaris 25.b
Bacchus 81.a
Baleares 72.b
Barba 115.a
Barbarus 81.a
Battarus in opuſcu. 9.a
Belgæ 111.a
Belides in opuſcu. 6.b
Bellum in opuſcu. 41.b
Benacus 87.a
Bianor 48.a
Biſaltæ 120.a
Bicorne in opuſcu. 40.a
Biſtonius in opuſcu. 43.b
Biton & cleobis 122.a
Bitumen 44.a
Blaptæ 133.a
Bolos perdix 62.b
Bombices 86.a
Bonus in opuſcu. 34.a
Bootes in opuſcu. 16.b
Bootes 68.a
Boreas 60.b
Beroe 136.b
Bos 3.b.101.b
Boum forma 104.a
Bractea 63.a
Britomartis 25.a.123.a
Bruma quando finiatur 66.a
Britannia 8.b.70.a
Brontes 130.a
Bucolicon vide in p̃ambulis.
Bucolici carminis origo & decorum ibidem
Bucolici paſtores ibidem
Bucula & bos 44.a
Buffo 64.b
Bulbum in opuſcu. 24.a
Bumaſtus 85.a
Buris 63.b
Buſiris 101.b

C

Cæa 54.b
Cadmus in opu. 13.b
Caiſter 76.a
Caiſtrus ibidem
Calabria 109.b
Calathus 13.b
Calybs ferrum 57.b
Calybes populi ibidem
Calcedon in opuſcu. 6.a
Calculus 89.a
Calchis 50.b
Calliope in opuſcu. 43.a
Callis & callus in opuſ. 47.a
Calleo in opuſcu. 47.b
Calta 13.b
Camillus 88.a
Camœnæ 19.b
Camere 104.a
Canalis 115.b
Cancer in opuſcu. 33.a
Candidus in opuſ. 38.b
Canis 67.a
Canopus 128.a
Canopicum oſtium ibidem
Cantharus 33.a
Canui in præterito 94.a
Caphareus in opuſ. 7.b.
Capere in opuſ. 39.b
Capella 3.b
Caper 94.b
Capreæ 94.b.115.a
Capricornus in opuſ. 47.a
Carcheſia 137.a.b
Carcer 130.b
Carceres 78.a
Carex 27.b
Carina in op. 79.b.ĩ Ge.31.a
Carpathos 138.a
Caſia 13.b
Caſtalia 114.b
Caſtor & Fiber 57.b
Caſtora ibidem
Catuli & catelli 5.a
Caucaſus 35.a.97.a
Caudex 82.a
Caulis ibidem
Cauſa & ratio 4.b.14.a
Cæcus 39.b
Celeus 64.a
Cœlum 1.a
Centauri in opuſ. 97.a.108.b
Ceratus in opuſcu. 23.a
Cerui natura 38.b
Ceraſus 81.a
Cæſaris cędes 78.b

Conſpiratio in eundē ibidem
Cæſaris genus 104.b
Ceraunia 73.b
Cerberus in opuſ. 43.a
Ceres 53.a.54.a
Ceres in opuſ. 3.b
Cereris nuptiæ 74.a
Eiuſdem ſacra ibidem
Cerynthe 126.a
Cerui 38.b.32.b
Ceſpes 8.b
Chaos 34.b
Chaonia quercus 46.a.54.b.
Chaoniæ columbæ ibidem
Chymera in opuſ. 2.a
Chiron 107.b
Chios 31.a
Chorus 74.b
Chromis 32.b
Cicadæ 11.a
Cicuta 13.b
Cyclopes 130.a
Chryſomelus 20.b
Ciconia 92.b
Cydonia 50.b
Cydippe 136.b
Ciere 122.a
Cycnus in opuſ. 9.a
Cyllenius 73.b
Cylindrus 65.a
Cillere 95.a
Cilicium, 115.b
Cymbala 126.a
Cymmerium in opuſ. 5.b
Cymodoce 136.a
Cynthos in opuſ. 12.b
Cynthius 32.b
Cynips 115.b
Cypariſſus 55.a
Cypreſſus 84.a
Cypſelide in opuſ. 27.b
Cyris auis in opuſ. 76.in ge.b
Circe 43.b
Circenſes 103.a
Cyris in opuſ. 28.a.24.b
Circulus 109.b
Cyrne 47.a
Cyrrha 34.b
Cyrphis 123.b.34.b
Cythiſus 8.b.125.a
Cytherum 105.a
Cythara 139.a
Cytheron 105.a
Cytorus 97.a
Claſſica 101.b
Cleobis & biton 122.a
Climax 14.b
Climene 131.b
Clio in opuſ. 43.b.136.b
Clius inuenta in opuſ. 14.a
Clitumnus 87.a
Cocytus 105.a
Codrus 28.a
Coeus Typho in opuſ. 21.b
Coeuntes auerſi 113.b
Cogito in opuſ. 35.a
Colophon in opuſ. 22.b
Colocaſia 25.a
Coloſtra & coloſtrum 12.a
Colo 19.b
Color 26.a
Columella 128.b
Comminus 60.b
Componere 23.b.47.b
Compita 94.b
Conceſſio 138.b
Concilium 55.a
Condere 47.b
Conflagratio mundi 34.a
Coniuro 100.b
Conon 19.a
Conſpiro 100.a
Conſulto & conſultus in opuſcu. 33.b
Contagium 8.a
Contages 8.a
Contagio 6.b.7.b
Contentio color rhetoricus & anthiteta 2.a
Conticinium 70.a
Conſpiratio cęſareę cędis 78.b
Conuexum 26.b
Copia in opuſ. 39.b
Corbis 65.a
Coricos 129.b
Corydon 10.a
Corydos 40.b
Corylus 3.a.83.a
Corymbon 18.b
Corynthus 98.a
Cornelius gallus 36.a
Cornix in læua augurium bonum 4.a
Cornicis ętas in opuſ. 32.a
Corona 68.a 103.a
Cortynia 36.a
Cortina in opuſ. 17.a
Corui 76.a
Corus ventus 113.b
Cothurnus 39.a.41.b
Crates 60.b
Cratineus in opu. 21.b
Crocus crocum 21.a.130.a
Crotalum in opuſ. 41.b
Crudelis 11.b
Cruſta 117.a
Cruſtum 117.a
Cruſtumium 83.b
Cubo 2.a
Cubilia 21.a
Cucumis cucumeres 128.b
Cudo & incudo 71.a
Cuius cuia cuium 16.a
Culmen 8.b
Cum ꝑpoſitio inſtrumēti ablatiuo præpoſita 97.a
Cumę vrbs 24.a
Cunabula 25.a
Cupido in opuſ. 39.b
Cupreſſi 5.a
Curo 130.a
Cura 53.b
Curetes 129.b
Curius & curtius in opuſ. 8.a


D


DAci populi 100.b
Dame 41.b
Danae in opu. 11.a
Danaus in opuſ. 5.b
Danubius 100.b
Daphne 20.a
Dardanus 104.b
Dauliades in opuſ. 24.a
De 16.a
Dedalus 123.a
Decoꝝ Bucolici carminis declaratur in prēambulis.
Deduco 87.a
Defectores 72.a
Defectus ſolis 78.a
Defrutum 85.a
Degenerare 65.b
Delirare in opuſ. 25.a
Delos 102.a
Delos in opuſ. 12.b
Delphi 114.a
Delta 134.b
Delubrum 142.b
Demens 142.b
Deniq; in opuſ. 39.b
Dentale 63.b
Deprendere in opuſ. 139.a
Depono 18.a
Deſidia in opuſ. 41.b
Deſpicio 13.a
Deterior 127.a
Deorum vita 25.a
Deucalion 35.a
Deus 3.b.26.b
Dij ſylueſtres 15.a
Dij patrij 79.b
Dialyton 136.a
Diana in opuſ. 1.b
Dicte 129.b
Dictina in opuſ. 24.b
Dies & eius partes in opu. 35.a
Dies & noctes 99.b
Diei genus in opuſ. 99.b
Dierum ac noctium inæqualitas folio 99.b
Difficile in opuſ. 40.b
Dignor 28.a
Diluuium 34.a
Diminutiua 3.a
Diomedes in opuſ. 43.a
Diræ in opuſ. 9.a
Diſciplina in opuſ. 36.b
Diſcrimen in opuſcu. 40.b
Diu 72.a
Diuus 6.b
Dioneus cæſar 47.a
Dodona 63.a
Donaria 122.a
Doris 48.b
Draco 66.b
Dryades 54.b
Druyde in opuſ. 2.b
Drymo 136.a
Ducere 133.a
Duco & ago 3.b
Dudum & pridem 14.a
Dulichium 37.a
Dumeta 54.b
Duo genera lauri 27.b
Duarum negationum effectus 27.a
Duo genera picis 110.a


E


EAgrius vide Oeagrius.
Ebrietas in opu. 40.b
Ebulum 49.a
Echo in opuſ. 4.a
Eclypſis ſolis 98.a
Edititius 19.a
Egyptus vide Ægyptus i opuſcu. 5.b
Eger vide Æger Eheu vide heu heu 3.b
Elementarij grammatici, vide in prænotamentis.
Electrum 43.b,122.b
Ellebori genera 120.a
Eleuſin 64.a
Elyſij campi 56.a
Elis 58.a
Eminus 61.b
Emathia 79.a
Enipheus 137.a
Eo 3.b
Eodē ablatiui caſus media breui 44.a
Ephyra 99.a
Epydannus 104.a
Epidaurus ibidem
Epirus ibidem
Epimenides 66.a.in opu.71.b
Ephialtes 5.b
Epicedium 28.b
Epitaphium 28.b
Eques 109.a
Equi boni ſigna 107.a
Equi martis 107.b
Equi ſolis in opu. 4.b
Equi diei & noctis in opu. 4.b
Equidem 4.a
Equus Neptūni 108.b
Equus primus 53.b
Equitare 108.b
Erato in opuſ. 43.b
E rebus 140.b
Ericthonius 108.b
Eridanus 79.a
Erymanthus in opuſ. 43.a
Erigone 56.a
Errare 2.b
Erythace 133.a
Eruum 22.b
Etiamnum 128.a
Ethna, vide Æthna 78.a
Etruria 101.b
Euphrates 79.a
Euphorion 50.a
Europa 11.a
Euryſtheus 101.a
Eurotas 37.a
Euterpe in opuſ. 43.b
Examen in opuſ. 35.a
Exitus in opuſ. 37.b
Experientia 52.b
Explorare in opuſ. 35.a
Externę res in opuſ. 35.a
Extemplo 59.a


F


FAbæ 67.a
Fabulę 35.a
Faba ſyriaca 85.b
Facere 103.a
Faces nūptijs prēeunt 41.b
Facies 127.b
Facile in opuſ. 39.b
Fagus 1.a
Falſus 78.a
Falernus 84.b
Falx 95.b
Fames 135.b
Far 59.b
Faſtigium 91.b
Fas & iura 70.b
Faſelus 68.a
Faſcinum 22.b
Faſcinatores 22.b
Fatiſcere 65.a
Fatim & affatim 65.a
Fata in opuſ. 36.a

Fatum 26.a
Faces 73.b
Faunus 54.a
Fauni 34.b
Fauonius 113.b
Fauus 125.a
Febris 120.a
Februs 57.a
Ferię ſementinę 95.a
Ferrugo 78.a
Ferrugineus color 130.a
Ferre 47.b
Filices 89.a
Fimus 93.b
Flagella 92.a
Flamen ibidem
Flauus color 59.b
Fluuij varij 136.b
Focus 39.b
Fœminina ex maſculinis 77.a
Fœtura 5.a
Fœtus 5.a
Folles 130.a
Folliculus 109.a
Forceps 130.a
Foret & fore in opuſ. 36.a
Forma boum 104.a
Formica 75.b
Formoſus 10.a
Fortuno 45.a
Fortunatus 8.a
Fortuna 8.a
Forum 100.b
Fragor 75.a
Fremere & frendere 54.b
Fretum 88.a
Frondator 7.b.8.a
Frons 93.b
Frons cui ſacretur 32.b
Frumentum 59.a
Frutex 82.a
Fucus 130.a
Fucinus lacus 88.a
Fugere patriam 2.a
Fulicę aues 75.b
Fundus 98.a
Fuluus color 117.b
Furię tres in opu. 38.b

G

Galatea 5.a
Galbanus & Galbanũ 119.a.133.b
Galliæ belgæ 121.a
Gangaridæ 104.a
Gargara 61.b
Garamantes 41.b
Geloni 86.a
Gemere 7.b
Gemelli 4.a
Gemini 4.a
Gemma 100.a
Genę in opuſ. 88.b
Genera ſcribendi ſeu dicendi in præambulis
Genera ſtilorum ibidem
Genera poematum ibidem
Generatim generaliter 82.a
Genitiuus in os in opuſ. 2.b
Genitiuorum ſignificatio 28.a
Genio indulgere 71.b
Geniſtæ 81.b
Genua quibus cõſecrata ſeu dicata ſint 32.a
Georgica 42.b
Geriones in opuſ. 43.a
Germania 7.b.19.a
Getæ 121.a
Giganteum bellum in opuſcu. 2.a
Giluus color 107.a
Glaucus 77.a
Glauc⁹ color 81.b.104.b.130.a
Glarea 89.a
Greges armẽta 35.b.104.a
Gręca in as 20.b
Grauis 7.b
Gryphes 41.b
Gutta & ſtilla 117.a

H

Hactenus 81.a
Halcyones 76.b
Halyetus in opu. 26.b
Hamadriades in opuſcu. 28.b 50.b
Hebe in opuſ. 38.b
Hebenus 85.a
Hebrus in opuſ. 3.b
Hæc 3.b
Hector in opuſ. 20.a
Hedera 25.b.39.b.91.a
Helleſpontus in opuſ. 2.a
Helleborus & eius vis 120.a
Heliades in opu. 3.b
Helicon 103.b
Heous 72.b
Hemus 79.a
Herculis ærumnę 42.b
Hermus 87.a
Heros in opuſ. 5.b
Heſperus 36.a
Hoſpitalis homo 117.a
Heſperus in opuſ. 32.b
Heu, hei, & heus 15.b
Hiare & hiſcere 60.a
Hyades 62.b
Hyalos 136.a
Hybiſcus 13.a
Hybla 7.b.8.a
Hydra in opuſ. 43.a
Hydri 123.a
Hydaſpes 131.a
Hiericus 16.b.103.a
Hylas 35.a.102.a
Hylaro 31.a
Hymen & hymenęus 104.b
Hypermetrum in opu. 104.b
Hyppomanes 113.a
Hyperborei 111.a
Hirci 16.b
Hirqui 16.b
Hyrundo 78.b
Hedi 5.b
Homerus in opu. 32.a
Holus 128.a
Homines in lupos verti in arcadia 44.b
Homo eſt hoſpitalis 117.a
Hordeum 66.b
Horreo 111.a
Hoſtia & victima 5.b
Hubera 116.a
Hulcus 120.b
Huligo 89.a
Humanus 57.a
Humus 57.a
Humilitas 4.a

I

Iaccus 32.a
Iamdudum, iamolim & iampridem 14.a
Ianus 112.a
Icarides & icarus in opuſculis 18.b
Icere fœdus in opuſ. 20.a
Ida & ilium in opu. 6.b
Idumea 83.a
Ignis 60.b
Ilex in opuſ. 4.a
Ille ipſe & iſte in opu. 34.a
Illecebrę 112.a
Illyris 41.a
Imbrex 138.a
Imbuere 2.b.3.b
Immane in opuſ. 4.b
Imperſonalia 2.b
In 35.a
In ſub 2.a
Inanis in opuſ. 37.b
Inceſſo 126.a
Incudo 72.b
Inchoo 112.a
Indigetes 79.a
India 58.a
Indulgere genio 72.b
Induco 46.a
Iners 5.b
Ingenium 76.b.84.a
Inguina 37.a
Inhio 98.a
Inuus 54.a
Ino 77.b
Inoculatio 83.a
Inuidia in opuſ. 38.a.105.a
Inſerendi modus 83.a
Inſertus & inſitus 82.a
Inſidiæ 71.b
Inſiſto 110.a
Inſidere 71.b
Inſtar in opuſ. 35.a
Intempeſta nox 69.a
Intercalaris 41.b
Intyba 61.b
Inuidia 105.a
Ira in opuſ. 37.b
Ipſe 6.b
Irrigare 71.a
Iſmarus 34.a.81.a
Iſtmos 27.b
Iſter 103.a.117.a
Italia 87.b
Italiæ maria 87.b
Iter in opuſ. 40.b
Ithiphalus in opuſ. 2.b
Ithis in opu. 4.b
Iubar hic ibidem
Iubar in opu. 4.b
Iugerum 70.a
Iuglandes 41.b
Iulius 47.a
Iulius portus 88.a
Iunius menſis 57.a
Iuniperus 40.a
Iuno Iupiter 92.b
Iupiter aer 92.b
Iupiter 26.a
Ius 71.b
Iura 70.b
Iuris præcæpta in opuſculis 36.b
Ixion in opuſ. 2.a

L

Labruſca 28.b
Laboriæ 90.a
Laborandum eſſe 120.a
Lacena 100.a
Lacteo & lacto 73.b
Lacunæ 61.b
Lageos vua 84.b
Lamina 63.a
Lanitium 118.a
Laneus 81.a
Lanas q primus infecerit 26.a
Laomedon 81.b
Lapithus in opuſ. 2.a
Lapithæ in opuſ. 39.b
Lar 116.b
Larius 14.a
Latonia 87.b
Laurus 14.a
Laudare 113.a
Lautus in opu. 37.a
Leander 113.a
Learchus 77.b
Legumen 59.a
Legio 59.b
Leneus pater 81.a
Lens 94.a
Lentus 2.a
Leo ſydus 46.a
Leo 112.b
Leſbos 84.b
Læua 4.a
Leucothoe 77.a
Leuis in opuſ. 57.a
Liba 39.a
Liber cortex 83.a
Liber pater 52.b
Libido in opuſ. 37.a
Libethros 38.b
Libya 59.a
Libra in opuſ. 47.a
Lycaon 62.b
Lyceus 55.a
Lycia 44.a
Lyciſca 17.b
Lycorias 136.b
Lycus 137.a
Lictores 99.b
Lictius 31.a
Lydia 131.a
Lydia puella in opuſ. 9.b
Lydij muſici 88.a
Lygea 136.b
Ligures 88.b
Liguſtrum 11.b
Limes 7.b
Lintres 70.b
Linum 59.b
Linus & Orpheus 26.b
Liquor 57.a
Litera in opu. 40.a
Litera Pythagorę in opu. ibid.
Lituus 111.a
Lito 79.a
Liuor in opuſ. 37.a
Lolium 30.a
Longorij 109.b
Longo poſt tempore 4.b
Longe & longum 21.a
Lotos 84.a
Lucifer 41.b
Lucina 24.a.104.b
Luſcinia 142.a
Lucus Dianæ in opuſ. 3.b

Lucrinus lacus 87.b
Ludere 2.b
Lunæ colores 77.b
Lupi ex homine 44.b
Lupinus 59.b
Lutum 26.b
Luxuria in opu. 38.b

M

MAcero in opuſ. 25.a
Magia 44.a
Magices artis in lunam virtus ibidem
Magiſtrare 102.a
Magnus annus 26.a
Maius menſis 57.a
Mala cana 14.a
Mala ſyria 86.b
Malum 4.a
Manes in opuſ. 4.b
Mane in opuſ. 35.a
Mapalia 219.b
Mareotis 85.a
Marſi 88.a
Marſicum bellum 88.a
Maria Italię eodem
Maturare 70.b
Matuta 77.a
Martis equi 111.b
Mecœnas 52.a
Mecœnatis genus in opu. 31.a
Mecœnatis ſcripta 81.b
Medea 43.a
Media 86.b.131.b
Medica arbor 86.b
Meditor 109.a
Megera 123.a
Mei tui ſui &c. in opu. 34.a
Melinus color 107.a
Melicerta 77.a
Mella 133.b
Melas ibidem
Meliſphyllon 126.a
Melpomene in opu. 43.b
Memini 118.a
Menalus 42.a
Menelaus 108.b
Menſes 77.a
Meotis 117.a
Mergites 101.a
Meridies 131.a
Meropes 125.a
Meſſalla in opu. 21.b
Meſia 61.a
Meſſis 70.a
Metor & metior 91.b
Metus in opuſ. 40.b
Meus 17.b
Micare 119.b
Mille in opuſ. 34.a
Miletum 115.a
Milium 66.b
Mincius 8.a.39.b
Minerua 54.b
Mirica 24.a
Myrtetum 85.b
Myrtus 82.a
Myrta 71.b
Miſereor & miſeror in opuſcu. 35.b
Miſerum 18.a
Myſia 60.b
Modeſtia 4.a
Molorcus 103.a
Montes riphei 117.b
Moloſſia 118.a
Morbus 110.b
Mors optimū à dijs iudicatum mortalibus 122.a
Mors 132.a
Mulctra & mulctrale 18.a
Mulſum 127.b
Mundus 26.b.34.a.93.a
Mundus in opuſ. 34.a
Muſa 1.a.38.b
Muſæ in opuſ. 1.a
Muſcus 36.a
Muſtus & muſtum 81.a
Mutinæ 27.a

N

NAis 14.a
Naiades 49.a
Nam 139.b
Napeę 141.a.b
Narcé & Narceo 14.a
Narciſſus 13.b
Natura 58.b.83.a
Natalis 29.a
Nauis 71.b.83.a
Neapolis 143.a
Nectar in opuſ. 31.b.36.a
Nemora 32.b
Neptūnus 54.b
Nereus 34.b.138.a
Nerine 39.b
Neſeę 136.b
Neſtor in opuſ. 32.b
Nyctilius in opuſ. 3.b
Niſus 104.a.134.a
Nympha 29.b
Nyphates &c. 104.a.104.b
Nyſa 34.a
Nitrum 65.b
Noctua 76.b
Noctu & diu 72.b
Nomades 117.a
Nomina deorum pro rebus in opuſ. 39.b
Nomina pro aduerbijs 130.a
Noricum 121.a
Nos 2.a
Noualia & nouales 8.b
Nuces 14.a
Nuces ſpargere 41.a
Numen 56.b
Nummus in opuſ. 37.b
Numidę 116.a
Numerus 71.b
Numeri mutatio 4.a
Numerus impar 44.a
Nutritor pro nutri 97.a

O

OParticula 3.a
Oaxis 8.b.9.a
Ob prępoſitio 7.b. in opuſ. 41.a
Obduco 7.a
Obex 138.b
Obeliſcus in opuſ. 49.b
Oblitus paſſiue 47.a
Obſideo 8.a
Oceanus 99.a
Ocnus 47.b
Occido 26.a
Occaſus vergiliarum 67.a
Octauius 6.b
Ocia 3.a
Odi in opuſ. 38.b
Oeagrius 142.a
Oenomaus 103.a
Oeſtrum & œſtrus 109.b
Oeta in opuſ. 4.b
Offendo 37.a.39.b
Officia adoleſcētis in opu. 36.b
Olea 82.a
Oleæ inuentrix 55.a
Oleagina corona 103.a
Olim 14.a.84.b
Olympus & oſſa 104.a.112.a
Olympus 104.a
Oliua 83.a
Omnia communia 129.b
Omphale in opuſ. 32.a
Onagri 118.b
Oppidum 26.a
Opobalſamum 96.a
Opera apium 130.a
Opis 107.b.136.a
Oppidum 26.a
Ophis & ophiuchus 68.b
Orbis 56.a.93.a
Orbita 114.a
Oreades 49.a
Orchites vuæ 84.b
Orgia 142.a
Orizon 68.a
Orion in opu. 16.a
Orpheus 26.b
Ortus duplex 67.a
Ocylla 95.a
Oſyris 55.b
Othos in opuſ. 5.b
Ouium forma 118.b
Ouandi cauſa 56.a
Ouo cōparatur mundus 34.a

P

PAbulum 60.b
Padus 79.b
Paginę 33.b
Pagani & pagus 94.b
Pæſtum 128.a
Palare in opuſ. 35.a
Pales 102.b
Pales 30.a
Paliurus 30.a
Palęmon 77.b
Pallene 138.a
Palęſtra 42.b
Pallas vide Minerua 15.a
Palare in opuſ. 35.a
Palmes 94.a
Palumbes 20.b
Pan 27.a
Panchaia 87.b.137.a
Pandion in opuſ. 15.b
Pangeus 140.a
Panopea 77.a
Paphos 83.a
Papulæ 123.a
Papauer 67.a
Partes philoſophię quot 99.b
Parcæ 26.a
Parentheſis in opuſ. 35.a
Pario & reperio ibidem
Paris 15.a
Parilia 102.a
Parnaſus 34.b.49.a
Parnaſius in opu. 1.b.98.a
Paros 2.a. in opuſ. 18.a
Partheniatæ 128.a
Parthi 7.b
Parthenus 50.b
Parthenope 142.b
Parthus 8.a
Paſcor 115.a
Paſiphae 35.b
Paſtorum genera in præambulis.
Paſtor 84.b
Paſſum 85.a
Patens & patulus 1.a
Patriæ amor 2.a
Paupertatis laus in opuſ. 36.a
Pauſia vua 84.b
Pax in opuſ. 37.b
Peculium 5.b
Pecua 104.a
Pecunia in opuſ. 5.b
Pedum 31.b
Pella 134.b
Peleuſium 67.a
Pelion & oſſa 107.b
Peletronium 108.b
Pendo in opuſ. 35.a.37.b
Peplum in opuſ. 21.b
Pepones 128.a
Perdix 62.b
Periphas in opuſ. 2.a
Permeſſus 36.a
Pes 64.a
Petulcus 125.a
Phaetontiades 36.a
Phagus 1.a.2.a
Phalenus 85.a
Phaneus 85.a
Pharmaceutria 41.a
Pharmacum 41.a
Phedra in opuſ. 13.b
Phaſelus in opuſ. 29.a
Phaſis 136.a
Philomela 142.a
Phillis 28.b
Phyllirides 122.b
Phylodoce 136.a
Philippi 79.a
Phlegra in opuſ. 2.a
Phœbus in opuſ. 38.b
Phœbus muſicus 29.a
Phœbi poteſtas triplex 30.a
Phœnix in opuſ. 42.b
Phœnicia 98.a
Pholus centaurus 97.b
Phoce 122.b.137 b
Picea 89.a.97.a
Pierides 21.b
Pilentum 97.a
Pilum 79.a
Pilos in opuſ. 32.b
Piſces ſignum in opu. 47.a
Pindus 49.a
Pyrrheum in opuſ. 28.a
Pythagora in opuſ. 40.b
Pyragmon 130.a
Planetarum colores 70.a
Platanus in opuſ. 3.b.83.b
Plantaria plantæ 81.b
Pleiades 62.b
Podagra 114.b
Poeta 21.b
Polymnia in opuſ. 43.a
Polynſyntheton 136.a
Pemenīj in præambulis.
Pœnitētię partes in opu. 34.b

poma 14.a
pompa 104.a
populus arbor 40.b
poſt longo 4.b
poſtes 98.a
portunus 77.a
potnia 113.a.b
præciæ vuæ 85.a
præcordia 99.a
pręferre in opuſcu. 49.b
pręſepia 130.a
præſens 6.b
priapus 39.a.128.a
pridem 14.a
probitas in opu. 39.b
proceres in opuſ. 35.a
prodigia ante necem Cęſaris viſa 78.b
prodigus 127.b
progne 125.a
pretides & pretus 35.a
prometheus 34.b
propago 81.b
propolis 125.b
proſcenia 82.a
proſerpina 55.a
proſerpina 141.a
protenus & protinus 3.a.b
proteus 138.a.141.a
pruina 68.a.117.b
pueri 6.b
pulcher 112.a
puluinaria 120.a
purpura 100.a
purpureus color 131.a
putare & reputare in opuſculis 36.a

Q

QValitas Bucolici carminis in præambulis
Quatuor tẽpora anni 39.b
Quercus 4.a.82.a
Quid & quod in opu. 34.a
Quieſco 40.b
Quin 101.a
Quinquatria in opu. 21.b
Quiſq; 136.a
Quiſquis 22.b
Quo & eo 3.b

R

RAcemus 85.b
Radij 83.a
Radix 82.a
Ramale 35.a
Ranę 75.b
Raſile 2.97.b
Raſtri & raſtelli 60.b
Rates in opuſ. 31.a.97.b
Ratio & cauſa 4.b
Re particula in opuſ. 36.a
Recubans 2.a
Recens 109.b
Reddi 89.a
Reijcio 118.a
Religio 71.a
Reperire in opu. 34.a
Reſpicere 5.b
Reſcire 139.a
Rhenones 117.a
Rhenus 50.a
Rhetica vua 85.a
Ritus romanorum 52.a
Rhœteus in opu. 6.b
Rheſus in opuſ. 6.b
Rhidacus 131.a
Rimati 76.a
Riphei montes 117.a
Rithmus 47.a
Robur 64.a
Rhodope 34.a.54.a
Rhodos 85.b
Roma & Romulus 79.b
Roſmarinus 138.b
Roſtra 100.a
Rotundus & teres in opu. 36.a
Rubigo 63.b
Rubigalia 63.b
Rudens 117.b
Ruma 35.a
Rus 8.a
Ruſcum 39.b.96.a

S

SAba 58.a
Sabei 58.a
Sabini 101.a
Saburra 130.a
Sacer ignis 113.a
Sacrilegus 46.b
Sacrum 98.a
Sagittarius in opuſ. 47.a
Salentini vnde 34.a
Salix 7.a
Saliƈtum 7.a.81.b
Salicum genera 81.b
Salnoe 24.a
Salonius 24.a
Saltatio cur in ſacris fiat docetur 31.b
Samnitij 88.a
Sandalia in opuſ. 32.a
Sandix 26.a
Sapientia 99.a
Sapiens in opu. 34.a
Sapa 133.b
Sardis 58.b
Sardoa herba 39.b
Sarmenta 96.a
Sarpere ibidem
Sarra 100.b
Satyrus 31.a
Satureia 125.a
Saturnus 73.b.128.b
Saturnia regna 88.a
Scabies 120.a
Scina 104.a
Scinis 14.a.in opu.
Scyllę duę 36.b
Scylla iterum 120.a
Scylleum monſtrum & ſaxum in opuſ. 22.a
Scipiones 88.a
Scythia 8.b.69.a
Scythium 117.a
Scyron in opuſ. 27.b
Scorpius 57.a
Scorpizo ibidem
Scorpius in opuſ. 47.a
Scribere 103.a
Scrobes 91.b
Speculum 91.b
Securus in opu. 34.a
Sedere in opuſ. 35.a
Seges 53.a
Semita in opuſ. 40.a
Semper 2.b
Senex 8.a
Septa 4.b.5.b
Septimontia 101.b
Sericum 94.b
Seriphus in opuſ. 28.a
Serpillum 11.a
Serpens & anguis 66.b
Serus 5.b
Seſtos 66.b
Si 3.a
Sibilus & ſibila.ora 31.b
Sic 46.a
Sigeum in opuſ. 6.b
Significatio genitiuorũ in opuſcu. 34.a
Signa 69.b.47.b
Silarus 109.b
Siler 81.a
Silenus 32.a
Silex 4.a
Siliqua 60.a
Sylua & ſilua 2.a.82.a
Syluanus 55.a.63.a
Sylueſtre 2.a
Simus 49.a
Sinus 41.a
Siracuſæ 32.a
Syrenes in opuſ. 43.b
Syrtes in opuſ. 10.a
Siſiphus in opu. 5.a
Sithon in opuſ. 23.b
Situs 59.a
Sydon in opuſ. 27.a
Sol 69.a
Solis eclypſis 99.a
Solis equi 70.b
Solis præſagia 77.b
Solis colores 77.b
Soles tres viſi 78.b
Solennia 31.a
Solidum 104.a
Solum 59.a
Solſtitium in opu. 35.a
Somnus 35.a.122.a. in opuſ.
Sophocles 41.b
Sorti 130.b
Sordidus in opu. 37.a
Spadix 104.b
Sparta 122.a
Speƈto & ſpecies in opuſculis 37.b
Sperchius 99.a
Spero 42.b
Spio 136.b
Spicus & ſpicum 69.b.73.a
Spinus 118.a
Spondaicus verſus 27.a
Squalens 93.b.127.b
Stabula & cubilia 21.a
Stabulum in opuſ. 75.a
Stellæ cadentes 75.b
Stellio 133.a
Steropes 132.a
Stymphalides in opuſculis 43.a
Stipula 60.b.73.b
Styx 69.b
Strymon in opuſ. 6.b
Strymonię grues 62.a
Strophades in opuſ. 28.a
Storax in opuſ. 23.b
Stultus & fatuus 5.b
Sub in opu. 35.a.47.b
Subaudita quę exprimi nõ debent ponuntur 84.b
Subeſſe in opu. 35.a
Sub dio 119.b
Submitto 6.b
Subtile 2.a
Sui reciprocum in opuſculis 34.a
Sulphuris genera 122.a
Sum cum datiuo 13.b
Suppellex 64.a
Superſtitio antiquorum 27.b
Super 9.b
Sura 39.a
Sus 94.a
Suſurrus 8.a

T

TAbani 109.b
Tabes in opuſ. 38.a
Tabulata 93.a
Tabularia 100.a
Tacitus in opu. 38.b
Taygeta 99.a
Talpa 65.a
Tanagrus 109.a
Tanais 142.a
Tantalus in opuſ. 5.b.102.b
Tarentum 89.b
Taurus 66.b.67.a
Taxus 47.a
Teda 97.a
Tedium 138.b
Tegea 55.a
Tegmen 2.a
Temo 65.a
Tempe in opu. 3.a
Tempeſtas 55.b
Temporis fuga 114.a
Tenarus 120.a
Tento 7.b.8.a
Tener 3.b
Tenuis 2.a
Tenus 104.a
Tenſa in opuſcu. 128.a
Terremotus cauſa 99.a
Terentia vxor Ciceronis 45.a
Terpſicore in opuſ. 43.a
Termites qui & vermes 70.a
Teſtudines 98.b
Teſtis neutri generis cum ſubſtantiuo conſtruitur 29.b
Tethys 56.a
Thales 115.a
Thalia in opu. 43.b.136.b
Thaſos & thaſię vites 84.b
Theſaurizo 132.b
Theſeus 94.b
Theſpis 94.b
Theſtilis 11.a
Thyaſus 14.a
Thyeſtes in opu. 13.a
Tymbra 25.a.138.b
Thymus 43.b.128.b
Thule 55.b
Thura maſcula 43.a
Tibia 88.a
Tyberis 127.a
Tygris 7.b.29.b
Timidus & timens 32.b
Timauus 39.b
Tympanum 97.b
Typhis 26.a

Tyriaca ruſticorum 10.a
Tyrrhenus tubicen 89.a
Tyrrhenum mare 88.a
Tyrus 100.b
Tiſiphone in opu. 5.b.123.a
Tityrus in opuſ. 1.b.4.b
Tityus in opuſcu. 14.a
Tithonus 105.a
Tmeſis figura 117.a
Tmolus 57.b.58.a
Torus 19.a
Toreuma ibidem
Totum in opu. 34.a
Tragædia 94.a
Traha 64.a
Trames 61.b
Trapetum 101.a
Tribula 64.a
Tridens 55.a
Trium deorum ternę poteſtates, & earum ſigna 55.a
Tria aurea verba in opu. 34.a
Tria tribus ætatibus præcæpta 37.a
Triptolemus 53.b
Triumphantes 87.b
Tropheum 104.b
Trutina in opuſ. 35.b
Tubera 115.b
Tuba 89.a.111.a
Tugurium 8.b
Tulerunt media breui 27.b
Turma 111.a
Turtur 20.b
Tus 57.a
Thus in opuſcu. 3.a
Tuto 19.a
Tu 2.a
Tuus ibidem

V

Vaccinia 11.a
Vannus 64.a
Vappa in opu. 41.b
Vbera 118.b
Ve particula in opuſ. 37.b
Velitræ 88.a
Vellus aureum 87.b
Venus in opuſ. 38.b
Venti 69.a.75.a
Vento concæpti equi 113.b
Verbena 43.a
Vetus quid 73.b
Virgilius in pręambulis
Virgilij patria 143.a
Vergiliæ 62.a.67.b
Veritas 138.b
Vertex & vortex 70.b
Vertex cœli ibidem
Vertex in opuſ. 41.a
Verutum 88.a
Veſcus 110.b
Veſeus 89.a
Veſper in opuſ. 4.b
Veſta 137.a
Veternoſus 62.a
Vexo in opuſ. 37.b
Via actus iter in opuſ. 40.b
Viburna 5.a.b
Vicia legumen 59.b
Victima 5.a.b
Villa 9.a
Vindemia 81.a
Vinitor 96.b
Vinum in opuſ. 40.b
Vini inuentio 54.b
Violæ 14.a
Vipera 119.a
Vir bonus in opuſ. 33.a
Virgo 35.a
Virgilij vita in pręambulis.
Virgulta 4.b
Virtus 25.b
Virtutis amor in opuſcu. 41.a
Virus in opuſ. 38.b
Viſcus in opuſ. 39.a
Vitis 86.a
Vitta in opuſ. 11.a
Vitula 21.a
Vix in opuſ. 34.a
Vllus ibidem
Vlmus 83.a
Vlna 13.a.217.a
Vligo 89.a
Vndiq; 3.b
Vola & volema 83.b
Vomer 64.b
Volutabra 118.b
Vortex & vertex 69.a
Vpilio 49.a
Vrania muſa in opuſcu. 43.a
Vrbis in accuſatiuo 49.a
Vrbs 4.b
Vrſę 63.b
Vri 112.a
Vrſi ibidem
Vſq; adeo 3.b
Vulcanus 72.b.in opuſ.13.b
Vulgus in opuſ. 36.a
Vulnus 120.a
Vultus in opuſ. 36.a
Vuidus in vua 49.b

X

Xantho 136.a
Xanthus in opu. 1.b
Xerxes & eius feritas i opuſcu. 2.a
Xilobalſamum 66.a

Z

Zariaſpa 87.a
Zeugma 81.a
Zodiacus 68.a
Zonę cœli 69.a.b
Zoroaſtes 27.b
Zephirus 57.b

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ in Æneide ſunt notatu digna.

Abies 41.b
Accentus rō 255.b
Aceſtes 33.a.135.a
Accentus 7.b
Achates 14.a
Acheron 168.b
Achilles vbi vulnerabilis 175.b
Acidalius 40.a
Acta 138.a
Actor 278.b
Accuſo & incuſo 26.b
Actus temporis 7.b
Actus, via, iter 124.a
Actutum 270.b
Ad & apud 4.b
Additi 168.b
Adfecto 105.b
Aditus oſtium 175.b
Adiuro 230.b
Adytum 47.b
Aduenæ 247.b
Aduerbia in e & in i 135.a
Aduerbia in loco 135.a
Adplico 36.a
Ædes 64.b
Ædifico 42.b
Ædon vbi locorum 360.b
Æger & ægrotus 14.a
Ægis 251.a
Ægyptus & danaus 305.a
Ægialia 327.b
Æmulus 171.b
Æneas Veneris filius 198.b
Æneæ fuga 74.a
Æneis 198.a
Æoliæ inſulæ 9.a
Æquora 45.a
Ærea 28.b.141.a
Æſtas ſeptima 155.b
Ætatis diuiſio 143.b
Ætnæ incendium 102.b
Agathyrſi 115.a
Agyllina 255.b
Agmen 10.b.15.a.52.b
Agnoſco & cognoſco 24.b
Aiax oilei 8.a
Aiax telamonis 8.a
Alacris 193.a
Alba & albani 1.a.2.a
Albula 20.a.247.b
Albunea 207.a
Alcides 231.a
Altare 65.b
Alte 171.b
Altum 2.b
Aloeus 184.a
Alter alius 320.a
Aluus & venter 44.a.348.b
Alumnus 318.b
Amazones 29.a
Ambroſia 5.b
Amentum 152.a
Amœnum 257.b
Amycus 146.a
Amicorum exempla 80.b
Amnis 265.b
Amores 145.a
Anchiſæ oculi 72.a
Ancyle 258.b
Anchora 14.a
Anguis & ſerpens 52.a
Anguis & annus 138.a
Animarum creatio quo 195.a
Animæ 254.b
Anima 10.b
Anima vegetatiua 277.a
Animus & mens 5.b
Anio 230.b
Annales & hiſtorię 26.b
Annus triplex 19.b
Annus 138.a.135.a
Anni inuentio 91.a
An ſanctus 214.b
Anſer 218.b
Antandros 73.a
Antenæ 227.a
Antenor 1.b
Antiqua 69.a
Antiquus 69.a
Antonius 258.b
Antonomaſia 4.a
Antrum quaſi atrum 14.a
Apex 72.a
Apollo genitor 81.a
Apollo cytharedus 283.a
Apum ſpecies 29.b
Aquila 26.b
Ara 65.b
Aræ 11.b.101.a
Arcus cœleſtis 138.a
Ardeo 56.b
Argi 4.b
Argos 213.b
Argiletum 248.a
Argumen. Æneid. in pręambulis.
Arma 1.a.11.b
Aruina 227.a
Arx 68.b
Aſcanius 2.a.20.a
Aſylum 71.b
Aſpiro 60.a
Athon vbi locorum 69.a
Attonitus 86.a
Atina 217.b
Atridæ 17.a.27.b
Atlas 119.b
Atlantes tres 240.b
Atria 40.b
Audenda pro patria 42.b
Auernus 97.b
Auentinus 228.a
Aufidus vbi locorum 194.a
Augurium 131.b
Auguro 214.a
Auguſti nomina 21.b
Auguſti triumphi 260.a
Aura 101.a
Aulis 123.a

B

Baię 168.b
Barri 34.b
Baltheus 277.a
Barce 110.b
Bella ciuilia 341.a
Bellum 5.b
Belus 41.a
Bidentes 211.b
Biga 55.b
Bigę 55.b
Bina diſtributiue 242.a
Biremes 14.b
Byrſa 25.a
Bithinia 144.b
Bitias 40.b
Bomonicæ 46.b
Breuia 11.b
Brutus 82.a
Bubo 117.a
Butes 144.b

C

Cacus 242.a
Cadauer 245.a
Caduceum 119.a
Caeſtus & ceſtus 137.a
Caieta 204.a
Cales 231.a
Callis 111.b
Caminum 102.b

Cano 2.a.7.b
Caphareus 322.b
Capulus 174.a
Capua vnde 295.a
Carbaſus 93.b
Carbo & pruna 345.b
Carcer 8.b
Carceres 140.b
Cardo 28.b
Carthago 25.a
Caſſandræ ſtuprum 8.a
Caſtrą 100.b
Catus 27.b
Cataphracti 30.a
Caſus 17.b
Caulæ 263.b
Cedrus 205.a
Cellarium 40.a
Cenſorius 200.a
Ceres 111.b
cernuus 216.b
cerui 14.b
ceruix 73.a.b
cæſares vnde dicti 300.a
chaonia 92.a
charybdis 95.b
chorebus 58.a
choritum 25.b
cybelle 82.b
cyclades 83.b
cydon 286.a
cycnus 26.b
cyllenius 119.b
cinis 368.a
cio 183.b
cingulum 273.b
cinthus 31.b
cypariſſus 106.a
circe 205.a
cyrcenſes 256.b
circunfero 174.a
circuli inferni 182.b
cytharę vſus 98.a
cythera 291.a
clam 21.a
claſſis 164.b
clamare 31.b
clarigatio 263.b
clarus 294.b
cleopatra 259.a
clypei 273.b
clypeus 285.a
cluſium quid & vnde 295.a
cocytus 169.b
cocles romanus 258.a
cœlum 9.b
coloni 4.b
columba 141.b
colus 250.b
comes facundus 247.b
comete 298.b
commiſſura 284.b
compago 21.b
compenſatio 17.b
conceptio 1.b
concilior 10.b
coniuratio 233.a
connubium 9.b
conſus 256.b
conuenæ 247.b
copia 63.b.67.a
corytus 261.b
cornus 78.b
cortina 82.a
cothurnus 25.a
crepuſculum 55.b
cruſta & cruſtum 207.b
crudele 27.b
cume 97.a.164.b
cupido 37.b
cultellus 174.a
cura 16.a.108.a
cui precari 240.a
curiæ 256.b
curis 21.a
cuſtodia 284.a

D

Danaꝰ & ęgyptꝰ 279.a
Danae 217.a
Dapes & epulę 39.b &.88.a
Dardanus 82.a.85.a
Decus & decor 212.a
Dædalus 296.a
De dijs opiniones 223.b
Deducere 33.a
Deduco & diduco 17.b
Defatigari 1.a
De corpore & anima 195.a
Defuncti 167.b
Delos 80.b
Delphines 137.a
Delubrum 111.b
Denſeo actiue 235.a
Deorum natura 5.b
Deprehendi 136.b
Deriuatiuorum ſpecies 271.a
Deſpicio & diſpicio 17.b
Deus & diuus 208.b
Deum vnum eſſe 130.b
Deorum natura 5.b
Deuotus 40.b
Dia 84.a
Diana 80.b
Dij ſamothracum 51.a
Dico 2.a
Dido 210.a
Diei & noctis partes 145.a
Diei diuiſio 145.a
Dies pro tempore 203.a
Diogenis dictum 203.b
Diomedeæ aues 327.b
Dioniſij tyranni 169.b
Diſcinctus 260.a
Diſſimulamus & ſimulamus 31.a
Dirę 65.a
Dolopes 45.a
Dolones 218.a
Domuum ſacratio 64.a
Dona 136.b
Drepanum 107.a
Dracones & ſerpentes 52.b
Dux ſegregandus à populo 4.b
Ductor 113.a
Duci 4.b
Durare 255.a

E

Eadem 277.a
Ebor 318.a
Ecce 46.a.52.a
Edo es 112.a
Eclypſis 9.b
Effata 132.b
Egelido 256.a
Electra 4.b
Electrum 250.a
Elyſium 178.a
En 28.b
Eo & venio 59.a
Ephialtes 184.a
Epicurei 1.b
Epiſtole 242.a
Equidem 33.a
Equus troianus 126.a
Eruditorū authoritas 57.a
Ergo pro cauſa 192.b
Erymanthus 199.a
Erydanus 192.b
Eryphile 126.a.182.a
Eryx 34.b.135.a
Euentus pluraliter 132.b
Euander 237.a
Euocandi deos forma 59.a
Eurypilus 46.b
Eurota 30.a
Euſebia 3.b
exors 254.a
exanimis 29.b
excubię 136.b
exoſus 157.a
exorare 95.a
extemplo 10.b
examen quid 370.a

F

Fabricius 200.a
Facies 38.b
Fari & fateri 47.a.103.b
Fatum 1.b.95.a
Fata troiana 5.a
Fatigatus 244.a
Fatū nō cogit homines 5.a
Faunus & fauna 205.b
Felix 23.a
Femen 167.b
Femur ibidem
Feræ 16.b
Feronia 254.b
Fetus 43.a
Ferrugo 280.a
Feſcenina carmina 230.b
Feſſus 222.a
Fidenæ 197.b
Fides cana 18.b
Fiducia 12.a
Fletus 183.a
Fedus 9.a
Fœta 8.b
Fores 28.b
Forma coniugij 6.b
Formica 122.b
Forceps 251.b
Forſex 251.b
Fori 260.b
Forma 6.b
Formoſus 251.b
Fortis 114.b
Fortuitus 172.b
Fragor 254.b
Fratrie 214.b
Fretum 35.b
Frōdeum & frondoſum 16.b
Fruges 12.b
Fundere 174.a
Fulmen quorū fit 7.b
Fumus 74.a
Funalia & funera 41.a
Fundamenta 68.b
Fraus 343.a
Funebris 140.b
Funus & funere 277.b
Furię, dirę, canes 65.b
Furiatus & furioſus 63.b
Futilis 330.a

G

Gabij 230.b
Gabinus cinctus 226.b
Ganimedes 5.b
Garganus 326.a
Gaza 74.b
Gemma 38.b
Gemini 79.a
Germanus 147.b
Genus pro genu 78.a
Genus romuli 2.a
Geriones 228.a
Giganteum bellum 102.b
Gyrus 138.a
Gnauum 16.b
Glaucus 162.a
Gracchi 341.b
Gratiæ 40.a
Grauatum & graue 245.b
Græcę linguæ 83.b
Gryneus 122.b

H

Hammon 117.a
Harena 15.a
Harpalicę 21.b
Harpyę 87.a
Haurio 41.a
Hecate 301.a
Hecuba 77.b
Hedi 272.a
Helena 37.b
Herne 230.b
Herbacanthus 37.a
Hercules 254.b
Heros 15.a
Hermione 41.a
Hermus 231.b
Heu 45.b
Heſperides 126.b
Hyades 41.a
Hydra 177.a
Hyle 256.b
Hymeneus 37.b
Hiarbas 110.b
Hirmos 300.a
Honuſtus 20.b
Hoſpes 254.b
Hoſtiæ 83.b
Horror 14.a

I

Iactari 1.a
Iarbas 110.b
Ianus 21.b.226.b
Iani templum 20.b
Ianua 28.b
Iapigia 186.a
Ianus clauſus ter ab Auguſto 21.b
Ibera 281.b
Idalium 38.b
Idomeneus 83.b
Ignarus 25.b.83.b
Ignauum 28.a

Ilia rhea 20.b
Ilium 1.a
Ille 1.a
Illicet 61.b
Imber 41.a
Immunes qui dicantur 225.a
Imber 11.b.41.a
Immemor 15.b
Implorare 289.a
Incendo 7.b
In 21.a.104.a
Incubo 205.b
Incuſo 27.b
Indecores 233.b
Indigenę 247.b
Indigetes 291.b
Indignus auorum 368.a
Indoctũ indocile 147.a
Inermis 18.b
Infandum 18.b
Infenſus 46.a
Inferię 306.a
Initia Ioui ſacra 282.b
Inimicitiæ 2.a
Inſtar 202.b
Infido & infiſto 194.a
Inſomnium 109.a
Intempeſtum 110.b
Intentio 157.a
Introitum 325.a
Intus 273.a
Inuus 197.b
Interpres 129.b
Inuocandi modus 3.b
Io 136.b
Iphigenia 47.b
Iphimendia 184.a
Ira dei 4.a.46.b
Ira quid ſit 3.b
Iris 152.b,261.b
Ironia quid 113.a
Iſis 248.a
Iſmara 201.b
Italus 32.a
Italia 1.a
Italica philoſophia 7.b
Iubar 113.a
Iudici congrua 5.b
Iulus 18.a
Iuno 7.b
Iuno maxima 20.a
Iurare quid 237.b
Iunonis numina 3.b
Iupiter 7.b
Iuuenta & iuuentus 34.b
Ixiones 169.b

L

LAbos 18.b
Lacteo lacto 143.b
Lacus 40.b.237.a
Laodomia 183.b
Laquear 41.b
Lar 200.b
Latona 80.b
Laruæ 171.a
Latium 247.b
Latini 1.b
Lauinium 1.a
Laus vrbium 2.a
Lauo 261.a
Legifera ceres 112.a
Lego 84.a.174.b
Lentum 171.b
Lete 169.b.170.a
Lętor 326.a
Lętus 7.b
Leua 43.a
Leuum in cœlo 76.a
Leucas leucate rupes 90.b
Lex.xij.tabularum 367.b
Liptote quid 24.a
Liberi 343.b
Libya 6.a
Lyceus 248.a
Lyciſca 21.b
Licurgus 79.a
Lydus 74.b.254.a
Liquetius 284.a
Lyrica materia 287.b
Lyrneſos 294.b
Lynx 23.a
Lyncum natura 128.a
Lucifer 77.a.255.b
Lucus 29.a
Lucretiæ domus 258.a
Lucumones 56.a.253.b
Ludi 138.a
Lupanaria 19.b
Lupę 19.b
Lupercal 248.a
Luperci 259.b
Luſtrum 19.b

M

MAgalia 120.a
Magar 27.b
Magus 306.a
Magiſtri qui & paſtores 370.b
Magni dij 77.b
Maia 259.b
Male 108.b
Malus 130.b
Mane 55.b
Manes 79.a
Manubiæ 7.b
Mapalia 119.b
Mars 2.a.21.a
Mare & maria 176.a
Marica 206.a
Margaritę 37.b
Marſias 111.b
Maturo 12.a
Mater deùm 176.b
Meditor 115.a
Medius fidius 116.a
Memor 1.a
Memini 43.a
Mendax 46.a
Menſe 88.a
Mendacium in facto 63.b
Menelaus 184.a
Mergus 139.b
Mercurius 239.b
Metus 75.a
Mephitis 207.a
Meotis 199.a
Metius 257.b
Mœnia 2.a
Mi 168.b
Militum genera 46.b
Militiæ genera 237.a
Mimi 138.a
Minari 46.b
Minores 245.a
Miſenus 87.b
Minotaurus 164.b
Miror & regno tui 254.a
Mola 46.b
Monſtrum 71.b
Monodica 122.a
Montium partes 194.a
Morini 260.b
Murrani 197.b
Munera 138.a
Muſęus 193.a
Muſica 1.b
Muſæ inuocandi modus 3.b

N

NAre volare 17.b
Nare natare 11.a
Nautes 159.a
Næ 128.a
Nectar 5.b.169.b
Nemęa 146.b
Nemo 261.b
Neſcius 112.a
Nigra 171.b
Nihil 170.a
Nilus 119.b.270.b
Nimbi 8.b
Nympha viſa 161.a
Niſa 161.a
Nomina in us 45.b
Nodus 21.a
Noĩa locoꝝ, ideſt propria 1.a
Ines 146.a
Inbundus 131.a
Regum 197.b
Nox 10.b.109.a
Noxa 7.b
Nouendiales 137.a
Numeralium quantitas 69.b
Nudatum Nudum 360.a
Numęlex 201.b
Numina 221.a
Nurus 65.a
Nuncius & nuncium 79.a

O

OBſcenum 95.a
Ocnus 241.a
Odorus odoratꝰ 89.b
Oenotrus 104.b
Oethe 184.b
Olim 16.a
Omne 14.b.113.a
Ops & opis 3.b
Opera & opus 27.b
Ordo vrbium 1.a
Orantes 31.a
Orion 31.b
Orcus 199.a
Oſcinę & prępetes 174.b
Oſculum 18.b
Oſtium 29.a
Oſtia 175.b

P

PArcæ 4.b
Palamedes 46.b
Palladium 50.a
Palla 339.a
Pallas 7.b
Pan 248.a
Participia 168.b
Parcæ & parcus 5.a
Parius & lapis 34.b
Paris 116.a
Parentheſis 5.b
Parnaſus 318.a
Pean 361.a
Pecten 191.b
Patauium 18.a
Patens patulum 195.a
Patria 93.a
Pauidus 64.b
Pecus 28.a
Pelte 28.b
Penetro 18.b
Penus 39.b
Penates 77.b
Penthefilea 29.a
Peplum 29.a
Pergama 10.b.&.66.b
Perſi 4.b
Petere 268.a
Pellax 46.b
petit pro petiuit 269.b
phaethon 283.a
phalarica 285.a
Phalanx 54.a
Phedra 183.b
Pheretrum 183.b
Philoctetes 95.a
Phœnix 74.b
Phorcus 161.a
Phrygiones 98.a
Pietas 3.b
Piget 122.a
Pilumnus & pitumnus 262.a
Pinſor & piſtor 114.a
Pinarius 245.a
Pinus 42.b
Pira, rogus, buſtum 326.a
Pyra 173.b
Plagæ 114.a
Pleriq; omnes 15.a
Ploratus & planctus 182.b
Polliceor 17.b
Poliphemus 103.b
Pollux 168.b
Pone 74.a
Poples 286.b.287.a
Populus romanus 153.a
Populus 246.a
Porſena 258.a
Porta 69.a
Portentum 206.a
Portitor 177.b
Portus 43.a
Poſticum 63.b
Poteſtur 251.a
Prandia antiquorum 113.a
Prælium 254.b
Præpetes 174.b
Preſſo ore 171.b
Priami mors 65.b
Primus 4.b
Procax 32.a
Procul 72.b
Proceres 44.a
Prodigium 157.b
Prodo & propago 118.a
Profugus 1.a
Procris 183.a
Proteus 325.b
Prouidentia 5.a
Promittere 46.b
Pubis 152.a
Pudet 122.b

Q

QVa 6.b
Quando 120.a
Quæſitor 183.a


Que

Que pro vel 43.a
Quis pro quibus 10.b
Quadrupes 43.a
Quianam 134.b
Quondam 202.b
Quoq; 18.b

R

RAmus aureus 170.b
Rates 7.b
Raptus 4.b
Re 277.a
Recipere 35.a
Recæptus 356.a
Regia 249.a
Regna pereunt 20.b
Religio 248.a
Remus 19.b
Reſcribere 219.b
Regum & imperatorũ cognomina 366.a
Rhetorum pręcępta 8.b
Rhea 19.b
Romani reges 199.b
Roma & Romul⁹ 2.a.&.18.a 198.b
Ruma 238.a
Rumon 238.a
Rumpere ſilentium & vocem 46.b
Rurſus 128.a
Rurſum 87.b
Rus 27.b

S

SAcrum 37.a.79.b
Sagule 258.b
Sal 7.b
Salamis & ſalamin 242.a
Salua res eſt 239.b
Salue 137.a
Same & ſamos 89.a
Sanguen 17.b
Sarpedon 10.b
Scæa porta 94.a
Scelerare 79.a
Scribere 218.a
Scylla 16.a
Scopulus 7.b
Sæculum 254.a
Sæuus 2.a
Scribo 219.a
Securis 21.a
Securus 24.a
Sedere 9.a
Semita 122.b
Senex ſaltans 89.a
Senatores patres 159.a
Senones 158.b
Sepeliendi diuerſitas 324.b
Sereno 18.b
Seranus 200.a
Serum 378.a
Sibylla 174.b
Sibyllini libri 166.a
Silex 244.a
Sigeum 57.a
Syluij 20.a
Simulare 31.b
Sylua 170.b
Syluia 221.a
Simethus 281.a
Similis tui & tibi 76.a
Sinon 46.a
Sinus 216.b
Situs 183.a
Siniſtrum 75.a
Singularium poteſtas 168.b
Syrenes 163.a
Siſiphus 169.b
Solennis 52.a
Solis portæ 169.b
Solum 241.b.208.a
Solium 31.a.209.b
Somno excuti 86.a
Somnus 163.a
Somni vires 56.a
Spira 52.b
Specus 224.b
Spero 245.a
Spolium 243.a.310.a
Sponſus 294.a
Sthelenus 54.a
Squama 285.a
Stemma ſyluiorum 20.a
Sterno 146.a
Stirps 82.a
Stix 169.a
Sto 37.a
Stoici 1.b
Strophe 87.a
Strictura calibis 251.b
Statio quid 272.a
Subſidere 327.b
Subire 209.b
Sudum 254.a
Sub 36.b
Supero & ſuperſtes 36.b
Superſtitio 242.a
Super 21.a
Supremus 205.b
Superne 192.b
Supplicia 36.b

T

TAlentum 138.a
Tam, q̃; &c. 233.a
Tarentum 189.a
Tantali 169.a
Tapinoſis 11.a
Tapete & tapetum 215.a
Tarpeia 248.a
Tarquinus ſuperbus 200.a
Tartarus 171.a
Taurus 175.a
Telum 175.a
Tendo 274.a
Tenus 176.a
Ter quater 11.a
Terminus deus 276.b
Tergum 16.b
Territorium 159.a
Teucer 36.b
Telamon 36.b
Tholus 275.a
Therſandrus 54.a
Thermodoon 260.b
Threicius 79.a
Thalaſſio 37.b
Tyaras & tyara 212.a
Tybris 5.a.78.a
Tyndaridæ 99.b
Tyrannus 122.a.214.a
Tyrrhenus 254.a
Tyrrhenum mare 9.b
Tyrrheus 221.a
Tibi 98.a
Titius 184.a
Toga 20.a
Topographia &c. 13.b
Totum 14.a
Trabea 226.b
Tranſenna 131.a
Trama 98.a
Trebia 231.b
Trebula 231.b
Triclinium 39.b
Tres Platonicorum de inferis ſententiæ 169.b
Trophęoꝝ ſuſpenſio 318.a
Tranſcribere tranſcribi 159.b 219.a
Tritonia 50.b
Triton 171.a
Triſtis 176.a
Triones 41.a
Troia 1.b
Troiani 4.b
Troili mors 29.b
Turbo & turben 218.a
Tuba 264.a

V

VAcãtia in verbis 23.a
Vale 76.a
Valuę 28.b
Vallis 377.a
Vallus 267.b
Vallis in noĩandi caſu 33.a
Venus obcęcat 68.b
Vector 112.b
Venetia 18.b
Venalis ſtatus 8.a
Verba de loco 31.b
Verro 9.a
Veſta & veſtalis 19.b
Ventorum ſpecies 12.a
Verbena quid ſit 354.b
Verba ia tor. 354.b
Virg. notatur 26.b
Via 124.a
Viſcera viſcum 16.b.103.b
Viſo 45.a
Vitę finis 131.a
Virago vnde dicatur 364.b
Voliturum 257.b
Vltio deorum 33.a
Vlyſſes 55.a
Vrbs ab Ænea condita 1.b
Vulgus 43.b
Vulnerum loca 282.b
Vultur Tytij 169.b
Vxor quo vngatur 126.a
Vmbria 370.b


FINIS.

## CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI DE PECVLIARI PVBLII VIRGILII MARONIS LAVDE, HONESTA PRÆFATIO.

CVm eum poetam interpretandum aſſumpſeri-
mus, qui vel ex omnibus terrarum regionibus,
quarum habitatores hiſtoria cognoſcantur, vel
ex omnibus ſæculis, quorum memoria ad no-
ſtra vſque tempora ſcriptorum beneficio perue
nerint, ſi non primus omnino, primo tamē par
pene æqualis'q; ſit, operæ noſtræ precium haud mediocre futu-
rum æſtimo, ſi paucis tamen, nec pluribus quam neceſſitas exi-
gat, oſtendero ex omni, quæ innumera pene eſt, ſcriptorum co
pia illum præter cæteros, & ad grauiter, ornate'q; loquendum,
& ad bene, beate'q; viuendum plurimum nobis conferre, Nam
cum, & intelligentia, qua omneis diſciplinas ſtudio, induſtria'q;
adhibita aſſequi poſſumus, & oratione, qua quæ didicerimus
alios doceamus, homo à cæteris animalibus differat, nonne in
vtraque re ita princeps eſt, P. Maro, vt cum ab eo diſceſſeris vix
niſi longo interuallo relicto ſecundum reperiant latini. Nam
quem immortalis deus, ſplendorem, quam dignitatem oratio-
ni affert? Quid obſecro, aut in maximis rebus ſublimius, aut in
mediocribus temperantius, aut in humilibus preſſius excogita-
ri hoc poeta poteſt? Quis in ſingulis verbis eius elegantiā? Quis
in orationis ſtructura compoſitionem? Quis in luminibus ver-
borum, ſententiarum'q; dignitatem Maronis adęquabit? Quod
iure vero omnes ſtupeſcent ita dicendi genus variat, vt rebus
temporibus, perſonis'q; inſeruiens, modo abundans, copio-
ſius'q; fluat, modo breuis conciſus'q; cuncta perſtringat. Decet
illum nonnunquam ſiccitas, decet neſcio quid pingue, floridū'q;
ſæpe autem ſuauiſſimo quodam contemperamento ita huiuſ-
modi in vnum omnia confundit, atque commiſcet, vt mirabili
voluptate audientium aures demulceat, atque delectet. Nam
quis dicendi ornatus, excellētior eſſe poteſt, quàm is in quo nec
pręcipitata breuitas, nec infinita copia, nec ieiuna ſiccitas, nec po
ſtremo nimium luxurians lætitia appareat? Hoc quidem dicen-
di genus apud quem alium inuenies, non facile reperio. Ego cer-
te apud neminem adhuc cognoſcere potui. Si igitur tanquam
magnum virum, & omni laude dignum eum admiramur, qui
horum vno vtatur egregie, ſi veluti eloquentiæ deum illum ve-
neramur, qui hos omnes, ſed in diuerſis locis adimplet quibus
laudibus obſecro quibus tandem laudibus proſequemur, qui
vnum in locum, vnam in rem, hæc ſimul omnia inaudita ſuaui-
tate conijciat? Adde ad hæc, quòd cum duo ſint dicendi genera,
quorum alterum à quieto, & nulla perturbatione concitato ani
mo mature, grauiter'q; proferatur. Alterum vero, in quo quia ni
hil ratione, ſed omnia ſumma perturbatione aguntur, ardēs in-
ſenſum, torrens'q; nominarunt, nonne vtrunque ita diſtribuit.
P. Maro, vt ſeruato hominum ingenio, ac natura, vnicuiq; ſuum
attribuat? Quid enim grauius, maturius'q; Ænea, Latino'q;, & ſi
duos horum ſimiles inducit? quid contra ardentius, erectius, in-
ſenſius Pyrrho, Turno & Drance, ſed in primis ipſa Iunone tro
ianis ſemper infenſa, fingere potuit? Sed vt ad ea mēbra, in quæ
totum dictionis corpus diuidimus, quandoq; deueniam, ita ꝓ-
ponunt, atque inuocant poetæ, vt his ea omnia, quibus proœ-
mium perficitur, ſummo artificio abſoluant, quapropter quo ar
tificio, quo diuini ingenij conſilio, tantus vates, & à magnitudi-
ne vtilitatis, ac nouitate rerum attentum, & ab erumnis inuicto
animo perlatis, & ab iniuſtis crudeliſſimæ Iunonis odijs fauo-
rem conciliat quam perſpicue docilem aperte, abſolute'q;, re ꝓ-
poſita reddit? Iam vero narrationibus ſuis nec dilucidius quic-
quam, nec veriſimilius inuenies. In partitionibus autem, quid
quominus clare, atque abſolute ſint deeſſe perturbauimus? Nam
ſimilitudines, amplificationes, exempla, digreſſiones, ſigna re-
rum, argumentationes, cætera'q; huiuſmodi, quæ quidem tum
ad probandum, tum ad refutandum plurimum valent, tā mul-
ta, tam varia, tam vehementia ſunt, vt neque copioſiora, neque
efficaciora, aliunde exempla ſumi poſſint. Prætereo eius epilo-
gos, prætereo diuerſis in generibus varijs refertā affectibus oro
tionem. Neq; in eo ero occupatus, vt oſtendam quam vehemēs
ad indignationem inſurgat, quam mitis è cuiuſuis pectore miſe-
ricordiam eliciat. Hoc tamen ſilentio non prætermittam, nam
in alijs imitandis, ſiue græci illi fuerint, ſiue latini, tam diligen-
tem rationem adhibuit tanto conſilio, vt illa ſuis quadrarent, cu
rauit, vt non aliūde accæpiſſe, ſed ipſe peperiſſe, ac à ſe parta alijs
mutuaſſe videatur. Heſiodum in Georgi. græco etiam iudice lon
ge ſuperauit. Nam in Theocrito, ſi inde doricam illam locutio-
nis proprietatem, quod græci Idioma nūcupāt, amoueas, quod
& moribus, & verbis paſtoralibus vehementer quadrat, quid
prætērea inuēnies, in quo latinus poeta à ſiculo vinci putetur?
Hoc tamen in Virgil. admiror. quod in Theocrito & ſi abſit de-
ſidero. Nam paſtoriæ illius ruditatis ita naturam exprimit, vt
ne Roſcius quidem Bucolicam perſonam expreſſius agat quam
ille ingenia, mores'q; refert, quod quidem cum præſtiterit, ac per
omnes numeros ita abſoluerit, vt ei quem ſibi imitandum pro-
poſuerat, nuſquam cedat tum quod poetarum eſt, eodem fig-
mento maiora quædam contegit, vt quamuis à perſona paſto-
rali non diſcedat, tamen alium ſenſum longe excellentiorem ſub
illo vulgari abſcondit, vt opus duplici argumento ornatum, &
illi qui in promptu eſt, inſeruiat, & illum, qui latet, perficiat. Quā
rem, ſi qui ſunt, qui vitio illi vertant, ij quid proprium poetarum
ſit, ignorare conuincentur. Et profecto ad maxima quæq; ac di-
uina natus hic poeta, ita in humilioribus à prima ætate ſe exer-
cuit, vt iam tum maiora illa, & mente concæperit, & vt rēs fere-
bant, aliqua ex parte ita incœperit, vt intra Bucolicos tamen fi-
nes honorare conſtiterit. Verum maius certamen cum Home-
ro reſtat, cui cum græcorum ſcriptorum ingens numerus in hu-
iuſcemodi pugna adhæreat, ac pertinacius inſtet, victoria difficil
lima redditur. Verum cum laborioſum magis quàm periculo-
ſum ſit, collatis ſignis in aciem prodire, non faciet tamen honora
ti Seruij opinio, Vt in ea locum deſerant, quamuis affirmet Ma-
ronem longo interuallo Homerum ſecutum eſſe, Magis'q; me
mouet, & Afri Domitij, & Quintiliani authoritas, qui illum ita
ſecundum ponunt, vt pene illum primo æqualem reddant, At di
ces ij latini ſunt, & qui authoritate potius, quàm argumentis pu
gnent, Nam cum quid ſentiant, explicauerint, non multum labo
rant, quare ita ſenſerint rationibus cōfirmare. Ita longe pluris fa
cio Macrobij iudicium, qui tum eloquentia excellēs verum faci-
le deprendere poteſt, tum quia à gręcorum factione eſt, ſeuerius
q; forte par eſt iudicium in eum exercet. Sed tamen vide qd ſen-
tiat. Is enim innumeris, pene locis ex vtroq; poeta in mediū ad-
ductis decernit, Maronem noſtrū varijs in locis modo vinci ab
Home. modo victorem ex eo pręlio diſcedere. Itaq; quod ab ho
mine aduerſę factionis datur, accipiendum puto, & cum nullam
in partem inclinata victoria, recęptui apud illum canant, ęgregie
nobiſcum actum putauimus. Nam qui modo vincitur, mō vin-
cit, hunc ego non ſecundū, ſed parem iudico, verum quid plura?
preſertim cum de poetarum vi nulli potius q; poetæ, & ei quidē
egregio credendum omneis acrioris ingenij viros iudicaturos,
non ambigam. Quid ergo aquinas Iu. iudicet eius è carmine fa-
cile eſt cognoſcere. Ait enim Conditor Iliados cantabitur, atque
Maronis, Altiſoni dubiam facientia carmina palmam, atq; hæc
de Home. Nam Nicādrum, Apollonium, Piſandrum, Euphorio
nem, Euripidem, Pindarum, cæteros'q; multos ita imitatus eſt,
vt nuſq; illis cedat, multis autem in locis ſuperet. Verum vt pau-
cis tantam rem perficiam, ego Macrobij ſententiam vehementer
qm̄ veriſſima eſt, approbo. Nā tantus philoſophus & Platonis,
in quo ſumma eloquentia ſummę ſapientię coiūcta eſt, optimus
imitator. P. Virgilij eloquentiam naturæ omnium, rerum opti-
me parenti ſimilem eſſe docet. Nanq; terram hic frugibus, arbo-
ribus'q; lętam videmus. ibi pratis, floribus'q; omnia ridere. Aliā
regionem fontibus irrigari, Aliam omnino areſcere. Eſſe & loca
quæ in campos porrigantur. Eſſe & alia, quę in montes, rupes'q;
conſurgant, eoſdemq; alibi horrendis ſyluis veſtiri, alibi nudo ſa
xo inhorreſcere. Sic. P. Virgilius ſtilum ſuum ad omneis vitę mo
res integrum traducit, vt nunc breuis, nunc copioſus ſit, nunc ſic
cum, nunc floridū ſeſe oſtendat, Eſt præterea vbi leni fluat agmi-
ne, eſt & cum veluti per confragoſa torrens, rapidus'q; præcipi-
tetur. Atque hæc in dicendo. Quod autem ad bene, beate'q; vi-
uendum pertinet, quis nō videat omnia quibus vita humana re-
cte inſtituatur, pręcępta ab hoc poeta Veluti ex adorandis philo
ſophię ſcatebris, ꝓmi facile, ac percipi poſſe? Nā vt Cyri vita Xe-
nophon, ita à primis incunabulis producit, vt eius regis exēplo
optimus ꝑnceps informari poſſit, ſic Maronis poema omne hu
manæ vitæ genus exprimit, vt nullus hominum ordo, nulla
ętas, nullus ſexus ſit, nulla deniq; cōditio, q̄ ab eo ſua officia nō
integre addiſcat. Qua obſecro ille acrimonia, quo verborum flu-
mine, metum, ignauiam, luxuriam, incontinentiam impietatē,
perfidiam, ac omnia iniuſtitiæ genera, reliqua'q;, vitia inſecta-
tur,

tur, vexat? Quibus cōtra laudibus quibus præmijs inuictam animi magnitudinem, & pro patria, pro parentibus, pro cognatis, amicisq́; conſideratam periculorum ſuſcæptionem: religionem in deum, pietatem in maiores, charitatem in omnes ꝓſequitur? Nam cum hoc in primis ſibi propoſuiſſet. P. Virgilius vt generi humano, quamplurimum prodeſſet, eo potiſſimum conſilio in vno Ænea abſolutum omnino, atque ex omni parte perfectum virum finxit, atq; expreſſit, vt omnes illum nobis, tanquam vnicum exemplar ad vitam degendam proponeremus, ac neſcio an melius multo apud hunc quàm apud philoſophos, huiuſcemodi omnia aſſequaris. Illi enim quæ vitam beatam præſtant ſubtiliter docent, potius quàm ad illa trahant. Hic præſtantium virorum prȩclariſſima geſta recēſendo, nos quia omnes exemplo facile mouemur ad illos imitandos vehementer inflāmat. Quapropter quæ illic auribus percipimus, hic tanquam nitidiſſimo in ſpeculo, neſcio quo pacto nobis intueri, & dum geruntur adeſſe videmur, Quamobrem tanto nos hæc, quam illa magis mouebunt, quanto oculorum quàm aurium ſenſus acriores eſſe cognoſcimus. Nam quis vnquam rēpub. melioribus legibus temperauit? In quo vnquam duce, aut audiſtis, aut legiſtis tātam ineſſe rei militaris diſciplinam, quanta in vno Ænea deſcribitur? at dices non omnes in repu. principes eſſe, aut exercitibus præponi poſſumus, longeq́; plures priuatim q̄; cum poteſtate viuimus. Quod quidem vt verum eſt, ita ingenue fatebor, Sed nonne, & priuatis hominibus quo pacto ſecum quo cū ſuis, quo cum ciuibus, quo cum peregrinis agendum ſit, frequenter admonet? Sed videor dum ſingulis inſiſtere cupio, lōgius multo quam procemij anguſtiȩ patiuntur progredi, ac rerum copia ita vrgeri, vt dū nihil indictum relinquere nihil ſatis pro dignitate explicem, Verum vt paucis infinita expediam, ita locum cōcludam vt vniuerſam huius ſcriptoris poeſim laudem eſſe virtutis, atq; omnia ad illam referri ſine dubitatione affirmē. Quæ vero ad ſummū bonum, quod in diuinis rebus contemplandis, cognoſcendisq́; conſiſtere ſcimus pertinent quam omnino diuinæ. xij. Æneid. libris mirifico figmento intexuerit, ſatis ꝑ noſtri ingenij viribus in eo libro expreſſimus, in quo Laurentius medices hȩc inueſtigās inducitur, Adde ad hæc quā multa, quæ natura ipſa penitus in obſcuro condidit, atq; abſtruſit, Ille ſingulis ſæpe verſiculis, & breuiſſimis quod poetarum eſt, verbis perſtringit, quam docte, ventorum vim ac naturam explicat: quam ſignate tum tempeſtates, tum multorum ſyderum ortus, obitusq́; exprimit, quam elegāter errores lunȩ, ſolisq́; labores refert, quam vere vnde pluuiæ, vnde ſerenitates, vnde coeli aut clemētia, aut inclementia ſit, oſtēdit? De animorum autem noſtroꝝ vi, naturaq́;, deq́; rerum principijs nōne ita ſcrutatur, vt omnes omnium philoſophorum ſectas, ac familias noſſe illum manifeſtum ſit? Adde ad hȩc cognitionem hiſtoriarum, adde vt diligentiſſimus antiquitatis, & non modo noſtrarum rerum, ſed & grȩcarum, & omnium nationū inueſtigator extiterit. Prȩtereo ius ciuile. Omitto ius pontificum priſcorum. Prȩtermitto id, quod augurum eſt, quȩ quidem omnia ſi ab eo ieiune, ſi aride, ſi inculte, ſcripta eſſent, eſſent tamen propter eoꝝ varium multiplicem, ac maximum vſum omni ſtudio cognoſcenda, nūc aūt tam incredibili verborum copia, atq; elegantia inſignita, tam admirabili ſententiarū grauitate illuſtrata, tot ſalibus reſperſa, tanta ſtili varietate grauiter, ac iucūde cōpoſita cum ſint, quis non vel noctes integras (ſi opus fuerit) ad diuturnas poetȩ lectiōes addat, cum ſummæ vtilitati ſumma ſit adiuncta voluptas? Hæc ille.

## ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS VRSO VRSINO HEROI CLARISSIMO PONTIFICIS THESAV. AC GYMNASII ALMÆ VRBIS RECTORI.

Virgilij poetarum ſummi & Bucolica & Georgica in Romano Gymnaſio cuius tu rector & ṗnceps q̄; optimus Vrſe Heroū decus eo pacto abhinc triēnio publice ꝓfitebar, vt poſteris quoq; impertiendum cenſere eoq́; ſtudioſius, & accuratius enitebar, quumq́; tempus admonuit impreſſoribus, quicquid euigilaueram tradidi, Diceres autem Nōne & Seruius iam pluribus annis Virgilij ſummus habetur interpres, & anno abhinc ſecundo Landinus vir profecto eruditiſſimus, quid igitur tua eruditione opus? Cum etiam fieri non poſſit, aut non facile fiat, vt ea verbis mutentur, ac extrudantur, quȩ impreſſa ſunt mentibus & iandiu retenta? Itaq́; Seruij potius, alteriusue ſententiam omnes pene quàm tuam probauerint, ſicq; fruſtra quodammodo elaboraueris. Ea quidem omnia ita fore non dubito Præſul digniſſime apud eos preſertim, qui ſæpenumero aliud quàm recte ſenſerint, iniquo animo approbant, & extollunt, probandaq́; arguunt & inuertunt. Nec ego eo conſilio Commentarios edidi, vt homines eruditos redarguam, quanquam aliud alij videtur, Sed vti Virgilij carmen, & facilius, & apertius habeatur. Eo enim ſtudio, ea opera, vigilia, diligentia, cura ſum vſus, tum corrigendis textibus, tum illis interpretandis, vt mea cum prȩcedentibus conferentes, neceſſaria potius quàm ſuperuacanea fuiſſe animaduertant. Amabunt inde, nam quæ facta ſunt cum labore vt ille inquit, magis diligūt omnes, Et quoniam explodenda eorum ſunt verba, qui nihil authoritate doctorum corroborant, illius autem recipienda ſententia, qui nihil loquitur, niſi quod apud exquiſitiſſimos legitur authores. Viſum eſt. cunctis omnibus & locis atque ſententijs priſcorum teſtimonia reddere. Ibiq́; maxime vbi aliorum interpretatiōibus, quod ſæpe accidit, minime ſum aſſenſus, non quidem ab re vt patebit, Præterijq́; nihil fere neceſſario exponendum, quód ſi forte non vſque rite expoſitum fuerit, danda venia eſt. Quis enim tanto ingenio, tanta doctrina, tantaq́; ſapientia præditus eſſe poteſt. vt nuſquam ceſpitet? Neque enim eſt vlla diſciplina, aut ars, quæ ſingulari conſummata ſit ingenio. Nec vllus omnia ſcire poteſt, & Vbiq́; diligentia ſatis vti. Hinc Plato philoſophorum ſummus Architæ reſpondens ait. Quæ apud me ſunt commentaria, de quibus ſcripſiſti, nondum ſatis lucubrata ſunt, neque vnquam ſatis erunt, ea tamen emiſi, & contra ſubitorum, & plurimorum iudicia doctorum, denique & contra me, quòd lōge peſſimum haud dubito, Tua tamen, obſeruator, ſpeculator, explorator digniſſime (id enim epiſcopus interpretatur) authoritate, poteſtate, dignitate fretus, audentius meas lucubrationes emitto, tibiq́; dedico. Cui enim potius? Tibi ſiquidem mea omnia debeo, tibi labores omneis, & vitam ipſam. Quis nanque me numero paucorum aſcripſit? Tua nempe ingens, & maxima charitas. Tua quidem liberalitas, & clementia ſumma. Tui magnitudo conſilij. Tui animi ſapientia. Vt autem poſſint labores mei alibi quoque opem ſufficere. Vocum rerumq́; indicem ſecundum literarum ſeriem in fronte appoſui. Edam poſt hæc in Iuuenalem, in Odas. in carmen, Epodon Horatij Venuſini paratos iam commentarios. Vbi quid ſenſerim vltra aliorum ſententias, quid addiderim, quidve elaborauerim plane videbitur, vale decus procerum, & præſidium meum. Vale & ſalue, Romæ tertio Idus Octob. M.CCCCXC.

Ex quibus Authoribus.

M. Catone, Varrone, Columella. Plinio, Palladio, Theophraſto, Macro. Nonio Mar. Diomede. Feſto, Pompeio, Donato, Capro, Phoca. Priſciano, Acrone: Porphyrione, Aulo Gel. Probo, Vegetio, Modeſto, Vibio ſequeſtri: Lactātio, Homero Heſiodo, Theocrito, Hora. Ouidio, Manilio, Propertio, Plauto. Lucano: Lucretio, Cicerone, Salluſtio, Euſebio, Apuleio, Tito Liuio, Suetonio, Seneca: Lucio Floro, Iuſtino, Herodoto, Diodoro. Laertio Plutarcho. Alcinoo, Appiano, Cornelio Tacito. Strabone, Quintiliano, Solino, Dionyſio, Ptolemæo, Hyginio, Alexandro aphrodiſeo, Ariſtotele, Auguſtino, Cornelio celſo, Salone, Serapione, Vitruuio, Ioāne vero Carmelitano in græcis dictionibus, Horum omnium ſuo loco teſtimonia patent.

## IODOCI BADII ASCENSII IN OPERA VIRGILIANA QVÆDAM PRÆAMBVLA SEV PRÆNOTAMENTA SCITV DIGNA.

In ꝑncipijs cōſiderāda.

IN exponendis (vt ad Æneida Seruius inqt) authoribus hȩc cōſideranda ſunt: poetȩ vita, titulus operis, qualitas carminis, ſcribētis intētio, numerus liborū, Explanatio. ¶ Poetȩ huius, id eſt Publij Virgilij Maronis vitā ipſe Seruius illic paucis conſequitur, verū quia cōſtituimus q̄ varie diſperſa ſunt in vnum faſcem colligere, ne alijs ſit inquirendi labor, addam ad Seruianam narrationem epitomen ex eo libello, quem Donatus de vita Virgilij compoſuiſſe dicitur. Idq́; tale eſt. Virgilius Maro modicis parētibus patre videlicet Marone, & matre Maia, in pago Mātuano, q Andes dicitᷣ, Cneo Pom

peio

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Politia/ nºtñ ver giliũ vo cãdũ cẽ ſet vt di cemus.

pelo magno ac Marco Licinio Craſſo primum conſulibus. Idi/
bus Octob.natus,& à virga laurea quæ prægnãti matri viſa erat
in ſomnis,vel à virga populea,q̃ in puerperio eius depacta mo/
re patriæ ſtatim coaluit,illiq́ꝫ conſecrata eſt,Virgilius,& à patre
Marone Maro appellatus,vſque ad ſeptimum annum vixit,de/
inde anno.xvij.ſenilem togam eiſdem cõſulibus iterum,quibus
natus erat,ſumpſit quo die Lucretius obijt,medicinæ ac mathe/
maticæ Neapoli præcipue incubuit,quarum peritus Romam ſe
contulit,& magiſtro ſtabuli equorum cõciliatus,cum equos va
rijs ęgritudinibus leuaſſet,nonnullorum etiam progenitores in/
ſpectione deprehendit,mox idem in canibus faciens,ob quã rem
cum Auguſtus illi panes ſemel atque iterum multiplicari iuſſiſ/
ſet,ipſeq́ꝫ de pr̃e ſuo,de quo dubitabat certior fieri ſperãs ipſum
conſuluiſſet,quonam patre ipſum natum putaret, poſtulata ve/
nia,ſi inquit quod ſentio,libere enunciare auderem, dicerem te
patre piſtore genitum, quo reſponſo cum obſtupeſceret Augu/
ſtus,ille pergens,nam inquit pro ſubtili iudicio meo panes mul/
tiplicari iuſſiſti,quod quidem aut piſtoris aut nati piſtore officiũ
erat;qua facetia delectatus,Cæſar,at deinceps inquit, non à pi/
ſtore, ſed à rege magnanimo dona feres,factusq́ꝫ eſt exinde in/
dies Auguſto carior interceſſione preſertim Aſinij Pollionis. Al/
pheni,Varri,Cornelij Galli,& Mecœnatis,qua etiam agros ſuos
recuperauit,quos cum reliquis mantuanis amiſerat,qa poſt Phi
lippenſem victoriam veteranis militibus trium virorum iuſſu
agri trans padum diuiſi ſunt,vt in argumento primæ Eclogæ la
tius dicturus ſum. Quia vero Pollionis præcipue,qui tranſpada
næ Italiæ pręfectus erat opera agros ſuos ab Arrio,ſeu Claudio
recęperat,eiuſdem cohortatu Bucolicum carmen ſcripſit,in quo
& Auguſto gratias agit, & Pollioni refert honeſtam eius men/
tionem faciens. Id autem cum iam vigintiocto annorum eſſet
auſpicatus,triennio poſt abſoluiſſe,in eoq́ꝫ Theocritum ſecutus,
non longo interuallo,ſed tamẽ nõ præijſſe dicitur. Deinde Geor
gica ad imitationem Heſiodi ſeptennio Neapoli abſoluit in quo
opere,quem imitatus eſt,etiam Macrobio teſte,longe ſuperauit
Demum hortãte Auguſto,Æneida ad imitationem Homeri.xj.
annis,vt nunc fere eſt,compoſuit,ſed præuentus morte caſtiga/
re non potuit. Ad finem tamen perduxiſſe ex ea re argutioribus
comprobatur,quod Homeri vtrunqꝫ opus præcipuum, odyſ/
ſeam dico,& Iliada,duodecim libris æquiparauerit. Nam ſenis
libris:quod ille vigeniſquaternis effecit, virum ſiquidem in ſex
prioribus Æneidos,vt ille in.xxiiij.Odiſſeæ canit,arma vero in
ſex reliquis:vt ille in.xxiiij. Iliados. Nam ſicut Homerus in He/
ctore tracto ſiſtit,ne progreſſus cogeretur ignobilẽ Achillis mor
tem deſcribere, ita Virgilius in Turno occiſo opus claudit,ne vi
delicet Æneæ ignobilem quoque ſubmerſionem exequi coga/
tur. Scripſit longe plura opera quorum quædam ſunt quaſi præ/
ludia,vt ante opuſculorum eius declarationem latius dicturus
ſum,vbi & vitam eius à Donato deſcriptam inuenies. Cæterum
quia non nihil quoque dicere conſtitui.addamus quod diximus
de nomine eius,de quo Ange.politianus vir argutiſſimus ita diſ/
ſerit capite.lxxvij.centuriæ ſuæ. ¶ Vergilius dicendum ne ſit, an
Virgilius, ideo adhuc inter eruditos ambigi. Cæterum,vt ego
Vergilium dicã magis per e,quàm Virgilium per i,in cauſa ſunt
veterrima aliquot monimenta noſtræ obſeruationi patrocinan/
tia,quæ libens equidem ſubiiciam propter propudicioſos neſcio
quos,& eruginis plenos,odio omni faſtidioq́ꝫ digniſſimos, qui
quanquam ſemper elementarij,vindicare tamen inter indoctos
fautores audent ſibi cenſuram literarum. Et paulopoſt. Inuenies
igitur Volſcinis menſam quampiam marmoream vetuſtiſſimis,
peneq́ꝫ exoletis characteribus intra ædem Chriſtinæ virginis,
quę pro ara eſt apoſtoli Petri,vbi Vergilij legitur, Inuenimus au
tem Sutri nomen hoc Vergilius ita notatum in menſa item lapi
dea. Quin in pandectis quoque his,quæ nunc Florentiæ publice
aſſeruantur libro ipſo Iuſtiniani principis archetypo non aliter
quàm per,e,notatur id nomen, ſicut etiam in volumine Maro/
niano literis maioribus parato,qui Romæ in intima vaticana bi
bliotheca mire vetus oſtenditur. Pręterea commentarium Tybe
rij Donati nunc in manibus habet Landinus homo,& eloquens,
& eruditus,maioribus notatum vetuſtis characteribus,cuius au
thoritas hæc haud dubium reliquerit, Quod item in codice diui
Auguſtini de ciuitate dei ex publica medicæ familiæ bibliotheca
neqꝫ non in Columellæ ex priuata eiuſdem gentis literis vtroqꝫ
Longobardis exarato,tum in Senecæ epiſtolarum libro perue/
tere. Identidem nunc Iacobo modeſto familiari noſtro, & ſtu/
diorum adiutori nunc alijs item noſtris auditoribus vtcũqꝫ aut

Vtrũ Virgili⁹ an Vergili⁹ legẽdũ.

Elementarij.i. grãmatici litera/ rij.

res ferat,aut exigatur oſtendimus. Et paulopoſt. Quãuis autem
monumenta iſta tanta ſæculorum,vetuſtate roborata mihi ſatis
ad præſidium ſint tamen res ipſa quoque adſtipulatur, & ratio.
Nam ſicuti à vere dictæ Vergiliæ ſtellæ, ſic à Vergilijs ipſis vel
item à vere proprium hoc nomẽ crediderim inclinatum potius
Hercule quàm à virga, quod quidam nugantur laurea. Nam id
cum apud authorem,minus idoneum inueniatur,tum refellitur
hoc ipſo,quod multi ante hunc editum poetam eodem ſunt ap/
pellati nomine. Quandiu igitur aut non teſtimonium grauius,
aut non ratio valentior exhibetur,vtiqꝫ à vetuſta magis conſue/
tudine,quàm à noua inſcitia ſtandum eſt, vnde hæc ſartago lo/
quendi venerit in linguas. Etenim magna pars iuniorum caliga/
mus ad veri cõſpectũ, Quin vt reliqua exequar Virginius quoqꝫ
nomen huic finitimum non Verginius in marmoreo nuper la/
bro pro æde ipſa diuæ Mariæ maioris inſculptum Romæ ani/
maduertimus. ¶ Hæc & plura vir ille doctiſſimus,quibus autho
ritati ſuperiorum dictorum non parum derogatur. Sed vt reli/
qua perſequar iuxta libellum Donati corpore,& ſtatura fuit grã/
di,aquilino colore,facie ruſticana,valitudine varia,nam plerun/
que ab ſtomaco & faucibus,ac dolore capitis laborabat ſangui/
nem etiam ſæpius eiecit,cibi viniq́ꝫ minimi, Fama eſt eum libidi
nis in pueros ꝑnioris fuiſſe.ſed boni,ita eum pueros amaſſe pu/
tauerũt,vt Socrates Alcibiadem.qui cum ſæpe non aliter quam
cum filio pernoctaſſe legitur. Cætera autem vita,& ore, & ani/
mo tam probum fuiſſe conſtat,vt Neapoli parthenias appellare
tur,vulgo hęc fere ex Donato. Verum ſi ex abundantia cordis os
loquitur quanquam Catullus aliter ſentiat.(Nam caſtum inquit
eſſe decet poetam ipſum Verſiculos nihil neceſſe eſt)tamen quia
caſtiſſimus in tota poeſi ſua repertus eſt,concederem potius ijs,
qui dicunt ipſum caſto amore proſecutum pueros. Dixi forte p̃/
ter opinionem in tota poeſi. Nam ex ſecunda Ecloga vt illic di/
cam, Nemo conuicerit eum de impudico amore loqui,quanquã
forma magis qua animo Alexidis captus videaẽ Corydon, Ob/
ſcœnum autem poema cui Priapeę nomen eſt inditum Angelus
Politianus Ouidianum non Maronianum eſſe liquido probat.
Sed hæc de vita,ſcriptis,& moribus cum nemo Donati opuſcu/
lum non habeat,ſatis viſa ſunt Vtrum tamẽ Donati ſit quamplu
rimi dubitant,cum enim Politianus dicat,quod quidam nugan/
tur,innuit non eſſe Donati,quippe de quo non tam irreuerenter
loqueretur, Valla etiam adnotans errata illius authoris, præci/
pue in male poſita,& peperam obmiſſa, reciprocatione dubitat
an Donati ſint, Cæterum de nomine parum fidei faciunt tabu/
læ inſculptæ ab artificibus minus literatis & vulgus fere ſequen/
tibus,quod in Italia,vt in Gallia ſæpe in vernacula,e,pro,i,po/
nit,vt Verzilio:& verzine, pro Virgilio.& virgine &c. De laude
vero eius in poetica licet ſatius ſit tacere quam parum dicere cũ
Macrobius atteſtetur nihil ex cuiuſuis authoritate illi accedere
poſſe,tamen qui abunde legere volet,ea leget quæ vir eloquẽs,
& grauis Chriſtophorus Landinus egregie locutus eſt, quæ ſub
Æneida declaraturi ſumus quia hic nimis excreſceremus, ſi ſin/
gula notatu digna reponere velimus. ¶ Tituli operum in ſingu/
lis patebunt ſuis locis. Vt vero qualitates in ſingulis facilius ex/
plicem,meminerimus primo(quod Mancinellus collegit)dicẽ
di genera,& in carmine,& in ſoluta oratione probabilia eſſe tria.
Huber,gracile,mediocre,Huberi dignitas atque amplitudo eſt.
Gracili venuſtas,& ſubtilitas. Mediocre in confinio eſt vtriuſque
modi particeps. Vera autem & propria huiuſmodi formarum
exempla in latina lingua Marcus Varro eſſe dſcit hubertatis Pa/
cuuium,Gracilitatis Lucilium,Mediocritatis Terentium,ſed ea
ipſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria
tribus,Magnificum in Vlyſſe & huber eſt. Subtile in Menelao,&
cohibitum eſt,Mixtũ,moderatumq́ꝫ in Neſtore. De quibus om/
nibus Aul. Gellium lib.vij.legito,apud Macrobium vero libr.v.
dicendi genera quatuor eſſe leges. Copioſum,in quo Cicero do/
minatur. Breue:in quo Salluſtius regnat, Siccum quod Fronto/
ni aſcribitur. Pingue & floridum,in quo Plin.ſecundus luxuria/
tur. Sed apud vnum Maronem hæc quatuor genera reperies va/
rijs quidem locis etiam tria, Nam gracili in Bucolicis vtitur. Hu/
bere in Æneade Mediocri in Georgicis,hęc ille,addamus & hęc
Donati poematis ſtili genera tria eſſe. Aut enim actiuum,vel imi
tatiuum eſt,quod græci δραμματικὸν appellant,in quo perſo/
næ loquentes introducuntur ſine poetæ interlocutione,vt ſunt
tragœdiæ & comædię,& mimi,quo genere ſcripta ecloga eſt pri
ma,ſcilicet Tityre tu patu.& Quo te Mœri pedes. Aut enarrati/
uum,quod græci διηγματικὸν appellant,in quo poeta ipſe lo
quitur,

quitur ſine interruptionē perſonæ, vt tres primi georgi. ib. item Lucretij carmina. Aut cōmune Vel mixtum, quod græci μικτὸν appellant, vbi & poeta ipſe loquitur, & introductæ perſonæ, vt Virgilij Aeneis. ¶ Scribentis intētio ſeu potius propoſitū, ac ratio (Nam intentio a doctis in ea ſignificatione, qua vulgo accipitur, rarius vſurpatur) in varijs operibus varia eſt. Verum in vniuerſali triplex eſſe videtur. Prima vt græcos illos, quos imitatos dixi, imitetur. Secūda, vt vitæ humanæ maxime in agro, vbi natus eſt, vitam triplicē, triplici ſtilo, tripliciq; poemate conſequatur, Nam prima eſt ruſticis pecoris cura, deinde agroꝝ quoꝝ cultu indurati tandem ad arma gerenda idonei cenſentur. Tertia vero vt reipublicæ q̄ maxime cōſulens, vitæ munus a deo ſibi iniūctum honeſte, & memorabili facinore expleat, ſeq; aliquādo vixiſſe teſtetur. Nam vt ad ſextū, Ænei. dicturus eſt Seruius, nulla poeſis accępta fuit Romanis quæ nō & bonis moribus, & reip. ꝓdeſſet, quibus Virgiliana nimirum q̄ maxime ꝓdeſt. Nā & in hoc ſęculo virtutibus honeſta p̄mia & grauia vitijs ſupplicia cōſtituta docet. & in futuro. Nam. vj. Ænei. diuino plane libro, crimina, quo a catholicis noſtris enumerant̄ ordine, apud inferos puniri docet, vt illic videndū erit. Numerus vero libroꝝ in ſingulis operibus p̄notabitur. Explanatio quoq; totius operis etiam opuſculoꝝ. p̄terq̄ obſceni (qđ ouidianū diximus. & qđ licet in multis locis argute cōpoſitum vbiq; tñ chriſtianis auribus indignū eſt) ſuis locis hoc ordine fere patebit vt primo loco argumentū. Secūdo ordinem, & tertio pleniorem explanationē ponamus. Seruiū vero ſtatim poſt poetę verba ſubiūgemus, eiuſq; verba quēadmodū ab alijs notata ſunt ſtellis, videlicet vbi lucis egent, & verubus quoties transfigenda, aut delenda ſunt, integra qdem ponemus, ſed e regione notata, & locis declarata vt ſequentia teſtimonio erunt.

*Intētio poetæ.*

## SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTATORIORVM LIBER.

*Bucolicum vñ Bucolici origo.*

BVcolica vt ferunt inde dicta ſunt a cuſtodia boū. i. ἀπὸ τῶν βουκόλων. Præcipua enim ſunt animalia apud ruſticos boues, Huius autē carminis origo varia eſt. Nā alij dicunt eo tempore quo Xerxes Perſarum rex inuaſit græciam, cum omnes intra muros laterent. nec poſſent more ſolito Dianę ſacra perſolui, ꝑueniſſe ad mōtes Laconas ruſticos, & in eius honorem hymnos dixiſſe, vnde natum carmen Bucolicum ætas poſterior elimauit. Alij dicunt Oreſtē cum Dianæ faſcelidis ſimulacrum raptum ex Scythia adueheret, ad Siciliam tempeſtate delatū, cōplexo anno Dianæ feſtū celebraſſe hymnis collectis nautis ſuis, & aliquibus paſtoribus conuocatis, & exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alij non Dianæ, ſed Apollini Nomio cōſecratum carmen hoc volunt quo tēpore Admeti regis pauit armēta. Alij ruſticis numinibus à paſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen, vt Pani Faunis, ac Satyris, & hic eſt huius carminis titulus. Qualitas autem hæc eſt ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt characteres, humilis, medius, grandiloquus, quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in Æneide grandiloquum habet: in Geor. medium: in Buc. humilem prò qualitate negotioꝝ, & perſonarum. Nam perſonæ hic ruſticæ ſunt ſimplicitate gaudentes. ſ. a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmē bucolicū. Debet quarto pede terminare partē orationis, qui pes, ſi ſit dactylus, meliorē efficit verſum, vt Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiam pes ſm̄ Donatum dactylus eſſe debet & terminare partem orationis, vt Tityre, quam legem Theocritus vehementer obſeruat, Virgilius non adeo. Ille enim paucis verſibus ab iſta ratione deuiauit, hic eam in paucis ſecutus eſt. Terētianus cum de hoc metro doceret: Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus: Noſter rarus eo paſtor Maro. Intentio poetæ hæc eſt vt imitetur Theocritum ſyracuſanum, meliorem Moſco, & cæteris, qui Bucolica ſcripſerūt, vnde eſt, Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu, Noſtra neq; erubuit ſyluas habitare thalia. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Auguſto, vel alijs nobilibus quorum fauore amiſſum agrum recępit, in qua re tm̄ diſſentit à Theocrito. Ille enim vbiq; ſimplex eſt, Hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras, quas perite plerūq; etiā ex Theocriti verſibus facit, quos ab illo dictos conſtat ſimpliciter, hoc autem fit poetica vrbanitate, ſic Iuuena. Actoris arunci ſpoliū. Nam Virgilij de haſta dictum figurate ad ſpeculum tranſtulit. Et cauſa ſcribendorum Bucolicorum hęc eſt. Cum poſt occiſum. iij. Idus. Martias In ſenatu Cæſarem, Auguſtus eius filius cōtra perſecutores patris & Antonium, ciuilia bella mouiſſet, victoria potitus Cremonenſium agros, qui cōtra eum ſenſerant militibus ſuis dedit, qui cum non ſufficerent etiam Mātuanorum iuſſit diſtribui, nō propter culpam, ſed propter vicinitatē, vnde eſt Mautua veh miſerę nimium vicina Cremonę. Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potētium fauore meruit, vt agrum ſuum ſolus reciperet, ad quem recipiendum profectus ab Arrio Cēturione, qui eum tenebat penè eſt interēptus, niſi ſe præcipitaſſet in Minciū. vnde eſt ἀλλεγορικῶς Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. Poſtea ab Auguſto miſſis triumuiris & ipſi integer ager redditus eſt & Mātuanis pro parte, hinc eſt quod in prima ecloga legimus recæpiſſe agrum poſtea eum querulātem inuenimus, vt Audieras, & fama fuit ſed carmina tantum Noſtra valent Lycida tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquila veniēte columbas. Nec numerus hic dubius eſt, nec ordo librorum. Quippe cū vnus ſit liber. De Eclogis tantum multi dubitant. Quæ licet. x. ſint, incertum tamen eſt quo ordine ſcriptæ ſint. Pleriq; duas certas volūt ipſius teſtimonio vltimā, vt extremum hunc, primam, vt in Georgi. Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi. Alij primā illam volunt, Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu. ſed eſt ſciēdum ſeptem Eclogas eſſe meras ruſticas, quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a Bucolico carmine, ſed cum excuſatione diſceſſit, Vt in genethliaco Salonini, in pharmaceutria, & in Sileni Theologia, vel vt ex incertis altioribus rebus poſſet placere, Vel quia tot varietates implere nō poterat. Poetæ vitā in Æneide diximus. Operis explanatio in ſequentibus cōprobabitur. Sane ſciendum Virgilium. xxx. annorum ſcripſiſſe Bucolica. Vnde etiam ipſe in fine Georg. Audaxq; iuuenta, Tityre te paulæ cecini ſub tegmine fagi, & dicit Donatus, quod etiam in poetæ memorauimus vita in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgiliū, primo. n. paſtoralis fuit in mōtibus vita. Poſt agriculturæ amor, inde bellorum cura ſucceſſit. Notādum quoq; Bucolica, vel Georgica cum apud græcos in fine habeant accentū, apud nos in tertia à fine habere: Nam vt in vltima ſit latinitas, vetat, vt in penultima nō ſit: breuitatis efficit ratio. Etiā hoc ſciendum, & perſonas huius operis ex maiori parte noīa de rebus ruſticis habere confiċta, vt Meliboeus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βόων. i. qui curam gerit boum, quod Tityrus dicitur aries maior, Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire conſueuerit, ſicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam Pamphilus eſt totus amās. Gliceriū, quaſi dulcis mulier, Philomela amabilis. Perſonæ ſicut ſupra dixi, ruſticæ ſunt, & ſimplicitate gaudentes. Vnde in his nihil vrbanum, nihil declamatorium inuenit̄, ſed ex re ruſtica ſunt omnia negocia, cōparationes, & ſi qua ſint alia. Hinc eſt, quod annos; a fructibus computat, vt Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas, Hinc etiā illæ cōparationes ſunt. Nā neq; me tantū venientis ſibilus auſtri: Nec percuſſa iuuāt fluctu tam littora: nec quæ, Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

*Qualitas carminis.*

*Decorū Bucolici carmis.*

*Intētio poetæ.*

*Cā ſcribēdi bucolici.*

*Numer° lib...*

A patria fugiens Meliboeus forte ſub vmbra
Tityron inuenit cantantem carmina amicæ.
Qua propter miratus ei ſua damna recenſet:
Auctoremq; ſui declarat Tityrus oci.

# ECLOGA PRIMA

## ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN TITYRON VIRGILII.

℃Ecloga prima, ſui qua laudat Tityrus Oti
Authorem, profugum, querulumq́; canit Melibœum.

ASCENSIVS.

Ecloga &c. Octaui⁹ Auguſtus Cęſar q(vt Suetonius inqt) nihil cóuenietius duxit, quá. C. Iulii Cæſaris maioris auűculi ſui, necé vídicare, tueriq́; acta, íter q́nq́; ciuilia bella, ſecűdű in Phillppis cõtra Caſſiű & Brutű Cæſaris ꝑcuſſores geſſit, eosq́; adiutus Ab Antonio fudit: poſtq̃; victoriá, excitato iá in ſe Marci Antonij odio, veteranos (.i. qui iá multos annos, ſub ſacraméto, ſeu iuraméto militauerát.) in Italiá, ad diſtribuédos illis Tráſpadanoꝝ agros, reduxit: in qua diſtributione nõ ſatis ęqua militibus viſa, & colonis nimiꝝ iniqſſima, & militű & colonoꝝ odiű ícurrit, vſq; adeo: vt hortáte Fuluia Marci Antonij, Triűuiri (.i. qui vnus ex tribus erat, q répu. regebant) cõiuge, Lucius Antonius, Marci frater: cű militib⁹ & colonis, illi bellum intulerit: ſed capto Peruſio, & Lucio, ad deditioné coacto, Auguſtus Cremonenſium præcipue, qui Lucio adhęſerát agros, militibus ſuis addixit: q quű nõ ſufficerét adiecti ſunt nõnulli Mátuanoꝝ agri: nõ ꝓpter culpá: ſed ꝓpter vicinitaté: vnde poeta dicturus eſt,

rus eſt, Mantua ve miſeræ nimiű vicina Cremonæ, Inter quos Virgilianus ager Claudio, aut potius Arrio militi, addictus fuerat: donec ab Aſinio Pollione, Alpheno, Varro, & Cornelio Gallo: qb. í Bucolicis vtcűq; gratias refert, Auguſto cõmédatus ſuoꝝ recipiendoꝝ authoritaté haberet: q, Vt Arrio oſtédit, ab eo íteréptus fuiſſet, ni ſe in Minciű fluétum ꝓximű ṕcipité dediſſet: vnde eſt, Ipſe aries étnűc vellera ſiccat: ſed primá Eclogá, iam quaſi ſecurus cõdidit.

℃Ordo verſiculoꝝ noſtroꝝ eſt: Prima Ecloga. i. ꝑma paſtoꝝ cátilena: q̃. i. in q̃ Tityrus laudat authoré ſui oti pro otij (ſicut ad finé Georgi. Parthenope, ſtudijs florenté ignobilis oti) videlicet Auguſtű: canit. i. carmine Bucolico deſcribit: Melibœű ꝓfugű. i. a patria fugienté: & querulanté. i. miſere lamétanté de expulſione ſui. Vnde duo ꝓpoſuiſſe videẽ in prima Ecloga poeta: & ꝓ agris ſuis quos recæperat gratias agere: & ꝓ reliquorű Mantuanoꝝ recipiédis, per cõmiſerationem intercedere. In toto aűt opere conſtituit Theocritum imitari, & paſtorű mores explicare. Cætera Seruius docet.



## MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI IN VIRGILII BVCOLICA COMMENTARIVS.

BVCOLICA, VT FERVNT, dicta a cuſtodia boum, id eſt ἀπὸ τῶν βουκόλων. præcipua enim ſunt animalia apud ruſticos boues. Huius autem carminis origo varia eſt. Nã alij dicunt eo tempore, quo Xerxes Perſarum rex inuaſit Græciam, cum omnes intra muros laterent, nec poſſent more ſolito Dianę ſacra perſolui: perueniſſe ad montes Laconas ruſticos, & in eius honorem hymnos dixiſſe: Vnde natum carmen Bucolicum ætas poſterior elimauit. Alij dicũt Oreſtem cum Dianæ Faſcelitidis ſimulachrum raptum ex Scythia adueheret, & ad Siciliam eẽt tempeſtate delatus, cõpleto anno Dianæ feſtum celebraſſe hymnis, collectis nautis ſuis, & aliquibus paſtoribus conuocatis: & exinde permãſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alij non Dianæ, ſed Apollini Nomio conſecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij ruſticis numinibus a paſtoribus dicatũ hoc aſſerunt carmẽ, vt Pani, Faunis, ac Satyris, & hic eſt huius carminis titulus. Qualitas autem hæc eſt. ſ. humilis character. Tres enim ſunt characteres, humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc ĩuenimus poeta. Nã in Æneide grandiloquum habet: in Georgicis medium: in Bucolicis humilem, pro qualitate negotiorum, & perſonarũ. Nam perſonæ hic ruſticę ſunt, ſimplicitate gaudentes. ſ. a quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autẽ ad carmen Bucolicum, ꝙ debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes ſi ſit dactylus, meliorẽ efficit verſum: vt Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiã pes ſm̃ Donatum dactylus eſſe debet, & terminare partem orationis: vt Tity re. Quam legẽ Theocritus vehementer obſeruat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis verſibus ab iſta ratione deuiauit: hic eam in paucis ſequutus eſt. Terentianus cum de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus Noſter rarus eo paſtor Maro. Intentio poetæ hæc eſt, vt imitetur Theocritum Syracuſanũ meliorem Moſcho, & cæteris qui Bucolica ſcripſerunt. Vnde eſt Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu Noſtra nec &c. Et aliquibus locis per allegoriã agit gratias Auguſto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amiſſum agrum recepit. In qua re tantum diſſentit a Theocrito. Ille enim vbiq; ſimplex eſt: hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras, quas perite plerumq; etiã ex Theocriti verſibus facit, quos ab illo dictos conſtat eſſe ſimpliciter. hoc autẽ fit poetica vrbanitate. Sic Iuuenalis, Actoris Aurunci ſpolium. Nam Virgilij verſum de haſta dictum figurate ad ſpeculũ tranſtulit. Et cauſa ſcribendorum Bucolicorum hæc eſt, Cum poſt occiſum .iij. Iduum Martiarum die in ſenatu Cæſarem Auguſtus eius filius contra percuſſores patris, & Antonium ciuilia bella mouiſſet, victoria potitus, Cremonenſium agros, qui contra eum ſenſerant, militibus ſuis dedit: qui cũ non ſufficerent, etiã Mantuanorum iuſſit diſtribui, non propter culpam, ſed propter vicinitatem. Vnde eſt, Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romã venit, & potentium fauore meruit vt agrum ſuum ſolus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat pene eſt interemptus, niſi ſe præcipitaſſet in Mincium. Vnde eſt allegoricῶs, Ipſe aries etiam nũc vellera ſiccat. Poſtea ab Auguſto miſſis triumuiris, & ipſi integer ager eſt redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc eſt quod eum in prima ecloga legimus recepiſſe agrum: poſtea eum querelantem inuenimus: vt, Audieras, & fama fuit: ſed carmina tantum Noſtra valent Lycida tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic dubius eſt: nec ordo librorũ. Quippe cum vnus ſit liber, de eclogis tantum dubitant: quæ licet decem ſint, incertũ tamen eſt, quo ordine ſcriptæ ſint Pleriq; duas certas volunt ipſius teſtimonio: vltimam: vt, Extremum hunc: & primam, vt in Georgicis, Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi. Alij primã illam volunt: Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu. Sed eſt ſciendũ, VII. Eclogas eſſe meras ruſticas: quas Theocritus .x. habet. hic in tribus a Bucolico carmine, ſed cum excuſatione diſceſſit: vt in genethliaco Salonini, & i Sileni theologia: vel vt ex inſertis altioribus rebus poſſet placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetæ vitam in Æneide diximus. Operis explanatio, in ſequentibus cõprobabitur. Sane ſciendum Virgiliũ .xxviij. annorum ſcripſiſſe Bucolica. Vnde etiam ipſe in fine Georgicorũ, Audaxq; iuuenta, Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi. Et dicit Donatus (quod etiã in poetæ memorauimus vita) in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgilium. Primo enĩ paſtoralis fuit in montibus vita. poſt agriculturæ amor. inde bellorum cura ſucceſſit. Notandum quoq; Bucolica, vel Georgica cũ apud Græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine habere. Nam vt in vltima ſit, latinitas vetat: vt in penultima nõ ſit, breuitatis efficit ratio. Etiã hoc ſciendum & perſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta, vt Melibœus: ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν. i. quod curam gerit boum. Et Tityrus. nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteire conſueuerit: ſicut etiã in comœdijs inuenimus. Nam Pamphylus, eſt totus amans: Glycerium, quaſi dulcis mulier. Philumena, amabilis. Perſonæ, ſicut ſupra dixi, ruſticæ ſunt & ſimplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur: ſed ex re ruſtica ſunt omnia, negocia, cõparationes, & ſiqua ſunt alia. Hinc eſt quod annos a fructibus cõputat: vt, Poſt aliquot, mea regna videns mirabor, ariſtas. Hinc etiam illę comparationes ſunt. Nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri. Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxoſas inter decurrũt flumina valles. ¶ Tityre tu patulę &c.) Inducitur paſtor quidam iacens ſub arbore ſecurus & otioſus dare operam cantilenę: Alter vero qui cum gregibus ex ſuis pellitur finibus: qui cum Tityrum reſpexiſſet iacentem, ita eſt locutus. Et hoc loco Tityrum ſub perſona Virgilij debemus accipere: non tamen vbiq;, ſed tantum vbi exigit ratio. Quod autem eum ſub fago dicit iacere, Allegoria eſt honeſtiſſima; quaſi ſub arbore glandifera: quæ victus cauſa fuit. Antea .n. homines glandibus veſcebantur. Vnde etiam fagus dicta eſt ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod eſt comedere. Hoc videtur dicere, Iaces ſub vmbra fagi in agris tuis, tuas retentans poſſeſſiones, quibus aleris: ſicut etiã glandibus alebantur antea mortales. ¶ Patulæ) Patulum dicimus quod per ſe patet naturaliter, vt nares, arbor. Patens vero eſt quod & aperitur & clauditur, vt oſtium, & oculi. ¶ Sylueſtrem muſam.) i. ruſticum carmen. ¶ Tenui auena.) Culmo, ſtipula: vnde ruſtici plerunq; cantare cõſueuerunt. vt alibi, Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Dicendo autem tenui auena, humilis ſtyli genus latenter oſtendit: quo, vt ſupra dictũ eſt, in Bucolicis vtitur. ¶ Meditaris.) Quod Græci μελετῶ dicunt, per antiſtichum meditor dixerunt Latini. L enim & D, interdum ſibi inuicem cedunt: vnde & ſella pro ſeda dicitur a ſedendo. ¶ Nos patriam fugimus.) Fugimus, Plus

# P. VIRGILII MARONIS MANTVANI VATIS BVCOLICA.

## ECLOGA PRIMA QVÆ TITYRVS INSCRIBITVR.

MELIBOEVS ET TITYRVS Interloquuto.

TITYRE, TV PAtulæ recubans ſub tegmine phagi, ME.
Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena:
Nos patriæ fineis: & dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus: tu Tityre, lentus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

eſt quaſi diceret relinquimus: ſic Horatius, Teucer Salamina patremq;. Cum fugeret. ¶ Lentus.) Ideſt otioſus: vt, Qui nũc lenti conſedimus aruis. ¶ Reſonare doces amaryllida ſyluas.) Ideſt carmen tuum de amica Amaryllide compoſitum doces ſyluas ſonare. & melius eſt vt ſimpliciter intelligamus. Male enim quidam allegoriam volunt, Tu carmen de vrbe Roma componis celebrandũ omnibus gentibus. Plus enim ſtupet Melibœus ſi ille ita ſecurus eſt, vt tantum de ſuis amoribus cantet.

## ANTONII MANCINELLI VELITERNI IN BVCOLICA VIRGILII COMMENTARII.

*Tityrus* TItyre.) Tityrus, mercenarij paſtoris nomen a Theocrito ſumptum: is enim Ecloga tertia inquit, Tityre laſciuas virgultis paſce capellas. & in vltima, Tityrus aſt illic miſeros cantabat amores Daphnidis. Hircus autem, Libyca lingua, Tityrus appellatur: vt Probus adſerit: & Melibœus curam boum diligens. Scribit idem, ꝙ Maro, per allegoriam, facit ſe eſſe Tityrum: & Melibœum, Cornelium Gallum: qui admiratur ꝙ Virgilius ſolus, agros retinuerit. *Patulus* ¶ Patulæ.) Apertæ, & late patentis. Patulum bouem, Plautus appellabat, cuius cornua diuerſe ac late paterent: vt Feſtus edocet. ¶ Recubans.) Iacens, quieſcens. Iacens autem ſemiſupinus, ſedens intelligendum. qua quidem voce, magnam Tityri ſecuritatem & requiem innuit, cum iaceret omni ſpreto timore. ¶ Sub tegmine.) Sub vmbra. hinc ait poſtea, Tu Tityre lentus in vmbra. ¶ Phagi.) φάγοσ Græce, latine vorax, dicit: φάγω autem comedo. *Phagus* Hinc fagus, vel phagus arbor glandifera: ꝙ olim glandibus veſcerentur. Non tamen ab re, hic Sub tegmine phagi: inquit: nam & in agris Maronis phagus erat: vt patet Ecloga. ix. ¶ Syl*Muſa.*ueſtrem muſam.) Ruſticum carmen: muſa enim: cantus dicitur: μουσίζω, cantu contendo. ¶ Tenui auena.) Subtili calamo, aut fiſtula, vel ſtipula, per quod gracile dicendi genus oſtẽdit. ¶ Meditaris.) Meditando canis, exponis, exerces. ¶ Nos patriæ fineis, Nos patriam fugimus.) Anaphora eſt, ideſt relatio: de qua legito noſtrum carmen de figuris. ¶ Dulcia arua.) Ouidius lib. primo de Ponto, ait: Neſcio qua natale ſolum dulcedine cũctos Ducit & immemores non ſinit eſſe ſui. Nos patriam fugimus. præ dolore idem ſæpius repetit. ¶ Lentus.) Securus, & otioſus, authore Nonio. ¶ Amaryllida.) A. iij. Theocriti Ecloga, ſumptũ nomen, & argumentum: eſt enim ibi, Canto ego blanditias, ſteriles'q; Amaryllida ſyluæ Recinunt. Αμάρυγμα autem, ſplen*Echo.*dor dicitur: ἀμαρύζω, luceo. ¶ Reſonare.) Per Echo ſcilicet. ἠχέω enim, reſono dicitur: ἠχη, ſonus Ouidius libr. iij. Metamorpho. ſcribit, Echo nympham fuiſſe: reſtitiſſe'q; ei vocem ſolum, & oſſa: oſſa'q;, lapidis figuram traxiſſe: vocẽ manere: qua ſyluis latet, omnibus'q; auditur. nam ſonus eſt, qui viuit in illa.

## IODOCI BADII ASCENSII IN BVCOLICA VIRGILII EXPLANATIO.

TItyre, tu patulæ.) Totius Eclogæ Argumentum iam declarauimus: huius autem particulæ tale eſt. Melibœus paſtor, qui interpretatur, curã boum diligẽs, aut gerens: in perſona omniũ Mantuanorũ inſontium, & ob vicinitatem duntaxat profligatorum videns Tityron, quaſi cæterorum ductorem, (interpretatur enim, aries maior, qui toti gregi præire ſolet.) propter reſtitutos agros, ſecurum ſub tegmine phagi recubantem. Ah (inquit) Tityre, tu quidem eufortunatus es, qui in medio diuitiarum tuarum recubans, tanta animi ſecuritate donaris, vt amicæ cantilenis indulgeas: at nos æque, ac tu inſontes patrijs finibus extruſi tam diram militum ſæuitiam illic tulimus: vt ſatius ſit, patriam fugere in luctu & gemitu, q̃; illic immorari: dum tu lentus in vmbra, doces ſyluas reſonare Amaryllida, formoſam amicam tuam. hoc dicit. Vt autem ordinem facilius colligamus, referemus ſub oculos mentis. Melibœum Tityri familiarem, & amicum, ab agris ſuis expulſum per eam regionem fugitantem, in qua Tityrus ſub phago, amicæ ſuæ cantilenam meditabatur: atque inter fugiẽdum ipſum, illic offendiſſe, atque ſic adloquutum, Tityre, tu patulæ, &c. Verum vt habitum quoque noſcas: induetur veſte paſtorali ad fugam ſubducta: trahet'q; altera manu capellam, altera pedum tenens: & ſarcinulæ non nihil in col*Ordo.*lo ferens, gregem autem caprarum ante ſeminans. ¶ Ordo eſt, loquente Meliboeo, & familiariter: ac amice Tityrum proprio nomine compellante ſic. Tityre, amice videlicet, ac note: tu recubans, ideſt otioſus, & ſecurus ad luxum proſtratus: ſub tegmine, ideſt tegumento, ac defenſione a calore ſolis: phagi, ideſt iſtius arboris. tuæ glandiferæ, hoc eſt frugibus aruorum tuorum gaudens: meditaris, ideſt attento animo exerces: muſam, ideſt cantilenam: ſyluestrem: ideſt qualem ſylueſtres, hoc eſt ſecuri meditari ſolent: auena, ideſt fiſtula ex culmo auenæ: tenui, ideſt gracili, artificioſe, ac delicate inflanda, ideſt totus ſecurus amoribus tuis in medio poſſeſſionum tuarum indulges. Nos, ideſt ego, & mei, ac noſtri ſimiles: linquimus fineis, ideſt confinia, & limites, ac vltimos terminos: patriæ, ideſt regionis, quæ nos peperit, ideſt natalis ſoli: &, pro ideſt: dulcia arua, ideſt terras proſciſſas, & aratas, hoc eſt cultiſſima (vt dicturus eſt) noualia: imo (inquit) quod plus eſt, nos fugimus patriam, propter adflictionem quæ nobis a militibus illic infertur: verum tu Tityre exiſtens lentus, ideſt proſtratus, & flexus, ac otioſe, recubans in vmbra, ſcilicet phagi tuę: doces ſyluas, ideſt loca ſilentia: quod magni otij indicium eſt: reſonare, ideſt ſonitu per Echo referre, ac repræſentare: Amaryllida, ideſt carmen de amica tua ſplendida: quam accępi te nunc deperire: verum longe plus ponderis habet, quod dicit Amaryllida, q̃; ſi diceret carmen de Amaryllide. Amatorie enim dictum eſt. Nam qui amant, amati nomen ſæpe repetunt: itaq; referebant ſyluæ Amaryllida, eo quod eam vocem ſæpe accæperant. De Echo & Amaryllide legiſtis iam Mancinellum: ſed tamen aperiemus rem latius. Singula enim vocabula emphaſim quandam ac vim propriæ ſignificationis habent: & cum ſtylus ſit exilis, ac gracilis, nihil tamen artis prætermiſſum quod ad excitandam miſerationem faciat. Nam ſtatim in principio vtitur contentione, qui color rhetoricus habens fieri quoties ſententiæ inter ſe contendunt, ac fere contrariæ ſunt, multum elucidationis, atq; ornatus adfert. hic autem totum principium in contentione eſt. Nam & nomina quaſi antitheta ſunt, ideſt contrapoſita inter ſe quodammodo. ¶ Tityre.) Tityrus enim, ideſt aries præuius videtur neglecto grege, quoquouerſum quo impetus trahat, diuagari: at Melibœus, ideſt diligens boum cuſtos, nihil gregis ſui prætermittit: vnde inquit, Etiam hanc vix Tityre duco. Nihil autem magis contendit, q̃; hunc, recubantem ſub tegmine phagi, cantilenis indulgere, at illum profugum a patria: ignarum quo ſe recipiat: ſarcinulis ac miſera pecude infeliciter depreſſum: ſub faſce ingemiſcere. Eſt præterea hic (vt Landinus adnotauit) expolitio: quia eadem de re ſæpius dicit. Eſt & repetitio: nam nos in principio clauſulæ repetitur. Eſt ad hoc interpretatio, quæ ſæpe adfert magnum augmentum rei. Nam interpretatur, fines patriæ eſſe dulcia arua, quæ res mouet commiſerationem. Eſt quoque cum dicit, tu recubans, meditaris: euocatio etiam pueris nota. Sed vt vim ſermonis etiam pueri intelligant, ſingulas voculas, ab origine repetamus. Tityrus igitur, licet ſecundum Probum, lingua Libyca, hircus dicatur: tamen non minus quadrans, nec minus recipienda eſt Seruiana interpretatio, dicens: quia aries maior eſt, qui gregem anteire conſueuerit, id enim ei loco congruit: vbi poeta per allegoriam de ſe loquens ait, Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. Quo circa, licet apud Theocritum Tityrus mercenarij paſtoris nomen ſit, vt Mancinellus adtulit: ſicut & apud authorem noſtrum alibi, vbi dicet, Tityre coge pecus: & iterum, Tityre dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas. tamen hic maximopere reſpicit ad etymologiam quam diximus: non enim mercenarij: ſed eius qui in propria poſſeſſione recubet, ſignificationem habet. Nam (vt Seruius dicit) Tityrum pro Virgilio accipiemus, non vbiq;, ſed vbi ratio exigit: Probus quoque dicit, Tityrum eſſe Maronem: & Melibœum, Cornelium Gallum. Cur autem non ſemper manifeſta videtur quibuſdam ratio: quia cum ſe in fine Georgicon in audaci iuuenta dicat Bucolica ſcripſiſſe: non conuenit, inquiũt, eius perſonæ quod dicet: Candidior poſtquã tondenti barba cadebat. & iterum, Fortunate ſenex, &c. At ſi percuncteris quo modo excuſetur ea confuſio perſonarum ſub vno nomine? dicant patris & filij, quibus vnum fuit nomen (quia vterq; Maro dicebatur) quodammodo vnam eſſe perſonam: vnde fictione iuris non aditam, ſed continuatam in filio, dicimus poſſeſſionem. Patri ergo per interceſſionem filij, reſtituta eſt poſſeſſio. Eſt & alia, inquiunt, cur non ſemper ſe Tityrum ſignificet, ratio: ne videlicet hiſtoriam omnino contexere videatur: ſed (vt ſuis locis declarabimus.) Tityrus hic vbiq; Virgilium ſignificat, nec eius barba dicitur candidior, nec ipſe tũc ſenex. ¶ Tu.) Tu autem, pronomen: nunc recte exprimitur, vbi excludit: quia nos patriam fugimus. ¶ Patulæ.) Patulum quoque plus

eſt quã

eſt quā patens, vt in regulis dicam. ¶ Recubans.) Recubans au/
Tu recubans. tem ſibi indulgentem, ac plane ſecurum notat: nam recubans,
quodammodo proſtratus eſt in molli videlicet ſtrato: vnde in
Euangelio de triclinio dicitur, Amant primos recubitus. No/
Cubo. tum eſt, quia cubo, in compoſitione, ſi m adſumat, fiat tertiæ:
In. Sub ſi non, maneat primæ, vt incumbere, & recubare. ¶ Sub tegmi/
ne.) Signanter dicit, ſub tegmine: &, in vmbra: nam non erat,
in tegmine: hoc eſt in contextu ramorum phagi, ſed ſub ipſo:
erat tamen in vmbra, quæ ipſum continebat. Tegmen, a tegen/
do dicitur: in quo vocabulo tutela denotatur. ¶ Phagi,) Mani/
Tegmē. feſta eſt ſignificatio. nam (vt Seruius dicit) ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id/
eſt a comedendo deducitur. vnde & φάγοσ, hoc eſt phagos, vo/
Phagus rax dicitur: Græce autem, φηγὸσ dicitur phagus: atque ita ſcri/
beretur per ph. Eſt autem arbor glandifera: glandibus autem
priſca ætas veſcebatur: vnde bene agrorum huberum, poſſeſſio/
nem ſignificat. Et bene dicitur, ſub phago recubare: quia Eclo/
ga. ix. dicitur in agro Maronis eſſe, his verbis, Vſque ad aquam
& veteris iam fracta cacumina phagi, Omnia carminibus ve/
Silueſtris. ſtrum ſeruaſſe Menalcam. ¶ Syluestrem muſam.) Secundum
interpretes dicit, ruſticum carmen. ¶ Tenui auena.) Tenui au/
Tenuis. tem auena, ideſt gracili culmo, aut calamo: vt fiſtula: vel ſtipu/
Auena. la; per quod (inquit Mancinellus) gracile dicendi genus, oſten/
Silueſter. dit. Sed mihi etiam aliud ſignificat. Nam ſilueſtre, dicitur a ſil/
ua: ſilua autem a ſilendo: vnde Horatius in carminibus, triſſyl/
Silua. labum fecit, dicendo ſilue per u & e diuiſa: ſiue ab Hyle, quæ
Sylua. dicitur informis materia, ac prima rerum congeries: vnde ad
Tenue. magnum otium pertinet meditari muſam ſilueſtrem, ideſt can/
Subtile. tilenam, ad voluptatem propriam, more auicularum non ca/
Auena. ptantium cuiuſuis gratiam: vtpote in ſyluis ſibi concinentium.
Nec pondere caret ꝙ dicit, tenui auena. Nam (vt Landinus in/
quit) tenue diſtat a ſubtili. Tenue enim, diminutionem rei, vt
plurimum notat: vnde eſt, Tenuis, vbi argilla: & tenue argen/
tum, venæq; ſecundæ. hinc attenuo, & extenuo. Nec habet lau/
dem, niſi illa diminutio ſit ex vſu: ſicut Velleraq; vt folijs depe/
ctant tenuia feres. vellera tenuia, ad laudem dixit. Subtile vero
acuitatem habet. Et ita laudatur ſubtile ingenium tenue vitu/
peratur. hæc ille. Paſſim apud Ciceronem, tenuem conditio/
nem & facultatem, pro modica & exili inuenies. Eſt autem pro/
prie deductum: nec corpulentum, aut denſum: vnde hic ad de/
litias Tityri oſtendendas, non parum facit: quippe qui non con
tentus eſt vulgari ac rudi auena: verum tenui, ac delicata ami/
cæ cantilenam cecinit. Et ſi omnia perſequi non vererer: dicerē
auenæ quoque mentionem non incaſſum fieri: nam cum gra/
ues authores ab auiditate dictam velint: vel ꝙ auide veniat: vn/
de eſt, Grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis: Infe/
lix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Et alibi: Interq; niten
tia culta, Infelix lolium, &c. vel ꝙ auide abſumatur, poteſt nō
nihil ad auiditatē canentis facere: ſed illud maxime, ꝙ quibus
alij ad neceſſitatem vtantur, ipſe fruatur. Plus vero momēti ha
bet ꝙ dicit, meditaris: Nam licet (ſecundum Vallenſem) id ver/
bum ſignificet exercere: & ad corpus, magis q̄ ad animum per/
tineat: tota tamen Latinorum manus, fere ad animum tranſ/
fert: vnde ſunt quas vulgo, meditationes vocamus. Non ergo
curis diſtractus præter opinionem in cantilenam forte vt fit,
prorumpit: ſed totus in eis verſatus cantatiōibus indulget. Om/
nia igitur Tityrum reſpicientia ad ſecuritatem, ac delitias eius
pertinent. In qua re oſtenditur pondus beneficij ab Auguſto im
penſi: preſertim cum ſine eo miſer & profugus ſit, qui nunc de/
litijs adfluit: vnde (ſicut authore Donato) ad pondus ſpectat be
neficij, quod Simo Terentianus dicit, Feci ex ſeruo vt eſſes li/
bertus mini. (in eo enim duplicis beneficij, & ablatæ ſeruitutis,
& collatæ libertatis fit mentio.) ita hic quoque multum elucet
magnitudo beneficij cum eo ablato vt Melibœus miſerrimus
fit: ſicut ingeniorum fons, & princeps Homerus: vt Achillis vir
tutem Græci agnoſcant: docet ꝙ eo ob iram immiſſam, a bello
Nos. ceſſante Græci vincerentur: qui eo belligerante victores fuerāt.
¶ Nos patriæ fines.) Omnia præterea quæ Melibœum concer/
nunt, pathos habent: & ad commiſerationem faciunt. Primo,
Pr̄iæ fines. quia dicit, Nos: hoc enim excluſiuū eſt: & quāuis in prima perſo
na liceat cuiuis vni de ſe ſolo pluratiue loqui: tamen vim habet:
ꝙ cum vnus, videlicet Tityrus, maneat: plures fugiant. Et quē
non moueat, ꝙ dicit ſe linquere, non ſolum medium tractum,
ſed fines: nec cuiuſlibet regionis, ſed patriæ: quippe in qua na/
tus ſit: vnde caueat adoleſcens ne patriam pro regione ponat,
dicendo regem, aut principem multas habere patrias, cum
vnam tantum habeat: q̄ dulce autem ſit natale ſolum Ouidius,
alijq;

alijq; non pauci ſatis oſtēdūt cum nemo nō ſentiat: verbum ta/
men Ouidianum de ponto, eſt, Neſcio qua natale ſolum dulce/
dine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Miram au
tem vim habet, ſummamq; contentionem, quod dicit: Et dul
cia linquimus arua. Nam ſi aruum ab arando dictum eſt vt Var Arua.
ro adſerit: eo ꝙ arando, vomer ſuſtulit ſulcos: indigniſſimum
eſt ꝙ aruo ſuo expellatur: cum Tityrus ſub phago recubet cu/
ius fructus ſponte naſcitur. ¶ Nos patriam fugimus.) Auxeſis Fugere.
autem eſt, cum dicit, Nos patriam fugimus: quia plus eſt fuge/
re, q̄ linquere patriam. Non fugimus enim, niſi coacti & fugati:
linquimus autem etiam ſponte atq; vltro interdum. Sed ad cō/
tentionem pertinet, quod ſubdit: Tu lentus in vmbra. qui enim Lentus.
fugit, præceps ruit: cui contrarium facit lentus: qui dicitur (au/
thore Nonio Marcello) ſecurus; & otioſus: ſed proprie is eſt,
cui membra ſunt laxa, & animi reſides & ſegnes. Otij vero indi
cium eſt ſummum: ꝙ docet ſyluas: nec qualibet rem, ſed reſona
re Amaryllida. i. amicam eius vrbanam, quam iam Romæ dele
gerat: quæ interpretari poteſt ſplendida ac lucens: vt latius di/
camillic, Poſtq̄ nos Amaryllis habet. Seruius argute dicit me/
lius eſſe intelligere, ſimpliciter Tityron canere carmen compo/
ſitum de amica, q̄ allegorice carmen de Roma; quod ſic tamen
accipio: vt per Amaryllida amicam, quam Romæ amare cœpe/
rat intelligā: quia dicturus eſt, poſtq̄ nos Amaryllis habet, &c.
verum dicendum eſt, notos eſſe Melibœo, quos iam Romę oc/
cœperat amores, atq; ita tanq̄ ad eum qui vtranq; amicam no
rat, dicere, Poſtq̄ nos, &c. Eſt autem accuſatiuus more Græcani
carum dictionū formatus: hæc amaryllis, huius amaryllidos,
hanc amaryllida. Verum quia iuuentuti hanc operam præcipue
nauamus: cui non parum cōmodi accedet: ſi ex Latinorum poe
tarum doctiſſimo Latinam linguam didicerit: conſtitui pro lo/
corum captu, atq; opportunitate regulas grāmaticaleis: cū ex
textu, tum ex commentarijs colligere, atque adeo in principio:
vt hubertatem poetæ noſcant, feruoremq; ſuum expleant, de/
cem collegero, quarum prima eſt. In proprijs nominibus ad
placitum fingendis, habendus eſt ſcripturo delectus, vt eorum
ſignificatio, rei quam dicturus eſt, congruat: ſicut in hac Ecloga,
Tityri Meliboei, Amaryllidos & Galatheæ. Apud comicū, Pam/
phili & Glycerij. Secunda: proprij nominis in æquali expreſſio
beniuolentiæ, indicium eſt: in inferiore, ac vilis officij viro etiā
beneficentiæ: in maiore, & amplis honoribus prædito, contem
ptus. Cum ergo hic æqualem compellet beniuolentiæ, eſt quod
dicit, Tityre tu, &c. Contra qui ſeruum, lenonem, tortorem, fu/
rem, adulterum, ſacrilegum, ſicarium, aut ſimilem officij nomi
ne: pontificem ſummum; aut epiſcopum, imperatorem, ac re/
gem, ſeu alium non paruæ dignitatis, virum proprio nomine,
ſine dignitatis expreſſione compellauerit, iniurius cenſebitur.
Tertia vocandi caſus, pro affectione, nunc principio, nunc pau/
lo inferiori loco congruunt, at extremum in carmine reſpuunt:
bene ergo dicit, Tityre tu patulæ, &c. Quarta: quia in verbis pri
mæ vel ſecundæ perſonæ certum intelligitur ſuppoſitum: non
oportet, nec decet ipſum expreſſum, niſi emphaticos: aut per
contentionem loquaris, ſicut hic loquitur, vt docui. Quinta:
participia præſentis temporis, licet in nomina migrent: tamen
præſentis ſignificationis notam retinent: quocirca extempora/
neam connotant qualitatem: cum verbalia, quæ aptitudinem
innuunt, connaturalem, ac perpetuam ſignificent. vnde ſicut ti/
mens, audens, frigens, patens, & ſimilia pro tempore quo enū/
ciantur, intelliguntur: ita timidus: audax: frigidus: patulus: per/
petuam (vt dicunt) paſſionem indicant. Sexta: re, præpoſitiua
particula cum dictionibus ad velamen, aut clauſuram pertinē/
tibus contrarium importat; cum reliquis: fere iterationem.
Exemplum prioris: vt reuelo, reſero, retexo. Secundorum, vt
hic recubo: quod eſt quaſi corpus inclinatum reſupinum facio.
Eſt quoque (vt Vallenſis docet) vbi re, quodammodo vacat; vt/
pote, vbi dictio ex ea compoſita pro ſimplici vſurpatur: vt re/
dire, & reuerti: pro ire & verti. Memineris autem, ꝙ cubo, m li/
terā recipiens in compoſitione, fit tertiæ inflexiōis: ſine qua ma
net primæ: vt iam prius tetigimus. Addere poſſumus, licet in ſu
pino cubitū faciat: verbale tamen non eſſe cubito, ſed cubatio:
in tor, tamen formatur incubitor, & incubator, quorum poſte/
riore vſus eſt Macrobius in de ſomno Scipionis. Septima: ſub,
q̄n ſignificat tendere in locum, aut vergere in tempus, accuſati/
uo quidē præconſtruitur: ſed quando quietem, aut immutatio/
nem notat, ablatiuo tunc ornate, quando rem ſuperiorē ſigni/
ficat. Qui ergo dicet, Oculosq; ſub aſtra tenebat, ideſt aſtra ver/
ſus, aut in aſtra tendentes: &, ſub lucem exportant calathis: &,

ſub noctem cura recuſat.i.tempore vergēte in lucem & noctem aut pauloante lucem & noctem:bene hic dicit,recubans ſub tegmine phagi:quia & quietem & rem ſuperiorem connotat. Octaua:ablatiuus inſtrumentalis cum præpoſitione quæ comitem, aut comitantiam importat,omnino refugit:quocirca ſeptimus caſus appellari ſolet. Licet ergo Latine dixeris, Rex cum toto aſtantium cœtu, reſpexit me cum dira truculentia.non tamen cum truculentis oculis:vnde hic Latine dicitur,tenui meditaris auena:quod non expones,ideſt cum tenui,&c. Nona:verba abſoluta,ad ſenſum pertinentia,præter cætera,paſſim a poetis, & nonnunquā ab oratoribus,cum accuſatiuo conſtruuntur: vt.j. Æneidos. Nanq; haud tibi vultus mortalis,Nec vox hominem ſonat. Et apud Hora.lib.j.ſermo. Ingenium cui ſit,cui mens diuinior, atque os Magna ſonaturum:des nominis huius honorem. Sic dicunt,ſapit hæreſim:redolet vetuſtatem: & hic doces ſyluas reſonare Amaryllida.i.referre per Echo.vt in expoſitionibus dictum eſt. Dixi præter cætera. Nam & alia abſoluta,videntur interdum cum accuſatiuis conſtrui:vt apud Iuuenalem ſatyra.ij. Qui Curios ſimulant,& Bacchanalia viuunt:vbi quidā malunt Bacchanalia,aduerbium cenſere:aut nomen pro aduerbio poſitum:vt ſit Bacchanalia, pro Bacchanaliter. Sicut apud Flaccum, Magna ſonaturum:pro,magne:aut magna voce. Verum,nullum verbum (vt inquiunt) tam abſolutum eſt,quin regat accuſatiuum proportionabilis ſignificationis: itaq; paſſim reperimus, Viuo vitam erumnoſam:curro curſum inſtitutum. Verùm ab ijs quæ mere tranſumuntur,abſtinendum eſt oratori.nō igitur dices, Paſtor Corydon ardebat Alexim: vt in ſequētibus dicetur,ad principium.ij.Eclogæ: quāuis paſſim reperias hoc loqueudi genus, Hic illam deperit.i.perdite amat:quemadmodum etiā Comicus aliquando loquutus reperitur. Verū ne prolixior ſim,his in mediū adductis,alijs ſuperſedeo. Decima: nomina a Græcis deducta,genitiuos creſcenteis,in os, mittentia,accuſatiuū fere ſingularem in a,pluralem,in as, correptam mittunt:in is,aūt non creſcentia,aut non ſemper creſcentia: & genitiuū in is mittentia,pro quanto non creſcunt, accuſatiuum ſingularem in im,vel in in,mittūt. vt Amaryllis,Amaryllidos, Amaryllida,&c. Daphnis,Daphnis.Daphnin. Id aūt fere vſu venit,vt quæ accuſatiuo ſingulari in,habeant, pluralem genitiuū in ium,& accuſatiuum in is,mittant,etiam Latine:vt alibi dicendum erit. Poſſem longe plures quam dictiones ſint,regulas colligere,ſed his modo contenti ſumus.

Ioannis

## IOANNIS PIERII VALERIANI IN BVCOLICA VIRGILII CASTIGATIONES.

ANtea quā rem ipſam adgrediamur, noīa, quibus inſigniores quoſdā codices citamus, ꝓdocere viſum eſt. Ea ſunt, Codex Romanus, ille qdē dubio procul antiquiſſimus:eū vero ideo Romanū appellamus, quod eius characteres Romanis ꝓpiores ſunt:ijs qppe,quos in antiquis marmorū,aut ex ære tabularum inſcriptionibus,& in nūmis ſæculis illis elegantioribus notatos vbiq; legimus. Cuſtoditur is in interioribus Vaticanæ bibliothecę penetralib.magna diligenia,digitalibus pene literis perſcriptus. Alter,qui minoribus eſt literis,& ipſe admodū vetus,a paginarū facie Oblongus nuncupabitur. Eſt & Longobardicus: quē non omnino pigeat euoluiſſe. Sunt & vſui omniū expoſiti eadem in bibliotheca codices,alij atq; alij non contēnendi. Eſt & Mediceus,inter emendatos. Aliquot etiā aliunde perquiſiuimus:neq; enim vni cuipiam exemplari tantū tribuendum fuit,vt ſi quid in alijs eluceſceret boni,eos reijceremus. Quāuis vero oēs,ſi diligentius inſpicias,peruerſionibus,erroribusq; ad vnum ſcateant. Ex pluriū tamen collatione,conſenſuq;,aut veriora, aut certe veris ſimiliora deprendimus. Verū age iam:quid ipſi codices tradant,videamus. Syluestrem tenui muſam meditaris auena.) Multi quidē,atq; hi literatiſſimi viri, Quintiliani ſequuti authoritatem,Agreſtem,loco hoc legendum cenſuere. Sed miror tāti rhetoris vigente fama,nullū ex antiquis codicib.ijs inquam,quos videre potuimus,inueniri:in quo aliter quam, Silueſtrē,legas: idq; per i latinum. Videtur vero epithethon huiuſmodi Muſæ, adcommodatum eſſe ex Lucretij ſynepeia,dicentis in.iiij. Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere muſam. Neque tamen neſcimus alibi dictum a Virgilio, Agreſtem tenui meditabor harundine muſam. Qui forte verſus a Quintiliano citatus fuerit:de cuius vna tantum dictione,quippe nomine,Agreſtem,eo loco diſputat:quanuis inde, Muſam meditaris auena:ex verſu,qui magis in promptu erat, ſubiectum fuiſſe videatur. Vt vero lectio ea,quę loco hoc,Agreſtem,eſt,minime reijcienda ſit. Bapt. Egnatij iudicio facile ceſſerim,quantum ille ingenio, quantnm eruditione,quantum cenſura valeat,non ignarus. Accedit huc Tityri reſponſum,ab huiuſmodi lectione non alienum, qui ad idem, quod audierat,velut adludens dicat, Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.

SERVIVS.

O Melibœe.) ſ.qd miraris? Deus.) i.Cęſar. Hæc otia.) Hanc ſecuritatem vel fœlicitatem. Nanq; erit ille mihi ſemper deus.) Et iteratio ipſa excluſit adulationis colorē. Semper.) i.poſt mortem,& dum viuit. Alij imperatores poſt mortem in numerū referuntur deorū:Auguſtus templa viuus emeruit. Horatius, Præſenti tibi maturos largimur honores. Iurādasq; tuū per nomen ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone, Sed mihi iam numē. Illius.) Octauij Cęſaris. Imbuet agnus.) Imbuere,eſt proprie inchoare,& initiare. Nemo aūt vnā

O Melibœe,deus nobis hæc otia fecit, TI.
Nanq; erit ille mihi ſemper deus:illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipſum
Ludere,quæ vellem,calamo permiſit agreſti.
Non equidē inuideo:miror magis,vndiq; totis ME.
Vſq; adeo turbatur agris:en ipſe capellas
Protenus æger ago,hanc etiam vix Tityre duco:
Hic inter denſas corylos modo nanq; gemellos,
Spem gregis,ah ſilice in nuda connixa reliquit:
Sæpe malum hoc nobis (ſi mens non læua fuiſſet)
De cœlo tactas memini prædicere quercus,
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen,iſte deus qui ſit,da,Tityre nobis.

eandēq; rem ſæpe inchoat:ſed conſtat ſæpe paſcua mutare paſtores:ſicut ēt in Georgicis legimus, Itq; pecus longa in deſerta ſine vllis Hoſpitijs,tantū campi iacet. Vnde neceſſe eſt paſtores toties aras imbuere, quoties mutauerint paſcua. Inuenimus etiā apud antiquiores Imbuere eſſe non inchoare,ſed perfundere & madefacere.ſecundū quod,abſolutus eſt ſenſus:vt ſit,ſæpe perfundet. Errare.) Ideſt paſci.vt, Mille meæ Siculis errāt in montibus agnæ. Ludere.) Scribere, vt, Carmina qui luſi paſtorum. Hora. Poſcimus ſiquid vacui ſub vmbra Luſimus tecū. Calamo agreſti.) Ruſtico ſtylo:ſicut ſupra,tenui auena. Non equidem inuideo.) Excuſat ſe, Ne frequens interrogatio felicitatis alienæ ex inuidia venire videatur, dicit ſe admirari potius, q̃ inuidere. Vſq; adeo.) In tātum. Turbatur agris.) Turbamur ſine vlla diſcretione culpæ,vel meriti. Et inuidioſe tempora Auguſti carpit latenter. Sane, vera lectio eſt turbatur,vt ſit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter.nā Mantuanorum fuerat communis expulſio. Si enim turbamur legeres, videtur ad paucos referri. Protenus.) Porro tenus, ideſt longe a finibus. Vnde eſt paulo poſt, At nos hinc alij ſitientes ibimus Aphros. Æger.) Et corpore & animo æger dicitur. vt, Eſto, ægram nulli quondam flexere mariti. Sed ægrotus,corpore tantum. Ago.) Autem, proprie:nam agi dicuntur pecora. Spē gregis.) Ideſt marem & fœminam. reparatio enim gregis, in ſexu vtroq; conſiſtit. Ah ſilice in nuda.) Ad hoc pertinet præmiſſa dolentis interiectio:nam ſolent herbas ſubſternere pariētibus: vt ipſe in Georgicis dicit. Et multa duram ſtipula filicumq; maniplis Sternere. Connixa.) Pro eo quod eſt enixa,ideſt partu ſoluta, nam hiatus cauſa,mutauit præpoſitionem: ſicut ſecludite curas,pro excludite. Læua.) Stulta, contraria. Et ſenſus hic eſt, perdituros nos quoque agros,res manifeſta pręedicebat:ſed nos mentis imprudentia intelligere nequiuimus. De cœlo tactas memini prædicere quercus.) Mire compoſitum augurium. Nā quercus in tutela Iouis eſt:& huius arboris fructu olim homines veſcebantur. Per quercus ergo,agri:per fulmen,ira Iouis: per iram Iouis,ira Cæſaris:per damnum arborum, damnum agrorum figurabatur. Hæc quercus ergo tacta,ideſt afflata, leuiter fulminata:vt Cicero, Tactus eſt ille,qui hanc vrbem condidit

didit Romulus.ſignificabat motu imperatoris poſſe agros eorum perire, apud quos fulminatæ ſunt arbores: nam agri cauſa victus ſunt, ſicut olim quercus. Quod autem ait tactas: oſtendit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. Et bene prædicere, quaſi præloqui & prædiuinare: cum ita manifeſtum conſtet eſſe augurium. ¶Da.) i.dic. Sic contra, Accipe nunc Danaum inſidias.i.audi.

MANCINELLVS.

¶O Meliboee.) Eſt hoc loco, o, admirandi aduerbium, ſeu mauis interiectio: vtrunq; enim dici poteſt: vt Priſci.li.xv.docuit. Melius tamen interiectio dicetur: ea enim ſola animi affectus exprimit, vt Donatus etiam ſcribit. Admirabatur autem Tityrus, ꝙ ille dixerat, Nos patriam fugimus: tu Tityre, lentus in vmbra, &c. eſt ergo cum admiratione legendum. ¶Deus.) Auguſtum intelligit: cui (Suetonio teſte) etiam viuenti, prouinciarum quoq;, pleræq; templa, & aras: ludos quoq; quinquennales pene oppidatim conſtituerunt: de quo & latius Ecloga.iiij. Hæc otia fecit: Pollionis enim Vari, & Galli, gratia Maroni, Auguſtus agrum reddiderat: vt oſtendimus. ¶Otia.) Quietem & ſecuritatem. Eſt otium proprie, vacatio a labore: cuius contrarium eſt, negotium. ¶Nanq;.) Certe. ¶Semper.) Et ante, & poſt mortem. ¶Imbuet.) Perfundet. inficiet, madefaciet, maculabit. ¶Ouilibus.) Ouium caulis, & ſeptis. ¶Ille meas.) Auguſti in ſe beneficia memorat. ¶Errare.) Vagari, ac paſci: qua voce etiā ſine paſtore, tutas eſſe oſtendit. ¶Ludere.) Id ſignificat, verſib. ſcribere: ſed non fere niſi opuſculis, qualia ſunt epigrammata: & hæc opuſcula dicuntur, luſus. ¶Calamo agreſti.) Ruſtica fiſtula: ruſtica enim hic tractat. ¶Non equi.inui.) Suſpitionem tollit, quo ſe Tityri otio non dolere, ſed potius lætari oſtendat. ¶Vſq; adeo.) In tantum. ¶Turbatur.) Turbatio fit. ¶Protenus.) Per e ſcribito, ideſt a longe, ſeu longe a finibus. Protenus enim, aduerbium locale eſt. i. porro tenas. Protinus, per i, aduerbium eſt temporale. i. ſtatim. author eſt Caper. ¶Æger.) Per id quoque pathos. i. paſſio, clades, & affectio augetur. ¶Hic inter.) Ordo eſt, Modo nanq; hic inter denſas corylos connixa, ah ſilice in nuda reliquit: gemellos, appoſitio. ¶Spem gregis.) Ideſt marem & fœminam. ¶Ah ſilice in nuda.) i. ſine folijs, & virgultis, cum affectu pronunciandum. ¶Corylos.) Corylus, arbor eſt, producens nuces, quæ auellanæ, vel præneſtinæ dicuntur: quas Græci πόντικαι vocant. Dum vna quæq; natio indit his nucibus: nomē ex loco, in quo naſcuntur, copioſiores: author eſt Macrobius lib. iij. Sat. ¶Gemellos.) Dicuntur gemini ex vno vtero, & vno die, editi: vt Marcellus ait. Philoſophus vero li.vij. de hiſto. animalium ſcribit. In genere certe humano, paucos geminos ſeruari, ſi alter mas ſit, alter fœmina. ¶Connixa.) Partu ſoluta. ¶Sæpe malum.) Quod dicit Tityrus, non fabula eſt: nam poſt Iulij Cæſaris mortem, prodigia fuere quāplurima: inter quæ continua fulmina in templis, ſtatuiſq; deciderunt: vt etiam Appianus lib.iiij. oſtendit, & nos latiſſime in cōmentario.ij. odes Hora. quem iam parauimus & edemus: dictauimus. Si.i.vtinam. Eſt enim hoc loco, optandi aduerbium: vt lib. Ænei.vj. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtēdat, &c. ¶Læua.) i. aduerſa: authore Nonio. dicit autem, aduerſa mente futura mala dignoſcere nequiſſe. ¶De cœlo tactas.) Quinq; ſignorum genera obſeruabant augures: ex cœlo ex auibus, ex tripodibus, ex quadrupedibus, ex diris: author eſt Feſtus. De cœlo tactas, ideſt fulminatas: quoties enim quercus fulmine tangitur, vt plurimum malum portendit: quod etiam animaduerti: nam tacta cuiuſdam quercu, intra annum ille ſponſam amiſit: illa enim alteri nupſit: vnde etiam duo interfecti, pluresq; etiam carcere affecti ſunt. ¶Sæpe ſiniſtra caua.) Hic verſus non omnibus textibus ineſt: plureis enim antiquos vidi, & illum ſummi pontificis characteribus magnis: profecto alienus eſt. Tamen aduertendum cornicem videre vnicam mali ominis eſſe: duas vero ominis boni. quod quidem & legi & expertus ſum pluries. Ipſa adeo eſt inauſpicatæ garrulitatis: vt Plynius ſcribit, i. infelicix: quaſi auſpicijs repugnantibus. Cice. autem lib.j. de diuinatione, ſcribit, Coruum a dextra, a ſiniſtra cornicem, facere ratum. ¶Da.) Dic, idem lib.v. Da, non indebita poſco, Regna meis fatis, latio conſidere Teucros.

ASCENSIVS.

¶O Meliboee, &c.) Tityrus videns Melibœum profugū, tātopere de trāquillitate, ac otio ſuo ſtupentē: quid miraris (inqt) Melibœe? otia mea, ſi neſcis, deus nobis hæc otia fecit. q.d. mirandū quidem eſſet, ſi humanis opib. parta forent: ſed deus lōge maiora conferre poſſet. verū, quia de Cæſare Auguſto loqtur: eumq; adhuc viuentē: deū vocat: quaſi remordenti conſcientiæ reſpondet, ac dicit: bene dixi, ꝙ deus fecerit: nanq; ille qui fecit, erit mihi ſemper deus: illiq; nouas aras conſtituam, & eas ſacrificijs imbuam: quod quia confidentius viſus eſt dicere, aut potius, quia auidius potuit. Melibœus percunctatus videri (nam qui multa percunctantur, aut ſecreta reuelare volunt: vnde eſt illud.j. epiſtolarum Horatij: Percunctatorē fugito. nam garrulus idē eſt, aut quippiā furari, vt author eſt in trinūmo Plautus: aut ceſſitantes, & nimiū curioſi ſunt. vt atteſtatur in Heauton. Terentius: aut alterius ſaluti inuidēt, vt hic innuitur.) ideo ſubdit. Non equidē inuideo: hoc eſt, non ideo id percūctatus ſum, quaſi proſperitati tuæ inuideam, Tityre: ſed miror magis, vnde eam nactus ſis, cū tanta turba, vndiq; in totis agris fiat: & tam vehemens, vt compulſus ſim, fœtus capellæ meæ in ſilice derelinquiſſe: eāq; infeliciter ducere: ſed tamē: quāuis nulla mihi ſpes ſalutis ſit: aut quāuis deo authore, te credē, otia iſta nactum, da i. fac nos intelligere Tityre, qui ſit iſte deus. ¶Ordo eſt. O Meliboee. q.d. ne mireris amice, quia deus fecit nobis hæc otia. i. hāc vacationē a curis & negotijs. dico, ſubaudi, deus: nāq; ille. ſ. qui fecit nobis hæc otia: erit mihi. i. reputabitur a me ſemper. i. quādiu viuam, deus: tener. i. mollis, & delicatus agnus: ab ouilib. noſtris. i. excerptus ex caulis, & ab ouilibus nr̄is: imbuet. i. ſanguine ſuo, ad primā tincturā dandam, reſperget ſæpe arā illius. i. in honorē illius extructā. Ille. ſ. deus (videlicet Cęſar Auguſtus: ſed hoc noſter expreſſit.) permiſit meas boues. i. vaccas, & iuuencas: errare. i. diuagari libere, & ſecure paſcendo: vt. i. quemadmodum cernis: & permiſit ipſum. i. me ludere. i. facili & iocoſo carmine conſequi: quæ, i. quæcūq;: aut ea quæ vellē: calamo agreſti. i. vena ruſtica: aut fiſtula inculta, & rudi. Reſpōdit Melibœus. Equidē. i. ego quidē (Sic enim ſemper a Virgilio accipitur.) hoc eſt, certe: ego non inuideo. ſ. proſperitati tuæ. q.d. non ideo quæro, ac ſi dicat: non percunctor id ex inuidia: ſed miror, magis: nā turbatur. i. turbatio fit omnibus: vndiq;. i. ex omni parte: totis agris. i. per totos agros: vſq; adeo. i. vſq; ad id, aut intantū, vt. ſ. poſſem admirari, te tantum otij agitare. En. i. vide enim. q.d. ſi vis ſciee, quanta ſit vis perturbationis: vide, quia ipſe. i. ego? exiſtens æger. i. iniquo & mœſto animo, multumq; cruciato: ago. i. celeriter impello: protenus. i. porro tenus: hoc eſt ad extremas vſq; oras, & q̄; longiſſime effugere poſſum, capellas. i. capras meas: (ſed diminutio vtitur, forte ad modeſtiam:) & o Tityre, ego duco. i. leuiter mino etiam vix. i. cū difficultate: hanc. ſ. capellam (monſtrat enim eam) duco aūt eam: quia vix ingredi pōt: nanq;, pro quia: ipſa connixa. i. partu ſoluta: modo. i. pauloante: reliquit gemellos, ideſt binos fœtus, vno partu, appoſitorie: ſpē gregis. i. maſculum, & fœmellam: vnde ſpes futuri gregis, aut perpetuandi gregis, dependet: hic inter denſas corylos. i. arbores nuculā ferentes (quā a loco vbi abundare ſolebat, auellanā vocant.) reliquit, inquam, eos Ah. dolentis interiectio (& congrue interiecta, quaſi non poſſit ruſticus, id ſine ſuſpirio & gemitu meminiſſe (cum boni paſtoris ſit pecus fœcundum, vbi poſſit mollius fouere.) in nuda ſilice: cum frondes aut herbas ſubſternere ſoleat. Ego memini. i. memoria repeto: quercus tactas de cœlo. i. proſtratas, aut adflatas fulmine: prædicere. i. ꝙ prædicebant, ſup. fatis nobis, hoc malum. i. hanc fugam, & hoc exiliū: ſi mens non fuiſſet læua. i. ſtulta, & ſibi aduerſa: ſicut cōtra, dexterum: proſperū ducimus: vel ſic, ſi. i. vtinam, cum prædicerent: mens non fuiſſet læua. i. ſegnis, & ignaua ad attendendū: & cornix ſiniſtra. i. importuna volucris, & malum augurio ſuo prætendens: prædixit nobis hoc malum: ab ilice. i. arbore illa glandifera caua. Sed tamen. i. quāuis mihi fugiendum ſit: aut quāuis non inuideam. da. i. dic: aut da intelligere nobis Tityre: qui ſit iſte. i. tuus, aut cuius tu meminiſti, deus. O varijs modis accipi ſolet: vnde ſunt plebei verſiculi, O ſtupet o dubitat: Vocat, indignantur, & optat. Clamat, conqueritur: velut exemplis reperitur. Stuporem indicat, hoc eſt admirationem: vt, O q̄; glorifica luce coruſcas. Dubitationem: vt apud Comicum, O qui vocare &.j. Æneid. O quam te memorem virgo vocat: vt, Huc ades o Meliboee. Indignatur: vt, O hominem ſceleſtum. ſed ſi ſubticeatur, o, accuſatiuus minorem excandeſcentiam prenotaret: vt author eſt Valla. Optat: vt, O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ Spiritus, & quantum ſat erit tua dicere facta. Clamat. i. exclamat: vt, O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt. &, O fortunatos nimium bona ſi ſua norint Agricolas. Conqueritur: vt apud Statium in Achilleide: O dolor, o ſeri materno in corde dolores. Hic ergo aut admirationem importat: vt Mancinellus ſentit, cuius verba ſunt, Eſt hoc loco, o, admirandi aduerbiū,

Ordo. Equidē. O

ſeu mauis interiectio. Vtrunq; enim dici poteſt: vt Priſcianus li.
xv, docuit. Melius tamen interiectio dicetur. Ea enim ſola ani/
mi adfectus exprimit, vt Donatus etiã ſcribit. Admirabatur aũt
Tityrus quod ille dixerat, Nos patriam fugimus, tu Tityre, len
tus: &c. Eſt ergo cum admiratione legendũ. ſic Mãcinellus. Lan
dinus autem ſic: O Melibœe: hic ſermo familiaris eſt: & amicus:
o vero non vocantis eſt, ſed plane lætantis, ꝙ præter ſpem, ami
cum nihil tale expectans, viderit. Et diſtingue, o Melibœe, vt ſit
ſalutantis: & deinde adde, Deus nobis hæc otia fecit: vel ſi con/
iungis &, continua ſit oratio. O Melibœe, deus nobis hæc otia
fecit, erit o, hominis admirantis, magnitudinẽ beneficij in ſe a
deo collati. hæc ille. Mihi aũt non videtur reſponſio Tityri præ
ſe ferre admirationẽ: nã & ipſe in hac Ecloga fatebitur ſe prius
expulſum fuiſſe poſſeſſionibus ſuis, cũ. ſ. Auguſtus dixerit, Pa/
ſcite, vt ante, boues pueri, &c. Nõ ergo veroſimile eſt, mirari in
alio quod ipſe paſſus ſit. Neq; vocantis rationem habet: nam ſi
ſic diſtingueres, videretur Tityrus cantilenis intentus, non ani/
maduertiſſe præſentiam Melibœi, ſed eo viſo: dixiſſe, o Meli/
bœe, at quomodo tunc reſpondeat ad Melibœi verba, dicendo,
Deus nobis hæc otia fecit. Meo autem iudicio, o, hic cõmiſeran/
tis, & placide ad ſtuporem Melibœi reſpõdentis, eſt: ſicut illic,
O decus Italiæ virgo quas dicere grates, Quasue referre parẽ.
Senſus ergo eſt: O amice Melibœe, ne mireris tantopere otia no

**Deus.**

ſtra, deus nobis hæc otia fecit. ⸿ Deus.) Vnde dicatur alibi dice/
mus: ne hic prolixior ſim. Notum eſt eum de Auguſto loqui, vt
recitat Seruius: cui addendũ eſt quod adfert Mancinellus, ꝙ vi/
delicet (vt Suetonius author eſt) Auguſto viuenti prouinciarũ,

**Auguſt⁹**

pleræq; templa & aras: ludos quoq; quinquennales pene oppi
datim (.i. per ſingula oppida) conſtituerunt: de quo latius Eclo/
ga. iiij. dicendũ erit. Nota eſt autem hiſtoria, quæ de ara cœli, &
de diua virgine, a ſibylla Auguſto oſtenſa cum infante circunfer
tur: cui licet non omnia quadrent, adſtipulatur templum quod
ſub aræ cœli, nomine Romæ, adhuc viſitur: & non futilis, imo
grauiſſimus author Baptiſta Mãtuanus id plane in Parthenice
Mariana conteſtans. Nobis ſm eos qui dicunt, ſub Tityri nomi/
ne, patrem & filium intelligi, recte pluraliter dixerit: ſed (vt in
regulis dicemus) licet cuiq; de ſe, vno pluraliter loqui. ⸿ Hæc.)

**Hæc.**

i. mea. Ad primam enim perſonam (vt dicemus) ꝑtinet. ⸿ Otia.)

**Otia.**

Proprie ſunt vacationes a negotio publico: vnde ſtudia litera/
rum, & vacationes poeticæ, ac philoſophicæ, otia vocantur: ve/
rum omnis ceſſatio ab negotio, otium dici poteſt: vt otium ſit
ſecura & tranquilla requies: Sunt ergo otia ſæpe appetenda, &
bona: ceſſationes: & vacationes, priuationem notant oſcitatio,
negligentiam, & ignauiam vitioſam. ⸿ Fecit.) Decenter aũt dicit,
fecit: quia magis ad Latinum morem dixeris. Feci tibi otia, aut
poteſtatem otiandi quã dedi. ⸿ Semper deus.) Et ante mortẽ, &
poſt mortẽ: ſic Seruius, & Mancinellus. Sed videant an decẽter.
Nam ſi Romulum qui inter mortaleis conuerſatus, pro deo ha
bitus non eſt: quidam tamen, (vt Liuius lib. j. adſerit) affirmabãt
e medio patrum viuum, non obeundo mortem ad cœlos trãſla
tum: quod quãuis verũ non fuerit, tamẽ creditum eſſe ab ijs qui
Auguſtum, viuentem deum: prædicabant: veroſimile eſt, non vi
detur Tityrus ſenſiſſe, ꝙ Auguſtus aliquando moreretur. Quod
tamen ſi ſenſiſſet, temeritatis magnæ fuiſſet opinari ſe Auguſto
ſuperuicturum, cum Auguſtus tunc non dum vigeſimumquar/
tum attigerat annum. Dic ergo, Semper. i. q̃diu viuam: aut toto

**Ara.**

tempore vitæ meæ. ⸿ Aram.) Aram etiam inferis: altare tantum

**Altare.**

ſuperis dabant: vt alibi dicetur. ⸿ Tener agnus.) Ad laudem dici/

**Tener.**

tur. i. molliculus, & delicatulus. Agnum autem oẽs prædicant:

**Agnus.**

ab agnoſcendo dictum, ꝙ balatu matrem agnoſcat. Imbuere

**Imbuo**

eſt rei primam tincturam dare, ac madefacere: vt Hora. j. epiſto.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, Teſta diu. vnde
(vt quidam ſentiunt iuuenes ſcholaſtici) ab ijs vnde primas in/
ſtitutiones, ac præcæptiones habent, imbui non inepte dicũtur.
⸿ Sæpe.) Ergo agnus tener imbuet illius aras: quia hoſtia, ac vi/
ctima ſanguinolenta aris, a ſacrificantibus imponebatur, & de/
inde concremabatur: vnde dicetur, Quot annis Biſſenos cui no/
ſtra dies altaria fumant. ⸿ Ille meas, &c.) Docet cur ei ſacrificatu

**Boues.**

rus ſit: ob beneficia, videlicet impenſa. ⸿ Meas boues.) Fœmini/

**Errare.**

no genere dixit: quia ad vaccas ſolũmõ refertur. ⸿ Errare.) Erra
re autem, hic ad laudẽ ponitur: quia armenta, ac pecora dum pa
ſcuntur, libere in campo pingui, & amplo, errant. i. vagãtur huc,
illuc, nullis limitibus coercita. Significat ergo magnitudinẽ agri
reſtituti. ⸿ Vt cernis.) Bona parentheſis eſt, quæ certitudinem rei

**Ipſum.**

indicat. ⸿ Ipſum.) i. me, vt in regulis dicam. ⸿ Ludere.) Ludere

**Ludere.**

dicitur, qui rem iocularem, aut non apprime grauem, carmini/
bus proſequitur: vt qui epigrãmata, aut elegias, aut tenuia opu/
ſcula condunt: quia id facili vena, & non elaborata, ſed ſeipſam
quaſi offerente Minerua efficiunt. Vnde ea opuſcula etiam luſus
dici ſolent, & nonnunq̃ nugæ. Nõ ergo dicemus in magnis ope
ribus, graues authores luſiſſe: ſicut nec Liuium, aut Salluſtium
in hiſtoria, nec Ciceronẽ in Philippicis, Tuſculanis, Verrinis, de
re publica: aut alijs magni ponderis operibus: ſicut Ouidium in
de amoribus: vnde in perſona eius dicitur: Ille ego qui fueram
tenerorum luſor amorum Ingenio perij Naſo poeta meo. & ſi/
cut Horatium in quibuſdam odis, vnde de ſe dicit, Poſcimus ſi
quid vacui ſub vmbra Luſimus tecum. Et ſicut poetã noſtrum
hic, vbi de amica cãtilenam meditabatur. & in Culice, vbi dicit,
Luſimus Octaui gracili modulante Thalia, Atq; vt Araneoli te/
nuem formauimus orſum, &c. Magna autem vis beneficij eſt,
in eo ꝙ tantam ſecuritatem contulerat, vt luderet quæ vellet.
Equidem (vt dixi apud Maronem) ſemper in prima perſona di/
citur: vnde compoſitum videtur ab ego, & quidem. Alij autem
pro ſimplici etiam vſurpant: vt ſi dicant, Hoc equidem dixiſti:
aut, Hoc equidem dixerunt cum Virgilius diceret, Hoc quidem
dixiſti, vel dixerunt: aut Hoc equidem dixi. ⸿ Vndiq; totis Vſq;
adeo turbatur agris, &c.) Pulcherrima auxeſij, & admiranda ca
lamitatis accumulatio. nullum. n. vocabulum pondere vacat.
Nam Vndiq;, ſignificat ab omni parte: ne forte ab vna duntaxat
periculũ ingruiſſe putes. Totus, ſignificat ſingulas parteis agro/
rum, ne quam quietam cenſeas. Vſq; adeo, ſignificat intentionẽ,
ne leuiter turbatum iudices. Nam ſicut quo, ſolet poni pro eo
quod eſt, ad quid, vel ad quod, vt quouſq;: vel vſq; quo, vſq; ad
quid: ita eo, ſolet poni pro, id: vt, Eo miſeriarum deductus ſum
i. ad id. Vſq; adeo ergo, eſt vſq; ad id, ad quod. ſ. magnũ eſt: hoc
eſt, valde & intantum. Turbatur autem, (vt in regulis dicam)
quia imperſonale, generalitatem habet: ne ipſe ſolus turbatus
habeatur: Denotatur ergo, vt logice loquar, quadruplex vniuer
ſalitas, Prima eſt inferentium, quia vndiq;: non enim põt vnus
vndiq; infeſtus eſſe. Secunda, locorum, aut partium integraliũ:
quia totis agris. Tertia, qualitatũ: quia vſq; adeo. q. d. omnibus
modis. Et quarta, eorũ quibus turbatio infertur: quia turbatur. ſ.
ab omnibus: hoc eſt, omnes deturbantur agris ſuis. Quia tamen
imperſonalia actiua exponi ſolent, Nebriſſeñ. contendit non le/
gendum turbatur, ſed turbamur. ⸿ Capellas.) Capella diminu/
tiuum eſt a capra. Nam er ra rum, vt Valla li. j. docet: mutantur
per diminutionem in ellus: ella: ellum: vt miſer. miſera: miſerũ:
miſellus: miſella: miſellum: liber: libellus: capra: capella: flagrũ:
flagellum. Errant autem, qui pro ſacello, vſurpant. ⸿ Protenus.)
Per e ſcribendum eſt: & ſignificat, porro tenus: hoc eſt: a longe,
aut in longum, ſeu longinquum: & eſt aduerbium locale. Proti/
nus autem, per i, aduerbiũ eſt temporale. i. ſtatim: vt author eſt
Caper. Qui conſimile diſcrimen ponit inter quatenus & quati/
nus: ſed mihi hoc diſcriminis videtur, vt protenus, & quatenus,
quaſi per appoſitionem dicantur: protinus: & quatinus: per cõ/
poſitionem. Nam locorum & temporum aduerbia, fere cõmu/
nia ſunt. ⸿ Æger.) Et ad animum, & ad corpus referri poteſt: &
per id quoq; pathos. i. (vt dicunt) paſſio, ſeu affectio, atq; clades
animi augetur. ⸿ Ago.) Agere: eſt impellere, vnde cogere cõponi
tur: & abigere, atq; abigeus: q furtim alterius pecus abigit. Meli
bœus autem hic non abigit, ſed agit: quia ſuum pecus. Verum
proprie dixit, ſe capellas validas, videlicet agere: & paulo prius
connixam. i. partu ſolutam, ducere, quod beniuolẽtiæ eſt: & vl/
tro ſequentis: vnde dicit Seneca Ducunt volentem fata: nolentẽ
trahunt. ⸿ Hic inter, &c.) Hic omnia quoq;, pathos habent. Pri/
mo, ꝙ Hic. i. in conſpectu noſtro: nam res conſpecta, plus mouet
q̃ audita. Deinde, ꝙ Inter denſas corylos: quaſi lupis expoſita.
Tum quia Modo. i. pauloante: vt recens caſus & pręſentia eius
dolorem augeat. Tum quia, Gemellos cõnixa: vt magis doleat,
& fœtum derelictum eſſe, & matrẽ vexari. Tum quia, Spem gre
gis: quia maſculum & fœmellã: & nouiſſimo quod & maxime
dolet, quia in Silice: vnde interiectionem dolentis interſerit, di/
cens, Ah ſilice in nuda: vbi duplex eſt dolendi ratio: & quia, in
ſilice: lapide ꝑduro: vñ. vj. Æneí. Quã ſi dura ſilex, aut ſtet mar/
peſia cautes. vbi ſicut hic fœminino genere protulit, cum tamen
potius ratio exigat maſculino enũciari: ſicut apud Iuuenalẽ: Si/
licẽ quę cõterit atrũ, & in ſilice nuda. i. ſine frondibus, aut virgul
tis, aut alio ſtramẽto. ⸿ Corylos.) Corylus eſt arbor producẽs
nuces, quę auellanæ, vel præneſtinæ, ab Italis dicuntur: a Græ/
cis ponticæ: dum vnaquæq; natio indit eis nucibus: nomẽ ex lo
co in quo naſcũtur copioſiores: vt author eſt Macrobius Satur/
nalium. iij. ⸿ Gemellos.) Bene aũt dicit, per diminutionem quæ
tribus

tribus de cauſis adhiberi ſolet: aut modeſtiæ gratia, vt, Ingeniolum meum: aut blandimenti, vt apud Plautũ, corculum, animula: &c. aut neceſſitate ob rei, modum, ac naturam, vt, Regulus: &, Puer bimulus. Hic aũt ob hæc omnia, diminutiuo vti videri poteſt. Primo, modeſtiæ gratia, poſſeſſiones ſuas extenuans: ſicut prius, capellas dixit: ſed meo iudicio id non quadrat: nã qui cõmiſerationem mereri volunt, rem amiſſam non extenuant, ſed ampliant: minus. n. dolendum eſſet, ſi periret res imminuta. Secundo, blandimenti cauſa, quaſi dilectione quadam eos proſequeretur, ob quod gemellos vocet: ſicut pater, filium puſillum (authore Flacco) puſillum vocat. Tertio, quia hœduli recens nati, omnes parui ſunt: poteſt ętatis naturam exprimere, ſicut quę biennio adhuc parua ſunt, bimula vocamus: & quæ triennio, trimula: & quadriennio, quadrimula, authore Vallen̄. Gemini autem dicuntur ex vno vtero, eodem die editi, aut ſaltem ſimul geſtati, vt Marcellus ait. Philoſophus vero libro. vij. de natura, ſeu hiſtoria naturali animalium, ſcribit, In genere humano paucos geminos ſeruari, ſi alter mas ſit, alter fœmina. ¶ Sæpe malum hoc nobis, &c.) Hic Mancinellus: quod dicit (inquit) Tityrus, fabula non eſt. Nam poſt Iulij Cæſaris mortem, prodigia fuere q̃; plurima: inter q̃ continua fulmina, in templa, ſtatuasq; deciderunt: vt etiam Appianus lib. iij. oſtendit: quam rem late exequitur Horatius lib. carminum. j. ode. ij. dicens, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ, Grandinis miſit pater, & rubenti Dextera ſacras iaculatus arces Terruit vrbem. & author noſter; ad finẽ. j. Geor. dicens inter cætera, Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno Fulgura, &c. Malum autem hic incommodum, & exturbationem vocat. ¶ Tactas quercus.) Malum prædicere bene docet Seruius: ſed latius Mancinellus dicens, Quinq; ſignorum genera obſeruabant augures: ex cœlo, ex auibus, ex tripodibus, ex quadrupedibus, ex diris: author eſt Feſtus. Tactas. i. fulminatas: quoties. n. quercus fulmine tangitur, vt plurimum malum portendit: ſed potiſſimum agricolis, propter glandem, quæ frugẽ ſignificat. ¶ Si mens non læua, &c.) Si (inquit Mancinellus.) i. vtinam. Eſt enim hoc loco, optandi aduerbium: vt in lib. Æneï. vj. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. Poſſet tamen conditionalem vim habere: vt ſit: ſatis quidem præmoniti eramus, ſi mens non læua fuiſſet. ¶ Læua.) i. aduerſa, authore Nonio: aut forte iners, & non ſatis ſtrenua ad futurum malum attendendum: ſicut econtrario: dexterũ expedite, ac fauſte, operam nauans vocamus. ¶ Sæpe ſiniſtra, &c.) Non omnibus textibus ineſt hic verſus: ſed quia appoſitus eſt: memineris videre, cornicem vnicam, putatam eſſe mali hominis: binas vero, boni. Ipſa autem, eſt inauſpicatæ garrulitatis: vt Plynius ſcribit. i. infelicis. Cicero autem libro. j. de diuinatione, ſcribit, Coruum a dextra, a ſiniſtra, cornicem, facere ratum: vnde hic, ſiniſtra dicitur, quaſi vera malorũ index. ¶ Ilice.) Ilex præterea, arbor glandifera eſt: vnde eiuſdem ominis cum quercu habetur, dum fulminatur. ¶ Da Tityre.) i. dic: aut da (vt dicitur) nobis intelligere. ſicut. v. Æneidos. Da (non indebita poſco Regna meis fatis) Latio conſidere Teucros. Et. iij. eiuſdem. Da propriam Thimbreæ domum, da mœnia feſſis. Non enim domum Apollinem petebat attribui, ſed addici, & ſignificari: vnde accipere, eſt interdum capere intellectum, atq; addiſcere: ſicut. ij. Æneidos. Accipe nũc Danaum inſidias, & crimine ab vno Diſce omneis. vbi & ponitur expoſitiue: hoc eſt, & diſce pro. i. diſce. Sic Salluſtius, Vrbem Romam, ſicuti accæpimus, ab initio condidere Troiani. ¶ Qui ſit.) Nõ quis ſit, fere textus habet. eſſet autem ſibilus, ſi legatur, quis ſit: quem poeta nimirum vitauit. Sed forte dum manifeſta explicatiõe rerum, prodeſſe, ac placere ſtudeo, prolixitate diſplicebo. Addam tamen pubi imperitæ, regulas quaſdam, præcipue de pronominibus. Quarum prima eſt: licet modeſtiæ gratia, cuius vni de ſe, nunc ſingulariter, nunc pluraliter, nunc vtroq; modo in prima perſona loqui. in ſecunda non licet. vnde hic Tityrus de ſe, dicit prius, nobis: & poſtea, mihi: vt, Deus nobis hæc otia fecit. Nanque erit ille mihi ſemper deus. Item prius, noſtris: & poſtea, meas: videlicet, Sępe tener noſtris ab ouilib. Et ille meas: &c. Dixi, gratia modeſtię (quam nunc humilitatem vocant: cũ humilitas proprie, ſit abiectio quædã: ab humo dicta.) quia cum quis de ſe pluraliter loquitur, ſignificat ſe fretum ſuorum, auxilio, aut ſubſidio: quo circa principibus conuenit pluratiue loqui, modeſtiæ gratia: quod animaduertẽtes imperiti, potiſſimum in Gallica lingua, putent ſibi iniuriã fieri, ſi vnitatis numero compellentur: cum tamen omnis Latinorum conſuetudo, in ſecunda perſona, pluralem numerum, ab vna (quacũq; dignitate præditus ſit) arceat. De qua re, Sipontinus ſatis ꝓcępit. Verũ (quia diximus) noſtris, plurale: & meas, ſingulare: ne quis titubet, ſit hæc Secũda regula. Ego, & meus: tu, & tuus: ad ſingulos pertinent. noſter, & veſter: noſtras, & veſtras, ad plures: ſed (vt dixi) noſter, & nr̃as, ad ſingulos retorquẽtur. Tertia regula. Hic, & omnia aduerbia ab eo deducta: vt hic: hinc: huc: hac: horſum: ad primam perſonam pertinẽt iſte, & eius, aduerbia, ad ſecundam: ille, ad tertiam perſonã pertinẽt: iſte, & eius aduerbia, ad ſecundã: ille, ad tertiã diſtantẽ. ſ. aut re, aut fictione: & ab eo qui loquitur: & ab eo ad quẽ loquitur. Vnde hæc otia. i. mea: nemo iſtinc huc venit. i. nemo a te ad me venit. Huc ades, ideſt ad me, &c. Quarta: ipſe (quod olim ipſus dicebaẽ) apud Latinos: & ἀυτὸσ apud Græcos, triũ perſonarũ cenſentur: quia ſine adiectiõe trium perſonarũ, verbis legitime ſupponuntur. Primę: vt hic, En ipſe capellas Protenus æger ago. Secundę: vt. vj. Æneid. Ipſa canas. i. tu. Tertiæ: vt paulo inferius in hac Ecloga: Ipſæ te Tityre pinus, Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant. Quinta: ille, ſæpe gloriã nobilitatis præ ſe fert: iſte, contemptum: ac vilitatẽ: ipſe, cum emphaſi, principatum: vt Alexander illę Macedo i. notiſſimus. Quid petis iſtis. i. vilibus & abiectis. Ioue miſſus ab ipſo. i. ab eo qui magnus eſt, nec ab inferiore. Rex ipſe hoc ſcripſit: quod dicũt in propria perſona: aut propria manu. Cum autem dicit, Sed tamen iſte deus, &c. non ad obiectionem: ſed ad ſecundam perſonam pertinet Sexta: verba imperſonalia, quia a proprijs perſonis ſecluduntur: ad generalitatem trãſeunt: vt hic, turbatur. ſ. ab omnibus. Et in principio ſermonũ Horatius, Qui fit Mecænas vt nemo, &c. Septima: quę eſt Agretij, Memini me facere: dicere debemus: non, memini me feciſſe. Nam memini, ſermo eſt totus præteriti temporis, qui ante factam rem: in præſens reuocat. Et ſi dixeris, Memini me feciſſe: duo ꝓterita ſimul iunges. Cicero, Memini Pamphilum Libitanium mihi narrare ſolitum. Idem infra. Reſpõdi Metello vt debui. &, Memini me dicere. Terentius, Ego illam vidi virginẽ forma bona, memini videre. Virgilius, De cœlo tactas memini ꝓdicere quercus. Idẽ, Cantando ſolitum memini me condere ſoles. Idem, Memini aruncos ita ferre ſenes. Et multis præterea in locis. Neq; inuenitur vbi ab alijs magnis authoribus: memini: ita poſitum ſit: vt non addatur: aut etiam, aut aliquantus ſermo, qui præſens tp̃s reſtituat, niſi vno in loco: & quaſi hoc mirabile. Is aũt eſt Virgilij in Georgicis, Nanq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis Coricium vidiſſe ſenem. Quod poetæ: pro neceſſitate metri, licuit vſurpare. Hæc Agretius: qui addere potuiſſet illud Perſianum. Nec in præcipiti ſomniaſſe Parnaſo memini.

PIERIVS.

¶ Otia fecit.) In Romano, in Mediceo: & aliquot alijs antiquis, Otia per t hoc preſertim loco ſcriptum eſt: quãuis nõ negarim in Romano alibi nomen id per c haberi, eo quippe loco, Ignobilis oci. Sed enim in veterum inſcriptionibus, per t ſcriptũ inuenias, vt in eo termino, quem ſuperioribus annis ad D. Petri Baſilicam vidimus aduectũ: ex area, quam ab Neroniano incendio Domitianus dedicauerat. Ibi enim inter cętera, & hoc legimus, ET HAC LEGE DEDICATA EST NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS ÆDIFICIVM EXTVEAE, MANERE, NEGOTIARI. Et quæ ſequuntur. Eſt & illud, vt multa interim diſſimilem, apud Pallonios Romæ,

L. LEPIDIVS LIB. HERMES.
NEGOTIATOR ÆRARIVS.
Et alibi, NEGOTIANTI PVLLARIO.
&, INQVILINI NEGOTIANTES.

& huiuſmodi pleraq;, ex antiquorũ poſita monumẽtis. Quod ſi negotiari, per t ſcribitur, otium, quoque proportione eadem incolumi, ſcribendum eſſe crediderim. Sed & in alijs quoque codicibus antiquis diuerſorum authorum, otium, & otioſus per t ſcriptum animaduerti: vt in Terentiano codice antiquiſſimo, & maxime caſtigato, quem Phi. Beroaldus iunior, bibliothecarius, vir eruditiſſimus ex Vaticanæ bibliothecæ penetralibus depromptum, mihi legendum dedit: ibi enim ſcriptum eſt, Diſſolui me, otioſus operam vt darem tibi. quod elegãtia haud quaquã pari in vulgatis codicibus, Diſſolui me otius habetur. Hæc quãuis aliquis leuia eſſe dicat, grauiſſimis tamẽ viris negocium plerunq; faceſſere conſuerunt. Nanque erit ille mihi ſemper deus.) Vt taceam quod in antiquis codicibus, Nanque, per m ante q ſcribitur: Iuniores, Semper deus, vnico vocabulo ſcribere cœperunt: quæ in antiquis codicibus diſtincta ſunt: in nõnullis puncto etiam inter, Semper: & Deus, interiecto. Neq; tamen eorum improbo iudicium, quibus felix illa apud Græcos compoſitio, quæ [illegible] eſt, tantopere adrideat. ¶ Vſq; adeo turba

tur agris.) In perueteri quidẽ codice quodam, Turbatur, legere eſt: Sed in Romano illo antiquiſſimo, & in Oblongo, Vaticano, neq; non in Mediceo, turbamur, non inuenuſte legitur. Seruius alterũ illud mauult: vt imperſonale pertineat ad omneis generaliter, inquit ille. Citat vero locũ hunc Fab. Quintilianus. totis Vſq; adeo turbatur agris. inter eas formas, quæ proprie cuiuſdã rationis ſunt, vt, Itur in antiquã ſyluã, quæq; initiũ non habent: vt, Fletur: apud Terentiũ, & ſimilia. Quare hinc Seruio adquieſcendũ eſſe videtur. ¶ Protinus æger ago.) Plurima quidẽ exemplaria, Protinus, per i, in pene vltima legunt. Sed in Oblongo codice, Vaticano, & Mediceo, Protenus, habetur per e, quod Seruius exponit, porro tenus: quãuis aliter No. Marcellus interpretatur. Sed inter protenus, per e, & protinus, per i, differentiam ponit Caper: qui protenus, per e, locale aduerbiũ eſſe vult. Protinus vero per i, inſeruire tempori iubet. ¶ Hic inter denſas Corylos.) In Romano codice, corulos, per u, paſſim ſcriptum eſt peruerteri ea conſuetudine, qua Romani peregrinas literas non admittebant. Sane vero, corylũ, & nymphã accæpiſſe nos a græcis, cis, per y ſcriberemus, ait Priſcianus. Sed id etiã aliquãtulũ me mouit, quod in codicibus nonnullis, colyros, literis tranſmutatis: Sed eodem modo paſſim in eodẽ codice animadnerti. In aliquot, vt in Oblongo, Colyros, aliena manu repoſitum, priore abraſa lectiõe, forte quod inde, colurnus fiat. Fuiſſe vero prius, Corulos, etiam in Oblongo oſtẽdit, locus adhuc intactus: Neve inter vites corulũ ſere. Quantum vero pertinet ad colurnũ, barbariſmũ eſſe Soſipater Cariſius literarum trãſmutatione dicit, cum ſit corulus, arbor: ita enim apud eum ſcribitur. ¶ Ah ſilice in nuda.) Romanus codex, & Mediceus particulam interiectionis, a, abſq; aſpiratione ponunt, ex Probi ſententia. Quod vero paſſim in vulgatis codicibus legere eſt, Silice in nuda, Apud Nonium, In media, legi: ſed puto inemendate. ¶ Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.) Verſus hic in veterib. quos ſequimur, codicib. non habetur. In aliquot altera manu ſuppoſititius eſt, vt in Oblongo, & in Longobardico: in quo etiam, dicebat, pro prædixit, habetur: quæ lectio eſt etiam alterius Virgiliani codicis manu ſcripti, cuius mihi copiam fecit Nicolaus Delphius.

¶ Vrbem, quam dicunt Romã, Melibœe putaui — TI.
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quò ſæpe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram, ſic paruis componere magna ſolebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbeis,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
¶ Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? — ME.
¶ Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem, — TI.
Candidior poſtq̃ tondenti barba cadebat,
Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit.
Poſtq̃ nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Nanq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.
Quanuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis, & ingratæ premeretur caſeus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

SERVIVS.

¶ Vrbem quam dicunt Romam.) Quæritur cur de Cæſare interrogatus, Romã deſcribat, & aut ſimplicitate vtitur ruſtica, vt ordinem narrationis plene nõ teneat: ſed per longas ambages ad interrogata deſcendat, aut certe, quia nullus qui continetur, eſt ſine ea re quæ cõtinet, nec põt vlla pſona eſſe ſine loco. vnde neceſſe habuit interrogatus de Cæſare, locum deſcribere, in quo eum viderat. Eſt autem longum Hyperbaton, Vrbem quam dicunt Romam. Hic illum vidi iuuenẽ Melibœe. ¶ Stultus ego.) Ideſt ruſticus qui neſciui iudicare. ¶ Nřæ.) Mãtuę. ¶ Quo.) Ideſt ad quam. nam aduerbium poſuit pro nomine. vt Genus vnde Latinum, ideſt a quo. ¶ Ouium teneros.) Periphraſis agnorum. ¶ Depellere.) Ideſt a lacte remouere. ¶ Sic canibus catulos ſimiles.) Vult vrbem Romam non tantũ magnitudine, ſed etiã genere differre a cæteris ciuitatibus: & eſſe velut quẽdam alterum mundũ, aut quoddam cœlum, in quo deum Cæſarem vidit. Qui enim comparat cani catulum vel hœdũ capellæ: magnitudinis facit, nõ generis differentiam. Qui autem dicit, leo maior eſt cane: & generis facit: & magnitudinis differentiam: ſicut nunc de vrbe Roma fecit. Putabam inquit, ante ita Romam comparandam eſſe aliis ciuitatibus, vt ſolet hœdus capræ comparari. nã q̃uis maior eſſet, tamen eam ciuitatem eſſe dicebam, nunc vero probaui eam etiã genere diſtare: nam eſt ſedes deorum. Hoc autem eũ dicere, ille comprobat verſus. ¶ Quantum lẽta ſolent inter viburna cupreſſi. Nam viburnum, breuiſſimũ eſt: cupreſſus vero, arbor eſt maxima. Hoc autem genus argumentationis & apud Ariſtotelem lectum eſt, & apud Ciceronẽ. ¶ Componere.) Comparare. ¶ Et quæ tanta fuit.) Quę tanta: ad magnum enim aliquid nimia neceſſitas venire compellit. Vnde quaſi miratur hominem ruſticũ Romam videre potuiſſe. ¶ Libertas.) Amor libertatis. etenim aliter dicit ſeruus, libertatem cupio: aliter ingenuus. Ille enim carere vult ſeruitute: hic habere liberã vitam, pro ſuo. ſ. arbitrio agere. ſicut nunc Virgilius ſub perſona Tityri dicit ſe amore libertatis Romam venire compulſum: & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non niſi in vrbe Roma erat. Aut certe ſimpliciter intelligamus hoc loco Tityrum ſicut paſtorem locutũ. Nam vbiq; eum Theocritus mercennarium inducit. Item Virgilius, Tityre dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas. ¶ Reſpexit inertem.) Deſidem, ſeſe non requirentem. Nam culpat ſuã inertiam q non ante Romam ierit, & ſit vſus puer libertate, qua vti cœpit prouectioris ætatis. ¶ Candidior poſtq̃ tondenti barba cadebat.) Aut mutatio perſonæ eſt, vt quendã ruſticũ accipiamus loquentem, non Virgilium, per ἀλληγορίαν. Nam vt diximus. xxviii. annorum ſcripſit Bucolica: Aut certe eſt mutanda diſtinctio: vt ſit non barba candidior, ſed libertas. nam. xxviii. annorum barbam poteſt quiuis mittere: ſed non canam. Et bene candidior libertas: vt intelligamus etiam ante in libertate, ſed nõ tali, fuiſſe Virgilium. ¶ Et longo poſt tempore venit.) Poſtq̃ nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Iungendum eſt hoc totum. nam duplici ratione tempus oſtendit, quo eũ libertas aſpexerit, ideſt quando cœpit ſecare barbam, & relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. ἀλληγορικῶσ autem hoc dicit, Poſtq̃ relicta Mantua Romam me contuli. nam Galateam, Mantuã vult eſſe: Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quaſi ruſticus, computat a barbæ ſectione. ¶ Longo poſt tempore.) Aut ἀρχισμὸσ eſt. Antiqui enim, Poſt, Ante, Circum etiam ablatiuo iungebant: quod hodie facere minime poſſumus: Aut longo poſt, vna eſt pars orationis, vt ſit ſenſus, Venit tempore longo poſt: ſicut multo minus, multo magis, poſt modo. Horatius, Poſt modo quod mi obſit clare, multumq; locuto. ¶ Longo poſt.) Vt poſtpoſita videatur eſſe præpoſitio, & in vnitatem coacta. ¶ Fatebor enim.) Hoc per parentheſim dictum eſt. ¶ Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.) Nec ſperare poteram libertatem in oppreſſa ciuitate, nec habere curam patrimonii. Peculi autem aut antique dixit, quia omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur, a pecoribus, in quibus eorum conſtabat vniuerſa ſubſtantia: vnde etiam pecunia dicta eſt a peculio. aut certe & hoc ad morſum temporum pertinet. nam mõ tantum ſerui peculium dicimus: vt inuidioſe patrimonium ſuum dixerit peculium, ac ſi ſeruus eſſet: quia ſe diu apud Mantuam ſeruiſſe memorauit. Sane peculi pro peculii, per ſynæreſim dictum eſt. ¶ Exiret victima ſeptis.) Septa proprie ſunt loca in campo Martio incluſa tabulatis: in quibus ſtans Po. Roma. ſuffragia ferre conſueuerat. Sed quoniam hæc ſepta, ſimilia ſunt ouilibus: duo hæc inuicem pro ſe ponuntur: vt hoc loco ſepta pro ouilibus poſuit. Item Lucanus contra. Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. Iuuenalis, Antiquo quæ proxima ſurgit ouili. Sane. ¶ Pinguis.) Melius ad victimam quàm ad caſeum refertur. ¶ Ingratæ vrbi.) Quia cum alimenta ciuitatibus præſtentur ex ruſticorum labore, & in his ruſtici etiam deridentur a ciuibus, & multa perdunt, & aduectarum rerum pretia iniqua ſuſcipiunt.

MANCINELLVS.

¶ Vrbem quã dicunt Romã.) Longo interuallo reſpondet Tityrus ad interrogata: nam cum Melibœus dixiſſet, Sed tamen iſte deus qui ſit, da Tityre nobis: exponit prius vrbis Romæ amplitudinẽ, inde cauſam, quare vrbẽ ipſam adierit. Poſtea vero illic iuuenem illum vidiſſe: cui anno quoq; bis ſenos dies ſe dicit ſacrificare.

crificare.¶Vrbem.) Vrbis appellatione:etiam ſi nomē non adij/
ceretur,Romam tamen accipi recæptū eſt: vt Fabius li.vj.edo/
cuit.¶Huic noſtrę.) Mantuā intelligit.¶Quo.) Ad quā.¶Ouium
Fœtus. teneros fœtus.)i.agros per circūloquutionē:quæ periphraſis di
Fœtura citur.Fœtus dicitur quidquid naſcitur ex mulieribus vel peco/
ribus:& a foueo verbo deſcendit:inde etiā fœtura.i.genitura:ꝙ
pro toto animalium prouentu poni cōſueuit.¶Depellere.) A la/
cte diſiungere.Agni autem,ad quatuor menſes, a mammis vbi
nati ſunt,non diſiunguntur:hœdi,tres: porci,duos: author eſt
Virgul/ Varro.¶Lenta viburna.) Virgulta ſunt,quæ de radice pullulant.
ta. Viburna autem,minuta ſylua, humilia virgulta:vt geniſtæ: &
Vibur/ hmōi.¶Cauſa.)Ea eſt,quæ nos impingit ad aliquid faciendum.
na. Ratio aūtem,qua vtimur in faciēdo: Seruius author in arte.¶Li
Cauſa. bertas.)Ordo eſt, Libertas quę ſera tamen candidior.i.clarior &
Ratio. lucidior,reſpexit inertem:reſpexit,inquā,poſtq̄ barba tonden/
ti cadebat:& tamen venit longo poſt tempore.Conuenit itē &
alter ordo ſic: videlicet,libertas candidior:quæ ſera tamē reſpe/
xit inertem,poſtq̄ barba tondenti cadebat. reſpexit tamen, &
longo poſt tempore venit.Eſt aūt ſenſus,Tityrū ſerius cogitaſſe
adire Romam:& poſtq̄ reſectam barbam,& tamen longo poſt
cogitatum,& primę barbę reſectionem veniſſe.¶Inertem.)Se/
gnem,deſidem.¶Tondēti.)ſ.mihi:nam paſſiue hic dicitur,ſicut
Geor.lib.iij.Incanaq̄ menta Cinyphei tondent hirci.pro tondē
tur ſm Priſcia.lib.viij.dicentem,Sunt quædam in o terminan/
tia,quę cum ſint actiua,pro paſſiuis quoq̄ ſolent poni,vt lauo,
Galatea tondeo:pro lauor,& tondeor.¶Galatea.) Græce per ei diphthō
gon Galateia ſcribitur:& cum t exili:nympha fuit quam Poly/
phemus adamauit:vt Theocri.ſcribit Ecloga.vj.& Oui.in Meta
mor.hic vero pro Mantua ponitur allegoricos.¶Amaryllis.)
Amaryllis vero pro Roma:ſed de allegoria legito noſtrum car/
Peculiū men.¶Peculi.)i.lucri,& parti.Eſt.n.peculium ſeruorum,a peco
Pecūia. re dictum:ſicut & pecunia nobilium:vt Feſtus ait.¶Victima.)
Victima Ea proprie dicitur,quæ poſt victoriā mactatur.Ouidius faſto.li.
j.Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur.Hoſtibus.A domi
Hoſtia. tis,hoſtia nomen habet. Feſtus tamen vult,hoſtiam dictā ab
hoſtire,quod eſt ferire. ¶Septis.)i.ouilibus. ¶Pinguis.)Hic ſit
colum.¶Ingratæ vrbi.) Cum enim & victimas,& caſeum illuc
adferret,minimum lucri conſequebatur:quod quidem ex ma/
gna ingratitudine erat:quo enim pacto huiuſcemodi res,vrbani
Eris in haberent,niſi agreſtium cura.¶Ære.)i.pecunia: vtputa quadran
uentio. tibus vel trientibus. In Cypro primo fuit æris inuētio. Seruius
autem rex,primus ſignauit æs,antea rudi vſos Romæ Timæus
tradit.ſignatum eſt nota pecudum, vnde & pecunia appellata:
author Ply.lib.xxxiij.& lib.xxxiiij.

ASCENSIVS.

¶Vrbem,&c.) Aut ruſtica ſimplicitate,aut quia in rem ſuā con
ducere putabat,interrogatus de deo,Tityrus locum præſcribit:
cuius præſcriptio poteſt eatenus ad inſtitutum eius conducere,
quatenus vult conuincere Auguſtū eſſe deum:nam ſicut de vrbe
Roma nondum viſa,falſam opinionem habuerat,credens eam
vrbem,licet maximā,cenſendā,cum cœlum ſit: ita de Auguſto
deceptus erat:credens eum quidē principē,ſed mortalem, cum
inter deos ſit collocandus.Dicit ergo.O Melibœe,ego ſtultus &
temerarius rerum cenſor,putaui Romā eſſe comparabilē Man/
tuæ:ſaltem vt catuli comparantur canibus, videlicet grandibus
& hœdi matribus: hoc eſt,capris adultis: verum nulla fere eſt
comparatio:nam tanto alias vrbeis excedit,quanto cupreſſi ex/
cedunt viburna:quæ ſunt humillima virgulta.Ad id Melibœus
ignorans quo Tityrus prætendebat,interrumpit ſermonē eius
noua interrogatione,dicens,Et quæ tanta cauſa fuit tibi viden/
di Romam?Reſpondet Tityrus,ꝙ libertas quæ candidior,ideſt
munda ab omni inuidentium liuore,illic conceſſa eſt:quā Man
tuæ nanciſci non poterat. Itaq̄ Galateam relinquens animum
ad Amaryllida conuerterat:quod & Melibœo innotuerat:vt ſe/
quentia docebunt.hoc dicit.¶Ordo eſt.O Melibœe,ego ſtultus
Ordo. i.ruſticus,& rerum ignarus:aut nimiū vrbi noſtræ ſtudēs & in/
dulgens,ac cōcedens:putaui vrbem quam dicunt Romam:aut
potius ſic:putaui Romam,quam.ſ.fere omnes mortales dicūt
vrbem:cum potius cœlum dici mereatur eſſe,ſup.ſimilem huic
noſtrę,ſup.vrbi:videlicet:quo.i.ad quam nos paſtores ſolemus
depellere.i.lacte abducere:hoc eſt,raptos ab vbere matrum, ve/
nales adigere:aut importare teneros fœtus ouium.i.agnos.Ego
Vrbs noram.i.noueram,ac arbitrabar (eſt enim imperfecti temporis,
a noui,deductum.) catulos eſſe,ſup.ſic.i.in tali proportione:ſi/
miles.i.comparabiles:canibus,ſcilicet magnis:& hœdos.i.tene
ros fœtus caprarum eſſe,ſup.ſimiles,ſic.i.in tali proportione,in
qua

qua Mantuam Romæ ſimilem putaui,matribus.i.capris,ſeu ca
pellis grandibus:& ego ſolebam componere.i.conferre ad com
paranda ſic paruis.i.cum partuis,ſcilicet rebus, magna, ideſt res
magnas:hoc eſt,putaui quidem Romam eſſe maiorem ciuitate
noſtra:ſed tamen comparabilem illi:verum,ideſt ſed:hæc ſcili/
cet quam priorem dixi:hoc eſt,Roma:extulit, ideſt extra tulit
& leuauit:ab extollo:caput,ſupp.ſuum inter alias vrbeis: tan/
tum.i.intantum quantum cupreſſi,ideſt arbores illæ altiſſimæ
ſolent,ſup.extollere,& efferre caput:inter viburna, ideſt fruti/
ces illos humillimos,& maxime depreſſos:lēta,ideſt flexibileis
& tenellos.Ad hoc addit Melibœus,& quæ tanta,ideſt tam effi/
cax cauſa,fuit tibi videndi,ideſt vt videre cuperes Romam?vbi
ex conſuetudine loquentium vtitur:&,non enim copulatiuam,
ſed continuatiuam vim habet.Reſpondet autem Tityrus, Liber
tas,ideſt vt libere in meis poſſeſſionibus viuam,fuit,ſupple cau
ſa:quæ,ſcilicet libertas:exiſtens candidior, ideſt fauorabilior,&
melior quàm merueram reſpexit quāuis,ſupp.ſera,ideſt tarda:
reſpexit tamen,ideſt miſeranter aſpexit:me inertem, ideſt ſine
arte & induſtria,in patria vbi nulla libertatis habendæ ſpes erat
immorantem:reſpexit dico.Poſtq̄ barba,ſup.mea cadebat ton
denti,ideſt eam abradenti,videlicet tonſori (hoc eſt,poſtq̄ pri/
mam barbam mihi abradi feceram: cum tamen iunior eam li/
bertatem impetrare potuiſſem.) Niſi forte quod nunc quidem
faciunt,tunc quoq̄ faciebant.vt.ſ.ad firmiter exequendam rem
inſtitutam,conſtitueri non prius radere barbam q̄ agros ſuos
liberos recæperit:& de eorum recæptione deſperans iam barbā
raſerit:reſpexit inquam tamen.i.tandem:aut quantūcunq̄ ſera:
tamen reſpexit,& venit poſt.i.poſtea q̄ barbam radere cœperā:
multo tēpore.i.multi tēporis intercapedine,ac ſpatio. At poſtq̄
Amaryllis.i.ſplendida amica noſtra:Romana.i.nitida:& candi/
dior libertas:habet nos.i.fruitur præſentia mea: & potitur me
Galatea.i.amica noſtra Mantuana:hoc eſt,ſeruitium illud quod
ſubibam dum patriæ noſtræ amore detentus Mantuæ immora
bar,reliquit me.q.d.non potuit tolerare ſe a me derelinqui: &
ita dereliquit me.Nanq̄ pro quia (ego enim fatebor.ſ.quod ve/
rum eſt:licet iniquus cenſear:hoc autem per parentheſim inter/
ſerit) hoc eſt,ſi percuncteris, cur eam prius dereliquerim? ſcies
quia dum.i.quādiu,Galatea.i.amor patrię,aut commerciū cum
amica mea Mantuana: illa ruſtica tenebat.i.detinebat me: nec
ſpes libertatis,ſup.impetrandę,erat,ſup.mihi.nec cura peculi,ꝓ
peculij:hoc eſt alicuius ꝓprij boni mihi accumulandi, ſup.erat.
Nam quāuis multa victima pinguis.i.plurimus agnus,aut vitu
lus dignus,quia victima fieret, pro victis hoſtibus exiret meis
ſeptis.i.depelleretur ad vrbem ex meis ouilibus,in agro ſeptis.i.
ſepibus & cratibus munitis. (Verū,vt duplex ſenſus,ita duplex
poteſt eſſe expoſitio. Nam ſi ſenſus eſt:ꝙ ex ſeptis ſuis portaue/
rit,aut egerit in vrbem pingueis agnos, vnde condignæ victimę
fieri poſſent,qui ſatis quadrat,cū ſequentibus iam habita eſt ex/
poſitio. At ſi dixerit,ſe de ouibus ſuis ſæpe rem ſacram feciſſe:vt
victor.i.voti cōpos fieret:exponetur quāuis multa victima exi/
ret meis ſeptis.i.quāuis ſæpe ſacrificium facerē de ouibus meis)
,& quāuis caſeus ꝑmeretur iam.ſ.coagulatus (nā mactatis agnis
e lacte,caſeos premere ſolent) vrbi ingratæ.i.ſumptui & labori/
bus ruſticorum,iniquam mercedē aut nullam pendēti,& vltro
illudenti: tamen,ſup.dextra non redibat mihi.i.ad vtilitatē meā
vnquā domum exiſtēs.ſ.grauis.i.onuſta ære.i.pecunia ærea.i.pa
rum,aut nihil lucri ex multo labore referebam. Sed elegantiam
ſermonis declaremus.¶Vrbem quam dicunt.) Vt prænotaui, or Vrbs.
do duplex eſſe poteſt:aut,ego putaui vrbem,quā dicunt Romā:
aut, Romā,quam dicunt vrbē.cum non vrbs,ſed cœlū potius
cenſeri debeat:quippe quæ deum contineat, ſed vbi deus illic:
quoq̄ cœlū cum omnium conſenſu in cœlo ſedes dei ſit. Vrbis
aūt appellatione,etiam ſi nomen non adijceretur,Romā tamen
accipi recæptum eſt, vt Fabius li.vj.edocuit. Sane ędificia,& fa/
bricas,vrbem vocamus:ciuium concilia,ſeu conuentum ciuita/
tem:ita ꝙ dicemus vrbē concrematā,& ciuitatē illachrymaſſe.
Seruius aūt ad illud.j.Æneid.Vrbs antiqua fuit: docet vñ vrbis
nomen deducatur.¶Stultus.) Is proprie dicitur, qui cuiuis rei, Stultus
plus æquo ſtudet:vnde ſtulti in amoribus,& mercatu dicimur.
Fatuus autem,qui plus æquo fatur,appellari poteſt.quāuis pri
mæ ſyllabæ quantitas non conſentiat.¶Huic noſtræ.) Videlicet
Mantuæ.¶Quo.) Ideſt ad quam:vt in regulis patebit.¶Tene/
ros fœtus ouium.)i.agnos,per periphraſim,ideſt deſcriptionē.
¶Catuli.)Etiam leonum, ac tigrium ſunt:catelli duntaxat ca/
num.¶Componere.) Ideſt comparare,eo quod quæ compara/
re volumus,componimus:vt compoſitorū magis eluceſcat di/
ſcretio:

Hœdi. ſcretio: de hoc quoq; videbimus in regulis. ¶ Hœdi.) Sunt auté hœdi, teneri fœtus caprarum: ſicut agni, ouium. grandiores aũt hœdi, ſi maſculi ſunt, hirci appellantur: ſi fœmellæ, capræ: ſi coleis capti, hoc eſt caſtrati, aut emaſculati, capri dicuntur. Agni vero ouium: qui grandiores, arietes: capti auté, aut caſtrati, veruces appellantur. Muto autem, quem Galli pro veruece accipiũt mentulã, hoc eſt membrum virile, apud Hora. in. j. ſermo. ſignificat. ¶ Fœtus.) A fouendo deducitur: vnde fœtura, ꝓ toto prouentu, qui fouendo & gignendo ſperatur, accipi ſolet. vnde eſt, Si fœtura gregé ſuppleuerit, aureus eſto. ¶ Depellere.) Eſt autem depellere, ab lacte diſiungere: verum agni, quarto menſe ex quo nati ſunt, a mãmis diſiunguntur: hœdi, tertio: porci, ſecundo: vt ſentit Varro. ¶ Cupreſſi.) Vt notum eſt, arbores ſunt ſane altæ: q̃ cypreſſi dicuntur: ſed y in u vertitur, ſicut cyminum, & cuminum. ¶ Viburna.) Sunt autem viburna humillimi frutices, qui

Viburna. in altum non eriguntur: vt geniſtæ, myricæ. ¶ Quæ tãta cauſa.) Quia magna videtur fuiſſe, quæ ruſticum a Mantua Romam vſq; protraxerit: ſane cauſa eſt, quæ nos impingit, atq; inſtigat, ſeu mouet ad aliquid faciendum. Ratio autem qua vtimur in faciendo. (vt author eſt Seruius in arte) Videndi Romam, dici poſſet: & Romæ videndæ, forte magis eleganter: ſed minus concinne: vt in regulis dicam. ¶ Tamé.) (Dicit Land.) i. tandem: ſed aliter expoſuimus in ordine contexendo. ¶ Sera.) Serum dicimus, quod ſero. i. tarde operatur. ¶ Reſpexit.) Reſpicere proprie, ad cõmiſerationem pertinet: ſicut, Reſpexit in orationem humilium: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c. tractum ex eo, quod qui miſerum inſpiciunt, ſi reſpiciant. i. iterum inſpiciãt, miſericordia afficiuntur. ¶ Inertem.) Iners dicitur ſine arte: cõtra,

Iners. ſolers, totus in arte. Iners aũt fuit Tityrus, qui tantum diſtulit Romam viſere, cum tamen aliunde ſpes nulla fuerit libertatis obtinendæ. Magna tamen eſt beneficij vis, ꝙ cum ipſe iners fuerit, ipſum tamé libertas reſpexerit: vnde dicitur ab eo, cãdidior, i. purior: a liuore quã meruerit: hoc eſt, beneficentior. ¶ Candidior.) Candidum enim dicimus, quod liuorem non habet. i. inuidiæ maculam. Nec conſtruemus, vt ſit barba candidior: quia cum nondum trigenarius eſſet, non veroſimile eſt barbã eius canuiſſe. Eius autem quod dicetur, Fortunate ſenex: alia eſt q̃ plurimi credãt ſententia: vt illic dicemus. ¶ Longo poſt tempore.) Poſt, & ante, ratione exceſſus, aut menſurę rectæ, ablatiuum regunt: vt dicam in regulis. ¶ Amaryllis.) Dici poteſt ſplẽdida amica: nam Amarygma, huius Amarygmatos, ſplendor dicitur: & Amaryſſo, luceo, ſeu ſplendeo. ¶ Galatea.) Galatea autem, quaſi lactis dea. Nam γάλα. i. hoc Gala, huius Galactos Græce, lac

Galatea dicitur, thea autem, dea. verum Græce ſcribitur γαλατεία, hoc eſt Galateia, per ει diphthongon, ſine aſpiratione, quod profertur Galatia: & ita ſcribendum hic puto, Galatea: quia non deam, ſed amicam ruſticam, hic ſignificat, Sumptum autem eſt vocabulũ, ab ea nympha quã apud Theocritũ Eclo. j. Polyphemus dicitur adamaſſe: verum allegoricos, pro Mantua ponitur: ſicut Amaryllis pro Roma: quam rem mire vocabulis ipſis decernit poeta: Nam ſiue Galathea, ſiue Galatea ſcribatur, a lacte nomé ſumpſit: quod album quidem, ſed non ſplẽdidum, ac lucidum: itaq; amica ruſtica, & alba, & dulcis eſſe poteſt: ſed non ſplendida, vt vrbana, quã Amaryllis exprimit. Landinus dicit putari, per Galateam, Lydiam intelligi. Reliquit autem Galateam: quia (vt dicit Seneca) Nec regna parem, nec referre Venus poteſt: itaq; vidẽs ſe contemptam, dereliquit eum: per quod innuit Mãtuanorum inuidiam in Virgilium concitatam, ꝙ ſolus agros ſuos recæperat: a quo ſe purgauit Melibœus, dicens: Non equidem inuideo. Mire autem dicit, non ꝙ ipſe Galateam reliquerit, ſed ꝙ ab ea derelictus ſit: cum tamen ſubiungat: nam dum me Galatea tenebat, & cætera: per quod innuit ſe eam dereliquiſſe prius. ¶ Peculi.) Pro peculij: quia cum datur i, bina iacitur, quandoq; ſuprema. ꝙ autem dicit Seruius, pecuniã a peculio dictam, retractat vir noſtra ætate doctiſſimus Philippus Beroaldus dicens, Marcus Varro Romanorum doctiſſimus, qui vocabulorum etymologias acutiſſime, ac eruditiſſime perſcrutatus eſt: tradit pecuniam, a pecore nominatã eſſe, quoniam priſcorũ diuitiæ in pecore cõſiſtebant. Sententiã Varronis confirmat Columella lib. vij. Et Ouidius illo verſu, Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt. Plynius autem libro trigeſimotertio ſcribit, Pecuniã ſortitam eſſe nomen, a nota pecudis: quoniam antiquitus nummi effigie pecudis ſignabantur. Hinc Plutarchus adſerit in Publicola, in vetuſtiſſimis nummis ſignum fuiſſe ouis, & ſuis, bouisq;

Pecunia

Peculiũ conſpectum. Hæc ille. Landinus autem, Peculium ſic deſinit, Labeo eſſe id quod ſeruus domini permiſſu ſeparatim a dominicis rationibus habet. Sed & domino, peculium eſſe poſſe oſtẽdit Celſus: & Caſtrenſe peculium eſſe, quod a parentibus, & cognatis, militiæ acquiſiuit. Ruſticos, ait audiſſe Celſus, qui pecuniam, ſine peculio, fragilem eſſe dictitarent: peculium appellantes, quod præſidij cauſa imponitur: vnde Vlpianus, peculium (ait) dictum, quaſi ſit puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium. Ego (inquit Landinus) puto peculium eſſe, quidquid noſtra induſtria acquiritur, in quacunq; fortuna ſimus, ſeu liberi, ſeu ſerui: & id ſenſiſſe ſenes pecuniam ſine peculio. i. ſine noſtro lucro fragilem eſſe. hæc ille. Sane peculium, proprie eſt ſeruorũ, a pecore dictum: ſicut & pecunia, nobilium: vt Feſtus ait. Et qa ſerui, a ſeruando dicti ſunt, eo ꝙ occidi potuiſſent in bello, cum ſeruati ſunt: quæcunq; acquirunt, dominis acquirunt: præter peculium, quod eis domini permiſſu proprium eſt: ideo peculiare vocamus, quod cuiq; proprium eſt, nec cum alijs commune: ſed tamen illius labore, atq; induſtria partum & acquiſitum.

¶ Septis.) Illud autem quod dicit Seruius, Septa ſunt loca in Septa campo Martio, & cætera, ſic idem Beroaldus examinat. Elegantius & verius explanatum fuiſſet Maronianum carmen a Seruio, ſi dixiſſet, Septa, generali vocabulo ſignificant omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata: inde ſtabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, ſepta nuncupantur. Inde ſepta in campo Martio, loca incluſa tabulatis, ſepta dici meruerunt: de quibus Martialis. In ſeptis murmura diu, multumq; vagatus. Auſonius in Panegyrico: Paſſus non ſepta, non campum. Et Suetonius venationé in ſeptis datam eſſe teſtatur. De his ſentire videtur & Plynius, ſic ſcribens in. xvj. Trabs in porticibus ſeptorum, a Marco Agrippa relicta. Præterea Marcus Varro, in re ruſtica, appellat omnia ſepta, quæ habent incluſa animalia: q̃ paſcuntur. Vnde ab eodem laudantur ſepta Fuluij Hirpini, ſepta Pompeij. i. loca, quibus concluſæ ferę paſcebantur. Idé (inquit) intra ſepta villæ habeas aquam. Apud eundem, inſcriptio eſt de ſeptis fundi. A ſepio, quod ſignificat munio, hæc dictio deriuari videtur. Inde ſeptus locus, ſepta villa, ſeptum tectũ nuncupatur. Et apud iuriſconſultos, ſepta accipiuntur pro obijcibus & clauſtris, quibus vtimur ad impetus fluuiorum coercendos. Præterea apud Lucanum, non eſt exponendum ouile, pro ſeptis, ſicut exponit Seruius. Nam ouile, erat locus in campo Martio, ita peculiariter nuncupatus: de quo hæc Liuius libr. xxvj. Ciuitatis Venturiæ ſenioribus, datum ſecreto in ouili, cum his colloquendi tempus. Nam ſi verum eſſet id quod tradit Seruius, videlicet Lucanum, ouilia pro ſeptis poſuiſſe: nunquam Liuius tam licenti tranſlatione vſus foret, vt & ipſe ouile pro ſeptis poneret: cum poetæ aliter q̃ hiſtorici loquantur. Cæterum Lucanus eo modo dixit ouilia, quo Liuius, quo Strabo, qui in. v. referẽs idem quod Lucanus de crudelitate Syllę, adeo conuenit cum Lucani verbis, vt alter ab altero accæpiſſe videatur. Strabonis verba hæc ſunt: Sylla, alios qui arma proiecerãt ad millia tria: vel (vt alij) quatuor in campo Martio, ad ouilia coactos, immiſſis militibus iugulauit. In eadem ſignificatione accipiendum eſt apud Iuuenalem in eo verſiculo, Antiquo quę proxima ſurgit ouili. Hæc Beroaldus. ¶ Multa pinguius victima.) Quid victima, & hoſtia differant, docet Ouidius libro pri

Victima mo faſtorum, ſic: Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet: Feſtus tamen vult: ho-

Hoſtia ſtiam dictam ab hoſtire, quod eſt ferire. Addit Landinus, Hoſtiã a Chriſtianis dici, euchariſtiam, ideſt bonam gratiam, quæ ad deum mittitur, dum res diuina ſit: eo ꝙ hoſtis noſter & aduerſarius diabolus ea victus eſt. quomodo autem non ſint duo epitheta inepte cohęrentia, in regulis dicã. ¶ Grauis ære.) i. pecunia minoris prętij: vtpote quadrãtibus, aut trientibus: vt vero reci-

Æs. tat Manci. in Cypro fuit prima æris inuentio. Seruius auté, rex primus ſignauit æs: antea rudi, ære vſos Romæ Timæus tradit.

Pecunia Signatũ eſt nota pecudũ: vnde pecunia appellata, author eſt Ply. lib. xxxiij. & xxxiiij. Addit Landinus, primos nummos æreos fuiſſe, non aureos, nec argenteos. vnde Ouid. de faſtis, Æra dabant olim, melius nunc omen in auro eſt, Victaq; cõceſſit priſca moneta nouæ. Hinc pecuniam debitam, æs alienum dicimus: & ęrariũ locum, vbi publica adſeruantur. Credo nunc, fiſcum vocari. Sed ne in immẽſum creſcat opus, p̃cæptiones imperitis de-

Arbu mus: vnde prima eſt: Verba tertię perſonę, in quibus ſuppoſitũ cõe liquido cognoſcitur, & ſpeciale non exigitur: ſine ſuppoſito non inepte ponuntur. Cuiuſmodi ſunt verba ad loquelam pertinentia, quorum ſuppoſitum generale, homo eſt: vt hic, Vrbem quã dicũt: videlicet, homines fere oẽs. Secunda: aduerbia localia a relatiuis ꝓnominib. deducta, ꝓ ipſis poni poſſunt: vt, Sunt mihi

mihi loculi: vnde.i.e quibus parũ deprompſi: vrbe quo.i.ad quã depellere ſolemus. In agro moriar: vbi.i.in quo natus ſum. Tertia eſt, Plurima verba non repetitis, cũ quibus cõponuntur prępoſitionib, datiuũ regunt, quæ eis repetitis accuſatiuum, aut ablatiuum regerẽt: vt, Infero tibi.i.in te. Appello litori.i.ad litus: & compono tibi.i.tecum: dicam aũt, Mantua non eſt cũ Roma comparanda, aut cõponenda: potius q̃ ecõtrario. Quarta: quanuis pro gerundijs, caſum verborũ ſuorum poſt regentibus: venuſte vtamur gerundiuis nominib. cũ ipſis caſibus e quibus gerundia regi videntur rectis, tamen ſi concentus, aut conſuetudo refragetur, gerundijs vteris, vt, Cauſa videndi Romã: dulcius q̃ videndæ Romæ ſonat, vt bonis auribus conſtat. Quando vero relatiuũ interuenit, tunc Valla vult neceſſariã eſſe per gerundiũ loquutionem, qualis eſt, Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti: vbi ne in proſa quidem dicere liceret, Ludendorũ eorũ quæ vellem poteſtatem fecit. Quinta, comparatiua, quoties ſine caſibus ſuis ponuntur, aut pro abſolutis: hoc eſt, poſitiuis poſita cenſebuntur, cum exceſſu tamen aut caſum generalẽ ſubaudiemus: vt, Libertas candidior.i.valde cãdida: aut cãdidior q̃ meruerim, cum fuerim iners. Generales aũt cõparatiuorum caſus ſunt: æquo opinione, fide ſolito, iuſto q̃ decet, &c. vt hic iracundior eſt, ſup. paulo q̃ decet, &c. Sexta: poſt & ante, p̃ter accuſatiuos quibus deſeruire ſolent, regunt & ablatiuos exceſſus, aut menſurę: vt, Veni multo poſt te, triduo ante regẽ: ita & hic, Multo poſt tẽpore venit. Septima: bina epitheta.i.adiectiua, ſine coniunctione media, ſiquidẽ integra: & (vt dialectici dicunt) categoreumata ſunt: vni ſubſtantiuo ex eadem parte non cohærebũt: ſed pronomina, & nomina numeralia, ſigna, & eis ſimilia: quia plena non ſunt: cum plenis recte maritantur. Non ergo dicetur, Grauis, honeſtus homo: ſed, Grauis, & honeſtus. Sicut cõtra bene diceretur, Multi graues viri: quinq; prudentes virgines: & hic, Multa pinguis victima. Octaua: exeo, & egredior, ſi ab ex, compoſita, intelligentur cum ablatiuo: ſi ab extra, cũ accuſatiuo conſtruentur: vt hic Exiret victima ſeptis: & paulopoſt, Neque ſeruitio me exire licebat. Sic.ij. Æenei. Eſt vrbe egreſſis tumulus, templũq; vetuſtum Deſertæ Cereris. Et apud Flaccũ in ſermonibus, Egreſſum magna me cæpit aricia Roma. Plurima ſunt huius rei apud doctos exempla: cũ tamẽ qui dũtaxat legerint, Verbo cõpoſito, caſum q̃nq; locabis, Quem dat cõponens. vt, Vis exire Penates: putent nõ licere cũ ablatiuo dicere, Ex eo domo: egredior templo, &c, Nona: omnis dictio plenitudinem, vacuitatem, diuitias, vel inopiam cõnotans, regit id circa quod verſatur in genitiuo vel ablatiuo: ſed in ablatiuo omnis, in genitiuo autem hæ præcipue: diues inops: pauper, locuples: dis, plenus, abundãs, & refertus nomen. Bene ergo dicitur, Grauis ære. Decima: licet præteritum imperfectũ in quarta coniugatione, e longam, ante bam & bar efflagitet, tamen eo, & queo, & quędã alia quę futurũ indicatiui in bo & in bor mittere legũtur, ipſam deponũt: vnde, non iebã, ſed ibam: vt hic, Redibat, dices. ſic lenibã, polibã: operibar, legimus formata. Notũ aũt eſt, ꝙ domus, more propriorũ, cum verbo, vel participio, ſine præpoſitione conſtrui ſoleat: vnde dicitur hic, Redibat domũ. Et apud Ouidium etiam pluraliter: Quo ruitis? veſtras quiſq; redite domos.

PIERIVS.

¶Teneros depellere fœtus.) In Oblongo quidem codi. fœtus, cum œ diphthongo ſcribitur. In reliquis, fetus, abſq; diphthongo. Sed enim numiſmata, fœtus, per œ ſcribendum monent, dũ quæ inde vocabula deducuntur, fœcundus, fœcunditas, & ſimilia per œ ſcripta nobis oſtendunt. Vt in Fauſtinæ Aug. Fœcund. Auguſtæ. & ita in reliquis. Phraſis vero hæc, Varroniana eſt, apud quem legas in libro de re ruſtica. Cum depulſi ſunt agni a matribus, adhibenda diligentia eſt, ne deſyderio ſeneſcant. ¶Sic matribus hœdos.) In antiquis pleriſq; codicibus, Hędos, per æ diphthongum habetur. Sed vſus œ recæpit. Quod vero paulopoſt ait Tityrus, Sic paruis componere magna ſolebam: præceptum eſt M. Tullij Cice. de optimo genere dicendi, ſic aſſerentis. Parua enim magnis ſæpe rectiſſime conferuntur: quod dictum volui, vt intelligas quod ait Seruius, Genus hoc argumentationis & apud Ariſtotelem, & apud M. Tullium Ciceronẽ inueniri. ¶Galatea reliquit.) In codicibus pleriſq; veteribus, Galathea per th ſcriptum eſt, quod imperite ἀπὸ τῆς θεᾶς, deduci nomen arbitrarentur. Græce vero γαλάτεια eſt, cuius ει, pene vltimam diphthongum in e longum tranſire apud Latinos, ex Terentiano, & alijs ſatis conſtat: vt μήδεια Medea, αἰνείας Æneas.

¶Mirabar quid mœſta deos Amarylli vocares: ME.
Cui pendere ſua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipſę te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.
¶Quid facerem? neq; ſeruitio me exire licebat, TI.
Nec tam præſenteis alibi cognoſcere diuos.
Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quot annis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant:
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:
Paſcite, vt ante, boues pueri, ſubmittite tauros.

SERVIVS.

¶Amarylli.) Vocatiuus græcus eſt, qui breuis eſt quotieſcunq; nominatiuus in is terminatur: vt Amaryllis, Pieris. Horatius, Dulcem quæ ſtrepitũ Pieri tẽperas. ¶Cui.) Ideſt in cuius honorẽ. ¶Sua poma.) Ideſt ipſius arboris poma propria. ¶Quid vocares.) Hoc Virgilij perſonæ cõuenit. ¶Mœſta Amarylli.) Quæ nemine lætabare poeta. ¶Cui pendere.) Ideſt tibi: quia laudari a te non meruerunt. ¶Tityrus.) Virgilius. ¶Pinus.) Roma vel Cæſar. ¶Fontes.) Poetæ vel Senatores. ¶Arbuſta.) Fruteta, ideſt ſcholaſtici. ¶Seruitio.) Ab ſeruitio. Seruitium eſt conditionis indicium. ¶Licebat.) Ideſt nec deeſſe officio poteram. ¶Iuuenem.) Cæſarem dicit Octauianum Auguſtum. decreuerat enim Senatus nequis eum puerum diceret, ne maieſtas tanti imperij minueretur. ¶Dies.) Ideſt principia menſium: vel idus omnium menſium. ¶Fumant.) Ideſt ſacrificant. ¶Reſponſum primus dedit.) Ideſt permiſit libere viuere. ¶Primus.) Ideſt ante quem nullus fit. ¶Paſcite.) Ideſt vt ante eratis o pueri, ſic & modo paſcite in pace.

MANCINELLVS.

¶Deos.) Amaryllis inuocabat deos pro reditu Tityri abſentis. Per hanc aũt Roma intelligenda, quam mœſtam, abſente Tityro, Melibœus ait, quo amico gratificetur. ¶Poma.) Arua ipſa, & bona cuncta intelligit. ¶Pendere.) In ſua arbore.i.ſalua eſſe. ¶Arbuſta.) Omnia hæc ſimpliciter ac ruſtice intelligenda ſunt. Arbuſta autem, loca dicuntur arboribus vitiferis conſita. Seneca epiſtola.lxxxvij. Illud etiam vidi, vitem ex arbuſto ſuo anno ſam transferri. & Columel. lib.iij. de arbuſtis, ſic ait: Arbuſtum inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit. Sic.n. & ipſi arbores, & appoſitæ vites, melius conualeſcunt, fructumq; meliorem dabunt. ¶Quid face.) Apud Galateam intelligit.i. Mantuam. ¶Tam præſenteis.) Tã propitios. ¶Alibi.) Quam.ſ. Romę. ¶Diuos.) Per hos nõ ſolũ Auguſtũ, ſed Aſiniũ Pollionẽ, & Varrum, alioſq; ſibi propitios, accipit. ¶Hic.) In vrbe Romæ. ¶Illum iuuenem, &c. Hic.) In vrbe Romæ. ¶Submittite.) Iugo, ſcilicet ad arandum.

Arbuſta

Repetit hoc aſcẽſius.

ASCENSIVS.

¶Mirabar.) Melibœus intelligens Tityrũ aliq̃n Galateæ amorib. intentum, in agro immoratũ, & innuẽs ſe Amaryllidis non mediocrẽ habuiſſe notitiam (vnde Probus per Melibœum intelligit (vt dixi) Corneliũ Gallum) per apoſtrophen.i. conuerſionẽ ſermonis, ad abſentem & familiarẽ eius colloquutionem: adfatur ſic Amaryllida. Amarylli, ego mirabar, ad quid mœſta eſſes, & deos inuocares: ſed nunc ſcio, quia Tityri abſentiam ægerrime tuliſti, ad cuius aduentũ, ſeruaſti ei mala recentia: & ideo paulopoſt, Tityrus hinc aberat: cũ vero abeſſes Tityre (conuertit enim ſermonẽ ad Tityrum) ipſæ te Tityre pinus.i. maximi quiq;: ipſi te fontes.i.mediocres: ipſa hæc arbuſta.i.minimi etiã vocabant. Rñdet Tityrus, Quid facerẽ Melibœe? q.d. id mihi incertũ erat: nam ſciebã me hic quidẽ a vobis deſyderari, ſed Romę eſſe conueniebat: nã quãdiu Mantuæ eſſem, nõ poteram libertatem agrorũ impetrare, vnde immorari non expediebat: nec tam fauſtos interceſſores, aut beneficij collatores alibi q̃ Romę cõperire, vnde illic eſſe conueniebat. Nã hic illum vidi iuuenẽ qui agrorũ recipiendi poteſtatẽ fecit. hoc dicit. ¶Ordo aũt eſt. O Amarylli, ego mirabar quid.i.ad quid: tu exiſtẽs mœſta: vocares.i.inuocares: deos.i.auxiliũ deorũ (vnde & notus author dicit in Pſal. Ad dominũ cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me, &c.) & mirabar cui.i.ad cuius gratiã, honorẽ, aut vtilitatem, tu patereris poma.i.quoſuis arborum fructus, corticem mollẽ habentes: pendere.i.ſuſpenſa imorari, q̃uis matura eẽnt: in ſua.i.ꝓpria, & natiua arbore, vt.ſ. recentia manerent: ſed, ſup. nunc

Ordo.

nunc ſcio,quia paulopoſt:Tityrus aberat hinc.i.a nobis.ſ.Man/
tuanis.(Et hoc quidẽ intelligẽdo per Melibœum qui hoc dicit,
Virum Mantuanũ.Nã ſi Romanum intellexeris,ſenſus eſſet:ſed
iam ſcio,qa Tityrus aberat hinc.i.a loco in quo ambo eramus:
hoc eſt,a Roma:verum,quia in principio manifeſte intelligitur
Mantuanus,& nõ cogimur alium intelligere,pergamus vt cœ
pimus).q.d.ex quo Tityrus paulopoſt ad te venit,facile perſpi
cere poſſem ꝙ illius præſentiam deſyderabas,& illi mala reſer/
uabas:quo verbo innuit Tityrum.i.Virgilium,Romanis charũ
eſſe.Deinde,conuerſo ſermone ad Tityrum dicit o Tityre,cum,
ſup.abeſſes,ipſæ pinus.i.altiſſimæ arbores,in cacuminib.mon/
tium naſcentes:ipſi fontes in decliuo fere montium ſcatẽtes:&
Ipſa arbuſta.i.loca arborib.vitiferis conſita.i.omnia genera lo/
corum,ac hominum,vocabant te. Rñdet Tityrus.q.d.ſciebam
quidem,ꝙ ea omnia me vocarent:ſed dubitabã,quid facerẽ.i.
facere deberem Tityre:præſcribe.aut ſic,quid facerem.i.facere
tunc debebã.q.d.non aliud ſcio.Aut potiſſimum ſic, quid face/
rem,ſup.apud Galateã?q.d.non videbã:enim,pro quia:neq; li/
cebat me exire ſeruitio.i.iugo duro,quod Arrius,cæteriq; agro
rum noſtrorum incubatores imponebant,ſup.quãdiu Mãtuæ
agerem;nec,ſupp.licebat.i.permittebatur: cognoſcere alibi.ſ.q̃;
Romæ:diuos.i.heroas,ac principes viros, more diuorum cle/
menter opem ferentes:tam præſentes.i.tam cito,& tam fauora
biliter auxiliantes.Et ideo,ſup.contuli me Romã.vnde,O Meli/
bœe,ego vidi hic.i.Romæ:illum,hoc eſt nobiliſſimum,& præ/
clariſſimum iuuenem,videlicet Auguſtũ Cæſarem:cui.i.ad cu/
ius honorem: altaria noſtra.i.in honorem eius,a nobis conſtru
cta:fumant quotannis.i.ſingulis annis: biſſenos.i.duodenos.i.
ſingulis annis duodecim dies,hoc eſt ſingulis menſib.vnũ diẽ,
videlicet calendarũ, aut iduum,ſm Ser. Ille.ſ.præclariſſimus
iuuenis Auguſtus:dedit hic.i.Romę:primus.i.añ omneis alios:
mihi petenti.i.efflagitanti:reſponſum.ſ.iuxta votum,videlicet,
o pueri,paſcite boues,ſup.veſtras:vt.i.quemadmodum,ſup.pa
uiſtis:ante.i.priuſq̃ agri veſtri ablati eſſent:& ſubmittite.i.ſur/
ſum, aut ſuſum, ad generationem faciendam mittite tauros.i.
maſculos vaccarum:aut ſubmittite.i.domate ad arandum:tau
ros.i.præſtantiſſimos boues.Mirabar,quid mœſta,&c.Egregia
& artificioſa laus,& cõmendatio poetæ:egregia quidem,qui ad
excellentem muſicum pertinet,ita amari,vt ob eius abſentiam
quaſi deſperatis rebus,deos inuoces.Artificioſa vero,quia licet
per Amaryllida Romam allegoricos intelligas,tamẽ quia ver/
ba de amica Tityri ſonant:non ſe expreſſe Romanis omnibus,
ſed ſoli Amaryllidi ſuæ tam dilectum ſignificat.Notandum au/
Sua. tem eſt,quod tunc quoq; in aduerſitatib.deos inuocabant.Sua,
Poma. ablatiui caſus eſt.Itaq; non dices,ſua poma:ſed,in ſua arbore:
nec ponitur reciproce,ſed pro eo quod eſt debita,ac propria vi/
delicet natiua.Mancinel.dicit,per poma, cuncta bona, ẽt arua
intelligi:& pendere in ſua arbore.i.ſalua eſſe:ſed non placet, qa
dura eſſet tranſumptio,& minus quadrans ſententia:nam no/
tum eſt,ꝙ amatores amatis,poma mittere ſoleant.vnde Eclo.
iij.Quod potui,puero ſylueſtri ex arbore lecta Aurea mala decẽ
miſi:cras altera mittam.Sunt autem poma,omnes fructus ar/
borum,quorum cortices duri nõ ſunt:vt mala,pira,ceraſia.Per
poma, Landinus vult allegorice intelligi,facta Romanorum a
Virgilio celebranda:ſed neſcio,an id ruſtico conueniat de Virgi/
lio ſentire.Ipſæ te pinus (ſm Manci.)omnia ſimpliciter,ac ru/
ſtice intelligenda ſunt:plus tamen ſententiæ eſſet,ſi per pinos,
ſummi:per fonteis,medij:per arbuſta,infimi intelligantur. Nã
Arbuſta pinus,in ſummis locis fere naſcitur,fontes ad medium montiũ
ſæpe ſcatent.Arbuſta autem dicuntur, loca arboribus vitiferis
conſita.Seneca epiſt.lxxxvij.Illud etiam vidi,vitem ex arbuſto
ſuo annoſam transferri.Et Columel.li.iij.de arbuſtis,ſic ait:Ar
buſtum inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit: ſic
enim & ipſe arbores,& appoſitæ vires,melius conualeſcũt,fru/
Ipſe. ctumq; meliorẽ dabunt.Ipſe autem, & ille,& iſte,ſm bonos,
grãmaticos,in fœminino non habent vltimã diphthongatam,
ſed diphthongatæ ſimilem.Præſentes (inquit Manci.)i.propi/
Pręſens tios.ſed manifeſtũ,ꝙ præſens dicitur,quod quia non abeſt,cito
operatur,aut bonum,aut malum:vnde numina,dicuntur,præ/
ſentia quæ cito auxiliantur,& iuuant:& venena præſentia quæ
cito necant,quaſi præſentes vires, nec aliunde colligendas ha/
Diuus. bentia.Diui (ſm quoſdã) id proprie a deo differunt,ꝙ diui cœpe
rint,deus æternus ſit.Vnde imperatores ſummos,gentilitas di/
uos;& nos ſanctos,aliquando diuos vocamus:intelligit autem
non ſolum Auguſtum,ſed etiam Pollionem,Varrum,Gallum,
& cæteros heroas fautores ſuos.Hic illum vidi,&c.hic comple
tum

tum eſt hyperbaton.nam tandem ad interrogata reſpondet: q̃s
ſ.fuerit deus:cui ſacrificaturũ ſe dixerat Tityrus: dicit enim ꝙ
Auguſtus Cæſar abs quo libertatem recæperat; vnde hic dicit,
ꝙ ſingulis annis:duodecim dies totos,illi ſacrificium facturus
eſt:exponens,videlicet illud, Illius aram Sæpe tener noſtris ab
ouilib.imbuet agnus.Nam ſi percuncteris:quoties? Reſponde/
bit ꝙ duodecies ſingulis annis:vnde dicit quotannis biſſenos,
cui noſtra dies altaria fumant.Illum iuuenem:emphaticῶs di/
cit.nam (vt dixi) ille ad nobilitatem pertinet: ſignificat autem
Octauium Auguſtum:quem imperiti Octauianum vocant, ſu/
mentes deriuatiuum pro principali:hunc autem in fine.j.Geor.
etiam ſic vocat,dicens:Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere
ſeclo,Ne prohibete &c.Et ſimiliter Florus dicens, Prima ciui/
lium motuum cauſa teſtamentum Cæſaris fuit:cuius ſecundus
hæres Marcus Antonius,prælatum ſibi Octauium,furens inex
piabile,contra adoptionem acerrimi iuuenis ſuſcæperat bellũ,
cum intra.xviij.annos tenerum,& obnoxium,& opportunum,
iniurię iuuenem videret.Cice.autem Philippica.iiij.ait: Laudo,
laudo vos Quirites cum grauiſſimis animis proſequimini,no/
men clariſſimi adoleſcentis,vel pueri potius. Sunt enim facta
eius immortalitatis non ætatis.Idem Philippica.v.Quis popu
lo Romano obtulit hunc diuinum adoleſcentem?Deus.Nõ ab
re igitur,Marro,iuuenem appellauit:quãuis nonnunquã puer
appellatus ſit.Egerrime autem tulit ſe puerum appellari. vnde
Sueto.tit.de ſecta optimatum, per eum deſerta, dicta, factaq;
quorundam calumniatus,quaſi alij ſe puerum:alij ornandum,
tollendumq; iactaſſent.vbi aureus interpres Beroald. ¶Alij ſe
puerum,&c.) Vt Marcus Brutus,qui in epiſtolis puerum appel
lat Auguſtum,& vix virum,his verbis.Et nunc puerum iſtum
extulit,vt tu iudicares,precibus eſſe impetrandam ſalutem ta/
libus viris,miſericordiaq; vnius,& vix nũc viri tutos,fore nos,
haud alia re.Alij ornandum:vt Mar.Tul.qui in Philippicis de/
cernit Cæſarem ornandum ampliſſimis honoribus,& formu/
lam decreti conficit,atq; ſe habere cognitos omnes ſenſus ado/
leſcentis:nihilq; illi eſſe repub.charius:nihil ſenatus authoritate
grauius:nihil vera gloria dulcius.Sed cum mox Auguſtus,mu
tata voluntate,coniunxiſſet ſe cum Mar.Anto.Exclamat,Cice/
ro,O me nunquã ſapientem:& aliquando in quod non erat fru
ſtra exiſtimatum:quãtum te popule Romane:& me fefellit opi
nio?Ego rempublicam fefelli,cum te Iunonium puerũ,& ma/
tris tuæ,partum aureum eſſe dixi. Hæc ille.Quot annis com/
ponitur ſicut quottidie,quaſi quoq; anno,& quoq; die:non.n.
dicimus omni quinquageſimo anno,ſed quinquageſimo quoq;
anno iubileus eſt:ſed quia quotidie primam producit,ſcribi ſo
let gemino t,ſicut quattuor,quod tamen Ennius corripit. ¶Bis
ſenos.)ideſt ſingulis annis duodecim. Nam numerale eſt eius
formæ,quã diſtributiuam vocant:vnde a ſemel, ſinguli:a bis,
bini:a ter,terni:a quater,quaterni:a qnquies,quini:ita a ſexies,
ſeni deducuntur.¶Altaria fumant.) Fumant autẽ altaria,poſtq̃
ſacrificia incenſa ſunt.In aſſentationem autem Cęſaris,biſſenos
dicit.Nam Iulius annum in duodecim mẽſeis redegit.Primus
dedit ſummæ liberalitatis indicium,quia primus,atq; accæptiſ
ſime,quia petenti: nam nihil accæptum confertur in nolentes
accipere,licet aliquando gratum.i.vtile ſit.¶Paſcite pueri.) At/
qui dictũ eſt,non decere ad vnum pluratiue loqui? id verũ eſt:
neq; hic ad vnũ loquitur,ſed ad Tityrũ,& bubulcos eius,quos
pueros,beniuolentiæ gratia,vocat,nõ ętatis:nam pueri fere di
cũtur, reſpectu patrisfamilias.Vnde eſt: Suſcæpit Iſrael puerũ
ſuum &c.¶Submitti.tauros.)Duplex expoſitio:aut, ſubmittite
iugo.ſ.ad arandum,hoc eſt domate,& ſubiugate tauros.i.vali/
diores iuuencos,vt Mãcinellus & Landinus exponunt: aut (vt
eſt prior Lãdini expoſitio) ſubmitti te.i.ſupermittite:vt ſit a ſu/
ſum,antiqua præpoſitione:ſic alibi, Quantũ vere nouo florens
ſe ſubijcit alnus.i.ſurſum,aut ſuſum agit. Ergo ſubmittite tau/
ros.i.date operam vt tauri ſaliant ſuper vaccas,ad nouam fœ/
turam comparandam.Hæc ille.Quarũ expoſitionũ prior mihi
videtur & honeſtior,& loco cõuenietior.honeſtior quidẽ,quia
honeſtior eſt aratio,q̃ talis propagatio.Conuenientior autem,
quia Meliboeus infert,Ergo tua rura manebunt.Vtraq; tamẽ ſu
ſtineri poſſet:vt in ſequẽti lectiõe dicturus ſum.Præmiſſis mo/
re quem in Bucolicis ſeruare cõſtitui,puerilibus regulis.Prima
eſt:quanta eſt vltima nominatiui in s literam finiti,tãta eſt vlti
ma vocatiui ẽt ea ablata:vt Pallas,Pallados,Palla:Amaryllis,
Amarylli,in vtroq; caſu vltima breuis eſt: Æneas, Ænea:Anchi
ſes,Anchiſe:Vlyſſes,Vlyſſe:Pallas,Pallãtis,Palla:Orpheus, Or/
pheu,in vtroq; caſu longa eſt,Secunda:Omnis dictio cõmodũ,
aut

aut incommodum,notans datiuum cui regit:vt, Cui pendere ſua,&c.Tertia:Omne verbũ cuiuſcunq; ſignificatiōis regere poteſt tempus reſponſibile,ad quandudũ,aut quadiu,in accuſatiuo vel in ablatiuo:ſed in accuſatiuo potius,ſi ſit continuũ tempus:ſed quando,& intra quod,in ablatiuo tantum ſine præpoſitione.Exemplum primi:vt, Quãdiu fumabant altaria Bis ſenos dies.q.d.continuos.Secundi:vt, Quando fumabunt? Quot annis.Tertij,quanto tempore abſoluit Virgilius Bucolica? Triẽnio.Dixi in accuſatiuo potius,ſi ſit tempus continuum.nam licet id Valla & Neſtor negent:illis tamen reſponſum eſt in expoſitione noſtra in Valleñ.vbi cum tota latine loquentium manu Feſtum & Seruium ſequimur.Nam quid Valla in argumentum adfert,ad probandum non ſignificari tempus continuum,eo ꝙ nota continuitatis adijci ſoleat vt.j.Æneid.Hic iam inter centum totos regnabitur annos,Gente ſub Hectorea,&c.etiam imperiti purgare norunt per illud authoris ſui verbum. Æquiualens geminis harum ſi iungitur vni dictio,pro reliqua tantummodo debet haberi.Intereſt ergo,an dicas?hunc diem tecũ ero an hodie.nam priori modo,totum diem etiam continuũ ſignificas:poſteriori,quãuis diei partem:vnde & eleganter dicetur, Nunq; hodie effugies,veniam quocunq; vocaris.&, Nunquam omnes hodie moriemur inulti.quod & in Eunucho leges, Quaſi huius diei multæ ſint partes.Cum ergo dicitur.vj.Ænei.Noctes,atq; dies patet atri ianua ditis:continuum nimirum tempus ſignificatur.Dixi in regula,Sed quando,& Intra quod tempus:vbi minus periti dicere ſolent, Infra quod:ſicut, Infra paucos dies expugnatum eſt oppidum:cum dicere debeant, Intra paucos dies,&c.Quarta regula eſt:nomina numeralia,quæ diſtributiua vocantur,licet abuſiue citra diſtributionem poſita legantur,proprie tamen diſtributiue ponentur:idq; in pluratiuo numero,cum vnius non ſit diſtributio:quia ergo in ſingulis annis,duodecim ſunt menſes:& ſingulis menſibus, vnum diem. Auguſto dicare conſtituit:bene dicit,Biſſenos dies.Valla autem docet peculiare,ac proprium eſſe dictionibus ſingulari carentibus,vt citra diſtributionem cum diſtributiuis ponantur: vnde binas literas dedi puero meo ad te:pr oeo quod eſt,duas epiſtolas,etiam alij dici prædicant:verum qui argutius Ciceronem legerunt,dicunt:etiam diſtributionem notandam,cum ſe, Binas literas dediſſe,dicit.Ea autem numeralia, ſiquis forte ignoret, ſunt:ſinguli,bini,terni,quaterni,quini,ſeni,ſepteni,octeni, (aut potius octoni,)noueni(nam nonus,ordinis eſt,)deni, vndeni, duodeni,ternideni, quaternideni,quinideni, ſenideni (vel deniquaterni,deniquini,deniſeni) deniſepteni,deniocteni,deninoueni,viceni,viceniſinguli,vicenibini,viceniterni: vel ſinguli & viceni,bini & viceni,&c.Poſt enim viginti,& ante centum,hoc eſt intra viginti & centum,ſi intercedat coniunctio,minor numerus præcedit.Non ergo dices,viceni & ſinguli,ſed ſinguli & viceni.Et licet dicamus viginti : tamen quia hæc numeralia ab aduerbijs formantur,& vicies,ac tricies,non viginties,nec triginties,dicimus:ideo dicentur,viceni,triceni,quadrageni,quinquageni,ſexageni,ſeptuageni,octogeni(non octuageni)nonageni,centeni,& milleni,pro maſculinis generib.pro fœmininis autem exibunt in æ,& pro neutris,in a.Item a nouem,fit nouies, vnde & noueni;ſed finem facio.

PIERIVS.

¶ In arbore poma.) In Romano codice,mala,non poma,legitur altera vero manu,poma,adſcriptũ eſt:& in altero ſatis antiquo abraſa eſt tota dictio:&,poma,ſcriptum altera manu.Vtrũ malueris admittere tantũdẽ eſt.Poma tamen numeroſius videtur,atq; ob vocalium varietatem,& ob literæ ſonoritatem gratius.⸿Hic illũ vidi iuuenẽ Meliboee,quot annis.) Multi, quotannis,vna dictione ſcribendum contendunt.In antiquis tamen omnibus exẽplaribus,quotquot verſare contigit,quot annis,diſtincte ſcribitur,idq; plurimũ in marmoribus,& tabulis ęneis, vt alibi oſtenſum.⸿Hic mihi reſponſum primus dedit.) In cod. Longob.primum,habetur;ſed,primus dedit reſponſum,magis Seruio videtur facere ſatis.

Fortunate ſenex,ergo tua rura manebunt, **ME.**
Et tibi magna ſatis:quãuis lapis omnia nudus,
Limoſoq; palus obducat paſcua iunco:
Non inſueta graueis tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lędent.
Fortunate ſenex,hic inter flumina nota,
Et fonteis ſacros,frigus captabis opacum.
Hinc tibi,quæ ſemper vicino ab limite ſepes,
Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe leui ſomnum ſuadebit iniro ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ,tua cura,palumbes,
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.
Ante leueis ergo paſcentur in æthere cerui: **TI.**
Et freta deſtituent nudos in litore piſces:
Ante,pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet:aut Germania Tygrim,
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

SERVIVS.

¶ Fortunate ſenex.) Non ad ætatem Virgilij refert, ſed ad fortunatum futurum, præſago vſus eſt verbo. ⸿Et tibi magna ſatis.) Ordo eſt, Magna ſatis paſcua, ſubauditur erunt. ⸿Quanuis lapis.) Quanuis mons ſit & lacus. Nam a monte vſque ad lacum, & inde vſque ad arborem quandam fuerat terra ei donata. ⸿Palus.) Ideſt æquor. ⸿Obducat.) Tegat. ⸿Iunco.) Fœno. ⸿Limoſo.) Flumine Mincij. ⸿Graueis.) Fœtas:accuſatiuus pluralis,quaſi graues, ideſt grauidas, ſcilicet non enixas. ⸿Contagia lædent.) Morbi vel peſtilentiæ corrumpent. vnde contingit vt vna aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo ꝙ nec inſolita paſcua tentaturę ſunt pecudes : nec ex alicuius infirmitate corrumpendæ. ⸿Hic inter flumina,) Inter padum & Mincium,vbi nutritus es vel cognitus.⸿Nota.) Chara.⸿Fontes ſacros.) Quia omnibus aquis nymphæ ſunt præſidentes. ⸿Frigus opacum.) Quia æſtiuo tempore ſub vmbra fit frigus.Opacum autem,vtrum pro opacis locis,incertum eſt:an pro valde frigidum.Nam vnum frigus eſt hyeme:alterum quo refrigeramur æſtate. ⸿Ab limite.) Limes,eſt agri terminus. ⸿Sæpes.) Subaudi fiet.⸿Hybleis.) Hybla vel Hyble oppidum eſt Siciliæ, quod nunc Magara dicitur:vel locus in Attica,vbi optimũ mel naſcitur.& poſuit ſpeciem pro genere.⸿Depaſta florem.) Depaſtum florẽ habens.Hypallage.⸿Salicti.) Virgulti genus,dictum eo ꝙ ſalit & ſurgit cito.⸿Leui ſuſurro.) Dulci murmure.Hic vocat ruſticum ad dulcia, quæ ſunt in rebus quibus delectatur. ⸿Somnum inire.) Ideſt dormire, vel carpere.⸿Frondator.) Id eſt ruſticus:vel quod animal frondibus veſcitur.Nam tria genera ſunt frondatorum.frondator, qui arbores amputat, & qui frõdibus mãipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtum offerẽdos:& qui manibus,vitiũ folia auellit,quo ardor ſolis vuam maturiorẽ reddat. aut auis quæ in frondibus habitat,& his veſcitur, vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. ⸿Ad auras.) Ideſt in die.⸿Raucę.) βραυχώδεισι. ⸿Palumbes.) Columbæ, quas vulgus tetas vocat:& non dicuntur latine : ſed multorum authoritas latinum facit. Cicero in elegaia, quæ Talemaſtis inſcribitur, Iam mare Thyrrenum longe,penitusq; palumbes Reliquit.⸿Gemere.) Canere. proprie tamen dicitur de turture.⸿Turtur.) Et maſculino & fœminino genere inuenitur:Vt hic:Aeria turtur ceſſabit.Et Plaut.in Moſtell. Tu tibi iſtos habeas turtures. ⸿Ab vlmo.) Vlmus, lignum eſt ſub quo vinea fit. ⸿In æthere cerui.) Ideſt auiũ more ante cerui volabunt,& piſces ſine aqua viuent:hoc eſt,ante rerum natura mutabitur, q̃ nos Cæſarem poſſimus obliuiſci.⸿Freta.) Maria a feruore dicta. ⸿Deſtituãt.) Ideſt derelinquent.⸿Pererratis.) Luſtratis, vel errore confuſis. ⸿Amborum.) Ideſt Germanorum & Parthorũ. ⸿Exul.) Ideſt Parthus & Germanus, Cæſar ſcilicet, quo duce, Germanis & Parthis victis,milites Ararim Germaniæ flumen biberũt.⸿Illius.) Ideſt Auguſti Cæſaris.⸿Labatur,) Reſpuatur, vel obliuioni tradatur. ⸿Ararim.) Arar fluuius Galliæ, fluens in flumen Rhodanum.⸿Tygris.) Armeniæ fluuius influens Perſicum ſinum.Itaq; per Tygrim & Ararim vult diuerſa loca inter ſe ſignificare.Dicit enim,prius Parthum ex Arare bibiturum,& Germanum ex Tygri, q̃ ſibi obliuionem futuram non amiſſi agri Cæſaris beneficio.

MANCINELLVS.

¶ Senex.) Cũ ſenex eris:quod aliter Prob.inqt.⸿Ergo.) Quia reſpondit

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

reſpondit ille, Paſcite, vt ante, boues, &c. ⁋Et tibi mag. ſatis.) Or
do eſt & manebunt paſcua ſatis magna tibi: q̄uis obducat. i. cir/
cūdet omnia, nudus lapis, & palus, cū iunco limoſo: Horū autē
camporum ſitum, leges etiā in Eclo. ix. ibi: Certe equidem audie
Ob. ram, &c. ⁋Obducat.) i. circūdet. Ob enim, aliquādo ponitur pro
circum, vt etiam Feſt. ait: vt cum dicimus, Vrbem obſideri. ali/
quando pro propter: vt, Ob merita, Ob ſuperatos hoſteis. vnde
Obſes. obſides, pro obſides: nam ob fidem patriæ præſtandam, dātur.
⁋Non inſueta.) Ordo eſt: Pabula inſueta: non tentabunt graueis
Tentare foetas. ⁋Non ten.) i. non corrūpent: vel non variabūt lanā agnis,
in vtero grauidarū manentib. Ait enim Ply. li. viij. de arietibus
ſcribens. Et mutatio aquarum, potusq; variat. Id aūt Ply. accæ/
piſſe videtur a Varrone. Is enim li. ij. de ouibus, ſic ait: Quādiu
admiſſura ſit, eadē aqua vti oportet, ꝙ cōmutatio & lanam fa/
cit variam: corrūpit etiam & vterū. Tentare aūt, pro corrumpe/
re Ply. etiā li. xxiiij. vtitur, de ſalicū natura, inquiens: Caput ten/
tant vini modo. ⁋Graueis foe.) i. grauidas oueis: graueis aūt ad/
iecit, quoniā fœta dicitur, tam quæ prægnās eſt, q̄ quæ peperit.
Conta/ ⁋Cōta.) Scabiē intelligit. Contagiū vetat Feſtus, tu vero leges:
gio. Gel. enim li. xij. ait, Periculū etiam venenum & contagiū. Sene/
ca quoq; epi. xiij. inquit: Quid eſt ꝙ trepident? ꝙ cōtagiū quoq;
mei timeant? Contagio etiā, & contages, inuenitur. Iuue. Dedit
hanc contagio labem. Lucre. li. iiij. Quæ contage ſua palloribus
omnia pingunt. Dicitur aūt cōtagio: a cōtingo: morbus qui pol
luit quidquid tangit. Columel. aūt lib. viij. ca. v. ſcribit: Oues fre/
quentius: q̄ vllū aliud animal infeſtari ſcabie: eſſeq; illico occur
rendū, ne tota progenies coinquinetur: nam cū & alia pecora,
tum præcipue oues contagione vexantur. ⁋Inter flu. nota.) Pa/
dum & Minciū: nam (vt etiam Prob. adſerit) Mincius ꝑterfluit
Mantuā: effluit aūt (authore Strabone li. iiij.) a lacu Benaco, qui
ex Alpibus oritur. ⁋Fonteis ſacros.) Propter Naiadū numina, ſa
cros fonteis appellat. ⁋Hinc tibi, quæ ſemper.) Ordo eſt: hinc vi
cino ab limite ſepes quæ ſemper depaſta. i. depaſtū habet apibus
Hyblæis, ſalicti florem ſæpe leui ſuſurro ſuadebit tibi inire ſom
Limes. num. ⁋Limi.) Limes in agris: nūc terminus, nunc viæ trāſuerſę:
author eſt Feſtus. ⁋Hyblæis apib.) Dorienſes Megarā condide/
Hybla. runt: cū prius Hybla vocaretur: vt Stra. edocet. lib. vj. de Sicilia
loquens. Mella etiā inter Siciliæ vrbes, Hyblā nominat. ibi autē
mellis optimi copia: propterea, Hyblęas apeis appellauit. ⁋Flo
rem ſalicti.) Ceras ex omnium arborum, ſatorumq; floribus
confingunt apes, excæpta rumice, & cenopide, herbarum hæc
genera, author Ply. li. xj. Eſt autem ſalictum, ſalicum locus & co
pia. ⁋Inire.) Incipere. ⁋Leui ſuſur.) Paruo murmure: eſt autem
nomen a ſono fictum, per onomatopeian. ⁋Suadebit.) Hortabi
tur. ⁋Alta ſub rupe.) i. in alta rupe. ⁋Frondator) Columel. ſcri/
bit lib. vij. a calendis Iulijs in calendas Nouembris, tota æſtate:
& deinde autumno, boues ſatiandos fronde. Probaturq; maxi/
me (inqt) Vlmea poſt fraxinea, & ab hac populea, Vltima ſunt
iligna, & q̄rna, & laurea. ⁋Ad auras.) i. ſublimi voce. ⁋Gemere.)
Videtur enim turturis, & palumbiū vox, gemitus eſſe, potius q̄
cantus. ⁋Aeria.) Non aeria turtur: ſed, vlmo aeria. i. alta. ⁋Ante
le.) Idē ad Battarum quoq; dixerat, Dulcia, amara prius fiēt: &
mollia, dura: Cādida, nigra oculi cernēt: & dextera, læua: Migra
būt caſus aliena in corpora rerū. Quam tua de nr̄is emigret cu/
ra medullis, Gaudia ſemper. n. tua me meminiſſe licebit. Ergo,
cū tot voluptatibus frui poſſim beneficio Cæſaris: anteq̄ eius
obliuiſcerer, oīa naturæ cōtraria fierent. ⁋Ante pererratis.) Or/
do eſt: anteq̄ illius vultus noſtro pectore labatur, aut Parthus
exul bibet Ararim: aut Germania bibet Tygrim, ꝑerratis ambo/
rū finibus. i. mutatis, vt. ſ. Araris Parthiā adeat. Tygris vero Ger
maniā. Exul, Parthus. Parthorū imperiū, Oriētis erat: vt Trogus
ait li. xl. Scytharū exules fuerāt, quod etiā ipſorū vocabulo ma/
Parthi. nifeſtatur: nā Scythico ſermone, exules, Parthi dicuntur: quare
exul, ad Parthū ſolūmodo, non etiam ad Germaniam refertur.
Araris. ⁋Ararim.) Araris (Ply. teſte li. iij. ca. v.) fluuius eſt in Gallia Nar/
bonēſi: & (vt author eſt Strabo li. ij.) vbi Arar amnis, Rhodano
cōmiſcetur, Lugdunū in colle cōditum eſt. Labitur præterea ex
Germa/ Alpibus. ⁋Germania.) Eſt aūt vicina Galliæ, vt oſtēdemus. Ger/
nia. mania (vt ſcribit Tacitus) oīs a Gallis, Rhetijsq;, & Pannonijs,
Rheno, & Danubio fluminibus: a Sarmatis, Dacisq; mutuo me/
tu, aut mōtibus ſeparatur: cætera Oceanus ambit latus ſinus, &
inſularum immenſa ſpatia complectens. ⁋Tygrim.) Oritur Ty/
gris in regione Armeniæ maioris, fonte conſpicuo in planitie: a
Tygris. celeritate aūt, Tygris dicitur. Ita enim appellant Medi, ſagittā:
author Ply. li. vj. Eſt præterea Armeniæ iuncta Parthia. Iuue. ſa/
ty. vj. Inſtant em regi Armenio, Parthoq; cometem.

ASCENSIVS.

⁋Fortunate ſenex, &c.) Quia Tityrus dixit, ſibi ab Auguſto
deo dictum Submittite tauros. quod ſiue ad arationem, ſiue ad
generationem pertinet: ſtabilem, & diuturnam, promittit Tity/
ro poſſeſſionem. Nam Auguſtus nō iuberet, ad arandum doma
ri tauros, ſi cenſeret aliquando agros iterum auferendos: nec iu
beret agros arari, ſi putaret fruges ab alijs poſſidēdas: quod ſibi
contigiſſe queritur Meliboeus, dicēs, Impius hæc tam culta no
ualia miles habebit? Barbarus has ſegetes? en quis conſeuimus
agros? &c. Nec iuberet tauros ad generationem ſubmitti, ſi alij
vitulos ablaturi eſſent: quia ergo ſtabilem promiſit poſſeſſio/
nem: viſa eſt Meliboeo conſequens illatio, quā pauci hactenus
etiam periti animaduerterunt: qui videlicet in ſenium vſq; for/
tunatus eſſet, ac agros ſuos poſſeſſurus: non ergo dicit, eū nunc
ſenem, vt quidam putant: ſed fore quaſi ſubaudiatur, etiam: vt
ſit, fortunate etiam ſenex: aut potius, future ſenex: vt ſit, ſenex
fortunate future: quia tua rura manebunt. Et ſi forte Tityrus
dicat, parum eſt Meliboee quod poſſideo, occurrit Meliboeus.
⁋Et tibi mag. ſa. &c.) Hoc eſt, ſatis paſcuorum habes: & ea tuta
a contagione pecoris infecti: & delitioſa: quia inter frondeis &
fonteis. Ad quę Tityrus: quia ergo (inquit) tanta eſt diui Auguſti
in me beneficentia, tota rerum natura prius mutabitur q̄ illius
obliuiſcar. ⁋Ordo eſt. Ergo: quia id tibi dictum eſt ab Auguſto,
qui poteſt, quæ dixit perficere. O Tityre, fortunate etiam ſenex:
aut fortunate ſenex future rura. i. arua tua, manebunt tua (bis
enim ponitur, tua.) i. in poſſeſſione, & ditione tua: & ſupp. arua:
aut ab eo quod ſequitur. paſcua manebūt tibi ſatis magna: quā/
uis lapis nudus. i. nulla re tectus, aut obſitus. obducat. i. circun/
det omnia paſcua: & quāuis palus. i. lacus paluſtris: obducat. i.
circundet, aut obſideat omnia paſcua tua: iunco limoſo. i. herba
a iungēdo dicta: eo ꝙ ſine internodijs iungitur: pabula, ideſt nu
trimenta, herbacea inſueta non tentabunt, ideſt moleſtijs non
adficient propter innouationem: aut non corrumpent tentādo
fœtas, ideſt oues fœcundas: grauis. i. grauidas. & prægnantes:
nec contagia. i. contactiones: mala. i. nociua & infectiua: pecoris
vicini: lædent, ſupp. pecus tuum: aut fœtas tuas ſenex fortuna/
te. i. o Tityre, qui futurus es ſenex fortunatus: tu captabis. i. fre/
quenter & delicate capies: hic, ideſt hoc loco, ne moleſtum ſit
proficiſci: inter flumina, ſcilicet Padum & Mincium: nota, ideſt
chara & conſueta: inter fonteis ſacros. ſ. Naiadibus, hoc eſt, fon/
tium nymphis conſecratos: aut quos Muſis tuis conſecraſti: fri/
gus opacum. i. refrigerium: ſub tegmine arborum denſo & opa
co. Sepes. i. munitio ex virgultis ſalicum, inter ſe ſeptis & impli
catis: quæ, ſup. eſt: tibi ſemper ab limite vicino, ideſt ponens di/
ſcrimen, ac terminum, inter te & proximum: depaſta florem ſali
cti. i. habens florem ſalicti. i. multarum ſalicum, illic adhuc viren
tium: depaſtum apibus. i. ab apibus hyblæis. i. optimis: aut opti
mum mel conficientibus, vt faciunt Hyblęæ quæ ſunt iuxta Hy
blam, ciuitatem Siciliæ: ſuadebit tibi ſæpe hinc. i. ex vna parte,
videlicet a palude: ſuadebit, dico, ideſt hortabitur: leui ſuſurro,
ideſt dulci apum murmure: inire ſomnum. i. gratam dormitio/
nem: & frondator. i. ruſticus mercennarius, decerpens frondes
canet ad auras. i. alta voce: & propter animi ſecuritatem, ventis
expoſita: hinc. i. ex alia parte: ſub alta rupe: in qua. ſ. vitæ cōſitæ
ſunt. Aut, quia tunc aues in frondibus nidificantes vt philome/
lę, præcipue canunt, cum apes e floribus ſalicum, mella & fauos
colligunt: non inepte forte dixeris: frondator. i. auis in frondib.
nidificans, canit tibi ſub alta rupe ad aureis, eo quod ſequitur.
Nec gemere, &c. Sed lōge plus voluptatis, capit ruſticus ex can
tu mercennarij ſui, quā auiculæ. Nec tamen palumbes. i. colum/
bæ ſylueſtres: raucæ. i. rauca voce, quaſi pro cantu gemiſcentes,
appoſitorie: tua cura. i. quas curas: aut vt amicæ ipſarum pullos
dones, aut vt ipſe tibi abducas: ceſſabunt, ſup. interea gemere. i.
queruloſe canere: ſub vlmo. i. arbore illa, raris frondib. & ita ſę/
pe vitifera: aeria. i. alta: & aere in altum explicata: nec turtur ceſ/
ſabit gemere ſub vlmo aeria (is aūt melior ordo eſt, q̄ ſi dica/
tur, turtur aeria: quia vltima corriperetur, ſi eſſet nominatiui ca
ſus, in dictione aeria, quę nunc producitur. At ſi dicas, finalitatis
gratia produci, quia eſt vltima dictionis, & prima tertij pedis:
dicam eam rariſſime apud idoneos poetas produci.) Reſpōdit
Tityrus: Ergo, quia tantum ocij, ac voluptatis, per Cæſarē Aug.
conſequutus ſum: cerui leues. i. veloces, & quaſi volatiles: paſcē
tur ante. i. prius: in æthere. i. ſphæra ignea, aut ſummo aere, q̄
vultus illius, ideſt præclariſſimi & munificentiſſimi iuuenis, vi/
delicet Auguſti: labatur. i. decidat: noſtro pectore. i. a memoria
& contemplatione noſtra: & freta. i. maria feruētia: deſtituent. i.
ſtatuent.

ſtatuent ſeorſum a ſe:hoc eſt,derelinquent piſceis nudos, ideſt
nunq̃ tegi ſolitos:in litore:ante,ideſt prius q̃ vultus &c.& aut
Parthus,ideſt homo ex Prathia, per quam Tygris fluit:exiſtens
exul:bibet ante,ideſt prius Ararim, ideſt fluuium illum Galliæ
Lugdun.qui nunc Sagona dicitur,& non longe a Germania ori/
tur.aut germania,ideſt germanus (vt ſit continens,pro conten/
to.)bibet prius Tygrim,fluuium Parthiæ.& hoc finib.i.limitib.
amborum.ſ.fluminum,ſm Manci.pererratis,ideſt mutatis ſic,
vt Araris Parthiam adeat,& Tygris Germaniam,q̃ noſtra,&c.
Fortũa/tus. ⸿Fortunatus.) Licet vocabulum cõmune ſit fere:tamen in bo/
nam ſignificationem accipitur,ſicut & fortuno,verbum: vnde
Fortũo. eſt illud Flac.Et quacunq; deus tibi fortunauerit horam Grata
Senex. ſume manu.⸿Senex.) Senex dicitur ex æuo proprio:vetus, ex
æuo mundi, vt q diu ante nos fuit,ſicut Abel,licet iuuenis mor
Rus. tuus fuerat:antiquus,ex vtroq;.⸿Ru.) Rus,ſm Var.dicitur, ꝙ
in eo rurſum omnia fieri debeant: vnde eſt illud in Geor.Redit
agricolis labor actus in orbem.⸿Et tibi ma.) De ſitu agri Virgi/
Obduco. liani, dicetur manifeſtius Eclog.ix.⸿Obdu.) Circundet inquit
Obſideo Manci.Ob enim,aliquando ponitur pro circum, vt etiam Feſt.
Obſes. ait:vt cum dicimus, Vrbem obſideri.aliquãdo pro propter: vt,
Ob merita,ob ſuperatos hoſteis.vnde obſides,quaſi obfides:nã
ob fidem præſtandã dantur.⸿Non ten.)i.non corrumpent:non
variabunt lanã agnis,in vtero grauidarum manentib.Ait enim
Ply.li.viij.de arietib.ſcribẽs,Et mutatio aquarũ,potusq; variat.
Id aũt Ply.accæpiſſe videtur a Varrone.Is enim li.ij.de ouibus
ſic ait: Quãdiu admiſſura ſit:eadem aqua vti oportet,ꝙ cõmuta
Tento. tio & lanam facit variam,& vterum corrumpit.⸿Tẽtare.) Pro
corrumpere.Plynius etiam lib.xxiiij.vtitur de ſalicũ natura,in/
quiens,Caput tentant vini modo.ſic Mancinel.Verum neq; in
Virgiliano,neq; in Plyniano verbo,tentare,ſignificat primũ,&
ex primaria (vt dicũt) impoſitione,corrũpere,ſed ex conſequen/
ti.Nã tentare,proprie eſt rem quãpiam per petulantiam, nunc
inuadere,nunc dimittere,hoc eſt frequẽter tenere,& frequenter
dimittere:ſicut feles,murẽ:quod qui facit,corrũpit nimirum,
& atterit:vnde & ſpiritus mali,tentare dicuntur:quia reſiſtenti/
bus nobis,& angelis bonis,ſæpe inſultant,& quaſi tenẽt nos,&
ſæpe repelluntur.⸿Graueis.) Hic accuſatiuus eſt additus, quia
Grauis. fœta dicitur,& prægnans,& enixa,vt ergo prægnanteis ſignifi/
cent,dicit,graueis.⸿Contagia.)i.ſcabies,& infectiones ex cõta/
Conta/gia. ctu ortæ.Feſtus negat contagiũ,ſingulariter dici:quo A.Gellius
lib.xij.vtitur,dicens & venenum,& contagiũ.Et Seneca epiſto.
Conta/gium. xiij.Quid eſt ꝙ trepident,ꝙ contagiũ quoq; mei timeant.Sane
in vſu eſt hæc contagio ſingulariter.Vnde Iuuenalis Saty.ij.De/
Conta/gio. dit hanc contagio labem,Et dabit in plureis.In plurali aũt non
legi,cõtagiones.Contra,frequentius contagia in plurali,q̃ con
Conta/ges. tagium in ſingulari.Reperitur etiã contages Lucre.lib.iiij.Quæ
contage ſua palloribus omnia pingunt.Dicitur autẽ contagio,
a contingendo morbus,qui cõtactu polluit.vnde Columella li.
viij.cap.v.ſcribit.Oues frequentius q̃ vllum aliud animal,infe/
ſtari ſcabie:eſſeq; ilico occurrendum ne tota progenies coinqui
netur.⸿Et fonteis ſacros.) Flumina nota vt Padum,& Minciũ,
ſm Probum & Seruium,nam Mincius præterfluit Mantuam,e
Minci⁹. lacu Benaco,qui ex alpibus oritur, ſm Strabonem libro.iiij.ef/
fluens.Padus autem princeps eſt fluuiorum Italiæ,in quẽ Min
cius influit.Sacros autem fonteis dicit:quia nymphis cõſecrati
putabantur.⸿Ab limite.) Limes,in agris nunc terminus eſt:nũc
Limes. viæ trãſuerſæ authore Feſto:diciturq; a limo.i.tranſuerſo:vnde
& limen.⸿Hyblæis.) Hybla,eſt vrbs vetus Atticæ regionis,quã
Hybla. vbi Dorienſes inſtauraſſent,Megarem vocauerunt.Eſt etiã vrbs
Siciliæ,vt iam Mancinellus recitauit:& in agro vtriuſq;, pro/
pter vim thymi,optimi quoq; mellis copia eſt. Et quia res per
excellentiam a loco,in quo optimæ,aut plurimę ſunt,denomi/
nari ſolent:ideo Hyblæis apibus dixit.⸿Salicti.) Salictum eſt,
vbi ſalices creſcunt,aut ſalicum copia.ſed ſolent ſalicum virgæ Salictũ.
viuæ adhuc ſępibus inſeri, quo diutius durent. Dicitur autem
per ſyncopam,pro eo quod eſt ſalicetum:ſicut carectum,pro ca
riceto.⸿Leui ſuſurro.) Ideſt murmure,& eſt nomẽ a ſono fictũ, Suſurr⁹.
per onomatopeian.⸿Frondator eſt,qui frondes carpit.) Nã Co Fronda/
lumella lib.vij.ſcribit, A calendis Iulijs, in calendas Nouem/ tor.
bris,tota æſtate, & deinde autumno, boues ſatiandos fronde.
Probaturq; maxime (inquit) vlmea,poſt fraxinea:& ab hac po/
pulea: vltima iligna,querna,& laurea.⸿Ante læueis ergo.) Sic
& in carmine ad Battarum,Dulcia,amara prius fient:& mollia,
dura.Candida,nigra oculi cernent:& dextera,læua,Migrabunt
caſus aliena in corpora rerum.Quam tua de noſtris emigret cu
ra medullis,&c.⸿Ante perarratis.) Secũdum Mancinellum,or/
do eſt quem poſuimus:vt tantum Parthus,exul dicatur.Partho Parth⁹.
rum autẽ imperium,Orientis erat,vt Trogus & Iuſtinus aiunt
lib.xl.Scytharum exules fuerant,quod etiam ipſorum vocabu/
lo manifeſtatur.nam Scythico ſermone,exules,Parthi dicun/
tur:quare exul,ad Parthum ſolummodo,non etiam ad Germa
niam refertur.Hæc ille.Secundum Seruium autem,vterq; exul
dicetur:nec eſt contra decorum,ꝙ is qui ex vocabulo exul non
eſt,exul tamen fiat.Itaq; ordo etiam eſſe poteſt.Parthus bibet
ante Ararim, & Germania, ideſt germanus Tygrim, exiſtens
vterq;,ſcilicet exul:& hoc finibus patrię,ſcilicet amborum:per/
erratis,ideſt per errorẽ derelictis:q̃ noſtro,&c. Araris (Plynio Araris.
teſte lib.iij.cap.v.) fluuius eſt in Gallia Narbonenſi:& (authore
Strabone li.ij.) vbi Arar Rhodano commiſcetur, Lugdunum in
colle conditum eſt:quod & tunc verũ fuit:ſed nunc priore vrbe
per incendium, vna nocte totaliter (vt Seneca ſcribit in epiſto/
lis) deleta: videtur nõ in colle,ſed in decliuo,ac valle,intra Rho
danum & Ararim: Sed Araris nunc ab accolis Sagona dicitur.
Labitur autem lentiſſimo fluxu ex Vogeſo monte per fineis He/
duorum,& Sequanorum,in Rhodanum incidens:vbi & nomẽ
amittit.Germania vero (vt Tacitus ſcribit) omnis a Gallis,Rhe Germa/
tijsq;,& Pannonijs, Rheno,& Danubio fluminibus: a Sarma/ nia.
this,Dacisq; mutuo metu,aut mõtibus ſæparatur:cætera Ocea
nus ambit.Tygris oritur in Armenia maiore, fonte conſpicuo Tygris.
in planicie:a celeritate ſic dictus:nam Medi Tygrim, ſagittam
vocant:vt Ply.atteſtatur lib.vj.Armeni autem,vicini ſunt Par/
this,vnde Iuuenalis,ſaty.vj.Inſtãtem regi Armenio,Parthoq;
cometem.Sed,vt finẽ faciã,regula prima eſt:quoties genitiuus Regulæ
pluralis,tertiæ inflexionis,in ium exit,accuſatiuus in eis,legiti/
me finitur:tunc potiſſimũ quando & nominatiuus ſingularis,in
is terminatur:vt hic,Graueis fœtas.Secũda:a nominatiuo alio,
q̃ in is,nõ formabitꝛ accuſatiuus in im,vel in in.Itaq; ab Arar
non dices Ararim,ſed a nominatiuo Araris:vterq;.n.reperitur.
Tibullus,Teſtis Arar,Rhodanusq; celer,&c.Tertia:Gręca,& ſy
nedochica loquutio,poetis frequentiſſima,oratori ſummopere
fugienda eſt:nam & ſuus cuiq; ſtylus eſt,Græcã vocat Seruius,
quoties accuſatiuus,per modum ſinecdoches, iungitur verbo,
aut participio:vt,Depaſta florẽ:vbi & depaſta,paſſiue ponitur,
cũ in actiua ſignificatione dicere liceat,Apes paſcuntur florẽ.

PIERIVS.

⸿Vicino ab limite ſepes.) Romanus codex,Vaticanus,& alter
Oblongus,ſæpes,per æ diphthongum ſcribunt:ita,ſæptum,vti
ſuperius,Exiret victima ſæptis.&,ſæptio:vt,Sæpſit ſe tectis.
quæ ita recte ſcribi oſtendit aduerbium,ſæpe,eiuſdem origina/
tionis.⸿Raucæ tua cura palumbes.) Male, rauci, virili genere
codices nonnulli habent,quãuis Plautus,palumbem,virili ge/
nere dixerit in Bacchidibus, Duæ vnum expetitis Palumbem.
Et Pomponium citat Nonius: qui vnum palumbem itidẽ ma
ſcu.gen.protulerit:placuiſſe tamen Virgilio fœminino vti:non
it inficias.

⸿At nos hinc alij ſitientes ibimus Aphros: ME.
Pars Scythiam,& rapidum cretæ veniemus Oaxen:
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En vnq̃ patrios longo poſt tempore fineis,
Pauperis,& tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas?
Impius hęc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes?en quò diſcordia ciues
Perduxit miſeros:en queis conſeuimus agros.

SERVIVS.

⸿Sitientes ibimus aphros.) Tropus Synecdoche, ab Aphris enim, Lybiam quæ aqua indiget intelligi vult. Eſt enim calidiſſima regio & pene inhabitabilis.⸿Scythiã.) Regio ſeptentrionalis eſt frigidiſſima.⸿Et rapidum Cretæ veniemus Oaxẽ.) Hoc eſt lutulentum:ꝙ rapiat cretam. Creta terra alba dicitur. Nã Oaxis fluuius eſt Meſopotamiæ: q velocitate ſua rapiens albam cretam, turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiæ in creta inſula non eſt: ſed aqua, cretei coloris eſt.Oaxen Philiſthenes ait Apollinis & Anthilenę filium: hunc Oaxẽ, in Creta oppidũ condidiſſe,quod ſuo noĩe nominauit,vt Varro ait,Quos magno Anchiale pthus adducta dolore,Et geminis capiẽs Tellurẽ Oaxida palmis Scindere

Inſere nunc Meliboee piros:pone ordine vites.
Ite meę(quondam felix pecus)ite capellę.
Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro,
Dumoſa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam:non me paſcente capellę
Florentem Cythiſum,& ſalices carpetis amaras.
TI. Hic tñ hanc mecũ poteras requieſcere noctem
Fronde ſuper viridi,ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles:& preſſi copia lactis:
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant:
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

dere dicta. ¶ Penitus.) Ideſt omnino. ¶ Diuerſos.) Quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia. Eſt enim inſula ſita in Oceano ſeptentrionali:& a poetis,alter orbis terrarum dicitur. En.Ecce. ¶ Vnquam.) Aliquãdo. En vnquã, Virgilius alio loco diuidit ꝑ interpoſitionem: vt infra in ipſo libro, En erit vnquã Ille dies? quod ſignificat Vnquãne.i.aliquando? ¶ Culmen.) Eo ꝙ culmis tegitur. Hic priſca ruſticanorum ætas habitabat:ideo culmina dicta ſunt tecta:quia veteres ædificia de culmo contegebant,ideſt paleis e meſſibus. ¶ Tuguri,) A tegendo dictum. ¶ Ceſpite.) Ideſt, terra cum propria herba euulſa. ¶ Poſt aliquot ariſtas.) Poſt multa tempora, & quaſi ruſticus per ariſtas,numerat annos. ¶ Mea regna.) Ideſt vbi dominatus ſum. Vel ſenem ſe dicit agros ſuos recepturum. ¶ Ariſtas.) Gradatim dictum,ex tropo metalepſi: vt per ariſtas,meſſes:per meſſes,æſtates:per æſtates,annos numeret. ¶ Impius miles.) Proprium militis epitethon. Iratus Meliboeus impium militem dicit, ſeu ꝙ agrum ſuum teneat; ſeu ꝙ ciuile geſſerit bellum, qui pro Antonio arma portauit, qui bella ciuilia geſſit. Hic læſit Virgilius Octauianum Auguſtũ, tamen ſecutus eſt veritatem. Dum miles portando arma, vicit alios,impius nocendo dictus eſt. ¶ Noualia.) Ideſt, noua rura, quę per ſingulos annos nouantur per ſemina. Vel etiam noualia dicuntur vnde ſylua tollitur. ¶ Habebit.) In ſpe ponitur. ¶ En quo diſcordia.) Ad quam miſeriam? ¶ Inſere.) Sibimetipſi imperat:& apoſtrophen facit ad ſeipſum,dolendo vel inuidendo nõ habere ſe id quod Tityrus. ¶ Pone ordine vites.) Quia quadrato ordine vites ponuntur. ¶ Quondam felix pecus.) Quando manebat mihi hęreditas: vel quandiu ego felix fui aliquando in finibus noſtris. hic videt ſe paſtor excluſum eſſe: & videt ſe non habere illud quo Tityrus vtitur. ¶ Dumoſa.) Ideſt rigida, ſpinoſa. ¶ Pendere.) Quia cum paſcuntur,pendent; ¶ Carmina.) Ideſt,quia non libet ruſtico canere carenti poſſeſſione. ¶ Cythiſum.) Genus fruticis,vel herba quæ naſcitur inter campos & ſyluas in Cythiſa ciuitate. ¶ Amaras.) Ad noſtrum ſaporem; nam capris dulces ſunt. ¶ Mitia.) Matura: quæ non remordent cum mordentur. ¶ Caſtaneæ.) i.mala antiquiora. ¶ Molles.) i.maturę. ¶ Et preſſi.) Emulcti & in caſeum coacti. ¶ Fumant.) i.ad veſperum coena præparanda. ¶ Maioreſq; cadunt.) Duplicantur; Quia dum duplicantur vmbræ,nox imminet.

MANCINELLVS.

¶ At nos.) Ab exilio mouet adfectus. Eſt aũt figura προλήψις, ideſt præſumptio;fit enim cum ſumitur totum,poſt parteis accipiuntur:vt hic. Eſt enim ordo: At nos,hinc alij ibimus Aphros, ſitientes, Pars,&c. Sitientes Aphros ibi enim multum torrida zona occupat quare maxima mediterraneæ Libyæ pars: & regio circa oceanum deſerta eſt,id Strab.docuit li.xvij. ¶ Scyth.)
Scythia Ea regio eſt ad ſeptentrionem in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto:ab altero,montibus Ripheis:a tergo,Aſia; & Phaſi fluuio, multum in longitudinem & latitudinem patet. Iuſtinus author lib.ij.&(teſte Soli.) amant prælia:interemptorum cruorem ex vulneribus ipſis bibunt. ¶ Rapidum Cretæ Oaxen.) Vibius quoque Oaxen Cretæ fluuium dicit eſſe: a quo
Oaxis. & ciuitas Oaxia. Nec abſurdum eſt Oaxen Cretæ fluuium Meliboeum intelligere. Eſt enim ſenſus, ꝙ pars ibit in Scythiam,pars in Britanniam,pars vero in Cretam, hoc eſt aliqui ad vltimas orbis parteis,quidam ad mediterraneas inſulas. Nam) vt ſcribit libr.x.Stra.) Creta inſula a Septentrione Ægeo perfunditur pelago,ſimul & Cretico:ab Auſtro autem Aphricano abluitur. ¶ Britannos.) Finis erat orbis ora Gallici litoris niſi Britannia,
Britãnia inſula nomen,pene orbis alterius mereretur,octingentis & amplius millib.paſſuum longa porrigitur:illic nullus anguis auis rara,gens inhoſpita & bellicoſa.hęc & plura Soli. Iacet autem inter ſeptentr.& occid,authore Plyn.lib.iiij. ¶ En vnquam.) ideſt vnquam ne. Eſt autem ordo: vnquam ne lõgo tempore,poſt, ſcilicet quam diſceſſi:poſt,inquam,aliquot ariſtas vidẽs patrios fineis:& culmen pauperis tuguri congeſtũ ceſpite,mirabor mea regna. Nam prius opus eſt:vt patrios fineis videat,dein ſua regna. ¶ Poſt al.ari.) ideſt ſegetes:& ſic æſtates:& ob id annos. Eſt autem μεταλήψις figura. ¶ Tug.) Tugurium a tegendo,quaſi tegurium dicitur paſtorum caſula. ¶ Ceſ.) Ceſpes herba dicitur,cum ꝓpria terra euulſa. Ouid.ij.de amo. Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum. ¶ Cul.) ideſt ſummum:nam tecta culmis tegebant,inde tecti ſummitas,culmẽ dicitur. ¶ Cõg.) ideſt compoſitum. ¶ No.) Hę nouales,& hæc noualia dicimus. Nouale autem eſt,quod alternis annis ſeritur: vt Ply. libr.xvij.& lib.xviij. dixerat. talis fere eſt in noualib.cæſa vetere ſylua. Var.autem libro.j.ſic ait, Noualis vbi ſatum fuit, antequam ſecunda ſatione renouetur. ¶ Bar.h.ſe.) Per interrogationem quandam & affectum id legitur. Barbarus autem,ideſt ſæuus & immitis: vel quia barbaris etiam non ſolum Latinis veteranis,agri diſtributi ſunt. Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes,excæptis Græcis & Latinis:author eſt Feſt. Stra.autem lib.xiiij.ſic: Sed ego arbitror,ab initio conficto nomine, eos Barbaros appellatos, qui difficulter,aſpere, ac dure loquerentur: vt bleſos, balboſq; dicimus. Omnes itaq; qui craſſe loquuntur,barbari dicũtur,quales ſunt nationes omnes,præter Græcos. hæc ille. ¶ Seg.) Seges,eſt frumenti fructus,authoritate M.hinc Maro.i.Geor. Hic ſegetes,illic veniũt felicius vuæ. Dicitur ſeges,a ſatu,ideſt ſemine,vt Var. placet. ¶ Diſc.) Bellorum ciuilium,ſcilicet, Salluſt.autem in Iug. inquit, Concordia,paruæ res creſcunt:diſcordia:maximę dilabuntur. ¶ Inſere nunc.) Seipſum arguit præteritæ curæ & diligentiæ. ¶ Pone ordine vites.) In.ij.quoq; Georg.de vitibus,ait, Indulge ordinibus,nec ſecius omnis in vnguem Arborib.poſitis ſecto via limite quadret. ¶ Pecus.) De hoc late lib.j. Georgi. ¶ Dumoſa.) i.frondoſa: vt Feſtus ait. ¶ Pendere videbo.) Sumptum eſt a Theocriti.j.Ecloga:ait enim ibi, Thyrſis de Daphnide, Non ego dumoſas,frondenteiſq; amplius oras, Nõ ego dulce nemus,montes,ſaltuſq; videbo. Pendere: pendendo paſci. ¶ Florentem Cythiſum.) Cythiſus,frutex eſt, & ouium pabulum:nec ex alio pabulo lactis,maior copia,aut melior. Inuentus hic frutex in Cythiſo inſula,inde tranſlatus eſt in omneis Cycladas,mox in vrbeis Græcas. Plyn.author lib.xiij. Philoſophus autem libr.iij.de animalibus: ſcribit etiam,ꝙ Cythiſus lac auget:ſed dum floret,incommodus eſt:vrit enim tantiſper,atque extinguit. Hic tamen adfectus Tityrus amici clade,illum ad requietem apud ſe adlicit. ¶ Sunt nobis mitia poma.) σύλληψις figura eſt,quæ dici poteſt,concæptio. Fit autem,quando ſingularis dictio,plurali verbo reddit:aut pluralis dictio,ſingulari verbo adiũgitur: vt hoc loco,& ibi, Hic illius arma,hic currus fuit, de hac alibi latius. τὸ πόμα πόματος Grece, Latine potio,vel poculum. Vnde apte Macro.ait,poma ꝙ potu indigeant, dicta eſſe poſſunt. ¶ Caſtaneæ molles.) ideſt recentes, & nouæ. ¶ Ac preſſi copia lactis.) In caſei maſſam redacti:poteſt & mulcti exponi. ¶ Fumant.) Veſperi enim coenæ parantur. ¶ Maioreſq; cadunt.) Occidentis ſolis periphraſis.

ASCENSIVS.

¶ At nos hinc alij ſitiẽtes ibimus Aphros,&c.) Meliboeus,quo miſerationem ſui mereatur,ſecuritati & ocio Tityri,obijcit exilium ſuum,dicens, Manebis tu quidem Tityre hic inter flumina nota. At nos,ideſt alij Mantuani,diſpergemur profugi in omnẽ terram. Sed Tityre, ſi forte dabitur aliquando ſaltem reuiſere agros meos:mirabor,ꝙ miles Barbarus habebit tam culta noualia,& tantam ſegetem. Deinde ſeipſum (vt miſeri ſolent) adloquitur,inſere nunc piros:& pone vites ex ordine:hoc eſt,planta,ac inſere arbores,& alius carpet fructus:planta vineã,& Barbarus potabit vinum. Quod quia facere recuſat,malitq; potius omnia relinquere,vale,dicit gregi ſuo:dicens, Ite meæ,quondam felix pecus,ite capellæ. quia poſthac non habebo curam veſtri:cogor enim profugere. Ad quód Tityrus ſignificãs per ſummam artem modicam ſibi eius retinendi facultatem:largam tamen voluntatem dicit,tametſi non poſſum efficere,vt nõ profugias Meliboee, tamen poteris requieſcere mecum hac nocte, ruſticis cibis,& thoris accipiendus:hoc dicit. ¶ Ordo eſt. At,ideſt ſed:hoc eſt, tu quidem Tityre in poſſeſſionibus manes acturus gratias:ſed nos ibimus hinc,ideſt a Patria noſtra:alij, ſupp. ibimus.

mus,ſubaudi,ad Aphros:ſitientes, ideſt frequenti ſiti laboran-
tes,propter ſiccitatem terræ(maior tamen eiſet vis ſermonis,ſi
dicatur,Alij ibimus ſitientes ad Aphros; quia apher, qui calori
aſſuetus eſt,minus ſitit q̃ externus.)pars,ideſt partim: ibimus
Scythiam,ideſt ad regionem frigidiſſimam:&,ſupp.partim ve-
niemus Oaxem,ideſt ad illum fluuium Cretæ.i.illius regionis:
rapidum,ideſt velociter currentem:& veniemus, ſupp.partim
ad Britanos,qui nunc Angli dicuntur:diuiſos,ideſt diremptos,
& ſeparatos,per interpoſitionem Oceani, penitus,ſupp.a toto
orbe,ideſt globo terræ, Oceano circuncincto. En,quaſi dicat,
quod nouum eſſet:& prꝑter opinionem:aut ſpé:ego vidés poſt,
ideſt poſtea:longo tempore:vnquam,ideſt quouis tempore: fi-
nes,ideſt limites(quaſi ingredi non ſperaret:ſed a longe forte vi
dere poſſe.)patrios,ideſt patriæ meæ,vnde exactus ſum:& vi-
dens poſt aliquot ariſtas,ideſt meſſes:hoc eſt,annos:quia ſingu
lis annis ariſtæ & meſſes fiunt:culmen pauperis,ideſt exigui.tu
guri,pro tugurij,ideſt integumenti contra ſæuitiam cœli: con-
geſtum ceſpite,ideſt terra cum herbis euulſa:appoſitorie, mea
regna,quaſi dicat,licet tugurium ſit, tamen eſt mihi pro regno
(quia quilibet,quodammodo domi ſuæ regnat.& ideo dicit Iu
uenalis,Eſt aliquid ſeſe dominum vnius feciſſe lacertæ.)mira-
bor quod,ſup.impius miles habebit hęc tam culta noualia,ideſt
arua innouata ad ſationem proxime faciendam: & hoc modo
non eſſet interrogatio,quę eſſet ſic exponendo:vt mirabor,ab-
ſolute ponatur:& ſit finis ſententiæ:aut vt ſubintelligatur ea,vt
ſit,Videns poſt aliquot ariſtas mea regna,mirabor.i.admiratio-
ne adficiar,aut mirabor,ſupp. ea regna,videlicet mea:& id qui-
dem libentius dixero,propter verbum futurum, habebit: nam
cum ipſe poſtea reuiſurus eſſet ſua regna, iam non habiturus
eſſet ea miles,ſed haberet:incipiens ergo nouam ſententiá,non
expleta prima,ſed ſuppreſſa per apoſiopiſin,propter mœrorem
poſt aliquantulum morę ſuſpirijs datę,exclamat:rurſum quaſi
prius oculos lachrymabundos,ad arua ſua contorſerit:dicens,
nunquid,ſup.dignum eſt:ac dijs æquum viſum, ꝙ impius.i.li-
bertatis patrię violator,& incubator:miles.i.ſtipendiarius:ha-
beat hæc.i.mea?mõſtrat autem ea noualia.i.arua innouata per
ſationem,aut ad futuram ſationem:tam culta?Miles barbarus,
i.craſſi linguis,& alienigena:vt Gallus, aut Teuto: habebit has
ſegetes,ſup.tam cultas:& tantam de ſe futuræ meſſis ſpem oſté
tantes?q.d.id iniquiſſimum eſſe:vnde ſubdit,en quo.i.ad quam
conditionem, & ad quem ſtatum, diſcordia.ſ.ciuilis perduxit
miſeros ciueis, quorum coloni expelluntur? en quis.i.quibus:
hoc eſt:ad quorum vtilitatem conſeuimus agros?q.d.ad impio
rum commoda.Quo dicto,apoſtrophat, ideſt ſeipſum tanquá
alium adloquitur: & vtens figurata iuſſione, quæ prohibendi
vim habet,dicit,Melibœe inſere.i.per inſitionem producere ſtu
de:piros, ideſt arbores piriferas, quaſi dicat,alius tamen pira
carpet(cum tamen poſtea dicatur, Carpent tua poma nepo-
tes.)pone vites ordine,ideſt per ordinem:vt,ſcilicet melius ſo-
lem excipiant,& æqualiter nutriantur:hoc eſt, adhibe omnem
curam vineis colendis:quia vinum,Barbarus inde bibet: quod
quia facturus non eſt,& potius diſcedere vult,dicit, Ite,ideſt di
ſcedite a me.ite(inquam)meæ capellæ:appoſitorie, quondá.i.
quæ aliquando fuiſtis pecus felix,ſcilicet diligenter curatum,&
paſtum. Ite,(dicit)a me,quia ego proiectus,ideſt recubans, &
proſtratus,in antro viridi,ideſt virentibus herbis,aut fruticibus
cincto:non videbo poſthac, ideſt poſt hoc tempus:& ex hac ho
ra:procul,ideſt de longe:vos pendere,ideſt adhærere,quaſi ſu-
ſpenſæ ſitis:de rupe,ideſt inclinato capite deorſum de rupe:du-
moſa,ideſt dumis,& vepribus,ac virgultis plena.Ego nulla car
mina canam,ſup.vobis,vt ſolebam:& vos capellæ non carpe-
tis,ideſt abrodetis me paſcente.i.exiſtente paſtore veſtro.Cythi
ſum, ideſt fruticem illum ſucci plenum, vnde multum lactis,
oues effundunt:dictum a Cythiſo inſula:florentem, ideſt flore
& fronde abundantem:nec carpetis me paſcente, quia ſub alio
paſtore id facere poſſint:ſalices amaras,ſcilicet hominibus: ſed
vobis dulceis.Et hoc dicens,viſus eſt diſcedere:vnde ſubdit Ti-
tyrus.Tamen.i.tametſi tibi abeundum eſt Melibœe:tamen po-
teris requieſcere mecum,hic:ideſt hoc loco,in his ſeptis,aut tu-
gurijs meis,ſuper viridi fronde.i.in thoro herbaceo,aut fronda
ceo:poteris & cœnare mecum,quia poma mitia.i.matura ſunt
nobis:& caſtaneæ molles.i.maturæ,aut decoctæ,aut quæ non
remordent dum mordétur,ſup.ſunt nobis:& copia lactis,preſ-
ſi.i.coagulati:hoc eſt,caſei recétis & mollis eſt nobis:hoc eſt,ha
bemus poma,& caſtaneas:& lac preſſum:quibus poteris mecũ
refici:deinde oſtendens ſe verum amicum & ſyncero animo in-
uitaſſe:

uitaſſe:nec optare,vt abeat,dicit:& iam ſumma culmina.i.ſum-
mitates:villarum,i.domuum in agris conſtructarum:fumãt.i.
fumoſo colore propter aduentum noctis:obducuntur:procul,
i.a longe aſpicientibus:nam ijs montes & villæ videntur quaſi
cœleſti colore & fumo tegi,vnde exponés,quid ſit ꝙ procul fu
mant,addit.Et maiores vmbræ:hoc eſt,nocturnæ cadunt de al-
tis montibus:hoc eſt,nocteſcit.Niſi adiecta eſſet particula pro-
cul: concederem in ſententiam, dicentium villas fumare:quia
cœnæ coquerentur:ſed id quo propius eſſent,eo melius viderét
non ergo adderet procul.⸿At nos hinc alij.)At,particula aduer
ſatiua eſt,& contétioni:quæ fit(vt dixi)vbi ſentétię inter ſe con
tédunt aptiſſima:ſicut hic,quia Tityrus manſurus erat:inter flu
mina nota,& ad paſcua ſua.bene dicit,At nos hinc,&c.Et in ṗn
cipio.iiij.Ænei.quia dictum erat in fine.iij.Factoq; hic fine:quie
uit.bene ſubditur,At regina graui iádudum ſaucia cura.Vulnus
alit venis.& in eodem.iiij.poſt commemorationem quietis cæ
terorum animantium,ſubditur,At non infelix animi,&c.Eſt au
tem πρόληψισ.i.præſumptio totius, quod poſtea per parteis,
ad idem verbum reducibileis,diuiditur.Nam totũ eſt,nos:ver-
bum,ibimus:parteis alij,& pars:ſed noris puer,ꝙ πρόληψισ di
uerſitatem perſonæ non admittit:niſi euocatorie:vnde non di-
ces,nos ibimus:alij,ſup.ibunt:ſed nos ibimus:alij,ſup.noſtrũ.i.
nos partim,ibimus ad Aphros: &c.Omnes fere intelligunt A-
phros,hic dici,ſitientes. Vnde Mancinellus, Sitientes Aphros:
ibi enim multum torrida zona occupat, quare maxima me-
diterraneæ Libyæ pars, & regio,circa Oceanum deſerta eſt. id
Strabo docuit lib.xvij.verum(vt dixi)plus ponderis eét:ſi ipſi
ſitientes intelligantur ire ad Aphros:quæ regio aquarum indi-
ga eſt,cum Tityrus ad ſacros fonteis maneat.⸿Scythia.)Regio **Scythia**
eſt ad Septentrionem in Orientem porrecta: includitur ab vno
latere,Ponto:ab altero,montib.Ripheis: a tergo Aſia,& Phaſi
flumine:multum in longitudinem & latitudinem patet:vt au-
thor eſt Iuſtinus,li.ij.Solinus autem dicit,eos amare prælia,&
cruorem interéptorum ex ipſis vulnerib.ebibere.⸿Oaxis.)Cre- **Oaxis.**
tæ inſulæ fluuius eſt: vt dicit Politianus Centuriæ ſuæ capitu.
xxxvij.vbi hunc locum Seruianum damnat.Sane quæ nuper de
Oaxi,Creta,Britannia,Tugurio &c.ex Mancinello attulimus:
quia nunc Mancinellum integrum poſuimus, conſulto dem-
pſimus.⸿Barbarus has ſegetes.)Satis aperte in Auguſtum dictũ **Barbar⁹**
videtur,qui Cæſaris acta tuebatur:qui Gallo,milite fretus,cęte
ros ſuperauerat:ſed ad ruſticam eſt ſimplicitatem referendum.
⸿Fronde ſuper viridi.)Quia motus non eſt ablatiuo,iunxit ꝓ-
poſitionem,ſuper:quæ,niſi accipiatur fere pro de,nunc tantum **Super.**
ablatiuo deſeruit.⸿Sunt nobis.)Zeugma a ſupremo,quia repe-
titur,Et p̃ſſi copia lactis:ſup.eſt nobis.dixi:q̃uo intelligerem cul
mina villarum fumare procul,non propter cœnam quæ pare- **Fumãt.**
tur,ſed propter coloré cœleſtinũ,qui cadentib.vmbris a longe **Villa.**
diſtãtib.induitur.Villa aũt eſt,q̃uis domus in agro.quaſi villis te **Regulæ**
cta:vnde peccant, qui oppidũ dicunt. Sed regularũ prima eſt: **puero ꝑ.**
quoties dictio collectiua,aut pluralis numeri,verbo plurali re-
cte conformatur,poſſunt pro quib.ea ſupponit,ſine repetitione
verbi,ſubiungi:vt,Nos ibimus,alij Aphros,pars Scythiá.Secũ-
da:licet poetę licentioſe,ꝓuinciæ,aut appellatiuo nomini,præ-
poſitioné auferant:nos tñ eam exprimemus,niſi fuerit propriũ
nomen loci minoris & ſimplicis figurę:vnde dicam ad Aphros,
ad Scythiá,ad Oaxé.Tertia:nomina adiectiua, quorum exitus
nominatiui,neutrum genus refugit:in obliquis ſępe recipiunt:
vt,pauperis tugurij:in locuplete penu.Quarta:in appoſitione,
verbũ fere ſequitur principale ſuppoſitum:non quod magis cõ-
mune eſt,ſed quod præponitur:vt, Ite meę,quõdá felix pecus,
ite capellæ.Quid meruere boues, animal ſine fraude, doliſq;?
Quinta:ſuper,& ſubter,licet olim ſine mutatione loci,ablatiuis
deſeruiebant:nunc tantum accuſatiuis deſeruiunt:non ergo di-
ces,vt hic,Fronde ſuper viridi:nec vt.vj.Æneid.Gemina ſuper
arbore ſidunt:nec vt alibi,Denſa ſubter teſtudine.ſed,ſuper fron
dem,ſubter teſtudinem:& ita in reliquis.

PIERIVS.

⸿Pauperis & tuguri.)Sitne, tuguri,per vnũ i:an, tugurij,per
ſynizeſim ſcribendũ:deq; hmõi nominum ſcribendorum ratio-
ne,diu,multumq; apud omneis omnibus eſt ętatibus diſputa-
tum.Plurimũ vero ſcriptores veteres dum compendiaria ſcri-
bendi rationem quęrerent,vbicunq; ii,geminatum inueniſſent,
vnicum ſcribere voluere,apice tamé eius ſupra reliquas literas
exporrecto,vt,Dis manibus:&,Memor benefici.Quod vero in
huiuſmodi ſcriptionis genere,duæ nonnunq; ineſſe literæ intel-
ligantur:inde patet,quod inuenias plerunq; conſonátes, etiam

ipſas,ſi ſupra aliarum literarum ordiné producatur,i vocalé inſertam oſtédere,vt Aurela,pro Aurelia. Cuiuſmodi adhuc inſcriptio Polę viſitur in hunc modũ. Ita etiã in t litera,ſiue i pcederet,ſiue ſubſequeretur,animaduerti vocalé ipſam inſeri ſolitã hoc pacto, † :id enim ſignũ tam TI,q̃; etiam IT,ſignificat. Cuius rei,& ſi alibi etiam exempla inueniuntur, id vnum ponam, ꝙ ab Vrbano Valeriano patruo meo haꝝ antiquitatum indagatore diligentiſſimo exſcriptum accæpi: id quod Polæ etiamnum inſpicitur.

D. M.
AVRELÆ
LEVCIPPE
CONIVGI
L. ANNIVS. P. F.
VITALI. SVÆ.

D. M.
AVRELIA
CRESCEN
†NA CONIV
GI VE
PRODITO
CON. QVO. VI
XIT ANNIS
XI. DE. SVO. PO
SV†. B. M.

In quo monumento non pigeat, tametſi κατὰ πάρεργον eſt, tria ad notatu digna deſignare, CRESCEN†NA, pro CRESCENTINA. verſo vero mõ, POSV†, pro POSVIT. Et CON, præpoſitionem per o, & n, vt nunc vulgo pronunciant. Sed enim quantũ ad i literam ſpectat, eã ſcribẽdi rationé, vt vna pro geminis ponatur, non admittit Caper. Et per detractioné corruptam eſſe, Ter. Scaurus clamitat. Qui literam i,non tantum in genitiuo nominũ huiuſmodi geminari,vt Antonij,Tremellij: verũetiam vocatiuos nullam pati detractioné, vt o Antonij,o Tremellij, ſingulari numero dicendũ, atq; ſcribendum eſſe cenſet. Huius ſententiæ ſubſcribit Valerius Probus in arte,dũ quęrit,ait,qua de cauſa,o Mercurij,per duo ii ſcribatur,quã ita reddi tradit: Quoniã quæcunq; nomina ablatiuo caſu,numeri ſingularis,o litera terminaſ̃ , & noĩatiuo caſu, numeri ſingularis,us ſyllabã poſt i lr̃am definiũtur:hęc vocatiuo caſu,numeri ſingularis,cũ noĩatiuo caſu,eiuſdé numeri ſingularis,pari numero ſyllabarũ ſcribantur:& ideo,o Mercurij,ꝑ duas ii literas ſcribi pronũciatur. Inuenies tñ diuerſum quid in inſtitutis eiuſdé,ijs exẽplarib. q̃ vulgata ſunt,preſertim in nominibus ꝓprijs. Velius Longus quantũ pertinet ad genitiuũ,ii geminũ omnino q̃rit:o,q̃ litera datiuus finit,in i mutata, Iulio, Iulij,pallio,pallij. Quę vero de vocatiuo altercatio eſt,ætatis nr̃æ literati oẽs in Cariſij ſñiam cõceſſere:quã ita pronũciatã cõſtat. Illud memineris,ꝙ oĩa nomina maſculina,q̃ ante us ſyllabã,i literã habent,in genitiuo ſingulari,eandé i literã geminatam recipiunt. In vocatiuo vero,ne ſimilis ſit genitiuo ſingulari,vnã i literã recipiunt. Ne cui vero leue videatur de hmõi ſcriptionũ ratione diſputare,ſciendũ clariſſimos ſæpe viros ſuper tã leuibus argumẽtis nõ incurioſe declamare ſolitos: vt illud quod huic ſimile cõſyderatiõi Probus ait,amaſſe M. Tulliũ,primã perſonã a verbo,pereo,perij,duplicato ii,pronunciare:qm̃ verba modi indicatiui ſpẽ ꝑfecta,ex prima ꝑſona numeri plur. mus ſyllabã amittãt:& ita eandé perſonã numeri ſing. oſtendãt,vtputa,perimus,perij. At Terẽtiũ,peri,vnico i,pronũciare maluiſſe:quod a ſecũda eiuſdé tp̃is,ſti detracta ſyllaba:primã fieri putauerit. Sed enim (vti alibi latius diximus,) totũ hoc ſcriptionis genus in figuras ſynæreſes,aut ſynizeſes rejciendũ:ac,tuguri:& paulo inferius,peculi,ſcribendũ. Aliorum aũt Grãmaticoꝝ dictata ſuper hac eadé re in .j. Æneí. eo loco , Hic tñ ille vrbé Patauí:recitauimus,ne omnia huc cõgerentes faſtidio eſſemus. ¶En quo diſcordia ciues perduxit miſeros.) In pueteri expoſito codice Vaticano,& in Lõgobardico,perduxit,oĩno legitur,vt vulgata habẽt exẽplaria. Sed in Romano,in Mediceo,& quibuſdã alijs,produxit,habetur,id quod alij viderint. Ciuis,vero per i,more Velliano,vt ẽt in nũmis pluribus eſt,meliores habẽt codices. ¶En qs cõſeuimus agros?) Veteres quidé pleriq; oẽs codices ita habẽt, vt vulgo legitur: Romano excepto,in quo ſcriptum eſt,His nos cõſueuimus agris, Quaſi dicere velit,qđ neſcio qua natale ſolũ dulcedine mẽtes adficiat. Sed .n. longe acerbior q̃rela mihi videſ̃ magiſq; mouere pathos,cũ lamentatur hoſtes: & eos qdé impios,& Barbaros,bona q̃ ipſi ſibi cõparauerit,habituros ,labores ſuos perditos:meſſemq; ipſam tam cultã,tam lætã de manibus ſibi violenter abreptã. Quare Melibœus,qui dixerat, Impius hæc tã culta noualia Miles habebit , Barbarus has ſegetes, ad infelicitaté ſuam miſerabilius deplorandã,remq; ipſam atrocius exacerbandã,cũm obiectat ciuiũ diſcordiã:quaſi dicere velit ipſoſmet ſibi pedicas cõplicaſſe. Malũ enim,quod ſibi qs accerſit,adſcribitur imprudẽtiæ,quod vero aliũde accidit,vel fortunę,vel fatorũ inclemẽtię,vbi cõſolationis locus a neceſſitate, cui neq; deos repugnare poſſe, poetæ veteres tradidere. ¶Ite meæ quondã felix pecus.) Romanus codex notæ maioris, Oblongus, Lõgobardicus,& aliquot alij manu ſcripti,verſum hoc dictionũ ordine legunt, Ite meæ felix quondã pecus. qđ neſcio quid ſuauius. ¶Dumoſa de rupe procul pendere videbo.) Hic ẽt numerus mutatus in codicibus aliquot manu ſcriptis,in quibus legitur,Dumoſa pẽdere ꝓcul de rupe videbo,& ita legitur apud Aruſianũ in Eloquutionũ libello. In Mediceo codice,vno mutato vocabulo, Frondoſa pẽdere procul de rupe,ſcriptũ eſt:quod quidé ego ſumptũ crediderim ex Pompo. Feſti paraphraſi,ita, Dumoſa,interpretantis:cum,ſpinoſa, Ser. velit. ¶Hic tamen hac mecũ poteris requieſcere nocte.) In Romano codice,& in Mediceo,poteras,exacta ſpẽ ſcriptũ eſt,qđ valde placet. In Longobardico,in Mediceo,& pleriſq; alijs,Hac mecũ poteris requieſcere nocte. Ablatiuo caſu habetur,vt pleraq; etiã vulgata habẽt exẽplaria. Sed,Hãc noctẽ,agnoſcit Aruſianus Meſſus in eodem Eloquutionũ libello,qui falſo ſub alterius nomine circũfertur, cuius legitimã inſcriptionem inueni in Iani Parrhaſij bibliotheca. Aruſianus itaq; probaturus eloquutionis formã,quod requeſco illud tp̃s dicimus elegãter,carmen hoc ex Virgilio citat,vbi, Hanc mecũ poteris requieſcere noctẽ: habeatur,ãccuſatiuo caſu. alia vero ſignificatiõe ab eodé dictũ eſſe alibi,Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. Quod vero Tityrus habere ſe caſtaneas molles dicit:exponitq; Seruius,maturas:magis placet,qđ Nonius Marcellus ait,molles,nouas,vel recentiores.

ECLOGÆ PRIMÆ FINIS.

## ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN ALEXIN VIRGILII.

¶Proxima formoſum Corydon qua luſtrat Alexim.
Si nequeat flecti,diſcedere ſuadet amori.

ASCENSIVS.

Proxima formoſum.) Secũdę Eclogæ,q̃ inſcribitur Alexis,argumẽtum tale eſt: Corydõ paſtor impatienter amans Alexim , formoſiſſimũ puerum, ipſumq; per auia & inacceſſa quęritãs: omnia ferę quæ ad cõciliandum amorem facere poſſent,commemorat: quibus cũ nihil proficeret,prope ſuadet,ſtulto amori modũ imponere. Huius Eclogę ſcribendę,ratio potuit eſſe,vt Theocriti Eclogam tertiam,cui ſimillima eſt,imitetur: ſed illic Amaryllis,vt hic Alexis,amaſ̃. Siue,vt pueri a ſe,licet honeſte dilecti: quẽ ab Aſinio Pollione dono accæperat,amicabiliter meminiſſe poſſet. Siue, vt Pollioni blandiatur. nã (vt Donatus dicit) eum maxime amauit Maro:& ab eo magna munera tulit:quippe qui inuitatus ad cœnam,captus pulchritudine & diligentia,ſeu indulgẽtia Alexandri, Pollionis pueri,eum dono accæpit. Quam rem videtur Horatius tangere .j. epiſtolarum,dicens: Non ancilla tuum iecur vlceret vlla , puerve Inter marmoreũ venerandi limen amici, Ne dominus pueri pulchri charæve puellæ, Munere te paruo beet,aut incommodus angat. Hæc ibi. Quã rem Virgilio vſu veniſſe dicũt:ſed neq; illud Horatij Maronem exprimit,neque hic aliud ad id quod Donatus adſerit,magis adludit, q̃; ꝙ dicit eũ Delitias amaſſe domini. Verum cum in fine dicat,ſe eo non potiri,aliũq; quæſiturum , non videtur ſemper de Alexandro loqui, quo Donatus fuerat. De hac re autem plenius dicam ibi,Mille meæ ſiculis,&c. Lege etiam Mancinellum. ¶Ordo verſiculorum noſtrorum eſt: Proxima .ſ. a prima: hoc eſt,ſecunda Ecloga: qua .i. in qua: Corydon , paſtor ille amaſius: luſtrat .i. quærit Alexim puerum illum: formoſum .i. ſpecioſum,& formæ plenum ſuadet .ſ. in fine carminis,diſcedere amori .i. ab amore,ſi nequeat flecti. Dicit enim, Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis. Et hæc de argumento in generali.




ECLOGA SECVNDA QVÆ ALEXIS INSCRIBITVR.

¶ Loquitur primũ POETA, deinde CORYDON.

FOrmoſum paſtor Corydon ardebat Alexim, POETA
Delicias domini: nec quid ſperaret, habebat.
Tantum inter denſas vmbroſa cacumina phagos
Aſſidue veniebat: ibi hæc incondita ſolus
Montibus, & ſyluis: ſtudio iactabat inani.

SERVIVS.

FOrmoſum paſtor Corydon.) Corydonis in perſona Virgilius intelligitur: Cęſar Alexis in perſona inducitur. ¶ Corydon.) Fictum nomẽ eſt ab aue: quę corydalus dicit. ¶ Ardebat Alexim.) Impatienter diligebat. ¶ Alexim.) Quem dicunt Alexandrũ: fuit ſeruus Aſinij Pollionis: quẽ Virgilius rogatus ad prandiũ, cũ vidiſſet in miniſterio omniũ pulcherrimũ, dilexit: eumq́; dono accæpit. Cæſarẽ quidã accęperunt formoſum in opibus & gloria. Alij puerum Cęſaris, quem ſi quis laudaſſet, gratam rem Cæſari feciſſet. Nam virgilius dicitur in pueros habuiſſe amorem: nec enim turpiter eum diligebat. Alij Corydonem Aſinij Pollionis puerum adamatũ a Virgilio ferunt: eumq́; a domino ipſi datum Corydonẽ a Virgilio ficto nomine nuncupari, ex eo genere auis quę corydalus dicitur, dulce canens. Alexim vero puerum, quaſi ſine reſponſione ac ſuperbum. hunc autem dilectũ fuiſſe Pollionis: & Virgilium gratum ſe futurum exiſtimaſſe, ſi eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur: qui eo tempore Tranſpadanam Italiæ partem tenebat, & agris præerat diuidendis. ¶ Delitias domini.) Hoc eſt qui ſuo domino Cæſari, vel Pollioni in delitijs erat. ¶ Nec quid ſperaret.) Ideſt nec ſpẽ potiendi habebat. ¶ Tantum.) Tantummodo.

modo. Aſſidue.) Ideſt ſæpius. Incōdita.(Incompoſita: ſubito dicta, agreſtia, vel inſanæ mentis dicta verba. vel incondita, Ideſt incōſcripta: vt Salluſtius in Iugurthino, At illi quibus viris aderant ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Montibus.) Qui amorem ei præſtabant. Iactabat.) Ideſt fundebat incaſſum. Inani.) Præ amore nihil ſibi procurans: ſed in abſentem iuuenem loquebatur.

MANCINELLVS.

Formoſum paſtor, &c.) Hæc quidē Ecloga, formata eſt a.iij. potiſſimum Theocriti. Ibi vero Amaryllis, hic Alexis amatur: quidquid autem inde ſumpſerit, Maro paſſim patebit.

Corydon. Corydon.) Id nomen a Theocriti Ecloga.iiij. poeta ſumpſit: cui Battus ait. Sic tibi cōtingat Corydō chariſſime quidquid Exoptas, votisq; tuis ſic Iuppiter adſit. Hic tamen pro Vir. ſumitur. Adamauit enim (vt aiunt) Cebetem & Alexandrum: quem hic Alexim appellat: donatum ſibi ab Aſinio Pollione: vtrūq; eruditū dimiſit. Nam Alexim grammaticum, Cebetem vero & poetam. Apul. oratione prima Apologiæ, ſic ait, Quanto modeſtius tandem P. Maro, qui itidem vt ego puerum amici ſui Pollionis Bucolico ludicro laudans & abſtinens nominum, ſeſe quidem

Alexis. Corydona, puerum vero Alexim vocat. Hæc ille. quare non recte quidem per Alexim, Auguſtus accipitur: vt quidam volunt. Pollio autem orator fuit, & conſularis: qui de Dalmatis triumphauit. lxxx. ſuæ etatis anno: in villa Tuſculana obijt: vt Euſe. ſcribit. Alexim.) Dicitur Alexis, ab α, quod eſt ſine, & λέξις dictio: quaſi ſine dictione, ſeu reſponſione. Domini.) i. Aſinij Pollionis. Incondita.) Inculta.

ASCENSIVS.

Formoſum paſtor Corydon ardebat, &c.) Corydon (inquit poeta) paſtor quidam vehementer amabat Alexim formoſum puerum, quem in delicijs ſuis, dominus eius habuerat: vnde nulla eius potiundi ſpes Corydoni erat: nec tamen minus amauit: vnde aſſidue veniebat ad ſolitudinem nemorum, vbi cantilenam de amato puero inaniter repetebat. hoc dicit Seruius per Corydona, Virgilium: & per Alexim, Alexandrum Pollionis puerum intelligit: ad quod dicendum, dixi, non cogi interpretem: quia ſi ex communi paſtorum aceruo, perſonas deprōptas dixeris: non minus conſequeretur, quod prætendit poeta amoris. i. impatientis ſtultitiam exponere, & remedium dare: verum quia (vt dixit Mancinellus) Apule. manifeſte prædicat per Corydona, Virgilium intelligi: dicamus id verum eſſe: ſic tamen vt non omnia ei quadrent, ꝙ artificioſe facit, ne hiſtoriam contexiſſe dicatur: nec Auguſtum per Alexim ſignificaſſe, vllo modo dicendus eſt.

Ordo. Ordo eſt. Corydon paſtor, ſcilicet ouium: ardebat: ideſt impatienter amabat, ac deperibat Alexim, puerum illum formoſum, ideſt formæ & ſpeciei plenum: appoſitorie: delicias domini. i. patroni ſui: nec, ſupp. Corydon habebat quid ſperaret, ideſt vnde eius potiundi ſpem haberet: tantum, ideſt tantūmodo: ſupp. hoc ſpei habere videbatur: ꝙ aſſidue veniebat inter denſas phagos, appoſitorie: cacumina vmbroſa, ideſt ſummitates montium aut arborum: vmbris arborum tectas: & ipſe ſolus iactabat, ideſt incaſſum fundebat: inani ſtudio, ideſt ſtulto conatu: in montibus & ſyluis: hæc incondita, ideſt rudia & incompoſita, quæ ſequuntur carmina.

Formoſus. Formoſus.) Dicitur a forma: & forma (ſecundum Donatum) a formo, ſeu foruo: quod eſt calidum ſecūdum eundem: quia ſanguinei, & fere iuniores omnes, quibus ſanguis adhuc calidus eſt, formoſi eſſe ſolent potius q̄ pulchri. Corydon.) Vt dixi, paſtoris apud Theocritum nomen eſt. hic autem pro Virgilio ſumitur: ſic tamen, vt pro quouis impatienter amanti ſumi poſſit. Alexim.) Alexis, dici poteſt ſine dictione, aut reſponſo, vt patuit in Mancinello. Declinatur autē hic Alexis, huius Alexis, vel Alexidis. Cicero ad Atticum. Nam Alexidis manum amabam, ꝙ tam prope accedebat, ad ſimilitudinem literæ tuæ.

Regulæ pueriles. Regula prima eſt. In appoſitione, licet conformitas caſuum ſit neceſſaria: non tamen numerorum, nec generum: tunc autē diuerſi ſunt numeri, quando alterū ſingulari caret, ſicut hic. Alexim Delicias domini: aut alterū collectiuum eſt, vt, Felix pecus ite capellæ. aut ſingularia copulātur, vt Homerus & Maro poetę clariſſimi. Exēplū de diuerſis generibus: vt, Denſas vmbroſa cacumina phagos. Secūda: loquutiones Grece tranſlatitię, & mere poeticę ſunt oratori fugiendę. Vnde non dices in ſoluta oratione, Corydon ardebat Alexim: ſed ardenter amabat. Tertia: quanta eſt vocalis ante nouiſſimam literā, tanta eſt ante nouiſſimam ſyllabam, ſi non mutetur ſcriptura in nominibus in n præter on: ſemper longūm: vt titan, pan, ren, ſplen, lyen, ſyren, delphin, Corydon, vltimam nominatiui, & penultimam genitiui producunt: quam nomen, & omen, corripiunt.

PIERIVS.

Formoſum paſtor Corydō ardebat Alexim.) In Ro. codice, Formonſum, eſt litera n, inter o & ſ, inſerta. Fuiſſeq; porro veterū morē, eā literā, vocalibus natura longis adſcribere, vt in pleriſq; veterum inſcriptionibus apparet. Sed enim non mediocriter peccare ait eos Terentius Scaurus, q Formonſo n literā aſſumunt: q̄ nō magis huic nomini neceſſaria ſit, q̄ Glorioſo, quod a gloria venit. Indignatur etiam Caper huiuſmodi nominibus eam literā adiungi: cum tamen hmōi nomina, non in codicibus tantum antiquis, verūetiam in pleriſq; veterum monumentis, cum n litera ſcripta deprehendentur: ita Atlans, Gigans, Pallās. In codice Ro. ſane paſſim, Formonſum paſtor Corydon: & O formonſe puer: & Formonſiſſimus annus, cum n habentur. In oppido vero Fabrica, pro foribus ædicule ſancti Ioannis, non inelegās legitur epitaphiū: quod mihi, dum talia inueſtigarem, oſtendit Anto. Valla Teanenſis, vir & bene literatus, & harū antiquitatum diligentiſſimus explorator. Ideſt huiuſmodi.

Hic aquilæ cineres miſerabilis vrna ſepultus
 Contegit, & fatis exproperata nimis.
Occidit infelix cœpto modo flore iuuentæ,
 Quem finijt annus ſeptimus & decimus.
Formonſus frugi doctus pius a patre mœſto
 Accæpit tumulos quos dare debuerat.

Quod quidem ea ego de cauſa factum exiſtimo, quia mos veteribus fuerit iſtiuſmodi vocalibus natura longis τὴν μακρὰν ſignum ſuperaddere: qua nota Lectores quantæ ille eſſent admonerentur: eamq̄; poſtmodum imperitioribus ſæculis compendiariæ ſcriptūræ apicem eſſe crediderunt. Cœptaq; primo pro n proferri, mox & adſcribi: atque ita ex Formoſus, Formontus: ex Theſaurus. Thenſaurus: ita ex Atlas, Atlans, & ſimilia in vſum prodiere. Vel in ijs, quæ in oſus exeunt, circunflexus accenſus adnotabatur, proq; apice ſcriptionis eodem errore accęptus accentus: aliter qui potuerit ea barbaries inoleſcere non video. Nam & Torrente, pro Torrete: Creſcent ille, creſcentis amores, pro Creſcetis: Obtuſum, pro Obtuſum: & ſexcenta huiuſmodi paſſim inuenimus. Contra vero pleraq; abſq; n, ſcripta deprehendi in veterum monumentis: quæ nunc vniuerſa conſuetudo, per n ſcribit, atq; pronunciat. Quis enim eſt, qui non Infans, Clemensq; dicat? Romæ tamen in diuæ Mariæ cognomento Maioris Baſilica, vetuſto lapide ſcriptum eſt, RAPTA SINV MARIS IACET HIC MISERABILIS INFAS. In eo inq̄; monumento, Infas, abſq; litera n notatū eſt. Et Ameriæ habetur antiquo lapide: in pariete domus cuiuſdam in colle ſitæ: C. CÆSIVS, CLEMES. In quibus nominibus ſcribendis, Græcos potius q̄ Latinos, mihi ſequuti videntur, apud quos, Clemees, nomen proprium κλημης ſcribitur. Ne vero ſtupori hoc, aut imperitiæ cuiuſquam ætatis detur, ſcimus veteres quoque illos, qui ſæculis eruditiſſimis floruere, in huiuſmodi pleriſq; fuiſſe diuerſos. F L. enim Soſipater Virgilium ait, Menſam, cum n, litera prima ſyllaba ſæpe protuliſſe: cui dictioni Varro ſit, n demere ſolitus, ꝙ inde Meſam, dictam putaret, ꝙ media poneretur, quiq; alijs in vocabulis, quantum in ſe fuit, Græcis inuidit, huius tamē originationem eſſe ab eis non inficiatur. Et nunc qui Latine ſcribunt, Virgilium ſequuntur, qui vernaculo vtuntur ſermone, Varronis repetunt idioma. Eiuſdem generis fuit olim, Pago, Pagis: ꝙ nunc per n, Pango, & ſcribitur, & enunciatur. Nam in. xij. tabulis verbum id abſq; n notatum, tradit Quintilianus, vt cano, canis: cuius figurationis adhuc Pepigi, retineamus. Bis ſenos pepigere dies. Ac ita quidem ætates pene ſingulæ, gauiſæ ſunt, modo hoc, modo illud variare, quæ ſingula perſequi inexhauſti laboris opus eſſet. Sed vt nos ad ſuſcæpti operis argumentum reuertamur, his interim omiſſis, illud minime diſſimulabimus ſcriptum eſſe in Ro. codice diuerſo a vulgatis numero, Formōſum Corydon paſtor ardebat Alexim. Idq; forte ea cauſa mutatum ab alijs: quod poſteriora ſæcula cōmunis loci facultatem cæſuris videntur inuidiſſe: veritiq; ſunt: neq; ſyllabam, quæ alioqui ſatis per ſe valida, & canora eſt: neq; locū, quo ſita erat, carmini ſuſtinendo ſufficere. Delicias domini.) Vſu inoleuit, vt, Delitias, per t, ſecunda a fine ſyllaba ſcribatur fere paſſim. In his tamen codicibus antiquis, Delicias per c, ſcriptum plurimum obſeruaui: & ita recte ſcribi oſtendit, quod ex eadem eſt originatione, nomen, delicatus. Aſſidue veniebat.) In codicibus aliquot manu ſcriptis, Adſidue. In aliquot etiā. Atſidue, t loco d, ſubſtituta. Sed Aſſidue, per ſſ geminatum, ſcribi debere, oſtenſum alibi eſt.

CO. ¶O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil noſtri miſerere: mori me deniq; coges:
Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos:
Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia, ſerpillumq; herbas contundit olentei s.
At mecum raucis (tua dum veſtigia luſtro)
Sole ſub ardenti, reſonant arbuſta cicadis.

SERVIVS.

¶Crudelis.) Inexorabilis: ꝗ non flecteris meo amore: nec te potiundum præbes. Vel allegoricos, Crudelis Cæſar ꝗ non flecteris meis ſcriptis, & non das ereptos agros. ¶Alexi.) i. Cęſar. ¶Mori.) Pro cōtēptu. ¶Frigora.) Nō aprica loca. ¶Æſtu.) Æſtiua. ¶Lacerta.) Genus ſerpentis. ¶Theſtylis.) Nomen ruſticę mulieris: quæ meſſoribus æſtu fatigatis diuerſa genera herbarum cōtundens, pulmentarium his parat: Vel concubina Corydonis. Vel Teſtillis, Ideſt fictilis, ruſticum nomen: vt ab eo ꝙ ponat cibum ruſticis. ¶Feſſis.) Vel labore vel ęſtu. Vel feſſis, Ideſt feruētibus, vehementi ardore fatigatis, vel laboris inſtantia. ¶Allia ſerpillumq;.) Herbas callidas, quæ ęſtum repellunt. Nam vt etiā Plynius dicit in naturali hiſtoria, Omnis medicina aut a contrario, aut a ſimili quæritur. Vnde etiā calor poteſt aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc eſt quod in vltima Ecloga, cū amator remedium quærit ardori, dicit ſe iturū aut ad Scythiā, aut ad Æthiopiā. vt, Æthiopum verſemus oues ſub ſydere cancri. quarū regionum altera eſt frigidiſſima, altera feruens calore. Sane ſerpillus herba eſt, quæ in gręco aſpirationem habet, quā græci ἕρπιλλον dicunt. In multis. n. nominibus, quæ in gręco aſpirationem habent, nos pro aſpiratione, S, ponimus. Inde eſt ꝙ pro herpillo, ſerpillum: pro ἕξ, ſex: pro ἑπτὰ, ſeptem. ¶Rapido æſtu.) Vehementi & feruenti. Feſſis autem vel æſtu vel labore. ¶At mecū raucis, tua dum veſtigia luſtro.) Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. ¶At.) Si per d fuerit, erit hyperbaton: vt ſit, Dum tua luſtro veſtigia, ad me arbuſta reſonant, cum raucis cicadis. Sed melius eſt vt. ¶At.) Coniunctio ſit: & ita intelligamus, Theſtylis herbas tritas meſſoribus parat: Verum mecum reſonant arbuſta, cum raucis cicadis.

MANCINELLVS.

¶O crudelis.) O, doloris interiectio eſt hoc loco, potius, q̄ vocandi aduerbium: quod ſequentia indicāt. ¶Nihil mea carmina curas.) Theocritus in. iij. Ecloga, Non Amarylli audis, non vox hæc fertur ad aureis, Mœſta tuas. ¶Nil noſtri miſerere.) In. iij. quoq; Theocri. At tibi nulla mei virgo extat cura doloris. ¶Mori me deniq; cogis.) Theocritus ait in vltima, Poſtquā difficilis nunq̄ miſeratur amicum Ille meum, miſeroq; mori, ſed cogit amore. ¶Nūc etiam pe.) Arguit amoris ſe furore vexari: nā cum cæteri omnes, & animalia bruta quieſcant, ſolus tempore vagatur ſub ſole ardenti. ¶Nunc virides etiam lacertos.) Theocritus in vltima inquit, Quo nunc chare die, nitido flagrantibus auris Tendis inter virides rapido ſpineta lacertas? Symichia ſub ſole tegunt felicibus vmbris: Ac etiam obſcœnæ volucres, nunc frigus opacū, Et molles altis captant in mōtibus vmbras. ¶Theſtylis.) Ruſtica mulier: ſed veneficæ nomen in. ij. Theocriti Ecloga: de qua quidem ſic ille, Nanq; potes: tu nempe facis peiora venena, Quā Circe latio Medea vel improba Colchis. ¶Allia.) Allium antiqui, & inſanientibus dabant crudū: vt ſcribit Ply. li. xx. & Galeni authoritate, eſt alliū tyriaca ruſticorum. ¶Serpillum.) Id putant a ſerpendo dictum: ꝙ in ſylueſtri euenit. in petris maxime, ſatiuū non ſerpit. Medetur capitis doloribus, decoctum in aceto, illinitur temporibus, ac fronti cum roſaceo. Itē phreneticis: author Ply. lib. xx. ¶At mecum.) Ordo eſt. at dū veſtigia tua luſtro ſub ſole ardenti, arbuſta mecum reſonāt cicadis raucis. i. propter cicadas, vel cum cicadis. ¶Cicadis.) Cicadę, oleas maxime amant, vt minus vmbroſas: loca. n. frigidiora aſpernantur: quamobrem in opacis nemoribus eſſe nequeunt. Ariſt. id ſcribit lib. v. de anima. plura etiam Ply. xj. & Stra. li. vj. Cice. Theocri. item in vltima ait, Hic etiam graciles rapido ſub ſole cicadę, Vocibus aſſiduis crepitabant æſtibus aptæ.

Theſtylis. Theria ca ruſticorum. Serpillū Cicadæ

ASCENSIVS.

¶O crudelis Alexi, &c.) Ab hoc loco in finem vſq; recitatur carmē amatorium ipſius Corydonis: quod in principio animum, quodammodo amantis indicat: & inſolitum concentum parit. nam cum cætera fere carmina pentimemerim, hoc eſt primam tertij pedis, habeant vltimam dictionis: in his ſit illud quarto loco: ſicut etiā in illo, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Eſt pręterea mira vis in ſententijs: nam ſi quis ad mores trahere velit, dicat eos qui aliquos iuuare poſſent, cum inedia pereant occidere: quia enī nil noſtri misereris, mori me cogis. Probat autem ſe infeliciſſimum, & iniquiſſimos ſortitū amores, cum cætera omnia, ſolatium, aut conſolationem obtineant, ipſe autem nullam. Eorum vero quibus refrigerium, aut beneficium impendit, quadruplex eſt diſcretio. Nam in beneficio conferēdo, duo animaduertere ſolemus: bonitatē. ſ. eius, vt referre gratiam velit: & prudentiam, vt recognoſcat: tametſi. n. nil remuneratiōis, liberalis collator expectat: tamen duplex beneficium dediſſe videtur, qui grato dedit. Horum igitur, alij tantum boni ſunt: alij tantum, recognoſcentes: alij, neq; boni, neq; recognoſcentes: alij, & boni, & recognoſcentes. Tantum bonæ videntur pecudes innocuæ, quibus natura refrigerium præſtat, ſed non recognoſcunt, Tantum recognoſcentes, ſunt ingrati homines, vt ruſtici, qui ſcire poſſunt quid accæperint, referre tamen recuſant. Neq; boni, neq; recognoſcentes, ſunt lacerti, qui beneficio officiunt, ſi poſſunt. Et boni, & recognoſcentes, ſunt viri boni, & grati, qui ſoli beneficio digni ſunt: de quorum numero ſe eſſe ſatis innuit Corydon. vnde cum cæteris indignis, videlicet beneficium pręſtetur: dolet id ſibi denegatum. Per amaritudinem animi, exclamans, O crudelis Alexi. Si dicat, Alexis at qui crudelis? Reſpōdeat: quia nihil mea carmina curas: & nihil noſtri miſereris: ob quam rem me mori cogis, facisq; vt ſim omnium animantium miſerrimus: nā pecudes captant refrigerium ſub vmbris, lacerti in dumetis: meſſores per expulſionem caloris, a calore allij, quod eis a Theſtyli coquitur: at ego ſine refrigerio te quæritans, ardore conſumor: & extrinſecns propter æſtum ſolis, & intrinſecus ob ardorem amoris. ¶Ordo eſt. O Alexi. i. o puer formoſe: qui me formoſitate tua allexiſti: ſed reſponſo non dignaris, & ideo crudelis, tu nihil curas mea carmina: tu nihil, ideſt in nullo miſerere. i. miſereris (eſt enim p̄ſentis indicatiui) noſtri: deniq;. i. &: vt vno verbo crudelitatem tuam explicem: tu cogis me mori, cum cæteris animantibus etiam. Indignis refrigerium, ac ſolatium fiat: nam etiam pecudes, quæ licet bonæ ſunt, non recognoſcunt: tamen captant nunc vmbras, & frigora, ideſt frigus vmbrarū, aut ſub vmbris: & ſpineta. i. ſpinarum naſcentium congeries, & adunatio, occultant nunc etiam lacertos, ideſt eius generis ſerpentes: virides. ſ. in calore. Et Theſtylis mulier ruſtica, contundit meſſoribus, ideſt ſegetem metentibus: feſſis. i. fatigatis: & tentatis rapido æſtu. ſ. ſolis, allia, & ſerpillum, appoſitorie, herbas olēteis: & vim expellendi caloris, per calorem quem generant, habentes: ſed id nimium phyſice dixiſſet: vnde ruſtice vocant herbas olenteis: vt qui neſciat vnde vis ea expellēdi eis ſit. At. i. ſed (aduerſatiua (vt dixi) particula, contentioni apta) arbuſta, ideſt arbores vitiferæ, aut ſimiles conſitæ in latebris aruorum per quæ diſeurro: reſonant. i. referunt: me. i. cantilenam meam: cum cicadis raucis. i. aſſiduo cantu rauceſcētibus: hoc eſt, reſonant me: & cicadas. i. cantum meum & cicadarum: dum ego luſtro. i. inquiro: tua veſtigia. i. ſignacula pedum tuorum: ſub ſole ardenti. i. dū ego ardore conſumor, reliqua animantia refrigerio refocillantur. ſm Mancinel. Ordo eſſet. at dum veſtigia tua luſtro ſub ſole ardenti arbuſta mecum reſonant, cicadis: raucis, ideſt propter cicadas raucas, vel cum cicadis. Ego vero longe pleniorem ordinem puto, vt me, cum, diuiſis ſyllabis, & dictionibus, legam: & ſit loquutio Reſonant me: q̄lis in prima, Reſonare doces Amaryllida: & ſenſus ꝙ inueſtigando Alexim ſępe exclamauerit: ita: vt arbores in cōuallibus referant ipſum. i. vocem eius: aut reuera ipſum ſe incuſat, dicendo, Ah Corydon, &c. ſed potius priori modo adhæſerim: quia cum particula hinc, comitem ſignificat, æquipollens coniunctioni copulatiuæ, vt ſit Reſonat mecū cicadis raucis. i. & cicadas raucas: quæ tunc vehementiſſime canunt cum cauma intēſiſſimum vrget. Eſt autem manifeſtiſſima contentio dum cæteris requiem in vmbris, ſibi ſummam commotionem ſub ardenti ſole prædicat. ¶Crudelis.) Dicitur a crudo: ꝙ qui crudum, & male digerentem ſtomachum habent, immitti aſpectu, & feroci animo ſunt. Nec eſt contra amorem, ꝙ crudelem vocat. nam & deos per impatientiam, amantes, crudeles appellant: vnde illud eſt, Atq; deos, atq; aſtra vocant crudelia mater. Et illud Tibulli, Crudeleis diui ſerpēs nouus exuit annos, Formæ non vllam fata dedere moram. ¶Deniq;.) Particula tunc locū habet, quando multa vno verbo concludere volumus:

Ordo. At. Crudelis. Deniq;.

lumus: vt hic, Mori me deniq; cogis. Nã (vt Flaccus ait) mors, vltima linea rerũ eſt. ¶ Theſtylis.) Ruſtica mulier: a theſta auté: theſtylis, adiectiuũ, ſecunda longa deducitur. Cætera fere Mancinellus declarat: cuius verba ſunt. ¶ O crudelis.) O, doloris interiectio eſt hoc loco, potius q̃ vocandi aduerbiũ: quod ſequentia indicant. ¶ Nihil mea carmina cu.) Theo. in. iij. Eclo. Nõ amarylli audis, non vox hæc fertur ad aureis Mœſta tuas. ¶ Nil noſtri miſerere.) In. iij. quoq; The. At tibi nulla mei virgo extat cura doloris. ¶ Mori me deniq; cogis.) Theocritus ait in vltima, Poſtq̃ difficilis nunq̃ miſeratur amicum. Ille meum, miſeroq; mori, ſed cogit amore. ¶ Nunc etiã pecu.) Arguit ſe amoris furore vexari: nam cum cęteri oẽs & animalia bruta quieſcant, ſolus tempore vagatur ſub ſole ardenti. ¶ Nunc virides etiã lacertos.) Theocritus in vltima, inquit, Quo nunc chare die, nitido flagrãtibus auris, Tendis iter, virides rapido ſpineta lacertas? Symichia ſub ſole tegunt felicibus vmbris. Ac etiam obſcœnæ volucres, nunc frigus opacum, Et molles altis captant in montibus

Regulæ vmbras. ¶ Theſtylis.) Et cætera apud Manci. patent. Prima regula eſt: miſereor, potius genitiuum, q̃ datiuũ regit: miſeror accuſatiuum, & miſeret, ac miſereſcit vtrũq;: exempla nota ſunt: vt j. Æneí. O ſola infandos Troiæ miſerata labores. Et eiuſdẽ, Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores. Et apud Comicum, Atq; inopis te miſereſcat mei. In. ij. Æneid. videtur datiuo iungi, His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus. Secunda eſt: ſæpe per endiadem, in eodem caſu per coniunctioné ponimus: quorum ea ablata, alterũ eſſet genitiui caſus. vt hic, Vmbras, & frigora:

frigora: quaſi vmbrarum frigora. aliter tamẽ Seruius exponit.

PIERIVS.

❡ Mori me deniq; cogis.) Eſt quidẽ, cogis, præſenti tempore. In Oblongo, Vaticano, in Longobardico, & aliquot alijs codicibus antiquis. In Romano ſcriptum eſt, coges, terminatiõe futuri, quod peculiari quodam ſcriptionis more, i vocalem tertiam in e ſecundam, plurimũ eo libro conuertentis, factum crederẽ, niſi ſentẽtia eadem futuro tempore haberetur apud Theocritũ a quo dictum Virg. mutuatur, ἀπάγξασθαί μεποιήσεισ. ¶ Vmbras, & frigora captant.) In Mediceo codice, & aliquot plerisq; alijs, ac frigora, legitur. ¶ Allia ſerpillum.) Scribendũ, Alia, vnico l, cum antiquis codicibus doctorum etiam hominum ſententia decernit. Sunt qui nomini huic aſpirandum eſſe putent, propterea quod ab halo, halas, deducatur. Ne vero Haliũ, tetro tantum odore moleſtum eſſe putemus, eius quoq; ſyllaba pene vltima negocium faceſſit antiquis Grammaticis: cum ea iam ætate vulgatum eſſet per e, alleum, ſcribere: quod adhuc in vetuſtis aliquot codicibus habetur. ita & doleum, & palleum. Quocirca Soſipater eos reprehendit, qui pene vltimam hmõi in his nominibus per e notarent, cum apud Virgilium (ait ille) Allia: per i legatur. Neq; illud prætereundũ fuit quod in Romano codice pro, Serpyllum, ſcriptũ eſt, ſerpullũ, per u media ſyllaba. vt vulgo nunc Romę loquuntur. Idq; ea ratiõe factũ, quod y ex Græca voce in eam literã abierit. Nam ἕρπυλλοσ apud Græcos, nõ minus per υ ſcribitur, q̃ ἑρπυσμόσ & ἑρπύστησ. omnia ab ἕρπω (id enim nos aſpiratione in ſ mutata, ſerpo, fecimus) deriuata.

Nõnne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras:
Atq; ſuperba pati faſtidia? nõnne Menalcam?
Quanuis ille niger, quanuis tu candidus eſſes?
O formoſe puer, nimium ne crede colori:
Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur.

SERVIVS.

❡ Triſteis Amaryllidis iras.) Bene addidit triſteis. plerũq; enim, vt ait Terentius, amantium irę, amoris redintegratio eſt: vt verã irã oſtenderet, & non fictam illã quę aliquid gratię habere cõſueuit. Vnde Horatius, Vrit grata proteruitas. ¶ Superba faſtidia.) Ex faſtidio enim venit omnis ſuperbia. ¶ Nonne Menalcam.) Tres dicitur amaſſe Virgilius, Alexandrũ, quem donauit ei Pollio: & Cebetem puerum, cũ Leria puella, quos a Mecœnate dicitur accępiſſe. Vnde volunt quidam per Amaryllida, Leriam: per Menalcã. Cebetẽ intelligi. ¶ O formoſe puer.) Bene dicit Donatus ſuſpendendũ O, & ſic dicendum, Formoſe puer: vt intelligamus per iram eum aliud voluiſſe dicere: ſed in hæc verba, ne Alexim offenderet, amoris neceſſitate compulſum. ¶ Ne crede.) Ne confide. Salluſtius, Virtuti ſatis credebant. i. confidebant. ¶ Alba liguſtra cadunt.) Et ruſtice & amatorie ex floribus facit comparationem. Liguſtrum autem, flos eſt candidus, ſed viliſſimus. Vacinia vero, ſunt violæ quas purpurei coloris eſſe manifeſtum eſt.

MANCINELLVS.

❡ Nonne, &c.) Quod Amaryllida propter Alexãdrũ reliquerit, ſeſe arguit. ¶ Satius.) Melius. ¶ Superba faſti.) Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formã, Irriſum vultu deſpicit illa ſuo, Ouidius in faſtis, Menalcam, ruſtici pueri nomen. ¶ O formoſe puer.) O poteſt hic eſſe vocandi aduerbium: ſed melius, doloris interiectio. ¶ Crede.) Cõfide. ¶ Liguſtra.) Liguſtrum: arboris ge

Liguſtr. nus eſt. Ait enim Ply. li. xvj. ca. xxxj. Liguſtra teſſeris vtiliſſima. ¶ Vaccinia.) Itẽ, Italię in aucupijs ſata: Galliæ vero ẽt purpurea tingendi cauſa ad ſeruorum veſtes. Intelligi poteſt igitur liguſtrũ, albos flores producere, nulli rei idoneos Vaccinia vero nigros, ſeu purpureos, qui ad tingẽdas veſtes leguntur. Itẽ quoq; li. xiiij. inquit ſic: Liguſtrum eadẽ arbor eſt, quæ in Oriente Cyperos, ſuos in Europa vſus habet.

ASCENSIVS.

❡ Nonne, &c.) Legẽ amatori pręſcribit tacite, dicẽs, ſatius eſſe, aut Amaryllida ſuperbam amaſſe: aut Menalcã deformẽ: quia vtriuſq; amoris facilis fuiſſet medela. Dum. n. ſuperbe contẽnitur amans, ſicut ab Amaryllide. i. ſuperba, & reſplẽdẽte, ac pompoſa muliere in vrbe reſidente, ruſticus deſperans amari: amori modum imponit: & dum nimis facilem amorem inuenit, ſicut in non ſatis pulchris, facile ſui copiam facientibus: ilico ſatiatus abit. Vñ Hora. in odis, docet, gratã eſſe in puellis ꝓteruitatẽ. Satius ergo fuiſſet, aut Amaryllida ſuperbã, aut Menalcã facilem amaſſes, q̃ Alexim puerũ ſuperbũ quidem: ſed tamen forte blãdo aſpectu adlicientẽ. Nã ſtulti amatores, quidquid ab amatis ridetur, ſibi rideri putãt. Adloquitur ergo dilectum puerum cohortans

cohortans eũ ad amorẽ ſui: monensq; ne propter formã ſuperbiat: cũ non omnia quæ cãdida, eadẽ dilecta: nec omnia quæ nigra, cõtinuo aſpernata ſint. Nam liguſtra cadũt, & vaccinia leguntur: volebat autem, neſcio quid, amarius in Alexim dicere per exclamationem, incipiens, O, quaſi addere voluiſſet, puerum, inaniter ſuperbientem: cũ licet formoſus, non tamen dulcis ſit, aut quid ſimile: ſed ne amatum offendat, repreſſit vocẽ: aliud tandem inferens, ac dicẽs, Formoſe puer, nimiũ ne crede colori. ❡ Ordo eſt. Nõne. q. d. maxime; ſatius. i. melius fuit pati. i. perpeti, & pertollere: triſteis. i. veras, & non fictitias: ſed ex contemptu ſeuero procedentes: iras. i. proteruias: atq; pro &. i. ſuperba: faſtidia. i. ſuperbam contemptionẽ: Amaryllidis. i. qua me ſplendida amica vrbana, aſpernata tandẽ eſt, nonne fuit ſatius pati Menalcam paſtorem nigrũ & deformen, e cuius fruitione parum delectationis eſſet: vnde & eũ patiare, q̃uis ille. ſ. Menalcas, eſſet, ſupp. niger: & q̃uis tu, o Alexi, eſſes cãdidus. O. q. d. puerum inaniter ſuperbientem: ſed repreſſo ſermone tãdem, ſubdit: puer formoſe: ne crede. i. ne confidas nimium colori: quia liguſtra. i. flores liguſtri ligni: alba. i. licet albi, tamen quia inutiles, & ad nihil conducẽtes: cadunt. i. decidunt in terram nullis eos, aut ea colligentibus, & vaccinia nigra. i. flores vacciniorũ: qui licet nigri tamen quia vtiles ſunt: leguntur. i. colliguntur & ita deberet Menalcas verna vtilis: licet deformis a ruſtico potius amari: q̃ puer ſup. bus forma: & ad nihil vtilis. Seruius liguſtrum, & vaccinia flores, dicit: quod fortaſſe non omnino aſpernandum eſt. Nam ſicut poma, balſama, tura, hebenum, pro arbore, aut ligno: ita liguſtrum, & vaccinia, pro floribus, earum arborum poſuiſſe potuit: verum audiamus virum, per q̃ anxie doctum Beroaldum qui ita dicit, Apud Plynium legi liguſtrum, & vaccinia, magis inter arbores, q̃ inter flores numerari: qui in. xij. ſcribit, Cyperum appellari in Italia liguſtrum: & in. xxiiij. inquit, Liguſtrum eadem arbor eſt, quæ in Oriente Cyperos, cuius Acini contra Phthiriaſim ſunt efficaciſſimi. Idem in. xvj. refert, Vaccinia Italiæ in aucupijs ſata eſſe. Galliæ etiam purpurea tingendi cauſa ad ſeruorum veſtes. Hæc ille. Ex quibus patet, & liguſtrum, & vaccinia flores habere: nam acini: non ſunt ſine floribus, ſed liguſtri flores albos penitus inutiles: & vacciniorum nigros ad tincturam vtiles. Landinus quoq; ex Plynio & Columella docet, liguſtrum eſſe herbam: vt etiã apud medicos: ſed ſiue arbor ſit, ſiue herba, florem albũ habet: qui hic decidere intelligitur, non enim de ligno, aut cortice, diceret, ꝙ cadunt. ¶ Triſteis.) Hic accuſatiuus eſt pluralis. ¶ Superba faſtidia.) i. aſpernationẽ ex faſtu: qui fere, formoſitatis comes eſt. vnde Ouidius in faſtis, Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam, Irriſum vultu deſpicit

deſpicit illa ſuo. ¶ Ne crede colori.) Sic Iuuenalis Saty. ij. Fronti nulla fides, quis. n. nõ vicus abundat, Triſtibus obſcœnis? Regula eſt. Ne, particula, licet apud poetas frequenter cũ imperatiuo cõſtruatur. optatiuũ tñ prohibitiue poſitũ apud oratores efflagitat. dicit ergo Maro, Ne crede: ne ſæui magna ſacerdos: ne q̃re doceri. vbi orator diceret, ne credas, ne ſęuias, ne q̃ras. Nam Seruius cõſtanter dicit, ne ſic imperatiuæ formę non cõgruere, cũ tamen Comicus dicat, ne nega: cũ dicere potuiſſet, ne neges.

PIERIVS.

¶ Atq; ſuperba pati faſtidia.) Illud quoq; ſine riſu proferri nõ poſſe pleriq; iudicabunt, ſi, ſuperua, per u digãmon in Roma. codice ſcriptum eſſe dixero: cuius rationis tot Romæ, & alibi reperiuntur inſcriptiones. In Cælio mõte ſacerdoti, Venemerenti fecit. Ita paſſim Vonitatis, pro Bonitatis. Amauili, ꝓ Amabili. Incomparauili, pro incõparabili. Cuiuſmodi ſono & enunciatione eius literę, & Campania omnis, & Brutiorum populi, totaq; Italię pars, quę Græciam verſus vergit, adhuc vtuntur. Quinetiam clariſſimi literatura viri, tam ſcribendo, q̃ loquendo in familiari, domeſticoq; ſermone, ſuperuo, pro ſuperbo, dicunt: & hmõi reliqua. Ac ne vnius tantum codicis, aut corruptę ætatis noſtrę, abuſum hunc eſſe credamus, ſcimus præclarum olim virum Adamantium, quo deprauatam ſęculi ſui pronunciationem emendaret. De b, muta: & u, digammo: & vocali plurima diſputaſſe, ex quibus aliqd locis ſuis recitare minime grauati ſumus. Ac quantum ad præſens negocium facit, tradit is, Nomina, quæ in uus, exeunt biſſyllaba, per u, digãmon ſcribi, vt nouus, ſæuus, curuus, baluus, toruus. Ex quibus albus, tantũ diſcretionis gratia, per b mutã, ſcribi præcipit: quippe, vt differat a nomine, aluus, quod per u digammon ſcribitur. Hic vero agit de nominibus tantũ adiectiuis. Poliſyllaba vero, per b ſcribi iubet, vt ſuperbus, acerbus. Ex quorum tamen numero, proteruus, excipiatur. Nimirum viderat Adamãtius, & ſuperua, & alia huiuſmodi ex vſu pronunciationis, quę tẽporibus illis maxime vigebat, ſcriptitari: Græcitate iam ab imperij tranſlatione in vniuerſam Italiam illapſa. Nam inde pronunciationem eiuſmodi proceſſiſſe negarit nemo, qui vel prima, Græcarum literarum elementa percęperit. Quanq̃ non ſatis affirmare auſim, nos ne magis an illi Romanos veteres imitemur. ſed enim hæc alij viderint. ¶ Nonne Menalcã.) Antiqui omnes codices, quos viderim, Longobardico excæpto, Menalcan per n ſcriptum habent: quæ ſuauior eſt pronunciatio. ¶ Vaccinia nigra leguntur.) Et hoc ætate noſtra recæptum video, vt vacinia, vnico c ſcribatur, cum tamen in antiquis omnibus his exẽplaribus duplici cc ſcriptum inueniatur, vaccinia: idq; paſſim. Præterea Adamantius, ſiue (vt alibi legitur) Martyrius Adamantij filius (Nã omnino ea, quæ de b, & v, in compendium collegit, ab Adamantio patre ſe accæpiſſe fatetur) vbi quærit, vtrum vaccinium, an baccinium: vacca, bos, an bacca ſit ſcribendum, quippe per u digãmon, an per b mutam. Primas harum dictionum literas eo ſtatuit ordine, quæ poſt vac, alteram habeant conſonantem. Nam de va, vnã ſubſequente conſonante, ſuperius tractauerat. Quare tam huius authoritate, q̃ veterum codicum teſtimonio, vaccinia, duplicato cc, ſcribendum contenderim: & ita inferius corrigendum. Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim, quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, q̃ lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit,
Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec ſum adeo informis, nuper me in litore vidi.
Cum placidum ventis ſtaret mare. non ego Daphnim
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.

SERVIVS.

¶ Quàm diues niuei pecoris.) Tria ſunt quibus amatores poſſunt placere, Diuitijs, Pulchritudine, Cãtilena. quibus omnibus ſe valere cõmemorat. Et multi ſm Homerũ, qui ait, καὶ γάλα λευκὸν, legũt niuei q̃ lactis. Sed melius eſt, Quã diues pecoris niuei. Nã candidæ oues, in ingẽti ſunt pretio. Vnde in Georgicis legimus, Continuoq; greges villis lege mollibus albos. Item alibi, Munere ſic niueo lanæ, ſi credere dignum eſt. ¶ Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Theocritus, ἀλλ᾽ ὠυτὸσ τοιοῦτοσ ἐὼν, βωτᾶ χίλια βόσχω. ¶ Errãt.) aũt, cum ſecuritate paſcuntur. Et ꝙ ait agnæ, & a ſexu & ab ętate laudauit: nã ex fœmineo ſexu in pecoribus copioſior poſſeſſio ꝓuenit. ¶ Lac mihi nõ ęſtate nouũ, non frigore deſit.) Multo melius q̃ Theocritus: ille enim ait τυρὸσ δ᾽ οὐ λείπει μ᾽ οὔτ᾽ ἐν θέρει, οὔτ᾽ ἐν ὀπώρῃ, οὐ χειμῶνοσ ἄκρῳ. Sed quia caſeus ſeruari põt, non mirum eſt ſi quouis tempore quis habeat caſeum. Hoc vero laudabile eſt ſi quis habeat lac nouũ. i. coloſtrum, quod neutri generis eſt: nam fœminini eſſe penitus nõ poteſt. Sane hunc verſum male diſtinguens Virgilio maſtix, vituperat: Lac mihi non æſtate nouum, non frigore. deſit. Ideſt ſemper mihi deeſt. ¶ Amphion.) Dircæus in Actæo Aracyntho. Amphion & Zetus fratres fuerunt ex Ioue & Antiopa: ſed Zetus, ruſticus fuit: Amphion vero, muſicæ artis peritus. Sane Aracynthus, mons eſt Thebanus. Vnde actæo, litorali debemus accipere (Vt, At procul in ſola ſecretæ Troades acta) non Athenienſi: licet Athenæ primo ἀκτὶσ dictæ ſint. quãquam pleriq;, Actæo Aracyntho, Athenienſi accipiant, non ꝙ Aracynthus apud Athenas eſt: ſed vt oſtendatur ruſtici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam ruſticam ſimplicitatem, multa aliter q̃ res habeat, dicit. Hac ratione poteſt & Oaxis, Cretæ fluuius accipi: cum Oaxis ſit, vt diximus, Meſopotamiæ. ¶ Nec ſum adeo informis.) Verecunde ſuam commemorat pulchritudinem. Sic Cicero in Cæliana, Vt eum pœniteat non deformem eſſe natum. Nam pulcherrimum voluit dicere. ¶ In litore vidi.) Cum placidum ſtaret ventis mare. Negatur hoc per rerum naturam fieri poſſe: ſed Theocritum ſecutus eſt, qui hoc dicit de Cyclope, ἢ γὰρ πρᾶν ἐσ πόντον ἐσέβλεπον ἦσ δὲ γαλάνα. Sed illi eſt excuſatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclops: vel quia filius Neptuni eſt. Vnde quia ait, in litore: volunt quidam in aqua a fluctibus derelicta, ideſt, in lacuna litoris eum ſe videre potuiſſe. quã rẽ illud excludit, Cum placidum ventis ſtaret mare. Sed ideo

ideo in mari imago nõ cernitur, quia nõ ſtat: quod ſi ſtet, non põt etiã nobis imaginẽ reddere. ¶ Nõ ego Daphnim.) Daphnis filius fuit Mercurij, formoſiſſimus puer: qui primus dicitur paſtor fuiſſe. ¶ Si nunquam fallit imago.) Nulla enim res ita decipit, quem admodum imago. Nam & in ſpeculo cõtraria oſtendit vniuerſa: & in aqua, remum integrum quaſi fractũ videmus. quod etiam Cicero in Tuſculanis plenius docet. ¶ Iudice te metuã.) Ac ſi diceret, Qui meã deſpicis pulchritudinem.

PROBVS.

¶ Amphion Dircæus.) Amphionẽ, & Zetũ, Euripides: & apud nos, Pacuuius: Iouis, ex Anthiopa, Nyctei filia, ait: natos cãtando potuiſſe armẽta vocare. Teſtãtur id Thebę, quas Apollonius in Argonauticis, a fratribus antedictis, muro eẽ clauſas, ait: Sed Zetus humeris ſaxa cõtulit operi. Amphion cãtu vocauit: ſiquidẽ ſenſus animalium, facilius q̃ ſaxa vincũtur: Pannyaſis & Alexander, lyrã a Mercurio muneri datã dicit: quod primus Cynaram liberauit. Dircæeum aũt dixit pro Thebano, a fonte Dirce. ¶ Actæo Aracyntho.) Amœno monte Thebano, quem Actęum dixit, non Atticum: ſed ꝙ ibi Actæon, a canibus ſit laceratus.

MANCINELLVS.

¶ Deſpectus tibi ſum.) Tertia Ecloga Theocritus ſcribit, Chara Amarylli animo ſemper gratiſſima noſtro, Cur miſerum viridi latitans formoſa ſub antro Me fugis, & vocitas, tu me nõ amplius vnq̃, Nimirum tibi deſpectus ſum, meq; peroſa es? ¶ Nec qui ſim.) Legendum eſt, qui, non quis. ¶ Quàm diues.) A tribus ſe laudat: diuitijs, cantu, forma: his. n. rebus poteſt adlici amor. ¶ Pecoris niuei.) Color enim albus, vt etiam ſcribit Columella lib. viij. tum optimus eſt, tum etiam vtiliſſimus: ꝙ ex eo plurimi fiunt. ¶ Lac mihi non æſtate nouum.) Indicat ſuas oues optimas eſſe: adeo ꝙ nec æſtate, nec hyeme conrodantur. Nam (vt inquit Columella lib. viij.) id pecus frigoris impatientiſſimum eſt: nec minus æſtiui vaporis. Lac nouum. i. recens: intelligit enim illud de quo Varro lib. ij. ſic ait: A mulgendo: atq; ortu, optimum eſt id quod neq; longe abeſt a mulſa, neq; a partu continuo eſt ſumptum. Id autem dixit propter Coloſtrã, quæ mala eſt: de qua quidem Columella li. viij. ſic ait: Agnus autem cum eſt editus erigi debet, atque vberibus admoueri, tum eius deductum os preſſis humectare papillis, vt condiſcat maternũ trahere alimentum: ſed priuſq̃ hoc fiat, exiguum emulgendum eſt: quod paſtores, coloſtram vocant: ea niſi aliquatenus emit-

Amphion. titur,nocet agno.¶Deſit.) Ita legendum eſt:non deſit,per ſ:ſed
per f,defit.¶Amphion Dircæus.) Amphiō, Iouis filius:primus
inuenit muſicam:primus item cum cythara cecinit:primus illā
inuenit:vt alij:Orpheus:vt alij, Linus : Plyn.author lib.vij.De
hoc Hora.ait in arte,Dictus & Amphion , Thebanæ conditor
vrbis, Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blāda Ducere quo
vellet.Soli. vero ait : Thebas condidit Amphion : non ꝙ lyra,
ſaxa duxerit : neque enim par eſt,ita geſtum videri , ſed ꝙ affa/
tus ſuauitate,homines rupium incolas:& incultis moribus ru/
des ad obſequij ciuilis pellexerit diſciplinam.Apud Thebas au
Aracynthus. tem (eodem authore) Dirce fons eſt,inde Dircæus.¶Actæo Ara
cyntho.) Mons eſt Aracynthus,clarus in Acarnania , Epiri par/
te:vt docet Plyn.lib.iiij.Actæo autem,ideſt litorali.Actæ enim,
litus dicitur.Lactan.vero lib.iiij.th.ſcribit,ꝙ Actæa,dicitur re/
gio Attica:vnde Virgilius , & montem Atticum Aracynthum,
Actæum dixit.Prob.autem ſic ait , A monte amœno Thebano:
quem Actæum dixit,non Atticum : ꝙ ibi Actæon a canibus ſit
laceratus . Nec ſum adeo informis . Poly. quoque.vj.Theocri.
Ecloga.ad Gala.ait,Nec ſum adeo informis fama iam notus in
orbe , Nuper in obliquo ſpeculans me litore vidi , Cum placi/
dis ventis ſtaret mare Daphnin . de hoc circa principium dixi/
mus:cui & Maro imo illud epitaphium ſcribit,Daphnis ego in
ſyluis,hinc vſque ad ſydera notus , Formoſi pecoris cuſtos for
moſior ipſe.Ipſe idē in ſecūda Theo.ait, Ille ego ſum Daphnis,
cui lætis paſcere campis,Cura boues domitos,& duros duce/
re tauros, Fōtibus,& liquidis plenas depellere vaccas.¶Si nun
quā fallit imago.) Id dixit,quia vera imago , vix apparere po/
teſt in aquis.vnde vt etiam Alexāder Aphrodiſeus in Prob.ſcri.
Nummus & pomum in aqua,maiora q̃; ſint videntur:ꝙ adiun
cta ipſis aqua,eorum recipit colorem,aſpectumq́; decipit:vt po
te quæ maiora videantur,&c.

ASCENSIVS.

℄Deſpectus tibi ſum.) Reſpōdet per antipophoram tacitæ ob/
iectioni,ſi enim Alexis dicat , Non ſum crudelis Corydon , ta/
metſi te non redamo : quia amabilis non es : ad hoc Corydon
oſtendit ſe quidem amabilem:& habere omnia , quæ ad conci/
liandum amorem valent,diuitias,ſuauitatem vocis,ac comita
tem ſermonis,& formam non deſpectabilem:ſe tamen nō ama
tum:quia deſpectum:vnde ſicut Sappho docet apud Ouidium,
vt nigræ puellæ ſæpe amatæ ſunt , quia amanter inſpectæ : ſic
formoſæ neglectæ quia deſpectæ.dicit ergo Corydon,o Alexi,
Ordo. tu deſpicis me,nec quæris qui ſim q̃; diues,q̃; ſuauiter cantans,
& q̃; non difformis:quod ſi inquireres,forte me amares.℄Or
do eſt.O Alexi,ego ſum deſpectus tibi,ideſt cōtemptus a te:nec
quæris.i.inquiris , aut attendis:qui.i.qualis ſim : videlicet q̃;.i.
quantum diues,pecoris niuei.i.ad æquiparantiā niuis albi,cu/
ius pretioſiſſima eſt lana:& ad purpuram vtiliſſima,& q̃; abun/
dans lactis.Quod ſi neſcis.Mille agnæ.i.oues fœmellæ ad pro/
pagationem aptæ:errant.i.in latis paſcuis paſcuntur : mihi.i.ad
vtilitatem meam,quia meæ ſunt,in montibus Siculis.Hic ma/
nifeſte deprehenditur,non de ſe omnino loqui poetam,ſed imi
tari Theocritum Siculum. Lac nouū.i.recens mulſum : non de/
ſit.i.non deficit mihi æſtate:nec frigore.i.hyeme:ſed licet ruſtice
ſignificantius dicit,æſtate,& frigore:q̃; ſi dicat Iulio,& Decem
bri:nam æſtas,dicitur ab æſtu:æſtu autem & frigore,lac in vac
cis & pecudibus imminuitur . Si ergo in Iulio fuerit tempera/
tum cauma,lac abundare poſſet:ſicut & in hyeme , tepida:licet
non tantum,ac in vere.Ego canto,ſup.ea q̃ Amphion Dircęus.i.
Thebanus,vates,& optimus muſicus ,ſolitus,ſup.eſt canere : in
Aracyntho,monte Acarnaniæ Actæo.i.litorali:ſi vocabat,quā/
do,ideſt aliquando : armenta.i.maiora animalia , quibus armi
eminent,vt ſunt boues,tauri , &, vaccæ. Plyn.vt Beroaldus in
Aracynthus. Seruium notauit,dicit lib.iiij.Aracynthum eſſe montem Acar/
naniæ:quæ eſt pars Epiri . Sed quomodo Amphion Thebanus
dicit̃ in Acarnania cecinisse:niſi dicas vt Seruius,ruſtice loquu
tum,& regionem ignoraſſe:aut ſequamur Probum dicentē ſic:
A monte Amœno Thebano ,quem Actæum dixit , non Atticū,
ꝙ ibi Actæon a canibus ſit laceratus.Mihi pręcipue placet,ruſti
ce loquutum,& erraſſe Corydona,quod ex pluribus coniectu
ris aſſequor : & quia Theocritum imitatur:qui errores imperi/
tis non imperite aſſignat,ſicut & Plautus,ſeruis minus grāma/
ticas dat loquutiones. In quibus papauerem gutturem,& ſimi
lia enunciant:& militi nō recte pronomine ſui,vtenti:vnde cō/
uenit vt amanti,quaſi amenti,detur imperitorum ſermo : ſicut
Comicus,ſeruum non amantem,domino amante prudentiorē
facit.Præterea verſus ipſe durior eſt:vt qui in quinto pede in rei
lætæ,
lætæ,videlicet & cantilenæ , narratione ſpondæum habet : nec
eum ſatis artificioſe poſitum:nam neq; dactylum in quinto ha
bet:neq; quantitatis ſatis conſtat ratio:quę vult,vt vocalis an/
te vocalem in diuerſis dictionib.eiuſdem verſus abijciatur : aut
ſaltem abbreuietur:ſicut ibi,Et longum formoſe vale,vale , in/
quit Iola.& ibi, Imponere Pelio Oſſam . dicamus ergo in Ara/
cyntho monte Acarnaniæ,quem tamen forte Corydon Theba/
num putauit.ſi non ſinas comminiſci Amphiona Dircęum:quo
tempore a patre expulſus erat ad Epirum ſe contuliſſe,ꝙ Cory/
don Siculus audiſſe poterat,quāuis in promptu non ſit a quo.
Nam ſæpe occurrunt loci in poetis , qui aut ſemel tantum , aut
nuſquā alibi leguntur,quæ res Plautum obſcuriorem facit.Sed
ad ordinem redeo.Nec ſum adeo,ideſt vſq; adeo:informis , id/
eſt ſine forma:hoc eſt,formoſitatis expers , vt ob id repelli de/
beam:ego vidi nuper.i.pauloante : me.i.imaginem & effigiem
meā in litore:in aqua,ſcilicet pluuiali illic collecta,aut a maris
refluxu derelicta : cum,ideſt quando : mare placidum.i.placa/
tum:& immotum:ventis ſtaret.i.immotum maneret.Ego non
metuam Daphnim paſtorem Siculum , & filium Apollinis in/
dulgentiſſimum,ideſt non verear contendere cum Daphni,aut
Daphnide de formoſitate:te iudice.i.iudicante:ſi imago nunq̃;
fallit.i.ſi talis ſum,qualis mihi in aquis viſus ſum:qa ſolēt pul/
chriores apparere facies in ſpeculo,aut aquis viſę,q̃; ſint.¶Qui
ſim.) Durus eſſet ſibilus ſi quis ſim , legeretur : quia concurſus
eiuſdem literæ.Siculis in montibus.Ex hoc loco manifeſtiſſime
conuincitur Corydona,non omnino ſignificare Virgilium : nā
vnde eius agni,in Siculis montibus errent?dicere tamen poſſu/
mus , ſic eas illic errare: vt in.j.Ecloga dicta eſt , Sepes depaſta
apibus Hyblæis,quæ etiam Siculę ſunt : nā in omnib.fere a Si/
culo Theocrito aliq̃d ſumit.vñ dicturus eſt, Sicelides muſę,&c.
¶Lac n.) Bero.carpit Ser.quia coloſtrum,dicit,lac nouum,tātū
neutro genere dici his verbis . In tā paucis verbis duplex eſt er
ror manifeſtarius : nā & fœminino genere,coloſtram , reperiri
oſtendit Columel.in.viij.his verbis : Exiguum emulgendū eſt,
quod paſtores,coloſtram vocant:ea niſi aliquatenus emittitur,
nocet agno.Et Plau.in Penulo,fœminino genere vſus eſt,Mea
coloſtra,meus molliculus caſeus.Præterea coloſtrum,non ꝓ/
prie ſignificat lac nouum,ſed eſt ſpongioſa denſitas lactis,a par
tu:vt author eſt Plynius:ad quod adluſit epigrāmaticus poeta
illo diſticho, Subripuit paſtor , q̃ nondum ſtantibus hœdis , De
primo matrum lacte,coloſtra damus.A coloſtro,coloſtrati di/
cuntur infantes:Cætera,vt hęc proſequitur ſatis exacte Manci
nellus,cuius verba iam præpoſui . Addere potes , ꝙ paſtorum
mos eſt:dū armenta,aut gregē vocant : vt ſe domum referant,
q̃ſi recęptui canere:& dulcius modulari iam peractis laboribus
diurnę cuſtodię.¶Deſpectus.) Dicitur aūt a deorſum,& ſpecio, Deſpicio.
verbo antiquo:& ſępe ſignificat,deorſum inſpicere,citra contē
ptum:vt cū Iuppiter:hoc eſt deus,deſpicit ſuos,ſicut Æneid.j.
Deſpiciens mare veliuolū , &c.quia tñ qui aſpicere , ac ſuſpicere
in quēpiā nolunt,eum contemnunt,& aſpernantur:pro eiſdem
verbis accipi ſolet.Prima regula eſt:quædam verba,& partici/ Regulæ.
pia,paſſiuæ ſignificantiæ,regunt datiuum reſolubilem in abla/
tiuū a quo:vt deſpectus,dilectus , viſus tibi.i.a te.Secunda : Vi/
tandus eſt creber eiuſdem literæ ſtrepitus:quem s litera præci/
puum habet,non ergo dices , quis ſim q̃ris Alexi , ſed nec q ſim
q̃ris Alexi.Tertia:q̃; accęptum pro eo,quod eſt,quātū,poſitiuo
quadrat,pro quanto,licet rarius,cōparatiuo:pro valde ſuperla
tiuo:ſed cum poſitiuo fere figurata loquutio eſt : aut dubitati/
ua,ſeu infinita:vt neſcio q̃; diues ſis:aut interrogatiua,vt,q̃; di/
ues es?aut relatiua:vt,tam diues,q̃; honeſtus : aut admiratiua,
vt o q̃; diues eſt qui ſujs contentus eſt:aut ſimilis . Exemplum
de comparatiuo , vt,q̃; magis illa tremens ; tantomagis effera
flammis:q̃; magis.i.quanto magis.De ſuperlatiuo.vt,vir q̃; di/
tiſſimus:aut,q̃; maxime diues.

PIERIVS.

℄Deſpectus tibi ſum,nec quis ſim quęris.) In Mediceo,& an/
tiquis aliquot alijs codicib.legere eſt,nec qui ſim.quod ſi diligē
tius perpendas.forte non diſplicebit . Nam diſtinctionem inter
quis ,& qui,traditam a Grammaticis,minime ſeruari ab autho
ribus alibi oſtendimus.¶Quàm lactis abundans.) Oblōgus co/
dex,Vaticanus,Longobardicus,Mediceus,& aliquot alij,ver/
bum habundo,cum aſpiratione ſcribunt : non quod ab habeo,
deſcendit:ſed vt vox fiat incitatior.Ea enim de cauſa pleriſq; di
ctionib.veteres adſpirabant:vt patet in heluone.Quanquam li
teratiſſimi viri ſcriptis prodidere præter rationem, adſpiratio/
nem præponi huic verbo:quod ex ab , præpoſitione,& vndo,
vndas,

vndas,fiat. Non ego Daphnim.) In multis,Daphnin, per n, finali litera,ſcriptum inuenias.quod ita eſſe debere oſtendit verſus ille,Daphnin ad aſtra feremus.Nam ſi per m eſſet,colliſioni locus foret. Si nunquam fallit imago.) In Romano codice, in Mediceo,in Longobardico,in Oblōgo,Vaticano, & pleriſq; alijs,fallat,ſcriptum,ſubiunctiui modi declinatu.

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atq; humileis habitare caſas,& figere ceruos,
Hœdorumq; gregem viridi compellere hibiſco.
Mecum vnà in ſyluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cæra coniungere plureis
Inſtituit.Pan curat oueis,ouiumq; magiſtros.
Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum,
Hæc eadem vt ſciret,quid non faciebat Amyntas?

SERVIVS.

Tibi ſordida rura.) Vtinā libeat tibi mecum habitare rura tibi ſordida, ideſt quæ tu putas ſordida: nam bis accipimus. Tibi, Atque humiles habitare caſas.) Sane melius, habito illam rem: quàm,habito in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentatiui,accuſatiuum regit: vt,habeo illam rem. Inde fit,habito illam rem: non,in illa re: vt,habitare caſas. Figere ceruos.) Aut furcas, quæ figuntur ad caſæ ſuſtentationem: quæ dictæ ſunt cerui, ad ſimilitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius eſt) figere ceruos, ideſt venari & iaculari,intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quàm ad laborem inuitare videatur. Viridi hibiſco.) Ad hibiſcum compellere, ſcilicet a lacte depulſos. Hibiſcus autem,genus eſt herbæ:& ſic dixit hibiſco, ad hibiſcum, vt, It clamor cœlo, ideſt ad cœlum. Imitabere pana canendo.) Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan,deus eſt ruſticus,in naturæ ſimilitudinem formatus.Vnde & Pan dictus eſt, ideſt omne.habet enim cornua in radiorum ſolis, & cornuum lunæ ſimilitudinem. rubet eius facies, ad ætheris imitationem.in pectore nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem.pars eius inferior, hiſpida eſt propter arbores,virgulta, feras,caprinos pedes habet,vt oſtendat terræ ſoliditatem.fiſtulam ſeptem calamorum habet propter harmoniam cœli:in qua ſeptem ſoni ſunt,vt diximus in Æneide, Septem diſcrimina vocum. ῥάβδον habet,ideſt pedum, hoc eſt baculum recuruum,propter annum qui in ſe recurrit: quia hic totius naturæ deus eſt. Poetis fingitur cum amore luctatus: & ab eo victus:quia,vt legimus, Omnia vincit amor. Ergo Pan, ſecundum fabulas,amaſſe Syringam nympham dicitur: quam cum ſequeretur, illa,implorato Terræ auxilio, in calamum conuerſa eſt: quem Pan,ad ſolatium amoris incidit, & ſibi fiſtulam fecit. Sane ſciendum,Pána,pa,habere accentum.Græca enim monoſyllaba quæ ad nos tranſeunt, creſcunt in obliquis caſibus: & in genitiuo & datiuo tantum ſingularibus, vltimæ ſyllabæ accentum dant.vt, Pános páni,Lyncos lynci. Plurales etiam iſti duo habent accentum: licet ad nos tranſire non poſſint. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.) Non tibi parum videatur. Terentius, At enim quantum hic operis fiat, pœnitet. Ideſt parum videtur.Et nōdum pœniteat triuiſſe.præteritum pro præſenti poſitum vſurpatiue eſt: quod in defectiuis licenter fit,vbi præſens non inuenitur.Vt, Quanquam animus meminiſſe horret. Labellum.) Paruum labrum.Hinc inaniſſimam quidam tentant facere diſcretionem:vt virorum labra,mulierum labia dicantur. Quid non faciebat Amyntas?) Quemadmodum mihi non obſequebatur? Et ex affectu alterius hunc cogit.

MANCINELLVS.

O tantum libeat.) O,aduerbium. Tibi ſordida.) Quæ tu ſordida putas. Hibiſco.) Paſtinacæ ſimile hibiſcum: oſſibus fra
Hibiſcꝰ. ctis medetur.folia eius,ex aqua pota,aluum ſoluunt. Ply.li.xx. Pan primus.) Ab exēplo conatur adlicere puerum, ad fiſtulæ gratiā.Pan autē(vt Herodo.li.ij.ſcri.)è Penelope & Mercurio
Pan. genitus,dicitur à Græcis.volebant autē per ipſum Pana,vniuerſæ ſubſtantiæ materialis dominatorē ſignificari:de quo late Macro.lib.j.Satur. Fiſtulam vero, Pan primus inuenit: teſte etiam Ply.lib.vij.Meminit itē Oui.lib.j. Metamor. Pœniteat.) i.pigeat,vel tædeat.Teren.in Phormio.Noſtri noſmet pœnitet. Amyntas.) Ab vltima Theocriti nomē ſumpſit Maro:eſt enim ibi,Tres comites gelidas ibamus alētis ad vndas Eucritus,inde ſimul mecum formoſus Amyntas.

ASCENSIVS.

O tantum libeat,&c.) Bono ordine procedit cantilena Corydonis.licet prius incondita ceciniſſe dictus ſit,ꝙ per impatientiam amoris,non cohærentia canit.Nā poſtq̃ oſtenderat, amicum puerum eſſe crudeliſſimum:qui carmina eius non curaret.& ſe miſerrimum, qui nihil refrigerij impetraret:nec amaretur quāuis ſit redamari digniſſimus: vtpote diues,formoſus,& bene canens:idq; eueniſſe ſatis docuiſſet,quia deſpectus eſſet vſq; adeo,vt Alexis nō dignetur inſpicere quis eſſet:prudenter inuitat eum ad commercium,ac ſocietatem:vt.ſ.ex familiari conſuetudine ab eo amari mereatur. Maxime autem eſt fiduciæ,quod dicit, ò tantum libeat.q.d.vnum peto,vt mecum conuerſeris: & vici, quia tanta eſt mihi morum comitas & ſuauitas: vt non poſſis me non redamare. Ordo eſt.O,optandi particula.q.d.vtinam ſic eſſet, Ordo.
ò Alexi:vt tantum.i.tantúmodo libeat tibi habitare mecū,rura ſordida tibi.i.ad exiſtimationem tuā: cum tamen ſordida non ſint:ſed quondā à dijs culta,atq; caſas humiles.i.tuguria humilia & demiſſa.Et figere.i.transfigere ceruos venando.ſ.aut figere in terra.ſ.ceruos.i.ſtipites cornutos,ac furcas ad caſam cōſtruendā:verum prior lectio præſtat: quia inuitat puerum delicatum ad rem placidam,quæ eſt venatio:non ad duram,vt eſſet furcarum fixio:& compellere gregem hœdorum:viridi hibiſco.i.ad viride:aut viridē hibiſcum(vtroq; enim modo dicitur)tu imitabere mecum:vna.i.pariter,aut conformiter:Pana.i.deum paſtorum canendo in ſyluis:id enim Pan feciſſe dicitur:vnde ſubdit,Pan inſtituit.i.ſtatuit primus:cōiungere plureis calamos.i. fiſtulas,aut culmos:cera.i.glutino cereo:Pan curat oueis,& magiſtros ouiū.i.paſtores.Nec,ò Alexi, pœniteat te.i.parū videatur tibi, aut pœnitudine,ſi feceris,afficiat te: triuiſſe calamo.i. frequenti inflatione calami,ac fiſtulæ: labellum.i.tenellum labrum tuum:nam quid non faciebat Amyntas paſtor ille non ſatis eruditus in muſica,ſed ob id inuidioſus,vt ſciret hæc eadē.ſ. ad quæ te inuito.ſ.vt ſciret terere labellum inflando calamum q.d.nihil non faciebat, ſed omnia faciebat. Quæ expoſitionis egent,habita ſunt ex Mancinello.Regula eſt. Locum in quem, aut ad quem aliquid infertur,tendit aut dirigitur, Virgilius ſæ Regula.
pe in datiuo ponit,vt cæteri authores,repetita præpoſitione in accuſatiuo,vt,Compellere hibiſco.i.ad hibiſcum. It cœlo, clamorq; virum,clangorq; tubarum Obuertunt pelago proras.i. in pelagus,aut pelagus verſus.

PIERIVS.

Pan primus calamos cera cōiungere plures Inſtituit,Pan curat oueis.) In Romano codice,Primum,legitur aduerbialiter, ſed primus,omnino melius,vt in alijs habetur.Eſt & illud pluris,& ouis,per i,Veliano more. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.) In Romano codice,& aliquot alijs manu ſcriptis, pæniteat per æ diphthongum primam habetur.Sed,o,ei formę inſitum eſt ex etymologia,cum pœnitentia, dicta ſit,quod pone teneat.Sane vero pręteritum à tero,teris,teruiſſe eſſe debuit,ait Vel. Longus maluiſſe tamen Virgiliū,triuiſſe,dicere.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula,Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens,te nunc habet iſta ſecundum.
Dixit Damœtas,inuidit ſtultus Amyntas.
Præterea duo,nec tuta mihi valle reperti
Capreoli,ſparſis etiam nunc pellibus,albo

SERVIVS.

Diſparibus ſeptem compacta cicutis.) In ęqualibus cannis.Nā & harmonia,inæqualis eſt.Cicuta aūt eſt ſpatium quod eſt inter cānarū nodos. Compacta.) Coniuncta.vt, Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe. Te núc habet iſta ſecundum.) Commēdat munus:& ex eo quòd ei hęreditarium datum eſt:& ex eo quòd inuidiam meruit. Nam res optimæ, & difficile donantur à viuis:& acceptæ, facile merentur inuidiā. Nec tuta mihi valle rępti Capreoli. Commendat à difficultate.

Bina die ſiccant ouis vbera, quos tibi ſeruo.
Iampridem a me illos abducere Theſtylis orat,
Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra.

te. Sic in primo, Relliquias Troia ex ardente recæptas. ¶ Sparſis pellibus albo.) Qui habent adhuc maculas a prima ætate venientes. Acceſſu enim temporis, mutant colorē: & eorū maculę eſſe gratiæ minoris incipiunt. Ergo hic dicit, Seruo tibi capreolos, qui adhuc ſunt pellibus albo ſparſis. ¶ Quos ēt nūc tibi ſeruo.) i. quos adhuc tibi ſeruo: licet roger a Theſtyli amica, q̄ hoc a me cupit abducere. ¶ Siccant.) Sugunt. ¶ Orat abducere.) Orat vt abducat. figuratū eſt: vt donat habere. i. donat vt habeat. ¶ Et faciet.) Noluit dicere, & faciam: ne quem amabat offenderet. ſi ſe velle alteri dare munus diceret quod ei parauerat.

MANCINELLVS.

¶ Eſt mihi.) Laudat munus, quo facilius attrahat puerū. ¶ Compacta.) Cōiuncta. ¶ Damoetas.) Paſtoris nomen, a. vj. Theocriti ſumptum: eſt enim illic, Compulerant pecudes Daphnis formoſus in vnū, Damoetasq; ambo dulces admittere cantus Edocti. ¶ Bina die ſiccant.) Theocritus quoq; ait in. iij. Binos lactifero, q̄ nunc alit vbere fœtus. Nō tibi ſeruabo poſt hac ingrata capellā, Merens hanc dudum tentauit Erithacis a me Sumere pulchra, decensq; comis, & fuſca colore, Donaboq; illi, poſtq̄ tu ſpernis amores Dura meos, certasq; tuum me ludere amantem.

ASCENSIVS.

¶ Eſt mihi, &c.) Inuitauit Alexin Corydon, ad ſecum habendā in ſyluis exercitationem. ſ. ad venationem, & ad amicum commercium, ac ſtudium cantandi, more Amphionis, & panos: & nunc inuitat eundē ad munera accipienda, quę illi parata habet: dicens: ſe habere fiſtulā affabre factā, ex teſtamento amici morientis: & capreolos, ex venatu periculoſo acquiſitos. ¶ Ordo eſt. Fiſtula. i. inſtrumentū muſicum quod inflatur, fitq; ex tibijs gruum, interdum aut herba fiſtuloſa, ſeu cōcaua: aut ex culmo, aut ligno cauato, aut quouis metallo: compacta. i. cōſtipata, & cōdelata: ſeptē cicutis. i. internodijs cicutę herbę fiſtuloſę, diſparibus. i. diuerſæ quantitatis, & ſoni, quod ad artē muſicā pertinet: quā. ſ. fiſtulā, Damoetas paſtor ille bonus, & muſicę peritus, ac ſingularis amicus meus, dedit mihi dono. i. (vt dicunt) in donum, & pro peculiari dono: & ipſe moriens, ideſt cum iam eſſet prope exitum vitę: nec poſſet amplius eam poſſidere: dixit, ſup. ad me: o Corydon, iſta, ſup. fiſtula, quā modo tenes: ſed eā non nominat, quia proprijs manibus moribundus porrexerat: habet te nunc ſecundum, ſup. poſſeſſorem: quia quādiu mihi ſpes vitæ fuit, nulli tam amico eam concedere volui: Damoetas, inquā, dixit, ſup. hoc: & Amyntas, paſtor ille ſtultus. i. perdite eam amās: inuidit. i. inuidia cōmotus eſt. Præterea. i. præter & vltra, hanc fiſtulam, duo capreoli. i. caprearum: hoc eſt, caprarum ſylueſtrium: fœtus iuniores ſparſis pellib. i. quib. pelles ſunt ſparſæ: aut habenteis palleis ſparſas, etiam nunc. i. adhuc: albo. i. maculis albis: nec. i. & non: & reperti cū difficultate inuenti: mihi. i. a me: valle non tuta, ſed periculoſa: ſiccant. i. omnino exugunt, aut ſugendo emulgent: die. i. quotidie: bina vbera. i. ambas mammas: ouis. i. pecudis fœtæ: quos. ſ. capreolos, ego ſeruo tibi. i. ad commodum tuum, vt tibi eos dono dem, vbi veneris ad me. Theſtylis, mulier illa ruſtica, ſed venefica, & amatorijs intenta: orat iampridem, ideſt iam a pluſculo tempore ex quo incœpit orare: abducere. i. vt abducat, aut vt poſſit abducere. i. a me ad ſe ducere: & faciet, ideſt abducet: quoniam noſtra munera ſordēt, ideſt ſordida videntur tibi. Artificioſe igitur commendat munera ſua, ſicut & Phædria Terentianus in Eunucho præcipit dicēs, Munus noſtrū ornato verbis quoad poteris: quod faciens Parmeno Eunuchum, hoc eſt Cheream, in ſpecie Eunuchi, commendat ab arte, ſicut hic Corydon, fiſtulam: dicens, Fac periculum in

Ordo.

in muſica, &c. ſed ille docet artificem eſſe Cheream, hic fiſtulam artificioſe factā: & Æthiopiſſam commendata difficultate acquirendi, dicens, Ex Æthiopia eſt vſq; hęc: ſicut hic, Corydō, nec tuta mihi valle reperti. vnde & Æneid. j. Relliquias Troia ex ardente recæptas. Commendare autem opus ſuum, proprium eſt poetæ: quem ſe Corydon prædicauit, dicens, Canto quæ ſolitus, &c. Vnde Flaccus carminum. iiij. ad Margium, Gaudes carminibus carmina poſſumus donare, & pretium dicere muneri. Pretium ergo fiſtulæ, ex multis accumulat: Primo ex artificio, quia ſeptem diſparibus compacta eſt cicutis, quaſi ſeptenas ſphærarum ſyrenas ęquiparet: Deinde, ex poſſeſſore, quia Damoetas qui etiam inſequenti Eclo. optimus muſicus oſtenditur, eam poſſedit ad mortem vſq;: ita vt iam moriens, eam manu teneret, & diceret, Te nunc habet iſta ſecundum. Tertio, ex inuidia Amyntæ, qui eam vſq; adeo amauit, ac concupiuit: vt priuatus ea, ſtultus efficeretur: vnde dicit, Inuidit ſtultus Amyntas. Sunt & alia non contemnenda, fiſtulam cōmendantia: vt quia, dono dedit, quaſi nullo pretio vendere voluiſſet, nec dare, niſi moriens: & q̄ habet, non habetur. In capreolis autem, non minor eſt commendatio. Et quia duo, quod indicium eſt bonæ, & fœcundæ matris. Et quia capreoli, qui cariores ſunt q̄ hœduli cicures, ideſt domeſtici. Et quia reperti, ideſt ſummo labore iterum atque iterum parti, ideſt acquiſiti: ſicut infans matri: a pario enim, fit reperio. Et quia in valle non tuta: vbi ſcilicet lupi, & leones timerentur. Et a teneritudine, quia, Sparſis etiam nunc pellibus albo. vnde malim dicere, dictum eſſe etiam nunc, ideſt adhuc propter teneritudinem: quanquam Theſtylis adhuc abducere oret: hoc enim iampridem explicat, Et a pingui, & bona educatione, quia bina die ſiccant ouis vbera: hoc eſt, ſinguli duo: quod importat dictio, bina. Et quia Theſtylis eos orat, ideſt non imperioſe, vt meretrices in re modica ſolent exigi: ſed ſupplex rogat, non aſportare, ſed abducere: quia iam ingredi firmiter poſſent. Et quia orat iampridem, ideſt iam orat, nec deſinit orare: & pridem, ideſt a pluſculo tempore orauit: vbi ſcias, olim, de magno quouis tempore ſolere dici, tam præterito, q̄ futuro, & abuſiue de præſenti: pridem, de mediocri, ſecundum rerum durationem: dudum, de minimo: & cum verbo etiā pręteriti temporis, recte conſtrui: ſed iam olim: aut olim iam: iam pridem, & iandudum, ſeruata ratione, ediuerſo durationis cum verbo præſenti velle conſtrui: eo q̄ videtur poſſe addi, a: vt ſit iam a pridem, ab olim, &c. Cætera Manci. graphice exequitur. Prima regula: plurima verba, præter datiuum acquirentem, regunt ſecundum ſignificantem modum, aut finem acquirendi, qui in accuſatiuum, mediante in, aut ad, reſolui poteſt: vt do tibi dono, ideſt in donum, aut ad donum: ſum tibi voluptati, id eſt ad voluptatē. domus mea patet tibi hoſpitio: venio tibi ſubſidio: do tibi vitio: cedit tibi honori, &c. Secunda: Iampridem, iandudum, & olim iam, quia continuatum tempus important, & conſiſtentiam actionis, pręſens tempus efflagitant, vt, Iampridem orat: vnde dices, Veni dudum, & obſeruo te iandudum: vt Valla præcipit.

Olim. Pridem Dudum Iā olim Iāpridē Iādudū Regula

PIERIVS.

¶ Sparſis etiā nūc pellibus albo.) Antiquiſſimus ille codex maioris notæ, membrum vnum ita diſtinguit, Sparſis etiam nunc pellibus. Inde vltimā ex verſu dictionē, cum ſubſequeti, iungit hoc pacto, Ambo Bina die ſiccant ouis vbera. quā forte lectionē elegantia ingenia non aſpernabuntur. ¶ Quos tibi ſeruo.) In Romano codice, quod, habetur: vt non tantum capreolos, verum etiam & fiſtulam, vno, eodemq; munere complectatur.

Huc ades o formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallanteis violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum, & florem iungit bene olentis anethi,
Tum caſia, atq; alijs intexens ſuauis herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.

SERVIVS.

¶ Huc ades o formoſe puer, tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.) Tantū honoris habet puero: vt ei dicat etiam numina obſecutura. Sane calathus, græcum eſt: nam latine quaſillū dicitur. Cicero in philippicis, An non inter quaſilla pēdet aurum? ¶ Candida Nais.) Vel pulchra, vel Dea. Nā dij vmbris contrarij ſunt, quas nigras eſſe conſtat, hinc eſt, Cādidus inſuetū miratur limen olympi. ¶ Pallentes violas.) Amantiū tinctas colore. Horatius, Et tinctus viola pallor amantiū. Vnde non præter affectionē amantis, eos flores nymphas dicit offerre, qui ſunt amātibus ſimiles. ¶ Papauera carpens, Narciſſum & florē bene olentis anethi.) Sane Papauer, Narciſſus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt: qui in flores

Et vos ô lauri carpam,& te proxima myrte,
Sic poſitæ quoniam ſuaueis miſcetis odores.

res ſuorum nominum verſi ſunt:quos ei offerendo,quaſi admonet nequid ét tale aliqd vnq; ex amore patiatur. ☞ Tu caſia.) Herba ſuauiſſimi odoris:vt ſequentia indicāt: quā Græci caſiā dicunt.Et ſic dictum eſt Tum caſia,atq; alijs intexens ſuauibus herbis:vt in Salluſtio, Leonem,atq; alias feras. ☞ Mollia luteola pingit vacinia caltha.) Mollia vacinia pingit.i.cōponit de caltha luteola.Nā niſi. ☞ Luteola.) Septimus ſit caſus,nō ſtat verſus.Mollia autem,tactus plumei.ſ.Hoc dicens, ex colorum diuerſitate quęrit ornatum. ☞ Cana legā tenera lanugine mala.) Mala dicit cydonea:quæ lanuginis plena ſunt:ſed non pter obliquitatem.Nā in Æneide diximus,apud Cretenſes,infamiæ genus iuuenibus fuerat,non amatos fuiſſe.Et verecunde rē inhoneſtā ſupprimit:quā Theocritus aperte commemorat. ☞ Caſtaneas q; nuces.)Bene ſpeciem addidit:dicens caſtaneas.Nā. ☞ Nuces.) Generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore:vt auellanæ,amygdalæ,ingladēs,caſtaneæ.ſicut contra dicuntur poma, omnia molliora. ☞ Mea quas Amaryl.amab.) Ne eas viles exiſtimes,quas Amaryllis eſt amare dignata, nā apud illā in ingenti fuerunt honore. ☞ Cerea pru.) Aut cerei coloris:aut molia.Horatius,Cerea Telephi laudat brachia. ☞ Honos erit huic quoq; pomo.) Si a te dilectum fuerit:ſicut caſtaneę in honore fuerūt amatę Amaryllidi. ☞ O lauri.) Licet Horatius dixerit, Depone ſub lauru mea: melius tamen eſt iuxta ſecundam formā inflectere: nam melius ſonat. ☞ Proxima myrte.) Vel vicina lauro: vel ad odorem proxima.poteſt enim vtrunque intelligi. ☞ Sic poſitæ quoniam ſuaues miſcetis odores.) Quoniam permiſtiōe veſtra ſuauem odorem creatis.

PROBVS.

☙ Narciſſus.) Flos Acuſilaus refert a Narciſſo Amarāthi, q fuit Erechtheis,ex inſula Eubœa interemptus ab Epope: ex cruore eius flores:qui nomen eius accęperunt,procreati:a pictore Narciſſi floribus Erynias.i.furias primas,eſſe coronatas aiunt.

MANCINELLVS.

☙ Tibi lilia,) Conaẗ plurib.modis illū adlicere: cū & nymphæ ſibi obſequatur. ☞ Calathis.) Calathos Gręca vox eſt:vt ét Feſt. ait; Latini dicunt q̄ſyllū. ☞ Nais.) Aquę nympha: νάω .n.fluo eſt. ☞ Pallēteis violas.) Ply.li.xxj.ca.vj.&.c.xl.ſcribit,violarum eſſe plura genera:ſunt.n.purpureæ,luteæ,albæ.Purpureæ,crapulá, & grauedines capitis impoſitis coronis, olfactu q;, diſcutiunt. ☞ Narciſſum.) Narciſſi duo genera:vnum,purpureo flore:alterū herbaceum:neruis inimicū,caput grauās, & a narce,narciſſum dictum:non a fabuloſo puero.Ply.lib.xxj.ſcri.Narce aūt,torpedo dicitur:narceo,obſtupefacio. ☞ Papauera.) fuiſſe papauera in honore apud Romanos ſemp̱ indicio eſt Tarquinius ſuperbus, qui legatis a filio miſſis,diſcutiēdo papauera in horto altiſſima, ſanguinarium illud rñſum,in hac facti ambage reddidit Ply.lib. xix. ☞ Caſia.) Caſię duo genera:alia.n.cādida:alia,nigra.Candida,magis ſe humi ſpargit,odorata q; eſt:nigra,odore caret.Ambo florent,poſt ęquinoctium autumni:& multum deniq; tēporis florent:author eſt Theophraſtus li.vj.de ſuffruticibus & herbis.Amplitudo fruticis,trium cubitorum,inquit Ply.lib.xij.nā caſia,frutex eſt intexens.Theocritus item in.ij.Cingā mea tempora ſertis Pallentis violæ,ac multum redolentis anethi,Atq; roſis,alijs q̄ mollia pingit caltha luteola. ☞ Vaccinia.) Flores nigros,ſeu purpureos: de quibus ſupra. ☞ Mollia.) Aut iucunda. ☞ Luteola.)i.ruffa.eſt.n.luteus,color ruffus dilucidior:vnde ei quoq; nomen eſſe factum videtur,ab luce.ſ.author eſt Gel.li.ij. ca.xxxvj.& Ply.li.xxj.inquit, Lutei video honorē antiquiſſimū in nuptialibus,flammeis totum fœminis cōceſſum. ☞ Caltha.) Violę genus eſt,cuius folia olent,non flores: vt Plyn.ſcribit lib. xxj.ca.vj. ☞ Cana mala.) Cotonēa intelligit: q̄ Græci Cydonea vocant:ex Creta inſula,aduecta plura eorū genera,Chryſomella inciſuris,diſtincta colore ad aurū inclinato:quæ cādidiora noſtratia cognominata odoris præſtantiſſimi:author Ply.li.xv.

Calath. Nais. νάω. Violę. Narciſſus. Narce. Caſia.

ASCENSIVS.

☙ Huc ades,&c.) Rurſum Alexin adlicit,inuitat q; ad concedendum in agrum,dicēs ei:paratos eſſe flores ſuauiſſimos,atq; herbas maxime odoriferas,quos,& quas nymphæ illi vltro adferent ſi venerit:additurum præterea ſe ſertum ex varijs floribus, herbis,& fructib. ☙ Ordo eſt.O formoſe puer Alexi:ades.i.adſis,aduenias:huc.i.ad me:ecce,ſi munera nr̄a tibi ſordent,nymphæ.i.deæ,hoc eſt rerum naturalium productrices:ferunt.ſ.obuiam,aut afferunt tibi lilia plenis calathis.i.vaſculis vimineis: Nais.i.dea.illa:candida.i.decens,& formoſa; carpens.i.legens: carpēdo.i.ſummis digitis abrumpendo:violas pallenteis, & ita amanti cōgruas:& ſumma papauera i, ſummitatem papauerum:iungit.i.conſerit:in ſertum colligit:narciſſum,florē illum,in quem Narciſſus puer trāsformatus fingitur: & florem anethi,herbæ videlicet:bene.i.ſuauiter:olentis.i.fragantis: tum i.deinde,aut inſuper,ipſa intexēs.ſ.ſertum ipſum,hoc eſt in medio ſuffulciens intertexendo,caſia,herba illa ſuaui,atq; alijs herbis ſuauibus:pingit.i.componit:aut potius in morē pictoris,diuerſarum herbarum coloribus,diuerſis exornat componendo: vaccinia.i.flores vacciniorum:mollia.i.plumei tactus:caltha.i. flore illius herbæ:luteola.i.aliquantulum lutei coloris:qui color eſt in vnguibus,aut cornu oris merulæ:eſt.n.ruber cum croceo:aut ſic,tum.i.inſuper. Nais intexens vaccinia mollia,caſia, atq; alijs ſuauibus herbis:pingit,ſup.ea caltha luteola.Ipſe ego i:egomet:legā.i.ex arbore molliter,ne lędatur,excerpā:mala cana.i.caneſcentia, quæ cotonea,a doctis: ab imperitis (licet alia ſint) coctana vocātur:tenera lanugine.i.quibus adhæret quędā lanugo tenera:& caſtaneas,quas nuces:aut caſtaneas exiſtentes nuces:Amaryllis mea.ſ.amica.amabat,ſup.tunc,cū a me amaretur:& erat faſtidioſiſſima, vnde non niſi delicatiſſima amaſſe putanda eſt:ego addam pruna cerea.i.cerei coloris: & honos.i. decor:erit quoq;.i.etiam:huic pomo.ſ.pruno, quōd pomū eſt: quia corticem mollem habet.Et o lauri (monſtrat amatorie lauros,quas Alexi iampridē deſtinat) ego carpā vos:&,o mirte,arbor odorifera,Veneri ſacra:proxima.i.quę p̱xima lauro es:ego carpā.i.decerpā te,ſup.tunc,quāuis nunc molliter ſeruem,ac cuſtodiam:quoniam vos.ſ.laurus:& myrtus:poſitæ ſic.i.circum mala,& poma iam dicta miſcetis ſuaues odores. Multa hic Seruius ſubtiliter diſſerit:non pauca Mancinellus,quibus ne vbiq; longus ſim,contentus ſum.Tametſi quatuor modis dici poteſt hæc & conſimilis loquutio, Malum tenerum lanuginem:quod nimis Græcum,ac poeticum eſt.Tenerum lanugine:quod hiſtorico permittitur.& Tenere lanuginis:quod maxime grammaticum eſt,& Tenera lanugine,quod maxime Latinum eſt: tamen qui oratorie ac Latine loqui volet,vltimum modum, niſi concentum repugnet,amplectetur: vt alibi latius dicam.

Regula.

PIERIVS.

☙ Addā cerea pruna,& honos erit huic quoq; pomo:) Licet hīc eorum obſcuram diligentiam deprehendere,qui cum paſſim in veteribus exemplaribus legerent, Addā cerea pruna,honos erit: abſq; particula coniunctiua,eam,ne verſus infirmus eſſet,inſeruerunt: Qui,ſi non animaduertebant,eam ineſſe vim adſpirationi,vt præcedentem vocalem ſuſtinere poſſit:certe pleraq; toto opere eodem mō, ſine vlla colluſione poſita, & Homeri & aliorū poetarum tam Græcorum,q̄; Latinorum exēplo cognoſcerent Sane,&,particula in nullo ex his antiquis exemplaribus inuenitur. Id q; manifeſtum in Romano codice,& in Longobardico:& in Mediceo:in reliquis aliena manu & attramento intruſa.Atq;,vt hos eo timore abſoluam,ſit exemplum,vocales non ſemper abijci per alterius colliſionem. Credimus,an qui amāt: ꝙ ſi non has figuras admittamus, adſpirationis dubio procul exēplum eo verſu eſt, Ille latus niueū molli fultus hyacintho: Sed obijciet forte aliquis Nigidij figuli cōmentaria. In quibus ille:h non eſſe literam tradiderit, Sed adſpirationis notam,obſeruatum a Victorino. Cui qui reſpondent, Græcos aiunt numeros ſuos per literarum figuras adnotare:ac veluti per α vnum, per β duo per γ tria & ſic de reliqs:ita per ⊢, quæ apud eos figura eſt aſpirationis ἑκατὸν,hoc eſt centum deſcribunt: eam nimirum literarum honore decorantes. Latini vero, octauum illi locum in literarum ordine non temere adſcripſere: & in inſcriptionibus: in quibus ſingulis tantum literis vti ſolent, H, vtunẗ ſępiſſime,p̱inde ac ét lr̄is alijs qppe ſi hic,hęc,hoc,pronomina ſignificāda ſint,ſiue Hęredes,ſiue hora:vel quid hmōi:vt H.M.H.N.S.hoc monumētū hęredes nō ſequetur.ſiue,quod alibi eſt:ſeqtur & S.H.L,quod ſm hāc legē,interpretatur:& H.H, quod ſignificat:hac hora. Quę,ſi lr̄a nō eſſet,neq; in nūeris centenarij vocē,vt in eo nomine prima: neq; in his alijs quidq̄; ſignificaret,præter ſpiritū, voces vero ipſæ per vocaleis in vnaquaq; dictiōe primas notarentur. Habet p̱terea H ſonum proprium,quē licet Catullus videatur eluſiſſe, noſtris tn̄ temporibus. (Nā quo pacto priſci pronūciauerint audiſſe nō poſſumus) quotquot literati ſunt,mihi,& nihil,h tantū inter duo illa ii interijciētes ſcribunt. Eas tamen dictiones propemodum pronūciāt,ac ſi pręter h,c,etiam inſertum eſſet,quod quidem ipſius h literæ,

literæ, vim & ſonum proprium oſtendit. Quare Vel. Lõgus ait, H & ante vocalẽ, & poſt vocalẽ neſcio quid propriũ ſonare: hęc tamen, vt pleraq; alia corrupta ſunt apud Veliũ. Quid vero illud, quod literæ tot in h, abeũt, & ipſum h, mõ in hanc, mõ in illam literã cõmutatur? Id.n. præcipue literarũ eſſe cõſtat, vt hęc illi ſuccedat, alię dẽtur in aliarum locũ: pro idiomatum quippe nationũ, gentium, atq; ẽt ætatum conditione, conſuetudineve: vel quia multæ inter eas cognationes intercedant. Hinc alij per q, Periqulum: per c alij, periculũ ſcripſere: ſic aquipenſer, & pequnia in ancipenſerem, & pecuniam abiere. Eadẽ in c, & g literis affinitas: vnde cortynia, & gortynia indifferenter ſcriptum inuenias: & q̃ per C, caietã, Cneus, Caius, curculio, notantur per g, tñ enunciantur. Sic m tranſit in b cũ ex ſcamno, ſcabellum, facimus: ſic p, ſic d, etiã in b verſæ, cum ex duello, bellũ: ex Pyrrho, burrhus, effectũ eſt. Quid memorem, T, & D, tam arctæ cognationis literas? Nam vt reliqua diſſimulem, q̃ per t, prius Aleſſanter, & Caſſantra, ſcribi ſolita, iam per d, Alexander, & Caſſandra, quo mollius enuncientur, notari videmus. Ipſum vero d, quod in loquutionibus in l verti patitur? cũ lingua, ex dingua, a dico: cum ſella, ex ſeda, a ſedeo exprimuntur. Quoties eadẽ in r literæ locũ data? nonne lemures, qui a remo, remures? nonne Meridies, ex medidie factum? R autem ex s, bona veterum nominum parte fecimus: vt Aurelius, ex Auſelius. Ara plurimus maiores feriæ lares, quæ prius per s, Aſa pluſimus maioſes feſię laſes: & tot huiuſmodi. tam primo & medio, quã vltimo vocũ loco ſcriptitari ſolita. ſic & h, multarum & ipſa literarũ vicaria reperitur, in hanc & illam ipſa quoq; literas tranſmutatur: vt cũ ex veho, vexi: ex traho, traxi, facimus: nunc in v, vt heſper, veſper: nunc in f, vt hanula, fanula: formæ, pro hormæ, quod circa eas, crebræ, tutæq; ſtationes eſſent, vt apud Verrium. contra vero, F in h mutatum, vt in nominib. quę a Sabinis accępta Romani in ciuitatem adſciuere. Cuiuſmodi ſunt, trafo, vefo, fircus, forreum, foſtis, foſtia, & alia pleraq;, quæ Romaai cum in ciuitate adſciſcerent, alia quadã litera veluti toga ſua, vel ꝑtexta donata, inſigniri voluere. Quid vero ludicrũ illud veluti certamẽ quoddam, quo f, in b tranſilit, vt cum Bruges, priora quædã ſæcula pronunciarunt, quę poſteri per f, fruges ſcribere maluerũt. In alijs aliquot, h in b: vt q̃ Helena prius fuit, apud Romanos Belena diceretur. An, niſi litera eſſet, tantũ iuris vt mõ in hanc, modo in illã literã abiret, concederet? An conſonãtes aliæ, vice verſa dignatę eſſent in eam tranſcribi, niſi quid ſaperet l̃rarium? Longum vero eſſet enumerare, quot huiuſmodi ſint mutationes, quę mihi ex literis in literas ita fieri videntur, vti cum quis ex plebe ad equeſtrẽ, & ex equeſtri ordine ad ſenatorium prouehitur: ac vice verſa, vel cenſoris alicuius notatiõe, vel ſuo nõnunq̃; ex commodo ex ſenatu ad plebem tranſit. vir.n. idẽ quoquouerſum rapiatur, conditiones mutat, nõ naturam, Sic h, ſic v, & i, & aliquot aliæ nonnunq̃; literæ, nunc vno, nunc alio ordine recenſentur: quin tamen literæ ſint, non aliter quiſquã vicerit, q̃; qui eum, cui purpuræ vſu interdictum, aut ademptus in cenſu equus fuerit, non hominem amplius eſſe contendat. Sunt enim qui ea ratione, h non eſſe litera conantur oſtendere, quia neq; in vocalium, neq; in ſemiuocalium, neq; in mutarum ordine locũ habeat: quod quidem, vt in eadem perſtemus ſimilitudine tantũdẽ mihi eſt, ac ſi diceremus, Soſiam, aut Dauum, ideo non eſſe homines, quia Romæ neq; inter ſenatores, neq; inter equitum centurias, neq; vlla in tribu recenſeãtur, verum adeo ne abſurdum erit vnã inueniri literã, quæ inter vocaleis & conſonanteis, mediũ quendam locum habeat: aut alterius cuiuſpiã ſit cõditionis, veluti apud Græcos, σ, quam licet per ſe ſonare, ſuiſq; viribus pollere, neq; alterius cuiuſpiam literæ auxilio, vt enunciaretur: indigere nõ negabant, nequaq̃; tamen inter vocaleis enumerauere. Cum vero cõſonantes in ſemiuocaleis & mutas diuiderent: tripliciterq; mutas partirẽtur, ſemiuocales dupliciter. Sigma, ab aliarum veluti conſortio ſegregata, ἄσημον appellarunt: cui neq; ſignum, neq; notam vllam, inuri poſſe viderent, quod ea ſuę cuiuſdam poteſtatis eſſet. Quę vero inuidia ſit apud Latinos, vnam eſſe literam, quę ſuę, & ipſa quodammodo poteſtatis, medium inter vocaleis & cõſonanteis locũ obtineat: nonnunquã etiam, ſi adhibuerit, nec litera eſſe velit, cum aliæ quoq; literę nulla vi, nullo ſono euaneſcere: alię aliter ſcribi, aliter ſonare deprendantur. His itaq; confutatis, ſunt qui a finitione, H non eſſe literam, argumententur: quia. ſ. h, ſit humani ſpiritus, flatuumve collecti ſonus intelligibilis. Sed enim vel q̃cunq; figura hac finitiõe deſcribetur, perinde litera non erit, vel ſi qua nota: cui ea competat finitio, litera erit. H, quoque literam eſſe, conſentaneum erit. Nam ſi animatum quid ſit: & rationis particeps, & morti obnoxiũ, id dubio procul erit, homo. Socrates igitur homo. At qui literæ, C, F. R, & S, ijſdem circũſcribuntur terminis, vt earum vnaquęq; ſit humani ſpiritus, flatuſve collecti, ſonus intelligibilis. Differũt tamen ex eo, quod accidit huic, vel illi, vt Æthiopi, nigrum eſſe. Scythę, albũ, Socrati ſimũ, Platoni latos humeros habere. Ita adſpiratiõi (de nota enim loquor, nõ de re, quæ nõnullis anſam cauillandi dedit) id accidit, vt dẽſius, & craſſius enuncietur. C, vt preſſius, & exilius emittatur. F, vt vaſtiore quodã ſono ꝓferatur. R, vt aſperius, & per vim quodã modo elidi videatur. S, vt incitatius, & ſono magis prõptuario nulloq; pronũcietur impedimento. Fatebũtur vero aliqui, vel hãc: vel illam ex hmõi notis, vtputa s, non eſſe literam, ſed ſibilum tantum. Nam s, raro Capri teſtimonio apud Hetruſcos exprimitur: & ex Latinis loquutionibus nõnunq̃; euaneſcit. F, nõ omnium gentium eſſe literam, facile comprobabunt. Quibus quidem ſi vel s, vel f, non eſſe literas, ideo conceſſerimus, quod rarus fuerit earum apud hos vel illos vſus. Age etiam q, ex literarum ordinibus ſubmoueamus, non enim ea apud Græcos inuenitur. K etiam exigamus, id enim vel Fab. Quintiliano teſte, a Romanis olim repudiatum eſt. Digãmon vero æolicũ, ex veterum, quę tot extant monumentis eradamus, eã enim literam non oẽs gentes admiſere, ac perinde Latinis eam vſurpare non licuit. Quinetiam o vocalem eijciamus. Nam eam quidã Italiæ populi nõ habuere, quod ſi digammon ipſum inter literas recẽſetur. Si K, per innumeras ætates pro litera habita, quod tot ſæculorum continuatione in maiorũ noſtrorum inſcriptionib. occulta fide conſpicimus, ita s, apud gentes, nationeſq; omnes literæ ſonũ, figuram, & vim, ſiue poteſtatem dicere maluerimus, obtinet, ita & h, iam recępta, quę tanta eſt s literæ cognatiõe copulata, vt pleriſq; in loquutionibus & s in h, & h in s, inuicẽ cõmutentur: videturq; propemodum humanus ſermo tantũdem exiſtimaſſe: vtrum quid per s, an per h, ſcriberetur: vnde Latini: ſal: ſatis: ſex: ſeptem: ſe pronomen, & ſexcenta huiuſmodi per s, ſcribenda cenſuere, quę nationes aliæ ſcripſerint per adſpirationis notam, ἅλσ ἅλισ ἑξ ἑπτὰ: id puto minime facturi, ſi h, nõ eſſe literam, ſed flatilis cuiuſdã ſpiritus, notam tantum eſſe cenſuiſſent. Idq; potius credendum iudicaſſe eos, & s: & h: eiuſdẽ propemodum eſſe prærogatiuæ: quodq; s, literæ accidit, vt nonnunq̃; elidatur in verſu faciendo, nonnunquã ſyllabis adminiculo ſit, ita & adſpirationi, vt nonnunquã otioſa ſit. nonnunquã vires, vt hoc loco, ſuas oſtentet. ſcio in ijs quæ poſtremo loco exempla retulimus, erunt qui maiores noſtros figura decæptos, dicent: quod quæ nota vocalibus nunc ſuperadditur, adſpirationis loco eadem ſit figura: qua σίγμα nunc vulgo ſcriptitamus, (, quippe ad latinæ literæ, c, ſecundæ conſonantis effigiẽ. Sed enim prius fuere nomina hęc per s, notata apud Latinos, q̃ã corrupta illius literæ forma, quæ facta eſt poſteriore ſæculo: diuulgaretur. Sed eorum non ego errores inceſſam, qui ſcriptis tradiderunt figuram h, prius fuiſſe mox diſſectam in daſean & pſilen: quæ in veterum libris & monumẽtis: hoc modo figurentur, ⊢, ⊣. Cum potius Latini ex duabus illis notis in vnam contractis, copulatiſq; ſuam conflarint literam, quę eam figura iure latij donatã inſignẽ eſſe voluerit. Meritoq; Valerius Probus magnę authoritatis grãmaticus: in arte, H literam inter nouem mutas enumerat: quã præter peculiarem figurã & nomen, quod his literis expreſſit, H: ſonũ etiã retinere poteſtatis ſuæ, certum aſſerit: vtputa, honos. nũquid nam onos: aut cætera talia? & ideo qui aliter ſentiant non recte exiſtimaſſe notãdos, ait. Neq; tamen negat interdum h, pro adſpirationis nota poni poſſe, preſertim cum iuncta cũ alijs mutis, vocali concurrerit: vtputa, pulcher: in cuiuſmodi rõnis nominibus: h nõ aliter euaneſcit: ac u vocalis in loquutiõibus, lingua. Torqueo: & ſimilib. aut s in eo loco. Ponite ſpes ſibi quiſq; ſuas: & alijs eiuſmodi. Nã qui magis liceat i, & u, modo eſſe vocalibus, modo in conſonanteis abire, modo loco cedere: deſerere ordines: ſubducere ſe, atq; aufugere: ſi alijs quibuſdã literis authoritatem ſuam longo authorum vſu conceſſam inuiderimus. Sed quoniã in re, nihili, vt de litera hac vulgo dici ſolet: animi gratia: quaſi marinas cõchulas colligẽtes, euagati ſumus, vnum illud dicã: eos qui omni conatu id maxime ſunt, cõtendere viſi: vt ius literę notæ huic adimerent: tamen cũ manifeſta negare non poſſent, eam ſapere aliqd quod ſit literæ nihil quidq̃; inficiari. Ac vt ad carminum & loci, qui præ manibus eſt: rationem deueniamus, conſentiunt Grammatici Virgilium literæ: vim & poteſtatem, naturamq; in h eẽ, tunc oſtendere voluiſſe, cum ſcripſit, Stant & iuniperi: & caſta-

neæ

neæ hirſutæ. Quare cum neq; præter exempla, neq; præter rationem ſit legere: Pruna honos: tot venerandæ antiquitatis codicibus adſtipulantibus: & particulam ab alijs intruſam, audacter ego ſuſtulerim. Accedit huc rithmica quædam conſyderatio: quod ſententia finitur in pruna. Trimetrumq́; abſoluit non indecore: & antea q̃; membrum alterum reſumamus, latum ſatis temporis interuallum interponitur. Vt ſi etiam hemiſtichiũ illud, a ſimplici vocali incipiat, commodum reſpirandi locum habere poſſit.

Ruſticus es Corydon, nec munera curat Alexis,
Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum
Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.
Quem fugis ah demens? habitarunt dij quoq; ſyluas,
Dardaniusq; Paris. Pallas quas condidit arces,
Ipſa colat, nobis placeant ante omnia ſyluæ.
Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,
Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella,
Te Corydon, o'Alexi, trahit ſua quenq; voluptas.

SERVIVS.

¶Ruſticus es Corydon.) Arguit ſe ſtultitiæ, quod eum ſe ſperat placare muneribus, q poteſt habere meliora. nã ſupra ait, Delicias dñi. ¶Iolas.) vel ditior amator: vel eius dominus. ¶Eheu quid volui miſero mihi?) Qũo eum diſcedere dicit, quẽ ſupra cũ eo diximus nõ fuiſſe? Nam ait ſolus montibus & ſyluis: ſed rõne non caret. Epicurei. n. dicunt (quod ẽt Cicero tractat) geminã eſſe voluptatẽ: Vnã quę percipitur: & alteram imaginariã. ſ. eam quæ naſcitur ex cogitatione. Vnde ita debemus accipere hunc verſum per cogitationẽ, illa imaginaria voluptate: qua & cernere & alloq videbatur abſentẽ. Sed poſtq̃; obiurgatione ſua in naturalẽ prudentiã eſt reuerſus, caruit vtiq; illa imaginaria voluptate, vbi nũc ſibi ſe obfuiſſe dicit per hanc ratiocinationẽ, Ruſticus es Corydõ: nec munera curat Alexis. Nec ſi muneribus certes, cõcedat Iolas. ¶Floribus auſtrũ.) Quo facilius areſcunt. ¶Fontibus apros.) Qui puros fonte cœnoſos efficiunt. ¶Quẽ fugis ah demens?) Iterũ per phantaſiã quaſi ad præſentẽ loqtur: & quaſi ille dixiſſet ſyluas, hic infert. ¶Habitarũt dij quoq; ſyluas, Dardaniusq́; Paris.) Et Paris habitauit ſyluas, qui de dearum pulchritudine iudicauit. ¶Pallas quas condidit arces, ipſa colat.) Ideo dea artiũ Minerua dicitur, quia de capite Iouis nata eſt, ſed quia dea eſt artiũ, & ingenij, ideo iſta finguntur. Nihil enim eſt excellentius ingenio, quippe quo reguntur vniuerſa. ¶Torua leæna lupũ.) Theocriti ſunt iſti verſus. Et bene ſe reuocat ad ruſticas comparatiões: pene. n. fuerat lapſus, dicendo, Pallas quas cõdidit arces. Leęna autem dictũ eſt, ſicut dracæna. Et quod ait, Torua leæna lupum ſequitur: verum eſt. Nam neceſſe eſt vt veniente lupo, aduentus agnoſcatur leonis. ¶Cythiſus.) Herba eſt. ¶Laſciua.) Voluptuoſa & deſidioſa. ¶Te Corydõ o Alexi.) don o a, antibacchius eſt: ſed o breuis fit: quia vocalis vocalem ſequitur. ſic Homerus, πλάγχθη ἐπεὶ τροίης ἱερὸν. ¶Trahit ſua quenq; volup.) Notabatur a Criticis, ꝙ hanc ſententiam dederit ruſtico ſupra Bucolici carminis legem, aut poſſibilitatem.

PROBVS.

Pallas. ¶Pallas quas condidit arces.) Ab haſtæ quaſſatione dicta. i. vibratione. ꝙ ſit bellicoſa. παλλεῖν enim quatere vocant Græci. Hæc primum ædificationem inueniſſe dicitur.

MANCINELLVS.

¶Ruſticus es Corydon.) Seipſum ignauię arguit, cũ aduertat meliora Alexin, ab altero accipere poſſe. ¶Iolas.) Pollio intelligitur, pueri dominus: nã vti puero & ſibi mutauit nomẽ, ita & Pollioni. ¶Eheu, quid volui.) Pœnitet eũ iam incœpti amoris. ¶Floribus auſtrũ.) Auſtro. n. flores ſoluuntur Zephyro fiũt: humidus. n. grauisq́; Auſter eſt: vt pħs ſcribit li. viij. de animalibus. ¶Apros.) Quibus qdẽ in luto, voluptas grata eſt. ¶Paris.) Qui regius fuit. ¶Pallas quas condidit arces.) Hoc ait, qm̃ (teſte Diodoro li. vj.) Palladem, veſtium apparatũ: & ædificandi artẽ, exprimendiq́; olei modum, & multa alia inueniſſe volunt. Idem quoq; Diodorus lib. j. ſcribit, ꝙ putant aerem ideo nominatum Palladen: ac Iouis filiã dici: & virginẽ fuiſſe, qm̃ & non corrũpatur: & ſublimiorem locũ teneat. quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. ¶Torua leęna lupum.) Climax eſt: Latine, gradatio dicitur, teſte Fab. li. ix. de quo latius in carmine, Torua terribilis: ꝙ ſit torto vultu. ¶Trahit.) Terẽ. in Phor. ait, Verũ ita hoc eſt quot homines, tot ſententię, ſuus cuiq; mos. & Ply. epiſto. j. Varia ſunt hominum iudicia: variæ voluntates.

Climax

ASCENSIVS.

¶Ruſticus es Corydon.) Graphice admodũ, vt cętera omnia, perdite amantem exprimit Maro: nunc ſanę mentis, nũc furentis videtur: nam per interualla quæ recta ſunt conſilia, amplectitur: & rurſus deſerit, quod & Phædria Terentianus, lepide in ſe demonſtrat. Quaſi ergo interuallum bonæ mentis nactus Corydon, dicit, ſeipſum adloquens: O Corydon, tu es ruſticus: Alexis autem, puer vrbanior, quo circa nihil illi iucũdũ offerre poſſis, ſordẽt. n. munera tua, illi, q muneribus obtinẽdus non eſt: & ſi ea via obtinẽdus ſit, adhuc nihil profeceris, quia Iolas conriualis tuus, te multo ditior. munere te vinceret: proinde ſtulte operã das talibus amoribus: quod cognoſcens exclamat, Heu heu: aut Eheu, qd volui mihi miſero? qui perditus, rem ſurgentem deieci: & lympidã turbaui, ſicut q floribus, Auſtrũ: & fontibus apros immittit. Deinde, irrepente rurſus amore, quaſi Alexis quem præſentem imaginabatur, ob tale dictum aufugerit: exclamat, Alexi, quem fugis? Nunquid quia ruſticus ſum, ne me fugis? Ah demens: hoc eſt, peruerſæ mentis puer, qui non recte ſapis, ſi habitãtes in ſyluis, ob id ſolum ꝙ in ſyluis habitẽt, fugis: quia habitarunt dij quoq; ſyluas, Dardaniusq́; Paris: proinde cum tu ruſticus ſis (id enim innuit. Et ideo manifeſtum eſt: quia non ita de Alexãdro, Pollionis puero, loquitur. quin ad aliũ referri poſſit. Non. n. quod quidam perperam criminantur, amores ſuos in pueros fatetur Maro) egoq́; ruſticus ſim, ſinamus Pallada vrbẽ quã cõdidit, habitare: & colamus nos ſyluas, quod fieri decere probat exẽplis, & inductione quadã nõ perfecta, dicens, quia Leæna ſequitur lupum: lupus, capellam: capella, cytiſum: & Corydon, Alexin: quia Quẽq; ſua voluptas trahit, quæ ſententia licet a Criticis. i. rigidis cenſoribus notatur: tamẽ a Corydone nõ abhorret, q & Amphiona, & Parin, & Pallada, & cæteros quos noiat quodãmodo nouit: vnde nõ oĩno ruſticus aut imperitus exiſtimabitur, vt non poſſet prouerbiũ, ẽt ſi non intelligat, ꝓferre. ¶Ordo eſt. O Corydon, tu es ruſticus, & ita nõ places per te: nec Alexis curat munera, & ita nõ captabis eũ munere: nec Iolas, paſtor ille diues, & riualis tuus (vnde nõ placet Pollionem, per Iolam intelligere, etiã ſi per Alexin, Alexandrũ Pollionis puerum, intelligã) concedet, ſup. te vincere, aut potiri optato: ſi certes. i. contẽdas: muneribus. i. per munera Alexin adlicere. hoc autem dicit per apoſtrophen, ad ſe: deinde, in ſua: hoc eſt, in prima perſona, dicit: Eheu, vel Heu heu: dolentis interiectio) quid volui mihi miſero. q. d. maximum malum, dum tales amores incœptarẽ: nã ego perditus immiſi floribus. i. rebus trãquillitatem amantibus vt flores amant: Auſtrum. i. ventum turbulentum, & eos decutientem, hoc eſt tranquillo ſtatui ſummã cõmotionẽ (allegoricos enim loquitur) & immiſi fontibus. i. rebus claris, & lympidis, ac pellucidis, ſeu trãſparentib. cuiuſmodi ſunt fontes, apros. i. porcos ſylueſtres, & immundos ſues, oĩa turpãtes, & contaminantes. eſt enim (vt dicit Flaccus in. j. libro epiſto.) Amica luto ſus. Et ita cõſtituit reſipiſcere: ſed mox quaſi per hoc, puer indignatus aufugeret: iterũ furẽs dicit, Quem fugis? (viſus enim eſt ſibi, puerũ videre) ah demens. i. malę & peruerſę mentis Alexi, qui ſyluas fugis: quia quoq;. i. etiam dij, non ſolum hoies ſummi: habitarũt. i. incoluerunt ſyluas, vt fauni, & panes, ac ſatyri: & Paris Dardanius. i. heros, ex alto ſanguine Dardani, progenitus, ſup. habitauit ſyluas: ipſa Pallas. i. Minerua, q̃ Grẹce Athena dicitur: colat arces: quas cõdidit. ſ. Athenas. q. d. vacet philoſophię, & ſyluæ placeãt nobis, qui. ſ. paſtores ſumus ante omnia. i. ante omnis res. Neq; vero moleſte feres, ſi te amore captus ſequor: quia leæna torua. i. feroci, & immiti aſpectu, ſequitur lupũ (Id aũt Serui. euenire docet) & ipſe lupus ſequit capellã, qua. ſ. lubẽtiſſime veſcitur: & capella laſciua. i. petulans & lubrica: ſequitur cytiſum herbã, aut fruticem dulcem, & ſucci plenam: & o Alexi Corydon, ſup. ſequitur: hoc eſt, ego ſequor te: quia Quẽq; ſua voluptas trahit. ¶Dij quoq;.) Adnotandum vbi dicit, Habitarunt dij quoq; ſyluas: ꝙ gentilitas, deos ſylueſtres poſuit: quos ſemideos vocauit, videlicet faunos, & ſatyros nemorũ. Ægipanes deſertorũ Æthiopię, qui ſunt nudi leues, caprinos pedes habẽteis, qualeis diuo Antonio occurriſſe dicitur. Syluanos, ſyluarum: & Panas, agrorum: ſed confundũtur hæc: vnde author noſter, Et vos agreſtum præſentia numina fauni,

Ordo

Dij.

Ouid.

Ouidi. Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina nymphæ, Et fauni, ſatyriq́;, & monticolæ ſyluani, Quos qm̃ cœli nondũ dignamur honore, Quas dedimus certe, terras habitare ſinamus. Pōponius Mela ſcribit, vltra Atlantē, Mauritanię mōtē, noctu. pſępe viſa lumina, & crepitus cymbalorũ, ac fiſtularum cātus auditos, nec die repertũ queq̃;. idcirco pro cōſtāti habitũ, hos faunos
Paris. eſſe, ac ſatyros, & eius generis aĩalia. ¶Dardaniusq́; Paris.) Dardanus Iouis ex Electra filius in Phrygiā migrauit. vbi author generis Priamidarũ fuit: itaq; Paris, qui & Alexāder dicitur, Priami filius, recte Dardanius dicitur. Is aũt cũ adhuc a matre geſtaretur, futuri excidij Troiæ indicium tulit. Nā viſus eſt matri, facē ardentē in ore geſtare: vnde tota incenderetur ciuitas: quod viſum cũ Priamo marito ſuo reuelaſſet, iuſſit partũ occidi: ſed miſeratione ſeruatus, ſyluis expoſitus eſt: vbi paſtor, Oenonem nymphā amauit: donec fortiſſimus pugil cũ Hectore cōgreſſus: & ab indignāte: ꝙ ab eo ſuperatus eſſet: pene occiſus: & tandem agnitus: promiſſam a Venere prædam, abſtulit Mycęni Helenā, Menelai coniugē: cuius raptum ſequutũ eſt Troianũ excidium.
Pallas. ¶Pallas quas condidit, &c.) Cum contentio eſſet inter Pallada: ſeu Mineruam: & Neptunum: vter ciuitati iam ab eis cōſtructę, aut inſtauratę, nomen daret: eo peruenit, vt vter produceret pulchriorē fœtũ, & reipu. magis vtilē, ciuitatē de ſe nominaret, Neptunus ergo, ratus equũ maxime cōmodũ, ꝙ & paci & bello ꝓdeſſet, percuſſa terra tridēte equũ produxit. Minerua, equũ eſſe belli indicem: vnde viſo equo exclamat Anchiſes. iij. Æneі. Bello armantur equi, bellũ o terra hoſpita portas: & ſciens oliuā eſſe ſignificatiuā pacis: & ſumme medicinalē, eā produxit. quā ciues ſibi cōmodiorē rati voluerunt, vt ab ea quæ Græce Athena dicitur, Athenæ denominarentur. Cætera Mancinellus explanauit.
Regulę. Prima regula eſt: eheu, abſolute ponitur: hei, cũ datiuo: heu, cũ nominatiuo, & frequentius cũ accuſatiuo: heus, quod eſt reuocādi aduerbiũ, cũ vocatiuo. Primi: vt hic: Eheu, quid volui miſero mihi? & Eclo. iij. Eheu q̃ pingui macer, eſt mihi taurus in aruo: Secũdi: vt. ij. Æneі. Heu mihi qualis, &c. Tertij: vt eiuſdũ. vj. Heu pietas: heu priſca fides, &c. & alibi, Heu ſtirpē inuiſam. Quarti: vt eiuſdē. j. Heus iuuenes monſtrate, &c. Secunda: quia relatiuũ ſine antecedente conſtrui nequit, oportet antecedens poſt rectũ ſæpe præconſtrui: vt hic, Quenq; ſua voluptas trahit.

PIERIVS.

¶Ruſticus es Corydon: nec munera curat Alexis.) Es, equidem ſecunda perſona paſſim legitur, præterq̃ in Ro. codice, vbi eſt, habetur perſona tertia: vt duo dicat: q̃ maxime obſint nequidq̃; proficiant, Alexin eſſe ruſticũ, nec munera curare. Et apud Ouid. in huiuſmodi ſignificatum, Helena loquitur in epiſtolis.

Nec dubito quin hæc, cum ſit tam iuſta, vocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane, dum non oblita pudoris.

Neq; tamen diſplicet, vt Corydon iam reſipiſcens ſemetipſum ruſticitatis arguat: quod pro ſtultitia, & rerum imperitia ponitur. ¶Nec ſi muneribus certes, cōcedet Iolas.) In Romano codice, certet, legitur: quod non placet. Illud nō improbarim, quod mihi videtur elegāter dictũ, concedat, in eodem codice. ¶Eheu quid volui.) In ſingulis pene codicibus, varie ſcriptum inuenias interiectionē hanc, Eheu: de qua, loco alio plura: Hic mihi non diſplicet, quod in Romano codice integra interiectio duplicata eſt, Heu heu: vt apud Theocritum non ſemel Αἶ αἶ. quāuis Valerius Probus, heu, & eheu, vtranq; ſimplicem agnoſcit. ¶Perditus, & liq̃dis.) Quod Latina loquutio, Perditus, in Romano codice, Perditos, per os, ſcriptũ habeatur: ea de cauſa factũ, quod, vt apud Velium Longum eſt, antiqui, o, & u, confuſas literas habuere. Idq; ex eo apparet, quod cōſol, ꝑ o, vltima ſyllaba quondam ſcribi ſolitum: Cum tamen (vt ipſe ait) per u legeretur, variumq́; ſcripturę modũ pleriſq; in nominibus hmõi fuiſſe dicit: & fontes, funtes: & frondes, & frundes: modo per o, modo per u, apud hos & illos ſcriptũ. Præterea Victorinus, cuius fragmenta quædam de orthographia mihi dono data ſunt a Iano Parthaſio: obſeruaſſe ait ſe in antiq̃s libris, & in legibus duodecim tabularum: quæ, vt eius verba ponam, tametſi frequēti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent obliquitatem, o poſitum pro u: vt popolos Romanus. vbi enim nunc populus: ibi popolos: vbi piaculũ, ibi piacolō: vbi funus, ibi fonus: & ita pleraq; alia. quare, ꝑditos, numero ſingulari, nominatiuo caſu, vt non vti nunc auſus fuerim, ita in antiquiſſimo codice ſcriptum nequaq̃ improbauerim. Sed quoniam de hac re ſæpe dicēdum, cum frequentiſſima ſit in antiquis codicibus id genus ſcriptura pauca hæc nũc attigiſſe ſufficiat. ¶Pallas quas cōdidit arces Ipſa colat.) In romano codice, quæ condidit, legitur: nempe ad homœoteleuton euitandum, Pallas quas. Habet̃ ꝑterea, neſcio q̃d poeticæ venuſtatis dicendi modus, Pallas colat arces, quæ condidit: ſiue velis, quas res: ſiue ipſa quæ condidit, intelligere. Nō tamen abradenda eſt vulgata lectio, quas condidit arces. Eſt pręterea in Romano codice, colāt, vna plus litera temere adiectitia.

Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci,
Et ſol creſcenteis decedens duplicat vmbras,
Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?
Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cæpit?
Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt.
Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget vſus,
Viminibus, molliq́; paras detexere iunco?
Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis.

SERVIVS.

¶Aratra iugo Referunt ſuſpenſa iuuēci.) Horatius, videre feſſos vomerē verſum Boues collo trahētes languido. Et hoc vult dicere, Omnia excepto amore finiuntur. ¶Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras. Variauit: nam ait ſupra, Maioresq́; cadunt altis de montibus vmbræ. Duplicat autem, auget. Salluſtius, Et Marius victus duplicauerat bellũ. ¶Me tñ vrit amor.) Cũ iam calor ſit ſolis exhauſtus. ¶Quę te dementia cæpit?) i. cur amoribus vacas, cũ multa ſint q̄ debes in agro perficere? Semiputata tibi frōdoſa vitis in vlmo eſt.) Plus eſt, q̃ ſi imputata diceret. tolerabilius eſt. n. nō incipere aliquid, quā incœpta deſerere. Hinc eſt illud in primo, Mene incœpto deſiſtere victā? Itē in Georgicis, Atq; opere in medio defixa reliquit aratra. Sane geminā arguit negligentiā: & ꝙ ſemiputata vitis ſit: & ꝙ frondoſa vlmus: nam vtrũq; obeſt. Vnde eſt in Georgicis, Bis vitibus ingruit vmbra. Et aut ſimpliciter intelligimus hunc locum: vt ſuam arguat negligētiā: Aut certe illud eſt, Non mirum me eſſe dementem, qui habeo vites ſemiputatas. Nam in ſacris dicitur quod corripiatur furore, qui ſacrificauerit de vino quod eſt de vitibus imputatis. ¶Quin tu.) Quin immo, hortātis eſt. ¶Quorũ indiget vſus.) Ideſt, quæ vſus ruſticus requirit. Sane & eget illa re, dicimus: & eget illo Senatu: & eget illius rei. inde eſt indiget. Nam & hoc, vtriq; iungit̃ caſui. ¶Detexere.) Perficere, finire, multum texere. nam. ¶De.) Modo non minuentis eſt, ſed augentis. ¶Inuenies alium.) Si te hic faſtidit Alexis. Alium Alexim, alium puerum formoſiſſimũ, qui te minime ſpernat. Et volunt quidam in hoc loco eſſe allegoriā antiquam in Auguſtum: vt intelligamus, Inuenies alium imperatorem, ſi te Auguſtus contemnit pro agris rogantem. Sed melius ſimpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet quod poſſit ad Cæſarē trahi: illud vero paulo poſt pene aperte dicitur in Auguſtum Cæſarem. Quoniā ſors omnia verſat.

MANCINELLVS.

¶Tamen.) Quāuis ſol occideret. ¶Modus.) Finis, cum omnia finiantur. ¶Ah Corydon Corydon.) Finis huiuſce Eclogæ docet, nullo pacto vacandum eſſe amori: cum propter illum aſſequendum, & damna, & dedecora plurima eueniant: vnde damnari non poteſt Maro, cũ talia ſcripſerit. ¶Quin tu aliquid.) Ordo eſt: Quin, cur non potius tu paras aliquid detexere viminibus & molli iunco, illorũ ſaltem quorum indiget vſus: ſi quin eſſet hortantis hoc loco, ordo non procederet: legendum & enim eſſet, para, vel pares, quod non eſt in antiquis. ¶Inuenies alium.) Succeſſore nouo vincitur omnis amans.

ASCENSIVS.

¶Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci, &c.) Aut ad ſe, a ut ad puerum loquitur. Si ad ſe, ſenſus eſt, Aſpice infelix Corydon: quo decidiſti: cum ardoris tui nullum ſit refrigeriũ: & ita ſtulte amās, te & tua perdis: proinde, hoc vnum eſt remediũ, vt ſicut clauus, clauo retunditur: ita amore nouo, veterē expellas: vnde, Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis: quia (vt dicit Ouidius) Succeſſore nouo, vincitur omnis amans. Si ad puerum ſit principium, vſque ad illud, Ah Corydon Corydon, quæ te demē. &c. ſenſus eſt. Si vis ſcire, quomodo te ſequar Alexi, & q̃ ardenter amen, aſpice, quia cum boues aratorij domum redeunt, ego ardore amoris iſlāmor. Et hic ſenſus placet, q̃a ſi ad ſe loqueretur,

retur,diceret,Te tamē vrit amor. ❡Ordo eſt.Aſpice,o Alexi,ꝙ iuuenci iuniores boues:referũt.i.retrahunt domũ,aratra ſuſpenſa iugo:& ſol decedēs.i.occidens:duplicat vmbras creſcēteis.i.aduesperaſcit:& nox humida,refrigeriũ adducit: tamen amor: vrit me:enim,pro quia:quis modus.i.quę moderatio,aut finis, adſit amori?q.d.nullus,niſi eũ dederis.deinde,iterũ conuerſus ad ſe,dicit,Ah Corydon Corydon,quæ.i.qualis,& q̃ꝫ vehemēs dementia cæpit.i.irretiuit te?Vitis ſemiputata.i.ad dimidiũ reſecta:eſt tibi.i.tu habes eam:in vlmo frondoſa.i.plena frondium, cũ vitis deberet putari ante eiectionem frondium:hoc eſt,ergo per ſtultos amores,eunt res tuę perditũ.Quin.i.qui non paras potius detexere.i.valde texere:viminibus,& molli iũco,ſaltē aliquid,ſup.eorum,quorũ,hoc eſt earum rerum, quarum vſus.ſ.tuus,indiget:hoc eſt cur non cōtexeris corbes ad vinum muſtũ vehendũ,aut vuas decerptas?Tu inuenies alium.ſ.Alexin:ſi hic Alexis faſtidit.i.cũ ſuperbia & faſtu aſpernatur te. Cætera dicit Mancinellus.Regula prima eſt:in relatiuis,ſi ſine antecedēte ponantur,relatiuũ generale,vt hic,aut is,aut ens,&c.intelligetur: vt hic aliquid quorum,vbi ſubauditur eorũ.Secunda:indigeo, & egeo,genitiuo & ablatiuo conſtruuntur.

PIERIVS.

❡Et ſol creſcenteis decedens duplicat vmbras.) In antiquis aliquot codicibus,diſcedēs,legi:ſed,decedens,lectio caſtior.Eſt & creſcētis,in Romano codice,quæ ſcriptura ibi plurimum reperitur,Quid vero duplicat,pp geminato in codicib.nōnullis manu ſcriptis? nempe iſti veriti ſunt mutam,& liquidã,nō ſatis eſſe ad ſyllabam producendam,niſi ad eiuſmodi parentheſin confugerent.❡Ah Corydon Corydon.)Dictũ iam ex Probi Grammatici ſententia,a,ſine aſpiratiōe affectum ſignificare, & eo modo ſcriptũ in antiquis codicibus plurimũ haberi.Sumpta vero figura eſt ex Theocrito,ὦ κύκλωψ κύκλωψ πάντασ φρένασ ἐκπεπότασαι.Hinc in Mediceo codice ſcriptum eſt per,o aduerbiũ, O Corydon,quod Theocritianæ dictioni proximum eſt.Sed.n.cum Fab.Quintilianus dicat geminationem,hoc loco eſſe miſerandi cauſa factã,mihi minime dubiũ relinquitur eũ,lectionem quæ vulgata eſt,A Corydon,agnouiſſe.❡Inuenies aliũ,ſi te hic faſtidit Alexis.) In hoc verſu tria ſunt:quæ Romanus codex aliter legit,q̃ꝫ vulgata habeant exemplaria.Primo quidem,Inuenies,cum nota ſyllabã eſſe longã denotante, quod multi legũt Inueniens,participij voce.Alterum, quod nōnullis negotium faceſſit,eſt verbũ,faſtidat,per ſyncopã:pro,faſtidiat, quod iam antiquatũ eſt.Eloquutionē vero eiuſmodi figurę No.Marcellus apud Ennium obſeruauit.Tertiũ eſt,Alexin:quarto caſu, quod ideo probandum videtur,quia recipitur a Seruio.In Lōgobardico abraſa eſt litera,quæ poſt i ſuccedebat.In Oblongo,i,& s, vltimæ literæ,alieno ſunt atramento & manu.In Romano vero,Alexim,per m, Latino declinatu,ſcriptum eſt.

SECVNDÆ ECLOGÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN PALÆMONEM VIRGILII.

❡Tertia certantum cenſorc Palæmone litem
Æqualem dirimens,fugere exhortatur amores.

ASCENSIVS.

Tertia certantum,&c.) Ecloga.iij.ex.iiij.&.v. Theocriti potiſſimum ſumpta,Damœtæ,& Menalcæ paſtorum cantandi peritiſſimorum.Primũ,ex æmulatione conuitia.Deinde,muſicum certamen,iuxta amœbei carminis legem.Et nouiſſimo Palæmonis ſententiam in qua æqualem eis cantandi gloriam adiudicat:& ęqualiter eis:alijsq; omnibus amores fugiendos concludit dicēs.Et qſquis amores, Aut metuet dulces:aut experiet amaros.❡Ordo aut verſiculorũ noſtrorũ eſt.Tertia,ſup.Ecloga Maronis dirimēs i.decidens:& terminans:Palæmone cenſore.i.iudice,aut iudicante:hoc ęſt,ſm iudiciũ Palæmonis:litē.i.contentionem arte muſica:æqualem.i.æqualis artis & gloriæ:certantum.i.contendentium paſtorum Menalcæ & Damœtæ:exhortatur fugere amores.ſ.lubricos & laſciuos:nam caſtum amorem ſingulariter dicimus.



## ECLOGA TERTIA QVÆ DAMOETAS, SEV PALÆMON INSCRIBITVR.

### MENALCAS DAMOETAS ET PALÆMON Interloquutores.

Dic mihi Damœta, cuiũ pecus? an Meliboei? ME.
❡Non, verum Ægonis, nuper mihi tradidit Ægon. DA.
❡Infelix o ſemper ouis pecus, ipſe Neæram ME.
Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa, veretur:
Hic alienus oues cuſtos, bis mulget in hora,
Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

SERVIVS.

Dic mihi Damœta.) Tranſit in Eclogam plenam litigij, & paſtoralium conuitiorum. Qui enim Bucolica ſcribit, curare debet ante omnia, ne ſimiles ſibi ſint Eclogæ: quod etiam Virgilius fecit. Nam prima, habet vnius otiũ: & alterius, qui de ſuo agro pellitur, conqueſtionem. Secunda, amantem exprimit ruſticum. Hæc vero, lites habet & altercationem. Vnde etiam dramatico charactere ſcripta eſt, nã nuſquã poeta loquitur: introductæ perſonæ tantum. Nouimus autem tres eſſe characteres dicendi: vnum exegematicum, in quo tantum poeta loquitur: vt eſt in tribus libris Georgicorum. Alium dramaticũ, in quo nuſquã poeta loquitur: vt eſt in comedijs & tragœdijs. Tertium miſtum, vt eſt in Æneide: nam & poeta illic, & introductæ perſonæ loquuntur. Hos autem omnes characteres in Bucolico eſſe conuenit carmine: ſicut liber etiam iſte demonſtrat. Nam habet illum exegematicum, in quo tantum poeta loquitur. vt, Sicelides muſę, paulo maiora canamus. Habet miſtũ, vt, Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Nam etiã Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum, vt in prima ecloga: item in hac, quam miro ordine ex rebus communibus venientem compoſuit. Habet enim in ipſo quaſi primo occurſu, lites & iurgia: Inde quæritur iudex, quo præſente, habeãt conflictum & diſceptationem. Sequitur inde ſententia, quæ vniuerſa concludit. ❡Cuium pecus? Ab amaritudine cœpit.) Nam dicendo, cuium pecus, oſtendit eum eſſe mercennarium. Eſt autem Theocriti carmen. εἰ πέ μοι ὦ κορύδων τίνεσ αἱ βόεσ ἦρα φιλώνδα; οὐχ, ἀλλ᾽ αἴγωνοσ. Cuiũ autem, antique ait, vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret cuius pecus: quod modo trium eſt generum. Antiqui dicebant ſicut meus mea meum, ſic cuius cuia cuium. Terentius, Quid virgo, cuia eſt? ❡Non verũ Ægonis.) Amare etiam hæc riualis eius pecora eſſe dicit: vt & diuitias illius oſtendat: & dicat duras eſſe huius partes, ſi quidem riualis eius, traditis ouibus, ſolus amicæ communis amoribus vacet. ❡Mihi tradidit.) Meæ fidei cõmiſit & credidit. ❡Infelix o ſemper ouis pecus.) Ordo eſt, o infelis pecus ſemper ouis: ideſt, ſemper futurum imbecille. ❡Neæram.) Amicam cõmunem ſuam & Menalcæ. ❡Dum fouet.) Dum amplectitur. ❡Præferat illa, veretur.) Ac ſi diceret, ideo timet ab illa diſcedere: quia ſcit me præferri, ſi ipſe diſceſſerit. ❡Bis mulget in hora.) Quod vix per totum diem poteſt in ouibus fœcundis fieri. Nam pro laude in Georgicis poſuit, bis ad diem mulgeri oues: dicens, Quod ſurgente die mulſere, horisq; diurnis, Nocte premunt: quod iam tenebris & ſole cadente, Sub lucem exportant calathis. Quid autem ſit Bis mulget in hora, ipſe dicit. ❡Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.)

MANCINELLVS.

❡Dic mihi Damœta, &c.) Sumpta eſt Ecloga maxime à Theocriti. iiij. & .v. In. iiij. Battus & Corydon colloquũtur: eſt autem initium tale, Batto interrogante, illo poſtea reſpondẽte, Dic mihi, o Corydon: cuium pecus? eſt ne Philondæ? Reſpondet Corydon, Non verum Ægonis, nuper mihi tradidit Ægon. Inde Battus ait, Me cuſtode boui tonderet paſcua prati. Reſpondet Corydon, Nõne oũes furtim ſero ſub veſpere mulges? Scribitur fuiſſe quendam, qui liuore ductus vt Virg. derideret, duo carmina prima ſic mutauerit: Dic mihi Damœta, cuium pecus, an ne Latinum? Non, verum Ægonis, noſtri ſic rure loquuntur. ❡Cuium.) Id cuius, cuia, variatur: de quo lege Priſcianum lib. xvij. ❡Pecus.) Ouium gregem, hic intellige, vt Ouid. lib. xiij. Metamor. Hoc pecus omne, meum eſt. vbi de ouibus, & capris intelligit. ❡Infelix, o, &c.) Dolẽtis, admirãtisq; interiectio eſt. ❡Semper ouis.) Ideſt molle, & debile. ait enim poeta lib. Geor. iij. Glacies ne frigida lædat molle pecus? Fouet.) Amplexatur. ❡Bis mulget in hora.) Scribit Varro li. ij. ca. ij. Interea dum nutricantur agni, eorum matres nõ mulgẽdas, vel melius omnino perpetuo: ꝗ & lanæ plus ferunt, & agnos plures. ❡Pecori, & lac.) Non fit hoc loco ſynalepha: nec ſcribendum eſt, Lac & vt quidam fecere textus deprauantes.

ASCENSIVS.

❡Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Non, verum Ægonis, nuper, &c.) Ad futuram contentionem, quæ erit de peritia cantandi inducenda, præmittuntur paſtorũ conuitia, ex æmulatiõe quadam riuali orientia: vnde cũ Menalcas filiusfamilias, & gregis patris ſui cuſtos, Damœtam mercenarium egregium pecus paſcere videret, motus inuidia: vel ꝙ eum cũ riuali ſuo Ægone commercium habere ſciret: vel ꝙ illũ in arte cantandi æmulum haberet: vel ꝙ pecoris fœcunditatem illi inuideret. A conuitio, & exprobratione incipiens, inquit, Dic mihi Damœta: cuiũ pecus? an Meliboei? hoc eſt, ſcio, quia tuum non eſt, cũ miſer, & pauper ſis: eſt ne forte Meliboei? illius paſtoris, quem profugũ, prius dixerat Virgi. Maro. q. d. forte ab iniquo milite, iniquus paſtor boni pecoris: ſed alieni curã ſuſcæpiſti. Itaq; eum, & paupertatis, & furti quodãmodo arguit. Quod intelligens Damœtas regerit conuitia in Menalcam eum amare, mordens, ac dicens, Non eſt Meliboei, ſed Ægonis, riualis tui: vt. ſ. noris, q̃; duram prouinciam agas, qui tam potentem, ac diuitem virum æmulũ habes q. d. ſi ergo mercennarius ſum: tu tamen infelicior, & miſerior es, qui cum domino meo contendis. Riualis autem (ne quid titubes) eſt, qui cũ altero ad eundem amoris riuũ: hoc eſt, ad eandem amicam, non ſine æmulatione contendit: ſicut tauri, dum ad eundẽ riuum aquantur, concertare ſolent. Ad hoc Menalcas, O infelix pecus, quod dum dominus Neæram fouet, veritus ne me ſibi præferat illa, mercenarius bis mulget in hora: & ita & ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis: ad quod Damœtas, Parcius, &c. ❡Ordo eſt. Loquitur Menalcas: o Damœta: dic mihi, cuium, ſup. eſt hoc pecus. i. hic grex ouium: an. i. nonne eſt Meliboei. i. quod Melibœo ſubreptum eſt? Reſpondet Damœtas, Nõ, ſup. eſt Meliboei: verum. i. ſed: eſt, ſup. Ægonis, illius diuitis paſtoris conriualis tui: nam Ægon tradidit mihi nuper, i. a pluſculis diebus. Ad quod, inquit Menal. O ouis, tu, ſup. es infelix pecus: ſemper. i. ſiue a domino amoribus perdito, & negligẽter cuſtodiẽte: ſiue a mercẽnario fure paſcaris: quia dum ipſe. ſ. Ægon dominus, fouet. i. molliter amplectitur, & educat: Neærã. ſ. amicam nobis cõmunem: & veretur ne illa. ſ. Neæra: præferat ſibi me: quod. ſ. faceret, ſi ſemel illinc pedem amoueret: hic. ſ. Damœtas (Monſtrat enim eum: & non loquitur ad eũ, ſed de eo, quaſi ad alium loquatur. Nam ſicut beniuolentiæ ſæpe indiciũ eſt ad abſentem per apoſtrophen loqui, ita inuidiæ, nolle ad præſentem, ſed potius de præſente ad aliũ loqui.) exiſtens cuſtos ouis alienus, ideſt mercennarius, ad quẽ nihil de ouibus ſpectat, mulget bis in hora. i. quaſi per ſingulas horas: & ita: &. i. ſimul: ſuccus. i. naturalis humor ad viuacitatem neceſſarius: ſubducitur. i. ſubtrahitur: pecori. ſ. matribus (quia cũ ſedula natura in id quod exhauſtũ eſt, quidquid vndecunq; coaceruare poteſt, conuertit: ſicut in frequenter coeunte, in ſperma ſanguinẽ: ita in lactante pecude, ſuccũ in lac: atq; ita ſæpe mulgendo, ſuccus ſubtrahitur pecori) & lac ſubducitur. i. clam ſubtrahitur: agnis. ſ. lactentibus adhuc. Succus (inquit Landinus) proprie, humor eſt, quo aĩalis corpus alitur, ac ſuſtentatur. Terentius. Corpus ſolidum, & ſucci plenũ. Qui vero corruptus eſt, humor, pus dicitur. Cætera, præter Ser. explicat Mancinel. Regula prima eſt: cum omnis genitiuus, aut paſſiue tantum: aut actiue, ſeu poſſeſſiue tantũ: aut vtroq; modo, ſignificet mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri: etiam nunc tantum paſſiue ſignificant, mis, tis, ſis, olim: & noſtrum, & veſtrum: etiam nunc tantum actiue, ſeu poſſeſſiue: cæteri omnes vtroq; modo ſignificant. Secunda: quia mis, tis, ſis, ab vſu receſſerunt, loco eorum vtimur meus, tuus, ſuus: & loco noſtrũ, & veſtrum, interdum noſter, & veſter, in ſignificatione actiua, aut poſſeſſiua. Itaq; dices. Pecus meum, non mei: creatio mei, non mea,

Ordo.

Regu[la]

mea: quia tu non creas, ſed crearis: amor tui, ſi amaris: amor tuus, ſi amas. Tertia: quia omnis conformitas caſuum, à dictione regente dependet: nec omnis dictio, omnem dictionem in eodem caſu regere poteſt, contingit interrogatiuum & reſponſiuum, & dictiones per coniunctionem copulatiuam, aut diſiunctiuam copulatas: aut continue, ſine coniunctione poſitas, diuerſorum caſuum eſſe. Itaque interrogatus, Cuium pecus? reſpondere poteſt, Ægonis: & Cuius hic fundus? meus & fratris. & continuo dicere, mea ſolius opera id factum eſt: tuam ipſius animam pertranſibit gladius: ſed de his apud Vallam latius loquuti ſumus. Quarta: Quia quoties, &, dum, partim, ſi, aut, ve, vel, an, neque, & ſimiles particulæ, geminatæ, aut multiplicatæ, vni, aut alteri coniunctorum præponuntur: etiam reliquo, aut reliquis præponi volunt: non dices, Et ſuccus pecori lac &: ſed, & lac ſubducitur agnis: licet vocalis ante vocalem, neque corripiatur, neque abſumatur: ſicut nec ibi in Actęo Aracyntho: vt illic docuimus.

Pierius.

PIERIVS.

¶Infelix, ò ſemper ouis pecus.) In Romano codice, oues, ſcriptum eſt: & ita prius erat in Longobardico: poſtea e abraſum fuit, quod adhuc diſcernitur, & appoſitum i, alio atramento. Habet porro neſcio quid, venuſtius oratio hæc, ò oues, per appoſitionem, Infelix pecus. Quod ſi ouis, pro ouium, cuipiã magis placuerit, ſuo vnuſquiſq; arbitratu faciat. ⌈Hic alienus ouis cuſtos bis mulget in horas.) Quod eadem dictione oues, in Longobardico legitur accuſatiuum eſſe caſum, ouis, vel oueis, indicat. Non.n. dicendum, cuſtos ouis: ſed, bis mulget oueis. ⌈Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.) Paſſim inoleuit, vt ſuccus duplici cc ſcribatur. In antiquis tamẽ his codicibus omnibus, & his ipſis, qui literas geminare ẽt ſine delectu gaudent, ſucus, vnico c ſcribitur, quod & ipſa analogia expoſcere videtur: niſi quis, non à ſugo, ſed à ſuctu, ſuccũ deduci velit: & propterea geminari cc contendat. Notat vero verſum hunc Val. Probus in quo nulla fiat ſynalephe, cum plerunq; vocales inter ſe concurrant, neq; tamen vlla elidatur.

⌈Parcius, iſta viris tamen obijcienda memento. DA.
Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo (ſed faciles nymphæ riſere) ſacello.
⌈Tum credo, cum me arbuſtũ videre Myconis ME.
Atq; mala vites incidere falce nouellas.
⌈Aut hic, ad veteres phagos, cũ Daphnidis arcũ DA.
Fregiſti, & calamos, quæ tu peruerſe Menalca,
Et cum vidiſti, puero donata, dolebas:
Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

SERVIVS.

¶Parcius.) Melius hic diſtinguitur: licet poſſit dici etiam, partius iſta. Senſus autem eſt, Noli valde hæc obijcere, tñ ſcias viris fortibus obijciendas rapinas. Ipſe.n. ait in nono, Cõuectare iuuat prędas, & viuere rapto. ⌈Nouimus & qui te.) Subaudi corruperũt. quod ſuppreſſit verecunde: licet Theocrit⁹ apte ipſam turpitudinem ponat & exprimat. ἦ οὐ μέμνᾳ ὅτ᾽ ἐγώ κατήλασα, χὠ τὺ σεσαρὼσ εὖ πότε κιγκλίζευ. ⌈Sacello.) i. in quodã ſacro. nã diminutione dictũ eſt. ⌈Trãſuerſa tuentibus hircis.) Hircos. i. capros, libidinoſa conſtat eſſe animalia. Vnde Horatius, Libidinoſus immolabitur caper, & agna tempeſtatibus. Quod etiã Plynius ſecũdus dicit, Hirci ſi caſu aliquo coeuntes vident, adeo indignantur, vt in eos pene impetũ faciãt. Hinc eſt, Tranſuerſa tuẽtibus hircis. i. veſtrã turpitudinem indignãtibus. Alij hoc improbant, & legunt hirquis. Hirqui aũt ſunt oculorũ anguli, ſm Suetonium Tranquillum, in vitijs corporalibus: vt ſit ſenſus, Nouimus qui te corruperit, hirquis tranſuerſa tuentibus: & eſt Hypallage, pro, oculis in hirquos retortis: quam rem ſolet libido perficere. Vnde Iuuenalis, Oculoſq; in fine trementis. Perſius, Patrãti fractus ocello. ⌈Sed faciles nymphę riſere.) Ideo (inquit) indulſere nymphæ, quia mites ſunt & exorabiles. Sic in Georgicis, Et faciles venerare Napæas. ⌈Tum credo.) Et ruſtice & naturaliter reſpondet. non.n. ante purgat obiecta, ſed alia obijcit. Ita enim irati facere conſueuerunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta diſſoluere. ⌈Mala falce.) Qua tu male vteris. Et dictum eſt ex affectu vtentis: ſicut, Inutile ferrum Cingitur. In hoc autem maximum nefas eſt, quod ait, vites nouellas. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat autem capitale ſupplicium arbores alienas incidere. Et. ⌈Arbuſtum.) quidam locum in quo arbores ſunt volunt accipere: ſicut ſalictum. ⌈Arcum, & calamos.) Nam habent arma paſtores: vt in Georgicis docuit, Armaq;, amycleumq; canem, Creſſaſq; pharetras. ⌈Peruerſe Menalca.) Aut conuerſe ad turpitudinem. aut intelligamus quendam fuiſſe Menalcam nobilem: vt iſtum peruerſum Menalcam dixerit, illius comparatione. Sic Salluſtius, Sæuus iſte Romulus. ⌈Aliqua nocuiſſes.) Ideſt aliquatenus, aliqua ratione.

ASCENSIVS.

¶Parcius, &c.) Reſpondet ad obiecta Damœta, dicens, O Menalca: tu deberes iſta, ſcilicet tua, aut turpia flagitia, parcius obijcere viris, vt mihi, & alijs, qui vlciſci poſſemus: tamen memento ea obijcienda eſſe tibi, videlicet effœminato, & tui ſimilibus: nam ſcimus te effœminatum eſſe. nouimus enim, & qui te ſtuprauerunt hircis indignantibus: aut oculis tuis in fine trementibus, & quo ſacello, quia in paſtoralium nympharum ſacello id fecerunt: ſed nymphæ faciles. ſ. per ſexum benignæ, riſerunt, cum de te vlciſci deberent, ſi in ſeueræ cuiuſpiam deæ, vt Palladis, aut Mineruæ phanis commiſiſſes. Reſpondet Menalcas nõ purgando ſibi obiectum crimen: ſed per ruſticam vlciſcendi cupiditatem, aliud crimen illi obijciendo: ſic: credo, ꝙ tunc riſerint nymphæ faciles, quando viderunt me incidere vites nouellas, & arbores vitiferas Myconis, quod per ironiã dicit: quia non Menalcas, ſed Damœtas id fecerat, quod vtiq; conſtabat: erat autem capitale. vnde reſpondet Menalcas: aut ſic, tunc non riſerint: quia non viderunt te nymphæ id facere: ſed vis dicere, ꝙ me viderint, id facere: tunc riſerunt quando fregiſti per malitioſam inuidiã: & ęmulationem arcum Daphnidis indulgentiſſimi pueri: tam innata.n. eſt tibi peruerſe Menalca malitia: vt ſi non in aliquo nocuiſſes: mortuus eſſes. Ad quod exclamat Menalcas. Quid dñi &c. ¶Ordo eſt: Iſta. ſ. turpia facinora: quæ in te ſunt: & mihi tamen obijcis: parcius. i. modeſtius: & temperatius: ſup. ſunt: obijcienda viris, ideſt maribus virilibus: & fortibus à viribus, aut virtute dictis cuiuſmodi ego ſum, & tamen memento ea obijcienda, ſup. eſſe aliquibus, quia tibi effœminato: nam nos nouimus, ſup. omnia i. pariter, ſup. eos, qui te ſup. ſtuprauerunt (ſed id honeſtatis gratia ſubticuit: cum moris ſit etiam inter turpes turpia reticere, quaſi nota) & hoc hircis, ideſt maſculis caprarum tuẽtibus trãſuerſa: in tranſuerſum, nec ex directo dignantibus vos aſpicere: aut potius hirquis. i. angulis oculorum tuorum: tuentib. tranſuerſa. i. in tranſuerſum, & libidinoſe ſe circũagitantib. (Dixi potius, quia ſi in ſacello id factum eſt, non poterant hirci videre.) & nouimus quo ſacello. i. paruo phano conſecrato: ſeu ędicula ſacra: quam barbari, cappellam vocant, ſup. te ſubegerunt: ſed nymphæ. i. deæ aquarum, aut montium: faciles. ſ. ad ignoſcendum: riſere. i. riſerunt turpitudinem tuam quam grauiter vlciſci debuerunt. Ad quod Menalcas: ego (inquit) credo, tum. i. ꝙ tũc riſerunt nymphæ, cum. i. quando: videre. i. viderunt me (quod tamen ego non feci, ſed tu) incidere falce mala. i. ad vſum malũ applicata: arbuſtum. i. nouellas arbores, ad vites ferendas conſitas: atq; nouellas vites. i. palmites bonos, & racemiferos: Myconis. i. illius viri diuitis, vicini noſtri: cui tu inuidens, vites eius incidiſti. Ad quod Damœtas: aut ſi, ſupp. tunc non riſerunt: hic, ſupp. riſerunt. ſ. ad veteres phagos, cum, ideſt quando tu fregiſti, ſup. ibi arcum, & calamos Daphnidis, illius pueri pulcherrimi: & quæ. i. quas res, cum tu: ò peruerſe Menalca, vidiſti donata puero. ſ. Daphnidi, dolebas: & ſi non nocuiſſes aliqua, ſupp. parte, aut via, aut re, aut ratione: tu eſſes mortuus, ſcilicet ex inuidia: ſicut dicetur, Inuidia rumpãtur vt ilia Codro. Item legitur apud Theocritum: vt dicit Mãcinellus: vnde eſt etiam illud, Iuuena. ſaty. iiij. Ebrius, aut petulãs, qui nullum forte cecidit, Dat pœnas (quia ſeipſum torquet, vt ibi ſubditur) noctem patitur lugentis amicum Pelidæ, &c. Reprehenditur Ser. quia ſuccinctius de arbuſto loquitur à Beroal. ſic dicente, Mutilata hęc eſt interpretatio. Nam non omnis locus, in quo ſunt arbores, nominatur arbuſtum. Quid ſi eſſent quercus, ilices q; plurimæ? quid ſi innumerabiles? quid ſi ſylua? an ſignificanter arbuſtum nuncupabimus? Minime. Etenim arbuſtum, vt ego accuratius aĩaduerti, proprie ſignificat arbores vitibus maritatas, atque vitiferas, quę in ordinem rediguntur: vt docet Ply. Colu. atq; Palladius, ſcribentes quomodo arbuſtum ſit faciendum: vnde vitis arbuſtiua, & vinum, muſtumq; arbuſtiuum appellatur, ex hmõi ar-

Ordo.

boribus collectũ. Cato quoq; collocat arbuſtũ in octauo loco prędiorum: & ne quiſpiã exiſtimet eum intelligere dę ſylua, ſubiunxit loco nono, ponẽdã eſſe glandiariã ſyluã. Claudius Quadrigarius, locũ in quo ſunt arbores plurimæ, inuſitato vocabulo, arboretum, appellat: quod ipſe nimis licẽter peperiſſe, ac formaſſe creditur. Apud Palladium legi arbuſtum, pro caſtaneto poſitũ quod non longe abeſt à Seruij ſignificatione. Sic ille. De Regula. reliquis audiſtis Mancinel. Regula eſt. Res turpis, & lubrica, aut reticenda, aut per metaphoram, honeſtã'q; tranſlationem ſignificanda eſt. Reticẽda: vt hic, & in Eunucho, Ego Eunuchum illum vel ſobrius, ſup. ſubagitarem: per tranſlationem ſignificanda: vt Georgi. iij. de armentis ante coitum emacerandis & fatigandis, loquutus dicit, Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus, Sit genitali aruo, & ſulcos oblimes inertes, Sed rapiat citius venerẽ, interius'q; recondat: vbi de recæptaculo ſeminis honeſte loquitur, vocans genitale aruum & ſulcos.

PIERIVS.

¶ Obijcienda memento.) In antiqs oĩbus codi. obijcienda, vnico i in ſecũda ſyllaba legitur, & ita reliqua omnia q̃ à iacio cõponuntur, nempe quia putabant duas eſſe vocaleis, neq; cõmode pronunciari poſſe, ſi ambę ponerẽtur: neq; aduerterũt mentem, dum vni conſulunt incõmodo maiori ſe affici detrimento, ſyllaba prima corruente: niſi alterius i, quę cõſonantis loco ſit, quaſi pedamento ſuffulciatur. Sed dę hac ſcribendi ratiõe, plura alibi dicta. Eſt etiã coma aduertenda, quę in antiquis pleriſq; codicibus poſt, Parcius, notata eſt: Vt vno inde membro legatur, Iſta viris tamen obijcienda memento. ⸢ Tranuerſa tuẽtibus hircis.) Oblongus codex omnino legit, hirquis, quod à nonnullis recæptũ, ait Seruius. Romanus vero & alter peruetus cũ Mediceo, hircis. Et ita erat in Longobardico, quãuis alio atramento ſit, neſcio quid, inſertum. Sed. n. hoc à Theocrito ſumptũ videtur, ſententia tamen honeſtius tranſlata, cum dicat ille, dum res turpis ageretur, capellas elangueſcere quodãmodo cœpiſſe, hircum'q; eas iniſſe. Qui vero de oculorum hircis hoc dictum volunt, ijdẽ etiã Theocrito innituntur, qui dixerit, caprarium viſo hirco capellas inſcendente oculis intabeſcere: ait enim, τάκεται ὀφθαλμόσ. Sed. n. prior ſentẽtia magis placet, quia ſcimus antiquos dixiſſe, hirquos, per q & u, quos nos, hircos, dicimus. Eãq; ſcripturę ratioñe remanere adhuc in deriuatiõe nominis, quod hinc tractũ eſt, vt hirquitallos eos vocamus, qui iam cœperint adultioris ętatis eſſe, propterea'q; axillas olere incipiant, hircorum more: dę quo Catullus; Lædit te quædã mala fabula, quæ tibi fertur, Valle ſub alarum trux habitare caper. Hunc metuunt omnes, neq; mirũ, nã mala valde beſtia, nec qui cũ bella puella cubet. Quare ſiue hircis, ſiue hirquis legas, pro vno, eodẽ'q; ſenſu: prout apud Theocritum, eo preſertim Idyllio, quod ſibi Virgilius in hoc fingendo videtur propoſuiſſe, accipi poterit. Illud vero nouimus & qui te, figura eſt breuitatis per detractionem, non tamen ἀποσιώπησισ, vt ait Quinti. Nam in apoſiopeſi, q̃d taceatur incertum eſt: aut longiore ſermone explicandum, hic vnum tantum verbum, & manifeſtum quidem deſyderatur. ⸢ Cum Daphnidis arcum.) Vale. Probus legit, Daphnidos, Græca declinatione.

⸢ Quid domini facient, audent cum talia fures? ME.
Non ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidijs multum latrante lyciſca?
Et cum clamarem, quo nunc ſe proripit ille?
Tityre, coge pecus, tu poſt carecta latebas.
⸢ An mihi cantando victus non redderet ille, DA.
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

SERVIVS.

¶ Quid domini facient, audent cum talia fures?) Plerumq; perſonæ ſuis nominibus exprimuntur, plerunq; per officia deſignantur. vt ſi dicas, philoſophus: nomen ipſum ponis. Si autem velis dicere ſapientiæ operã dans: perſonam exprimis per officium, ſicut hoc loco fecit. Nã pro ſeruo, furem poſuit. Furta enim ſpecialiter ſeruorum ſunt. Sic Plautus de ſeruo. Tu trium literarum homo vituperas me? Ideſt fur. ⸢ Non ego te vidi.) Manifeſte eum furti arguit, dicendo, vidi. ⸢ Excipere.) Dolo capere: vt, Excipit incautum inſidijs. ⸢ Latrante lyciſca.) Lyciſcæ ſunt, vt etiam Plynius dicit, canes nati ex lupis & canibus, cum inter ſe forte miſcentur. ⸢ Proripit.) Ideſt aufugit: & à conſpectu aufert, vel errat. ⸢ Ille.) Ideſt caper. ⸢ Tityre.) Alius paſtor. ⸢ Coge.) Ideſt, collige & in vnum redige. ⸢ Poſt carecta latebas.) Loca caricis plena. Carex autem, herba eſt acuta & duriſſima, ſpartho ſimilis. Alibi Et carice paſtus acuta. Sane ſuper hoc loco ſuperfluam volunt eſſe allegoriam, dicentes rem nuſq; lectam de Virgilio. aiunt enim hoc, Varus tragœdiarum ſcriptor habuit vxorem literatiſſimam: cum qua Virgilius adulterium ſolebat admittere: cui etiam dedit ſcriptam tragœdiam: quam illa marito dedit, tanquam à ſe ſcriptam. Hanc recitauit pro ſua Varus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam. nam tragœdiæ premium caper fuerat, Horatius, Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Sed melius ſimpliciter accipimus. refutandæ enim ſunt allegoriæ in Bucolico carmine; niſi, vt ſupra diximus, ex aliqua agrorum perditorum neceſſitate deſcendunt. ⸢ Meus caper.) Debitus merito victoriæ. ⸢ Reddere poſſe.) ſ. ne ſuo iudicio videretur eſſe ſuperatus.

MANCINELLVS.

¶ Fures.) Seruos intelligit: ijs enim ſæpius furta committuntur. Lyciſca. ⸢ Lyciſca.) Dicitur quaſi, Lyci ſcylax. λύκοσ enim, lupus dicitur: σκύλαξ vero, catulus. ⸢ Proripit.) Procul rapit. ⸢ Carecta.) Carex. Carex, herba eſt quæ naſcitur in paludibus, teſte Probo: eſt autẽ acuta: hinc Maro li. iiij. Geor. Et carice paſtus acuta. ⸢ An mihi?) Cũ nequiret obiectum, apertum crimen repellere, purgat ſe: nam confeſſionẽ pręcedit defenſio: quod etiam Fabius meminit lib. ix. ⸢ Reddere.) Reddere debebat.

ASCENSIVS.

¶ Quid? &c.) Menalcas indignatus, q̃ talia tam petulanter ſibi à ſeruo obijcerentur: quid (inquit) faciẽt domini cum fures? ideſt ſerui, qui fere fures ſunt, talia audent dicere: deinde furem probat eſſe, quia Damonis caprum furatum deprehenderat, quem Damœtas fatetur quidem abſtuliſſe: ſed ob id ſe furtum commiſiſſe negat: cum eum cantando lucratus fuerit, quod Menalcas irridens dicit, Cantando tu illum? &c. ¶ Ordo eſt. Ordo. Quid domini facient, cum, ideſt quandoquidem ita eſt, quod fures, ideſt ſerui furaces: audent talia, ſcilicet fingere, & dicere, in ingenuos & filiosfamilias? & forte viſus eſt Damœtas ægre ferre: quod furem dixerit: vnde illud probat Menalcas, dicens. Nonne, ò peſſime, ſcilicet Damœta, vidi ego te excipere, inſidijs, ideſt per inſidias, & furtiuam abactionem, caprum Damonis? & hoc lyciſca, ideſt cane ex lupo genita, quæ acris eſſe ſolet, & ad cuſtodiam pecoris apta, latrante multum: & cum clamarem, quo ille, ſcilicet fur, ſe proripit, ideſt procul rapit: & dixi, ſupp. mercenario meo, Tityre, coge, ideſt in vnum compelle, pecus, ſupp. noſtrum, dum, ſcilicet illum perſequor: aut ne noſtras quoque pecudes diſperſas excipiat, tu latebas, ideſt occultabaris: poſt carecta, ideſt denſam congeriem caricum, ideſt herbarum aſperarum in palude creſcentium? Reſpondet Damœtas cum indignatione, ægre ferens ſe furti accuſari, pro re quam iuſte ſibi vendicaſſet: An ille victus cantando, ideſt dum mecum canebat. non redderet, ideſt nõ debebat reddere caprum, quem mea fiſtula meruiſſet carminibus, ideſt aut pluribus bonis: aut totidem, ſed melioribus, quaſi dicat, ſi id vis, iniquus es. at ſi neſcis, ille caper, quem, ſcilicet abſtuli, fuit meus: & Damon ipſe. ſ. ad quem maxime ſpectabat negocium, fatebatur mihi, ſcilicet q̃ eum lucratus erã: ſed negabat poſſe reddere, quia eius non erat: rem enim non ſuã depoſuerat, & amiſerat. Nihil hic expoſitionis eget quod non ſit ſatis apertum per Ser. aut Manci. Regula Regula eſt. Si coniunctio, dum conditionalis eſt, ſubiunctiuum modũ: dum cauſalis, indicatiuum efflagitat: vt, Si neſcires, dicerem tibi: Si neſcis, dico tibi.

PIERIVS.

¶ Quid domini facient?) Romanus, & alter peruetus codex, Ordo faciant, habent. In Oblongo, & in Mediceo, à litera ſuperinducta. In Longobardico abraſa dictio eſt. Quod vero ſubſequitur, Nonne ego te vidi. Eſt aliqua in reſpondendo figura, vt Quintilianus ait: Cum aliud interroganti, ad aliud: quia ſic vtilius videatur, occurritur. tum augendi criminis gratia, vt teſtis rogatus an ab reo vapulaſſet? reſpondit, innocens. Tum declinandi, vt quæro an occideris hominem? reſpondetur, latronem. Et in Buco. dicenti, Nonne ego te vidi? reſpõdetur, An mihi cantando victus?

ME. ⁋Cantando tu illum? aut vnq̃ tibi fiſtula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte ſolebas,
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

DA. ⁋Vis ergo inter nos, quid poſſit vterq;, viciſſim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono. tu dic mecum quo pignore certes.

SERVIVS.

❡Cantando tu illum?) Imperitus peritum. ⁋Cera iuncta fuit.) Supra, Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. ⁋In triuijs.) Cõſuetudo enim fuerat vt per triuia & quadriuia vlularent, & flebile quiddam in honorem Dianæ canerent ruſtici, ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proſerpinam in triuijs clamore requirebat. Nouimus autem eandem eſſe Proſerpinam quam Dianam. ſic in Æneide, Nocturniſq; Hecate triuijs vlulata per vrbes. ⁋Miſerum carmen.) Triſte. flebile;, quale canunt ſtipulæ: & quod congruit ad imitationem matris orbatæ. ⁋Vis ergo inter nos.) Aut noſtri cõparatione: aut, quod melius eſt, nullo iudice præſente. poſtea enim ex improuiſo Palæmon adueniet. ⁋Viciſſim experiamur.) Ideſt amœbæo carmine. Amœbæum autem eſt, quoties ij qui canunt & æquali numero verſuum vtuntur, & ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut maius aut contrarium aliquid dicat: ſicut hic ſequentia indicabunt. ⁋Ego hanc vitulam.) Subdiſtingue, vt ita intelligamus, ne eam vilem exiſtimes. ⁋Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fœtus.) Vt eam laudare ex fœtu & ex ætate videatur. Male enim quidam quæſtionem mouent dicentes, vitulam paruam eſſe: nec congruere vt eam iam enixam eſſe dicamus: ſed debere nos iuuencam ſubaudire, vt ſit, Ego hanc iuuencam depono, vitulam ne forte recuſes. Nam & vitula, à viridiore ætate dicta eſt, ſicut virgo: vt paulo poſt ipſe dicturus eſt. Si ad vitulam ſpectas, nihil eſt quod pocula laudes. Item, Et vitula tu dignus, & hic. Vnde & iuuencam ſubaudire non poſſumus: ſed ſecundum ſuperiorem ſenſum intelligamus. Vitula enim eſt nomen ætatis: non quod tantum ante partum vaccæ poſſideant. ⁋Mulctram.) Et fœmineo genere dicimus hæc mulctra: & neutro, hoc mulctrale. Vnde in Georgicis, Implebunt mulctralia vaccæ. Alij faciũt diſcretionem: vt ſit mulctra, tempus quo mulgentur animalia; mulctrale, vas in quod mulgétur. ⁋Depono.) In ſponſione colloco, ſequeſtro.

MANCINELLVS.

❡Aut vnquam.) Theocritus ait quoque in. v. An fuit vlla tibi calamis compacta canoris Fiſtula? qua pecudes fierent per gramina lætæ? Nonne tuos cantus diſperdere raucus inertes? ⁋Stridenti ſtipula.) Iam cum Corydone ſolebas? ⁋Miſerum car.) Aut quia ab illo mane canebatur: vel flebile, vt aiunt: ſi volueris intelligere illorum morem: qui in triuijs flebile, canerent in honorem Dianæ, ad Cereris imitationem. ⁋Vis ergo.) Ordo eſt: Vis ergo viciſſim experiamur, inter nos quid poſſit vterque. ⁋Ego hanc vitulam.) Theocritus quoque ait in. v. Ego hœdum, ſi forte velis deponere mecum, Nil ſacrum, ſanctumq; nihil, nullamq; minoris Rem facio certabo equidem dum victus abibis, Et domitum donec teipſum fateare canendo. ⁋Mulctrã.) Mulgendi vaſculum. ⁋Bis.) Mane & veſperi, quáquã binos etiam fœtus alat: quod quidem maxime fœcunditatis eſt.

ASCENSIVS.

❡Cantando tu illum?) Menalcas indignatus, quod Damœtas Damonem viciſſe gloriaretur: dicit ipſum, omnino imperitum artis cantandi: ex quo naſcitur Damœtæ occaſio prouocandi Menalcam ad certamen muſicum: quod principaliter à poeta in hac Ecloga prætenditur. Tria autem prima verba, ſub diſtinctione quadam legenda ſunt. Nam ſingula pondus ſuum habent. Primo, quia dicit, Cantando: ac ſi dicat, pugnando fortaſſis, aut currendo, aut operatione alia quauis mechanica, illum ſuperare potuiſſes: ſed non cantando, cùm tu ſis cantandi imperitiſſimus: ille contra peritiſſimus. Nam imperitum te eſſe plane conſtat, qui nunquam niſi vniformi, ac ſimplici ſtipula, & id miſerum carmen in triuijs diſperdere ſoleas. Ad quod Damœtas, Vis ergo &c. ❡Ordo eſt. Tu, ideſt tu ne qui imperitiſſimus es, viciſti, ſupple illum, ſcilicet Damona, virum peritiſſimum: cantando, ideſt in arte muſica? aut ſupple credam tibi, ꝙ fiſtula fuit tibi vnquam: iuncta, ideſt compacta: cera, ideſt per ceram: vt ſit varietas, ac diſcretio vocum. Num, ideſt nonne: tu indocte, ideſt imperite cantandi: ſolebas diſperdere, ideſt diffundere perditum: & in auras vanas, cum nullus auſcultare vellet: in triuijs, ideſt locis vulgaribus, quo tres viæ ducunt: & quo plebei, ac ignari conuenire ſolent, qui te tamen audire recuſarunt, ſolebas, inquam, diſperdere ſtipula, ideſt culmo: ſtridenti, ideſt diſſone crepitanti, carmẽ miſerum: quia licet fortaſſe cum alterius authoris eſſet bonũ, fuerat tamen miſerum, quia a te imperito, atque inepto diſperdebatur. (Nam miſerum, fere in bonam accipimus partem: hoc eſt, pro paupere, aut afflicto quidem, ſed miſeratione digno: vnde illud Æneidos. ij. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem finxit, &c.) Aut ſic, carmen miſerum, ideſt de miſerijs compoſitum, quales ſunt næniæ, ideſt lamentationes funebres: & elegiæ, ideſt carmina de miſerijs amantium: aut caſus ſepultorum, quæ epitaphia dicuntur: (hec enim elegiaco primum dicebantur. vnde Flaccus in arte, Verſibus impariter iunctis, querimonia primum, Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.) Reſpondet Damœtas. Ergo, hoc eſt quia tibi perſuaſum eſt, quod cantandi imperitus ſim: vis vt, ſupp. experiamur inter nos, ideſt faciamus periculum viciſſim, ideſt per vices canendo iuxta legem Amœbęi carminis. (Id enim eſt, quoties alterni canunt, ea lege vt ſecundus totidem verſus dicat: ſed aut maius, aut contrarium ſignificantes. Nam ἀμοιβαδὶς καὶ ἀμοιβαδὸν, dicitur viciſſim. & ἀμοιβαῖος, mutuus: & ἀμοίβω, mutuo. Ideo autem ſequens, plus aut contrarium debet canere, quia difficilius eſt excogitare, & primum inuenire, quàm imitari: atq; ita vt ęquæ ſint vtriuſq; partes, ea lex ſancita eſt) quid vterq;, ſup. noſtrum poſſit, ſcilicet in carmine: & ne forte dicas, quia mercenarius ſum, quod nolis mecum gratis, & ſine ſpe lucri, ſi viceris, contendere: ego depono hanc vitulam, ideſt virentem & iuuenem vaccam: aut pro vitula, aut contra vitulam tuam & ne forte recuſes: quia dixi, vitulam ipſa venit bis ad mulctrã, ideſt ad vas in quod mulgetur (, ſcilicet alterum, ſecundum quoſdam, vber) & alit binos, ideſt ſingulis diebus: duos fœtus, ſcilicet ſuos: vbere, ſcilicet altero (nam ſecundum eos: vt idem vber, bis mulgeatur: & tamen binos fœtus alat, fidem excedit.) Alijs autem ſenſus videtur, ꝙ bis mulgeat, aut binos fœtus alat: non ſimul, ſed vtrum velimus vt, ſcilicet ſecundum, ſit declaratiuum prioris. Nam ſi dicat Menalcas, quamlibet vitulam, aut iuuencam poſſe venire bis ad mulctram, modicum, ſcilicet lactis daturam: ad hoc reſpondet, quod tantum lactis dat, vt ſi velis, binos alat vbere fœtus. Verum me iudice, ſenſum eorum qui dicunt bis venire ad mulctram quotidie, & alere binos fœtus vbere non altero, ſed vtroq;. i. vbertate ac fœcunditate mãmillarum ſuarum non damnabitur: nam etiam oues, quia lac ab agnis non plane exugitur: ne quod remanet eis, noceat, & ſterilitatem lactis pariat: licet alant agnos, tamen mulgentur, quod & vitulæ concedi poteſt: quia tamen pro vacca, quæ nondum fœtũ produxerat, accipi ſolet: poſuit Seruius etiã expoſitionẽ quã modo recitauimus: vt ſit ego hanc iuuencã depono vitulam. i. pro vitula, licet melior ſit: quod & nobis dicendum eſt: niſi velimus vitulã, eã quæ iam enixa eſt dicere: tu dic quo pignore certes mecum. i. quid velis deponere vt mecũ certes. ⁋Deponere.) Eſt de ſe, hoc eſt ſeorſum a ſe, & extra ſuam poteſtatem ponere in arbitrium ludi, aut exitus eius: pro quo barbari, vadiare dicunt. Regula eſt. Vbi de vtraq; parte, aut de pluribus partibus propoſiti, æqualiter dubitatur: ſic vt etiam ambæ, aut omnes negari poſſint: recte vtimur, aut ve, & vel: ſed ſi inter parteis dubitetur, certum tamen ſit vnam eſſe concedendam: vtendum ſit ne, ſiue an. Exemplum prioris: vt putas Ariſtotelem logicæ: aut phyſicæ imperitũ fuiſſe? q. d. neutrius imperitus fuit: & hoc loco, Tu illum cantando? hoc eſt, credam, ꝙ tu illum cantando viciſti: aut, ꝙ vnquã tibi fiſtula cera iuncta fuit? q. d. neutrum credam. Exemplum ſecũdi, vt quia certum eſt, patrem meum viuere, aut mortuum eſſe: nõ dicã, neſcio: pater meus mortuus ſit, aut viuat, ſed an viuat: aut ſic, neſcio viuat necne pater meus.

Ordo. Depono Regula.

PIERIVS.

❡Aut vnquam tibi fiſtula cera Iuncta fuit. ⁋In Roma. codice, & in aliquot alijs, legere eſt, Vincta fuit: placet tamen, Iuncta, multo magis: vt Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. In Mediceo autem codice ſententia per, haud, aduerbium negandi eſt, vt interrogatio ſit per reticentiam, Cantando tu illum? Inde aduerſario adueniente ſubiungat, Haud vnquã tibi fiſtula cera iuncta fuit. Inde per alteram interrogationem, Num tu in Triuijs? argumentetur, minime fieri potuiſſe, vt cantando vinceret.

ME. De grege non auſim quidquam deponere tecũ,
Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verum id quod multo tute ipſe fatebere maius,
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Phagina, cælatum diuini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis,
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon. &, quis fuit alter?
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
DA. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho,
Orpheaq; in medio poſuit, ſyluasq; ſequentes.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.

SERVIVS.

De grege non auſim quidquam deponere tecum.) Supra enim eum aliena paſcere dixit animalia: vt, Dic mihi Damœta, cuiũ pecus? Iniuſta nouerca.) Epitheton generale nouercarum. Bisq; die numerãt ambo pecus.) Et dũ vadit ad paſcua: & dum inde reuertitur. Alter et hœdos.) Male quidã priuignum accipiunt. alter enim, de duobus dicimus, non de tribus: vnde alter, de nouerca intelligam⁹. Nec nos moueat ꝙ. alter dixit de fœmina: nam & in ſubauditione ponuntur ea q̃ non poſſumus dicere & ſcimus: quia quoties hæc duo genera iungũtur: maſculinũ præponderat fœminino. Inſanire libet quoniã tibi.) Vel ſub ſponſione contendere: vel, quod melius eſt, carmina componere. Nã inſani dicuntur poetæ. Diuini opus Alcimedontis.) Laus ab artifice. Cicero, Polycreti eſſe dicebant. Pocula autem. Fagina.) quaſi rem maximam. Quibus torno facilis.) Donatus ſic legit. Legitur tamen & torno facili: ad excludenda duo epitheta: quod eſt in latinitate vitioſum, ſi ſit, lenta facilis vitis. Corymbos.) Vuas hederarum. Conon.) Dux fuit: cuius nomẽ dicit, quia in omnium ore verſatur, nã philoſophi tacet, quod non facile poteſt ad ruſticum peruenire. & bene ea dicit philoſophi q̃ ad ruſticum pertinent: vt, Tempora quę meſſor, quę curuus arator haberet. Radio.) Ideſt virga philoſophorum, qua geometræ lineas indicant. Inuenta autem hæc eſt ars tempore quo Nilus plus æquo creſcens confudit terminos poſſeſſionũ: ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diuiſerũt agros: inde geometria dicitur: cum non tantum terræ, ſed & maris, & cœli, & aeris ſpatia metiri conſueuerit. Significat aũt aut Aratũ, aut Ptolemæum, aut Eudoxũ. Nec dum illis labra admoui.) Hypallage. pocula enim labris adhibemus: vt Dare claſſibus auſtros. Et tantam in eis dicit venerationem, vt necdum illis vſus fuerit. Idem Alcimedon.) Irriſio eſt facta iteratione verborũ. & mire omnia in vituperationem trahit, quæ ille laudauit. Et nobis fecit.) Ac ſi diceret, Putas te ſolum habere pocula: cui.n. Alcimedon non fecit? tu pro reuerentia ea non tangis: ego ideo quia vilia eſſe exiſtimo. Molli acantho.) Genus eſt floris: quia ille dixerat, lenta vitis. Syluasq; ſequentes.) Non ſecutas: ſed quaſi adhuc ſequentes: vt peritiam artificis laudet.

PROBVS.

Conon.) Conon Samius mathematicus. Sed quanuis fuerint mathematici, eleganter ruſticum errantem inducit, dicentem, Quis fuit alter? Alter enim accipitur vnus ex duobus in alio ſic, Conon mathematicus: Ægyptius natione, Ptolæmeo ad Sidotis libros de aſtrologia ſeptem reliquit. Alterum poſt Cononem quem dicat incertum eſt. Sed ſuſpicãtur Archimedem, quod Cononis diſcipulus. Quidam Eudoxum Cnidium, qui de aſtrologia diſputauerit. Quidam Aratum, in quem fides videtur nutare, quoniam prognoſtica fecerit. Quidam Heſiodum, quod dixerit, πλιαίδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων: quod & hic tẽpora, quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.

Conon.

MANCINELLVS.

Alter & hœdos.) Nouercã intelligit. eſt autem figura alleotheta, ideſt alter poſita: ſeu variatio, vel aloeſis, ideſt permutatio: confunditur enim genus: vt ibi, Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis: ad dulce enim, quod eſt neutrum, tam maſculina, q̃ fœminina reddidit. de hac latius in carmine. Verum id.) Ordo eſt. verum, ideſt ſed: quoniam libet tibi inſanire, ponam id quod tute ipſe fatebere multo maius: appoſitio, pocula phagina. Pocula Phagina.) In dicto Theocriti loco, ſic eſt, En hœdum depono meum, pinguedine tardum, Agnũ etiam ſubnecte tuum pro pignore pinguem. Et mecum ſi nunc audes contendere tenta. Plin. autem lib. xvj. cap. lv. ſic ait, Phagis pectines tranſuerſi in pulpa: apud antiquos inde & vaſis honos. Marcus Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum phaginum, quo ſacrificaret. Opus Alchimedontis.) Ab artifice tribuit illis dignitatem. Lenta quibus.) Ordo eſt, quibus facili torno ſuperaddita lenta vitis: veſtit corymbos diffuſos, ac hedera pallente vitis. Theocritus quoq; ait in priã Ecloga, Et Scyphũ multo imbutum tibi nectare binis Auribus amplexum, ligni redolente ſapore Donabo, labris pallẽs inflectitur amplis Hinc hedera, hanc circum frondes ſuperaddita vitis Cum croceis hœderæ ramo ridente corymbis. Corymbos.) Corymbon, roſtrum nauis dicitur: corymbos, cacumen: ora, corymbus. Dicuntur autem corymbi, racemi hederæ: vt etiam ſcribit Plin. libro. xvj. Conon.) Fuit Conon Athenienſium dux de quo Æmylius, Probus, & Iuſtinus lib. v. hic vero de aſtrologo intelligitur. ait enim Probus, quod Conon Samius mathematicus, de aſtrologia libros ſeptem reliquit. Et quis fuit alter?) Anaximander Mileſius, primus terræ, marisq; circuitus deſcripſit, & ſphæram inſuper conſtruxit. author eſt Laertius: & Strabo lib. xiiij. de hoc igitur intelligendum. Radio.) Virga geometrica. Tempora quæ meſſor.) De his late in. j. Georgico. Amplexus.) Theocritus quoque in. j. Præterea viridi circum eſt amplexus acantho Paſtorale decus. Acantho.) Eſt acanthus, vrbana herba, elato, longoq; folio: crepidines marginum, aſſurgentium puluinorum, toros veſtiens. Duo genera eius ſunt, aculeatum, & criſpum, quod breuius: alterum, leuę. Plin. author lib. xij. Eſt autem flexibili virgulto, hinc legitur lib. iiij. Georgico. Flexibile vimen acanthi. Eſt etiam arbor: vnde. ij. Georgico. Eſt & baccas ſemper frondentis acanthi. Orpheaq;.) De hoc nos Ecloga. iiij. Necdum.) Theocritus in. j. Necdum illi labra admoui, ſed conditus arca, Intactusq; manet: tanto te munere dignum Efficiam mihi, ſi dulcẽ cantaueris hymnum.

Corymbus.

ASCENSIVS.

De grege non auſim, &c.) Menalcas filius (vt dixi) familias, prouocatus ad certamen muſicum, ſe quidem certare paratum oſtendit: ſed non habere quod deponat: in quo, vt in alijs multis, poeta graphice depingit mores hominum: oſtenditq; quid interſit inter ingenuum, liberumq;, & ſeruilis, ac mercenariæ conditionis hominem. Nam Damœtas mercenarius, confeſſus pecus quod paſcebat eſſe Ægonis, audet de ipſo egregiam deponere vitulam: Menalcas autem, quia filiusfamilias, veritus patrem, ac formidans nouercam, non audet quidquam deponere de grege paterno, ſed de peculio: pocula videlicet, quæ ab Alchimedonte, ſibi peculiariter obtinuerat. In quo oſtenditur in filio, plus boni timoris, quàm in ſeruo eſſe. Nam, vt ſine offenſione patris pocula deponat, ea ſummopere commendat, & ab artifice, & ab artificio: ſed (vt in ſequentibus dicam) cum nollet Damœtas pocula deponi, ne litem timore fugere putetur etiam cum timore offenſionis paternæ, dicit ſe vitulam quoque depoſiturum: quaſi amor laudis, plus vrgeat quàm patris. ſicut in Andria dicit Pamphilus, Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ, volo: ſed ſi id non poterit, id faciam in procliue, quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat. Ordo eſt. Ego non auſim deponere quidquam, ideſt quanuis rem, ſiue magnã, ſiue paruam: de grege, ſcilicet paterno. Nanq;, pro quia: pater eſt mihi domi, ideſt habeo domi patrem: & nouerca iniuſta, aut quia omnis iniuſta, aut quia hæc præcipue iniuſta eſt mihi domi: & ambo, ſcilicet tam pater, quàm nouerca, numerant die, ideſt quotidie: bis, ſcilicet mane & veſperi: pecus, ideſt gregem ouium: alter, ſupp. eorum, ſcilicet nouerca, numerat: &, ideſt etiam, præter oues hœdos: verum, ideſt ſed: quoniam libet tibi inſanire. i. furore poetico rapi: aut inſanum laborem inire (vnde videlicet, nec lucrum, nec honorem conſequaris) ego ponam, ideſt deponam tibi, id quod tute. i. tu ipſe fatebere, ſupp. eſſe: maius multo, ſcilicet q̃ vitulam: appoſitorie, pocula. i. vaſa potoria: phagina, ideſt ex phago cælata: iterum per appoſitionem, opus: quaſi dicat exiſtentia opus: cælatum. i. exculptum:

ſculptum:diuini.i.præſtantiſſimi,& diuino ingenio:præditi Alcimedontis illius artificis, aut celatoris: quibus, ideſt in quibus poculis:aut ad quorum decoramentum,vitis lenta flexibilis,ſuperaddita torno facili.i.agili,& molliter ſculpenti:veſtit.i.cooperit,aut amplectitur:corymbos.i.fructus hederæ:diffuſos i.in diuerſa diſperſos.hædera pallente,ideſt circumerrante:aut, quia ex Theocrito ſumptum eſt,apud quem legitur, Labris pallens inflectitur amplis:hinc hedera, dicamus hedera pallente.i.ſubalbida:alba enim laudatur, vnde dicetur,hedera formoſior alba.duo ſigna.i.duæ imagines exculptæ ſunt,ſup.in medio poculorum, ſcilicet Conon.ſ.Samius mathematicus. &(volebat etiam alterius nomen dicere:ſed per ſimplicitatem,ac ruſticitatem paſtoralem,oblitus proprij nominis alterius,dicit,apud ſe) quis fuit alter? & cum non poſſet meminiſſe nomen eius, circunloquitur,dicens,eſt ſupp.is qui deſcripſit gentibus totum orbem :radio,ideſt virga geometrica,qui fuit Anaximander] mileſius,& qui deſcripſit radio tempora:quę meſſor haberet,& quę arator curuus.i.incuruatus,dum arat,haberet.i.quibus temporibus arandum & quibus metendum eſſet.Necdum.i.& nō adhuc:& ego non admoui adhuc illis labra:ſed ſeruo condita,id eſt recondita & abſtruſa tanquā rem pretioſiſſimam.Ad hoc(inquit Damœtas)non paruifaciens Alcimedontis pocula. Idem Alcimedon, quem tu,ſcilicet diuinum dicis,fecit:&.i.etiā,nobis duo pocula:& amplexus eſt circum,ideſt in circuitu:hoc eſt, circundedit anſas.i.ſi ſic dicamus manubria:hoc eſt,quibus pocula manu tenentur.(Vnde in Sileno dictum eſt,Et grauis attrita pendebat Cantharus anſa.)molli.i.flexibili:acantho.i.herba illa vrbana,aut virgulto extremitates eius:ad quod naſcitur ambire & circumplecti ſolita,aut ſolito(hoc eſt,ſculpſit in circuitu acanthum,cuius ſculptura & difficilior,& ſpetioſior eſt: non tamen conuenientior poculo,quia ſolent ad pocula adhiberi,quæ potum,aut generant,vt vites:aut conſumunt,vt capri,vnde eſt illud Iuuenalis,Et ſtantem extra pocula caprum. Quia ergo non potuit conuenientiorem ambitum dare:dat conuenientiora ſigna:nam muſicis,magis quadrat Orpheus diuinus vates,q̄ Conon,ſiue rex,ſiue aſtrologus intelligatur. Licet nullius rei verus poeta totus expers ſit.)& poſuit Orphea ,ideſt muſicum illum diuinum in medio: & ſyluas ſequentes.i.tam graphice celatas, vt ipſum ſequi videantur:necdum,ideſt & non adhuc:& ego nō admoui illis adhuc labra: aut quia non tanti facio: aut potius, quia etiam pretioſiſſima iudico,& tuis pretioſiora:vnde & ego ſeruo ea condita, verum ſi ſpectes ad vitulam,quam ſcilicet deponam:nihil eſt,quod laudes pocula quantumuis bona & artificioſa.

Tute. ¶Tute.)Compoſitū eſt,ex tu,pronomine,& ſyllaba adiectione,te: valetq; idem quod tumet: ſed in recto non reperitur tumet,ſed tuimet,& tibimet paſſim:ſoletq; dici tute, vbi tu,prę miſſum eſt: vt ſi dicas fratri,cur patri noſtro egeno non ſubuenis? reſpondere poſſit,cur tute id nō facies?

Torno. ¶Torno.) Tornus eſt quo tornando,& circungirando,abraditur aſperitas ligni,& fit leue,ac planum, vnde in Georgicis, Et torno raſile buxum. Eſt autem Græcū.nam Græce: τόρνος dicitur: & toreia ſculptura & toreuma,opus torno ſculptum:& toreno,orno , & ſculpo.

Conon ¶Conon.) Conon, dux(inquit Seruius) fuit,&c. Ad quod Beroaldus: Quis neſcit Cononem fuiſſe Atheniēſium ducem,omnibus inſulis præfuiſſe, Lacedæmonios profligaſſe, Athenas in priſtinam libertatem reſtituiſſe? de quo Æmylius, Iuſtinus, Plutarchus, multa tradiderunt. Sed diligentius, accuratiusq; conſyderandum fuit,an apud Virgilium de hoc Conone foret intelligendum.an potius de Conone aſtrologo: Quocirca verius, & eruditius interpretatur Virgilianum carmen Probus grammaticus,cuius hęc ſunt verba:Conon Samius mathematicus, ſed quanuis plures fuerunt mathematici,eleganter errantem ruſticum inducit,dicētem, Quis fuit alter? alter enim accipitur vnus de duobus. Is autem Conon de aſtrologia libros ſeptem reliquit, hactenus Probus. huius Cononis mathematici meminit Higinius,ſcribens,ab eo dictū eſſe Ptolæmeo,quemadmodum ipſe viderat crinem Berenices reginæ inter ſydera collocatū: de qua re ſcripſit Callimachus carmen elegiacum,quod Catullus interpretatus eſt: in quibus verſibus ita de Conone hoc ſcriptū eſt:idē me ille Conō cœleſti numine vidit, E Bereniceo vertice cæſariē. De hoc Conone,intellexiſſe Propertium exiſtimo,cum ſcripſit in.iiij. Me rotat Archite ſoboles babylonius Orops, Orō & a proauo ducta Conone domus. Exponamus itaq; apud Virgiliū de hoc Conone aſtrologo,ſicut recte exponit Probus:non autem de Conone duce Athenienſiū: vt perperam exiſtimat Seruius. Hæc Beroaldus. Si tamen ad Seruium addatur vna particula,ego dictis eius adhærerem:ſi videlicet dicatur Conon,etiā dux fuit:cuius nomen dicit,quia in ore omnium verſatur: vt ſit ſenſus,quod Conon,quidem mathematicus,ſeu aſtrologus ſit hic ſculptus:ſed eius nomen meminerit Menalcas,quia etiā dux fuit. Alibi me creat. ¶Necdum illis labra.) Quādo autem dicit, Necdum illis labra admoui. videtur hypallage eſſe: actiuū pro paſſiuo.i.necdū admota ſunt labris meis. Landinus tamen negat his verbis. Cenſeo nō hypallage vſum eſſe:ſed voluiſſe,vel venerationem qua pocula coleret, demōſtrare(nam huiuſmodi rebus ſolemus ob reuerentiam potius labra admouere,q̄ illas labris.) vel morem ruſticorum,qui adeo ſolent pocula implere , vt veriti ne intermouendum aliquid inde excutiatur,os ad illa demittunt,non illa ad os attollunt. Nec puto vt hæc dicat,quia velit vilitatem afferre poculis:ſed,vt oſtendat ſe non minus accæptum Alcimedonti fuiſſe:& quanto pluris illa facit,tanto pluris vitula facienda ſit,quam illi præfert, Hæc Landinus. ¶Syluasq; ſequentes.) Præterea magna laus eſt ſculpturę,quod ſyluas ſequentes effinxit, vt videlicet ſequi videantur. Dicunt autem Orphea:tam dulciter modulatū fuiſſe, vt rigidas quercus ad ſe traheret: per quas Horatius in arte, ſyluestreis homines intelligēdos, docet his verbis: Syluestres homines facer: interpresq; deorū Cędibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones.

Regula. Regula eſt. Verbū,ſum,es,eſt, quando ſignificat habere,conſtruitur decēter cum datiuo:& id fere in capite loquutionis: vt, Sunt nobis mitia poma: Eſt mihi diſparibus ſeptem cōpacta cicutis Fiſtula: Eſt mihi nāq; domi pater,eſt iniuſta nouerca: Sunt mihi biſſeptem præſtanti corpore nymphæ: Sūt nobis fortia bello Pectora,&c.

PIERIVS.

¶Inſanire libet quoniam tibi.) Hoc totum omnes fere ꝑ interpoſitionem legunt. Et ad Damœtam referri volunt,qui ſub ſponſione certare velit cum præſtatiore. In Longobardico tria tantum verba parentheſi includuntur (Inſanire libet quoniam) inde eſt alterum membrum dimetrum anapæſticū hypercatalecticum, Tibi pocula ponam. In Mediceo vna cōma clauditur verba duo tantum, Inſanire libet: eadem ſentētia. Quare Menalcas ſi lectionem hanc admittamus, Inſanire de ſe dixit,qui depoſiturus ſit contra vitulā id,quod aduerſarius ipſe multo maius eſſe fateatur. vnde Domœtæ locus eſt argumenti à comparatione, quod eiuſdē artificis,& eiuſdem pene operis & pretij habeat pocula:nihil ea tamen ad vitulam. Reliquum eſt. Menalcam, non niſi ex æſtimatione ſua pretium poculis facere potuiſſe. ¶Quibus torno facili.) Facili, quidem in veteribus omnibus exemplaribus, vno excæpto Romano ſcriptum eſt. In eo enim, fragilis, habetur corrupte ſatis: nam vti epitheto huiuſmodi non conuenit, quare facili torno, legas. ¶Diffuſos hedera veſt. pallē. corym.) Præteriiſſem quod corruptiſſime legitur, hedera, per æ diphthon. prima ſyllaba: niſi me interpellaſſet adſpiratio. Nam qui diphthongon poſuere, eam nominis etymologiam ſequuti ſunt, quam imaginatus eſt Apuleius grammaticus, hederam, ab hereo, deduci: cum tamen alij ab, edo, es, dictam velint, quod ea conſumet, quibus inhęſerit. Acceſſiſſe tamen adſpirationem nomini Pontanus putat, vt in quibuſdam vocibus, nomen à verbo dinoſcatur. ¶Duo pocula fecit.) In Longobardico, fecit, cum nota diphthongi ſcriptum eſt, ne quid à facio deteratur. Sed vſus per e ſimplex ſcribit. ¶Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.) Et ſpectes,& laudes: coniunctiuo modo, in omnibus fere legitur exemplaribus. In Longobardico vero, ſpectas,& laudas: fatendi forma, quippe nihil eſt quod laudas pocula.i.quas conditiones,quaſue dotes in poculis enumeras. In Mediceo, ſpectas, tantum ea forma eſt.

¶Nunq̄ hodie effugies,veniā quocūq; vocaris. ME.
Audiat hæc tantum,vel qui venit:ecce Palæmon;
Efficiam,poſthac ne quenquam voce laceſſas.
¶Quin age,ſi qd habes,in me mora nō erit vlla; DA.

SERVIVS.

¶Nunq; hodie effugies.) Ac ſi diceret, Ne contendas: excuſationes requiris: non qa æſtimas vilia pocula. ¶Veniam.) Deſcendam. ¶Audiat hęc tantum.) Subaudi, aliquis. tantum autem , quia ſuſpicatur eum victum non poſſe cedere , qui ita etiam ante certamen eſt cōtumax. ¶Vel qui.) Quaſi requirentis eſt,cū ſubito venit Palæmon. Alij diſtinguunt, vel qui venit. Bene au

Nec quenquam fugio. tantum vicine Palæmon
Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas.
Dicite, quãquidem in molli conſedimus herba: PA.
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus.
Incipe Damœta: tu deinde ſequere Menalca,
Alternis dicetis, amant alterna camœnæ.

tem dubitatne enim ipſe im/miſiſſe videatur, & ſit credibile quod ad eius iudicet gratiam. Hoc etiã Damœtas ſentiés dicit. Nec quẽq; fugio.) Ideſt cõſentio etiã ad edititiũ iudicẽ. Edititius aũt eſt iudex quem vna pars eligit. Vicine Palæmon.) Beneuolũ reddit ex vicinitatis cõmemoratiõe. Terentius, Vel virtus me tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitię puto. Et nũc omnis ager.) nũc oĩs parturit arbos. Ipſe alibi, Parturit almus ager. Sane bene ſubdidit. Nũc frondent ſyluæ.) referẽs ad arbores ſteriles: nam parturiunt de pomiferis dicimus. Vult autẽ tempus exprimere quo & deliciæ ſunt in agris, & ruſtici minus laborant: Vt ſit duplex ad cantilenam inuitatio. Alternis dicetis.) Quia quaſi iratus fuerat, ꝙ Damœtæ prior locus dabatur: idcirco ait, alternis dicetis. In Amœbæo enim carmine difficilior pars reſpondentis eſt: qui nõ pro ſuo arbitrio aliquid dicit, ſed aut maiorem aut contrariã format reſponſionem: vt diximus ſupra. Camœnæ.) Muſæ, quibus à cantu nomen eſt inditum.

MANCINELLVS.

Camœnæ.

Vicine.) Beneuolentiã captat hac voce. Palæmon.) In Theocri. v. Morſona eligunt Lacon & Comatas cantantes. (Comatas ait) Hunc igitur Lacon, ſi vis vocitabimus ambo, Quem nunc ipſe vides incidere ſectile lignum: Eſt nãq; is Morſon ante alios iuſtiſſimus vnus, Hic aderit iudex. Efficiã poſt hac.) Lacon Comatæ, inquit, Huc ades, huc tandem ipſe veni, non amplius vnquam: Poſt hac efficiam audebis contendere cantu: Quin age, ſi quid habes citius iam fare comata. Res eſt nõ par.) Comatas, ait Morſoni, Magna hic res agitur, grauiter cõtendimus ambo. Alternis.) Pro alternatim. Camœnæ.) Muſæ, à carminibus ſunt dictæ. vel, quod canunt antiquorum laudes. vel, quod ſint caſtæ mentis præſides: vt ſcribit Feſtus.

ASCENSIVS.

Nunq; hodie, &c.) Artificioſe præſe fert Menalcas fiduciam, quaſi vero Damœtas occaſionẽ quęritaret effugiẽdi: & ob id pocula vituperaret, vt certamẽ euitet. Vnde dicit, Tu non effugies i. non deuitabis ſic, ad quod me prouocaſti certamẽ: quia veniã i. deſcendam, & cõgrediar tecum, quocunq; depoſito vocaris. q. d. ego etiã vitulam tanti faciendam: quanti tuam depono: adſit dũtaxat bonus cenſor, & arbiter: etiam hic qui venit, quicunq; is eſt: cum autem propius adeſſet, & cognoſceret, quod Palęmon, dicit, Ecce Palęmon: hoc eſt, vide Palæmon, vicinus noſter optimus, & iuſtiſſimus vir, aduenit. Et ideo, quia iuſtum iudiciũ daturus eſt, efficiã ne petulantia tua & procacitate ſermonis quenquã, poſthac laceſſas. q. d. ſic te vincam, vt non audeas poſt hac te iactare, muſicæ peritum, aut cum docto concertare poſſe. Ad quod Damœtas: Quin age: ſi quid habes: hoc eſt, fac quidqd potes, expone totas vireis, totamq; artem tuam: ego te nõ effugiã: quia in me mora non erit vlla. Sed, ò Palæmon vicine, recognoſce ſeuero iudicio, & animaduerte diligenter ad ea quę dicturi ſumus: quia res eſt nõ parua, amittere. ſ. vitulam, famam & gloriã. Ad quod Palęmon intelligens ſe ab vtroq; ad arbitriũ electum, non grauans illis operã ſuam, dicit, Dicite quãdoquidẽ, &c. neq; vero propterea ꝙ Damœtam priorem dicere monet, grauetur Menalcas, vt Seruio videtur, ſi non adiunxiſſet, Alternis dicetis quia prior, ad placitum dicit: nam ſi poſterior quoq; ad placitũ diceret, longe facilius eſſet imitari, q̃ excogitare: vt ergo æqua lege contendant, alternis, id eſt amœbęis carminibus, eos cõcertare monet. Ordo eſt. Tu nunq; effugies hodie. i. in nulla parte hodierni diei elaberis, quo minus tecum certem: licet quęras occaſionem effugiendi: ego veniã. i. deſcendam in certamen, & congrediar tecũ, quocunq;. ſ. depoſito: aut, quacunq; conditione: aut, ad quẽcunq; locum: ſeu arbitrium vocaris. i. vocaueris, ſup. me. ſed mallem dicere, quocũq;, ſup. præmio deponendo: vt ſit nomen, q̃ quocunq;. i. ad quencunq; locum, ſeu arbitrum: quia hoc dicendo, innuitur depoſuiſſe vitulam: quã depoſitam, vidiſſe intelligitur Palæmon dicturus: & vitula tu dignus & hic: quod non diceret, ſi alter tantum depoſuiſſet.) tantum. i. tantũmodo, ſup. hoc detur: vt aliqs, ſup. audiat: hęc. i. hanc diſputationem noſtram: vel. i. etiam: is, ſupp. qui venit (videbat enim Palæmona aduentare. ſed eum nõdum cognouit: quo cognito cum propius eſſet, dicit.) Ecce Palęmon. i. bonus ille vicinus noſter, ſupp. adeſt nobis, qui nimirum iuſte iudicabit: & ita efficiam. i. perfecte faciam: ne tu laceſſas. i. laceratum eas, & prouoces poſt hac. i. poſt hoc tempus, quenq;. i. quẽcunq; etiã imperitum: voce. i. garrulitate, & dicacitate tua, cũ rei parum habeas. Ad hoc Damœtas, quin. i. quinimo: age. i. fac demonſtres: ſi quid. i. aliquid, ſupp. artis habes: vlla mora non erit in me: hoc eſt: pręſto ſum: nec fugio quẽquã, ſupp. cenſorem: dũmodo tñ iuſtus & peritus ſit, qualẽ Palęmona cognouit, & ideo cõuerſus ad eũ dicit: tantũ. i. dũtaxat id deſydero, ò Palæmon vicine, ſup. noſter: vt, ſup. reponas. i. recõdas ad bene diſquirendũ: hęc. i. hanc litem noſtrã: ſenſibus imis. i. vt profundo examine, & ſcrutatione diligente, priuſq; iudices diſquiras, & perpendas artem noſtram: quia res eſt non parua (immo per liptotẽ ſane magna deponere. ſ. tam bonam vitulã cũ fama & gloria) hoc audito conſedit. i. locum accępit Palęmon: dicens, dicite. i. per artem eloquimini: & litem, cauſamq; protegite, dicendo: quandoquidem nos cõſedimus. i. iam locum cæpimus. (A conſido enim, deductum eſt) quod cõſedi, in præterito habet: ſicut cõſideo ſm Vallam) in molli herba: & quandoquidem. i. quoniam nũc omnis ager: parturit. ſ. ſegetem, aut herbam: & omnis arbos, ideſt arbor: parturit nunc. ſ. frondes, aut flores: ſyluæ, ideſt arbores ſyluarum: frondent. nunc annus, ſup. eſt nunc formoſiſſimus. i. nũc maxime: varijs ornatus decoribus: tu Damœta incipe. i. exordire certamẽ: & tu Menalca, ſeq̃re deinde. i. poſterius: vos dicetis, ideſt artificioſe pronunciabitis quæ vultis, alternis, ſup. carminibus. i. amœbæis, q̃a camœnæ. i. Muſæ, quę cantantibus pręſunt: amant alterna. ſ. carmina. i. alternatim dicta: ne vnius perpetua continuatio faſtidium pariat. Atq; ita, quia viſus eſt plus Damœtæ concedere, ꝙ eum priorem cantare iuſſit. non, vt Seruius dicit: quia facilius omnino eſſet: ſed, quia maioris dignitatis, maiorisq; voluptatis eſt: poſſe ad placitũ incœptare, q̃ ad alterius arbitrium, aut in ſimili maius, aut in diſſimili cõtrariũ dicere. Regula eſt. Vel, tam apud Ciceronem, q̃ apud poſteros eius, pro ẽt accipi ſolet: authore Valla. Et duntaxat apud poſteros, Virgiliũ, Quintilianum, & coæuos eorum. Itaq; hic dici poſſet. Vel, qui venit. i. etiam qui venit.

PIERIVS.

Dicite, quãdoquidẽ molli cõſedimus herba.) Ita qdẽ abſq;, in, particula præpoſitiua, in exẽplaribus aliquot habetur. In nõnullis autem antiquiſſimis legere eſt, quandoquidẽ in molli. qui numerus videtur prurire laſciuius.

Ab Ioue principiũ Muſæ: Iouis omnia plena. DA
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
Et me Phœb⁹ amat, Phœbo ſua ſemp apud me, ME
Munera ſunt, lauriq;, & ſuaue rubens hyacinthus.

SERVIVS.

Ab ioue principiũ muſæ.) Vel muſæ meę ab Ioue eſt pñcipiũ. vel, O muſę, ſumamus ab Ioue principiũ. Eſt autem Arati, qui ait.

Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν
ἄρρητον. μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.
πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες πάντη δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες.

Iouis oĩa plena.) Lucanus, Iuppiter eſt quodcũq; vides, quocũq; moueris. Ipſe alibi, Spũs intus alit, totaq; infuſa per artus Mens agitat molẽ. Ipſe. n. eſt ſpũs, ſine quo nihil mouetur aut regitur. Colit terras.) Amat. Cęterũ ſuperior, colitur: nõ colit inferiorẽ.

inferiorẽ. Sic alibi, Vnã Poſthabita coluiſſe Samo. Ideſt amaſſe. Nec mirũ ſi ruſticus ſumpſit ab Ioue principium: quem amare terras cõſtat, & habere carminũ curã. Et me Phœb⁹ amat.) Aut ſimile eſt quod dicit: q̃a vnicuiq; deus is quẽ colit, ſummus videt̃: vt, Sũme deũ ſancti cuſtos Soractis Apollo. vt Apollinem exęquauerit Ioui. Aut certe ordo ſit talis, Me & Phœbus amat: vt & plus dicat, nec Ioui videat̃ Apollinem comparare. Sua munera.) Ipſi grata. i. laurus & hyacinthus. Nam ſcimus & Daphnem Ladonis fluminis Arcadiæ filiã, dilectam ab Apolline: & Terræ miſeratione in laurũ cõuerſam. Et Hyacinthum amatum tam à Borea, quàm ab Apolline, qui

cum magis Apollinis amore lætaretur: dum exerceretur diſco, ab irato Borea eodem diſco eſt interemptus, & mutatus in florem nominis ſui.

PROBVS.

¶Et me Phœbus amat.) Apollo, in terra ſol: ſine quo, fruges neque oriūtur, neq; mattureſcunt. ⸢Lauri.) Laurū ei gratam accipere debemus: ꝙ Daphnen (vt vult Parthenius in volumine, quod De amantibus compoſuit) Amydeſi filiam, dilexit: quam, ne ꝑ vim ſtupraret, Iuppiter in arborem laurum conuertit.

MANCINELLVS.

¶Ab Ioue.) Ordo eſt. Muſę. i. modo cātui principium ſit ab Ioue. Hoc autem loco, illa quę Macro. lib. ij. de ſomnio. Scipio. Inſeram (inquit) enim deum vero, qui non modo immortale animal, ac diuinum ſit plenum inclytæ, ex illa puriſſima mente rationis: ſed, quod virtutes omnes, quæ illam primæ omnipotentiam ſummitatis ſequuntur, aut ipſe faciat, aut ipſe contineat. Ipſum deniq; Iouem, veteres vocauerunt: & apud theologos, Iuppiter, eſt mundi anima. hinc illud eſt, Ab Ioue principium Muſę Iouis omnia plena. quod de Arato, Poetæ alij mutuati ſunt, qui de ſyderibus loquuturus, à cœlo in quo ſydera, exordium ſumendum eſſe, decernens, ab Ioue incipiendū eſſe, memorauit. Hæc ille. ⸢Colit.) Diligit,

ASCENSIVS.

¶Ab Ioue principium Muſę.) Ingrediēs itaq; (vt iuſſus erat) Damœtas muſicum certamen, exorditur ab Ioue: ꝙ is ſummus deorū habitus ſit: crediderintq; etiam Ethnici, ſine deo adiutore, & præſide, nullum rite fundari exordium. Dicit aūt, ſumēdū eſſe exordiū ab Ioue, propter triplex beneficiū: Vniuerſale videlicet, quia, Iouis omnia plena. Nam, vt dicetur Georgico. iiij. & Æneí. vj. creditus eſt ſummus deus, eſſe anima, ſeu animus mūdi (vnde in noto opuſculo dicit̃, Si deus eſt animus.) ſine ęquo quidē animo, nihil aut viuere, aut conſeruari poſſet. & ideo, qa ſine Ioue nihil poſſumus, bene dicit, Ab Ioue principiū Muſæ. Item ſpeciale: quia, Ille colit terras. Nam Iuppiter: planeta oppoſitus ſęuitiæ Saturni benignus eſt, & terrigenis fautor: deus aūt Iuppiter, quem ſummū putauerunt, omnia cōſeruat: nec cōſeruaret, niſi coleret, hoc eſt amaret. vnde Seruius recte exponit, colit. i. amat. Et ſingulare: quia, Illi mea carmina curę. Solemus enim oēs ijs beneficia noſtra impendere, quibus grata accæpta, & iucūda eſſe ſperamus. Argute ergo exorſus eſt Damœtas vſq; adeo, vt difficillimū ſit iuxta legē Amœbęi carminis, ei reſpondere. Nā ſummo deo, neq; ęquiualēs datur, quod nō ſit idipſum quod ipſe eſt: neq; contrariū, quod tam plane ſummū malū ſit, vt ipſe ſummū bonū. i. infinitum: inuenit tamē Menalcas, quod illi reſpōderet, dicens, Et me Phœbus amat, &c. In quo, vt ſciamus quō lex ſeruetur. i. aut conſimile: ſed maius, aut cōtrarium dicatur. ęquipollens affert Seruius duas vias: in quarum altera, Phœbus diceretur ſummus deus: quia ſuus cuiq; deus, ſummus eſt: ſicut & Phœbus, ſeu Apollo, in Æneid. ſummus appellatus: cū dicitur, Sūme deū ſancti cuſtos Soractis Apollo. & ita ſi ꝑmittatur Phœbus eſſe eiuſdem ponderis cū Ioue, ſaltē apud poetā, qui in tutela Phœbi eſt, in ſimili plus diceret Menalcas: qa plus eſſet à Phœbo amari, & eius muneribus ornari, q̃ Ioui dūtaxat curæ eſſe. cū nemo ametur, qui non ſit curę: & curare poſſumus etiā, quę aut timemus, aut odio proſequimur. Verūtamen, quia omniū consenſu, Iuppiter ſummus habitus eſt: vſq; adeo, vt ne oracula quidē Phœbo addicātur: qa ea ab Ioue diſcere, perhibetur Æneí. iiij. Quę Phœbo pater oīpotēs mihi Phœbus Apollo Prędixit, &c. Ideo ponit Seruius ſecundā viā ſaluandę legis: vt videlicet dictio, &, accipiatur pro etiam. & ſit ſenſus: non ſolum Ioui mea carmina curę ſunt, ſed ēt Phœbus amat me. Ad quod ſiquis obijciat, ꝙ poteſtas Phœbi. i. inferioris numinis, cum poteſtate Iouis non maior eſt, q̃ ſolius Iouis: qa, ſi ſummus deus eſt, eius poteſtas infinita eſt, ad quam nihil accedere poteſt: debeāq; cōcedere id, Ethnicis quoq; exploratum fuiſſe (quod pauciſſimis philoſophis concedā: paſtoribus tamen, & agricolis negem) adhuc eſt larga euadendi via: qa ſi non plus eſſet curæ eſſe Ioui & Apollini, q̃ Ioui ſoli: tamen plus eſſet ab Ioue, & Apolline amari, q̃ curæ eſſe: cū plus ſit amari, q̃ curę eſſe: & ſe amari, q̃ carmina ſua curę eſſe. Simile ergo dicit Menalcas: ſed in tribus videtur excedere. primo, quia ſe, non ſolum Ioui, ſed etiam Phœbo curę eſſe innuit, dicēs: Et. i. etiam, Phœbus amat me. Deinde, quia plus eſt cuiq; ſe amari, q̃ carmina ſua: quia ſæpe opera amamus propter artificium, quorum artifices odio proſequimur: non ſolū ergo (inquit Menalcas) diligit carmina mea Iuppiter, ſed etiā Phœbus amat me. Tertio, qa non vulgariter amat Menalcā, & opera eius Phœbus. ſed ſic amat, vt munera ſua ſic apud eū repoſuerit, vt illic ea ſemper parata habeat. Sed hæc hactenus, poterunt alij etiam argutiora adducere: verum, vt ordinem conſeruemus, addamus vnum vocabulum, videlicet Muſę à quibuſdam: de quorum numero eſt Mancinellus cenſeri datiui caſus, & ſingularis numeri: vt ſit, Principiū eſt Muſæ ab Ioue i. Muſa habet principium ab Ioue. Secundum alios, genitiui caſus: vt ſit, Principium eſt ab Ioue. ſed meo iudicio, cui poſterior expoſitio Seruiana conſonat, erit vocatiui caſus, & numeri pluralis: vt Ordo ſit: O Muſę ſumamus principiū ab Ioue, vel, Principiū noſtrum ſit ab Ioue. Sic enim quaſi facta inuocatione cum maiore reuerentia, de Ioue loquitur. ¶Ordo igitur eſt. O Muſæ. ſ. Iouis, & Mnemoſynes. i. Memorię filię: ſumamus, ſup. ꝑncipium: aut, principium noſtrū ſit ab Ioue. i. ſummo deo patre veſtro. nam omnia ſunt plena Iouis. i. ſummi dei (interpretatur autem Iuppiter, iuuans pater: vnde, quia omnia pręſentia numinis ſui iuuat, & conſeruat. bene dicitur, ꝙ Iouis omnia plena: vn̄ à noſtris, dicitur deus vbiq; eſſe.) Ille. ſ. Iuppiter: colit. i. diligit, & fauorabiliter protegit: terras. i. res terrenas: & carmina mea ſunt illi curę. i. ad curam. Reſpondet Menalcas: Et. i. etiam, Phœbus, non ſolum Iuppiter amat: non ſolum curæ habet me, non ſolum carmina mea: & Phœbo ſunt ſua. i. propria munera apud me: quæ. ſ. in me contulit, aut quibus me donauit, aut quæ ab eo accæpiſſe merui, videlicet: q;, pro &: (Nam legēdum volūt, lauriq;. propter vocalem ſequentē. dic ergo) & lauri, & hyacinthus flos ille rubens. i. purpurei coloris: ſuaue. i. ſuauiter, hoc eſt cum ſuauitate odoris: colit, diligit. Regula puerorū eſt. Nomen comparabile neutri generis, poteſt in tribus gradibus pro aduerbio vſurpari: quanuis legitime à tertia declinatione, fiat aduerbium poſitiuū in, ter: & a ſecunda in, e: vt ſuaue, ſuauius, ſuauiſſimū: vnde hic, ſuaue, dicitur: pro ſuauiter. ſicut contra, duriter, ampliter, largiter: & ſimilia ſæpe leguntur. Dic ergo, ſuaue, ideſt ſuauiter: ne duo ſint epitheta, ſine coniunctione media dure cohęrentia, cum hyacinthus, ſuaue dici nequeat.

Ordo. Iuppiter. Regula.

⸢Malo me Galatea petit laſciua puella, DA.
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.
⸢At mihi ſeſe offert vltro meus ignis, Amyntas, ME.
Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.

SERVIVS.

¶Ante videri.) A me, anteq̃ lateat, Horatius, Nunc & latētis proditor intimo Gratus puellæ riſus ab angulo. ⸢Offert vltro.) Iſte plus dicit lege Amœbæi carminis. ⸢Delia noſtris.) Deliā alij amicā priorem volunt: alij Dianam, quæ eſt à Delo: & eſt canibus nota, per quos venamur, quaſi dea venatiōis. Nam ſi ad amicam referas, hoc dicit, Sic frequenter ad me Amyntas venit, vt canibus meis notior ſit, quàm amica Delia.

MANCINELLVS.

¶Malo me Galatea petit.) Theocritus in. v. Malo me Clearista petit formoſa puella, Et cātu noſtras permulcet molliter aureis. ⸢At mihi.) Theocritus in. v. Inſanire facit Cratides mihi cū obuius extat, Cūq; mouet flauos per candida colla capillos. ⸢Delia.) Vel vetus amica: vel Diana, ipſa venationis dea.

ASCENSIVS.

¶Malo me, &c.) Auſpicatur Damœtas carmen de amica. Et licet ad placitum loquatur, tamen videtur habuiſſe rationē ordinis. nam vt primum, ideſt honeſtiſſimum, atq; ſaluberrimum eſt, adeo amari q̃ iam docuit: ita proximū, atq; ſuauiſſimū eſt, ab amico, atq; amica diligi. quod nunc proponit, dicens ſe, à Galatea amica appeti, & inuitari, pomo iniecto: quod ipſa inijcit fugitura ad ſalices, poſtquā viſa fuerit, vt ſcilicet ſequatur. Cui reſpondet Menalcas, in ſimili plus dicēs, & ita legem ſeruans: ſe videlicet ſic amari ab Amynta puero: vt ille vltro. i. non inuitatus ſe, tam frequēter obuiam ferat: vt Delia, quæ ſumma venatrix eſt nō ſit notior canibus, q̃ ipſe Amyntas, qui videlicet, non rarius ab eis viſus ſit. Eſt præterea contentio, & contrarietas pro parte: quia fugere, & vltro obuiam venire, contraria ſunt. Eſt ergo ſimilitudo in re: quia vtriuſq; carmen eſt de amore. ſed contrarietas in modo: quia, alter à fugiēte inuitatur: alter, à ſe vltro offerente. ¶Ordo eſt. Galatea, puella laſciua. i. petulans, & appetens viri. petit, ideſt prouocat me, & inuitat ad **Ordo.**

bat ad coitum:malo.i.pomo iniecto:& ipſa poſtq̃ me petit po-
mo.i.iniecit in me pomũ,fugit ad ſalices:& petit ſe videri,ſupp.
à me:ante ſcilicet q̃ fugit,vt ſequar.Reſpondet Menalcas:At.i.
ſed(eſt autem aduerſatiua(vt diximus)particula contentioni.i.
loquutionũ

loquutionũ contrarietati apta.)Amyntas,puer ille:meus ignis,
ideſt qui me amore ſui incendit:offert vltro.i.non rogatus:mi-
hi ſe ita.ſ.frequenter:vt Delia.i.Diana,dea venationis,aut notiſ-
ſima amica mea,quã quotidianam habeo:non ſit tam notior no
ſtris canibus,q̃ Amyntas.

Parta meæ Veneri ſunt munera.nanq; notaui. **DA.**
Ipſæ locum,aeriæ quo congeſſere palumbes.
Quod potui,puero ſylueſtri ex arbore lecta, **ME.**
Aurea mala decem miſi,cras altera mittam.

SERVIVS.

Parta.) Præparata.Meæ veneri.) Meę amicę.Aerię.) Aerei coloris.Congeſſere.) Nidificauere.Aurea mala decem miſi.) Plus dicit.nam cum ille dixiſſet ſe eſſe miſſu-
rũ:iſte iam miſiſſe confirmat.
Aurea autem,aurei coloris.Et volunt quidam hoc loco eſſe alle
goriam ad Auguſtum de decem eclogis:quod ſuperfluum eſt:q̃
enim neceſſitas hoc loco allegoriæ?

MANCINELLVS.

Veneri.) Ideſt amori.Ipſe locum.) Theocritus in.v.Aeriam
viridi capiam ſub fronde palumbem.Qua donabo meam non
Palũbes immemor ipſe puellam.Palumbes.) Columbi,omni tempo-
Turtur. re pariunt. Turtur & palumbes vere,nec plus quàm bis. Vita
palumbium,vel ad quadraginta annos durare exiſtimat phi-
loſophus libro.vj.de animalibus.Aeriæ.) Sublimes.Au-
Chryſomela. rea mala.) Chryſomela intelligit.χρυσὸσ enim,aurum dici-
tur:μῆλον,pomum.Theocritus ait in.iij.Roſcida mala decẽ
duco,cras altera ducam.

ASCENSIVS.

Parta meæ Veneri,&c.)Docuit Damœtas ſe amari ab amica,
nunc redamare eam.& ita gaudet inueniſſe palumbinos pullos,
quos illi dono daturus eſt.Ad quod Menalcas,qui ſe quoque
amari docuit,in ſimili plus dicit:quia videlicet:non ſolum datu
rus ſit puero amato munuſcula:ſed,quod dederit,& daturus ſit
Ordo. quod nimirum plus eſt,& ita legem ſeruat.Ordo eſt.Munera
ſunt parta,ideſt labore inuenta,& acquiſita Veneri,ideſt amicæ
meæ,quæ ſcilicet illi dono daturus ſum:nanq;,pro quia:ipſe,
ideſt ego notaui locum:quo,ideſt ad quem:palumbes aeriæ,
ideſt

ideſt columbi aeri expoſiti,
hoc eſt ſylueſtres,aut ſubli-
mes,aut ſiquis color aeri per-
mixto eſt aerij coloris (nam
talis eſt eis fere color,qua-
lis aeri condenſato:qui ſub
noctem ad montes videtur.)
congeſſere,ideſt ſimul geſſe-
runt,ſcilicet nidum ſuum.Reſpondet Menalcas:Ego quod po-
tui,quaſi dicat non ſolum quod fortaſſis potero,ſed quod iam
potui:miſi puero.ſ.dilecto,videlicet Amyntæ,decem mala,quę
vulgo poma dicũtur:aurea,ideſt aurei coloris,quæ Græcis chry
ſomela dicuntur:lecta,ideſt collecta,leniter,ne lædantur:ex ar-
bore ſylueſtri,ideſt in ſyluis naſcenti(vt,ſcilicet ex difficultate,
& raritate pretium pendatur:quia rarum eſt,in ſyluis aurea ma
la inuenire.præterea,vt correſponderet illi,ꝙ palumbes aerias
notaſſe dixerat ſe Damœtas)& ego mittam cras altera.ſ.decem
poma. Regula eſt.Alterum,vter,vterq;,& cõparatiue & parti- Regula
tiue tenta,quæ de duobus enunciari volunt,non refugiunt plu-
ra,dummodo bipartita ſint.Vnde hic,Cras altera mittam,quia
dena poma.i.bis decem poma ſignificat:quorũ decem iam miſe
rat,decem miſſurus eſt.Cõſimiliter,de omnibus hominibus di
cere poſſum:quia maior pars meliorem deprauat.

PIERIVS.

Aurea mala decem miſi.) In Ro.codi.familiari quadam mu-
tatione ex e,in i:atq; ita viciſſim ex i,in e,ſcriptum eſt,decim,ꝑ
i,vltima ſylla.Quod quidem nomen hoc eodem modo ſcriptũ
apud Aſprum grammaticum(cuius antiquiſſimum codicem in
manibus habui)pluribus locis obſeruaui:vt puta,Decim ver-
borum modi.& ita reliqua.Et ita in veteri Liuiano codice,De-
cim,ſcribitur.Ætas tamen noſtra maluit,decem enunciare per
e,vtranq; ſyllabam.

O quoties,& quæ nobis Galatea loquuta eſt, **DA.**
Partem aliquam venti diuum referatis ad aureis.
Quid ꝓdeſt,ꝙ me ipſe aio non ſpnis Amynta? **ME.**
Si,dum tu ſectaris apros,ego retia ſeruo?

SERVIVS.

Diuũ referatis ad aures.) Ita,inqt,mecũ dulce locuta eſt Galatea,vt deorũ auditu eius digna ſint verba.Aio nõ ſpnis.)i.libẽtiſſime amas. Et ẽ Liptotes figura.ſicut.Mu nera nec ſperno.Et multi hũc
locũ allegoricos accipiũt:vt videat̃ Auguſto dicere,Quid ꝓdeſt
q̃ me diligis:ſi ad capiẽdos hoſtes ꝓgens,in otio me relinquis?
Dr.n.Virgiliũ ſeq voluiſſe Auguſtũ cõtra Antoniũ ad Actiaca bel
la ꝓperantẽ.Retia ſeruo.) Quę res in venatiõe minus poſſidet
voluptatis.Amynta.) Vocatiuus grꝗcus eſt.Et ſciendũ,Græca
noĩa in as exeuntia,ſiue creſcant,ſiue nõ creſcant in genitiuo,vo
catiuũ in a mittere:vt Æneas Ænęę,ò Ænea,Pallas Pallantis,
ò Palla.vt,Non hęc ò Palla dederas promiſſa parenti.

ASCENSIVS.

O quoties,&c.) Proponit Damœtas,dicens,ſibi tam dulcia,
tãq; aurea verba dicta ab amica ſua Galatea,vt digna ſint diuoꝝ
auribus:ideoq; quaſi dij talia nõ haberent,precatur ventos,vt
partẽ aliquã ad eorũ aureis ferant.Cui rñdet Menalcas,per ama
rã irriſionẽ,contrariũ innuens,nihil prodeſſe ea verba,inaniũq;
eſſe talibus lętari.q.d.illud Ouidianũ,Pollicitis diues quilibet
eſſe poteſt.Vnde de dilecto ſuo loquẽs,dicit,Quid ꝓdeſt Amyn
ta,ꝙ me non ſpernis aio(imo vnice amas:quod plus eſt,q̃ dul
cia ac blãdã verba loqui)ſi dũ tu ſectaris apros ego retia ſeruo.i.
ſi ſemper

ſi ſemper diſiungimur?q.d.ni
hil innuens per hoc nihil pro-
deſſe Damœtę,ꝙ aurea verba
loquuta ſit Galatea:quia eius
potiũdę facultatẽ non habet
cũ cõfeſſus ſit eam ad ſalices
fugere.Atq; ita & plus & con
trariũ dicit:ſed de ſuo amore
loquẽs,Damœtam taxat.Ordo eſt.O,admirantis interiectio:
quoties.q.d.frequentiſſime:& quæ.i.qualia,quaſi dicat plane Ordo
aurea,atque diuina verba,loquuta eſt Galatea nobis:o venti,re-
feratis,ideſt recenſeatis,aut repræſentetis aliquam partem:ad
aureis diuum,ideſt diuorum.Ad hoc Menalcas ait:O Amynta,
puer indulgentiſſime,quid prodeſt,ſupple mihi:quod ipſe.i.tu:
non ſpernis me animo,ideſt quod amas me,ſi ego ſeruo retia:
dum tu ſectaris apros,ideſt ſi corpore ſemper diſtinguimur?q.
d.nihil:ſicut nec Damœtæ prodeſt,quod Galatea illi bona lo-
tur,quandoquidem ea loquuta fugit.

PIERIVS.

O quoties,& quæ.) Iam vſu inoleuit:vt,quoties,veluti mi-
lies,decies,abſq; n litera ſcribatur.In omnibus tamen codi.an-
tiquis quos euoluerim,quotiens,per ns,ſcriptum obſeruaui:q-
bus adſtipulatur Caper grãmaticus,vbi dicit:ſine,n,ſcribenda
ſunt,milies,centies,decies:Totiens,& quotiens,cum ſcribũtur
per n ſcribenda ſunt.In cuius ſententiam Victorinus etiam de-
ſcendit,dum ait:Aduerbia vero cum,n,ſcribenda ſunt,vt totiẽs
quotiens.

Phyllida mitte mihi,meus eſt natalis,Iola. **DA.**
Cum faciam vitula pro frugibus,ipſe venito.
Phyllida amo antè alias.nã me diſcedere fleuit, **ME.**
Et longum formoſe vale,vale,inquit,Iola.

SERVIVS.

Phyllida mitte mihi.) Amicã cõmunẽ,cauſa natalis diei:
in cuius tantum ſacrificio licebat voluptatibus operã dare.
Nam in alijs ſacrificijs erat caſtitatis obſeruatio:quod etiã
ſequentia indicant,vbi dicit.Cum faciã vitula pro frugibus.)i.
cum pro frugibus ſacrificare cœpero,tu tantũmodo venito.Sa-
ne cum.Natalis.)apud maiores plenũ fuerit,poſteritas.Nata
lis dies.)cœpit.Nã cũ Horatius dixerit,Natalis gratæ numeras:
Iuuenalis ait,Natali Coruine die mihi dulcior hęc lux.Cũ fa-
ciam

ciam vitula pro frugibus,ipſe
venito.) Cum ſacrificauero.
Et figurate,faciã vitula ait,vt
faciã thure,vt faciã agna.Ho-
ra.Seu poſcat agna,ſiue ma-
lit.hœdo.Dicitur autem hoc
ſacrificiũ Ambaruale:ꝙ arua
ambiat victima.Sic & ipſe in Georgicis,Terq; nouas circum
fœlix eat hoſtia fruges.Sicut amburbale,vel amburbium dici-
tur ſacrificium,quo vrbem circuit,& ambit victima.Vale va
le,inquit Iola.)Hic paſtor aut habuit duo nomina:(nam ſupra
eum Menalcam dixit)aut certe Iolã eum,quaſi paſtorem opti-
mum

mum appellauit à quodam paſtore nobiliſſimo: ſicut virum fortem plerunq; Achillem: adulterum, Parim vocamus. Sane. ⸢Longum vale.) ita ait, vt toruum clamat. pro aduerbio nomen poſuit. Vale vale inquit. le, corripit ſequens vocalis: vt, Te Corydon ò Alexi.

MANCINELLVS.

Natalis. ❡Phyllida.) Eius amicam intelligit. ⸢Natalis.) Erat enim celebre natale priſcis. Hic natalis, & hoc natale dicitur. ⸢Cum faciam vitula pro frugibus ipſe.) Cum faciam rem diuinam, non Vitula. oue, non capra: ſed vitula: tanquã dicat, cum vitulam pro frugibus ſacrificauero: quod eſt cum vitula rem diuinam fecero. Vitula autem dicta, ꝙ potens ſit vitæ tolerandæ: & ideo hac, pro frugibus fieri ſacra dicuntur: quia frugibus, vita humana toleratur: legito Macro. lib. iij. Satur. ca. ij. Cum faciam vitula. Theocri. in. v. Cum facies agno nymphas veneratus agreſteis, Tum properato mihi magnam promittere partem. ⸢Vale, inquit.) Nulla hic fit ſynalepha.

ASCENSIVS.

❡Phyllida mitte, &c.) Alterius amicę amores recenſet Damœtas: videturq; dicere, nõ omneis amicas fugere ſolitas: qa Phyllidis conſuetudinem ſe habere docet his verbis, Phyllida mitte, &c. ea. n. erat Damœtæ, & Menalcæ, qui alio nomine Iolas dicebatur, cõmunis amica: qua viciſſim abutebãtur, cum ergo natalis Damœtæ adeſſet, in quo voluptati, ac genio, reiq; venereæ maxime indulgebãt, petit eam ad ſe dimitti. Ad quod Menalcas, plus in ſimili aſſerens. dicit, ſe non ſolũ potiturum Phyllide: ſed iam potitũ eſſe, cum ſummo eius conſenſu, imo oblectatione: vſq; adeo, vt in diſceſſu fleret diceretq;, Longum formoſe vale, vale, Iola: quæ verba plena amoris ſunt, & inenarrabili artificio contexta. Primo ſiquidem eſt is modulus pedũ, quem in delicatis ſententijs Virgilius obſeruat. Sicut illic, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Et illic, ò crudelis Alexi, &c. & illic, Malo me Galatea, &c. Nã quod pentimemeri fieri ſolet, Longũ. heptamemeri facit: ita videlicet decidens, vt prima quarti pedis, fit Longe. vltima dictionis, vt in tertio pede fieri ſolet: deinde, qa dixi, longum: quod aduerbium ad tempus pertinet: ſicut longe, ad locũ, ſignificat ergo tempus longũ ſibi viſum iri, quo aberit, etiam ſi breue ſit: Tũ, quia dicit, formoſe: tum, quia vale dicit: tum, quia bis ponit, vale, vt maiorem affectionem ſignificet. quia ſyllabã longã corripit, nõ obijcit: & quaſi per interuallũ pronunciatum ponit, per hoc enim ſignificatur ſingultus, & fletus, vale, dicẽtis puellæ: vſq; adeo, vt q hoc carmen bono iudicio legerit, videat eam cum fletu ea verba ꝓferre. Et nouiſſimo, quia nomen amati viri, nouiſſimo loco poſitũ, vix enunciare poteſt. ad quã moram ſignificandã, interiecta eſt particula, inquit: quę diligentia cui diſplicebit, ſe amuſum fateatur oportet. Sed nos ordinem ponamus, qui talis eſt. Ordo. ❡O Iola, mitte mihi. i. ad me: Phyllida. i. amicam noſtrã cõmunẽ: dignã eius Phyllidis nomine, quę ſe ſuſpẽdit ob impatientiã amoris. meus natalis. ſ. dies eſt, hoc eſt quo natus ſum: & ita voluptati indulgere debeo. Vnde Iuuenalis q̃ſi ꝑ hyperbolẽ dicit, Natali coruine die, mihi dulcior hęc lux, &c. Et Perſius. Hunc macrine diem numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candidus annos, Funde merum genio, &c. Gentiles ergo, quo naſcebantur die, voluptati operã dabãt, plurimi quidem: nã ſunt, qui flendũ putabãt. Chriſtiani autem, diẽ felicis obitus, & ad æternam vitam emigrationis celebrant: natalitia vocantes, ꝙ ſint quædã naſcendi in melius formę. Cum. i. quando: ego faciã, ſup. ſacrificium: vitula. i. mactando vitulam: pro frugibus. i. deæ frugum, videlicet Cereri, quæ nuptias exoſa caſtitatem amat: ipſe. i. tu venito: quia tunc amicę operã dare nõ potero (plurimis enim diebus feſtis, à cõcubitu etiam legitimo abſtinebant: vnde Iuuena. ſaty. vj. Ille petit veniam quoties nõ abſtinet vxor Concubitu ſacris, obſeruãdisq; diebus. Nouem autem diebus abſtinebãt, quę Iſidi ſacrificare volebãt: in Ambaruálibus quoq; caſtos eſſe decuit.) Reſpondet Menalcas, quem Iolam vocaui. Ego amo Phyllida ante alias. i. pluſq̃; alias: nã ipſa fleuit me diſcedere. i. ꝙ ego diſcederem. q. d. id ſignum erat vehementis amoris in me, & ita redamo eã: & ipſa (inquit) ò formoſe Iola vale longum. i. per longũ tempus: hoc eſt, quod longum videbitur mihi, etiam ſi cito redieris: deinde per affectionẽ, ſingularemq; amorem repetit dicens, iterum vale Iola. Et ita plus eſt amicã habuiſſe, q̃; ſperare te aliquãdo habiturum: & ita amari ab ea vt fleat, dum ab ea diſcedas, vt vix per ſingultus, vale dicere poſſit. Regula prima. Adiectiua per ſe poſita, eius ſunt generis, cuius ſubſtãtiuum, quod aperte intelligitur: quod ſi nullum Regula. eſt, ad neutrum genus trãſire debent, vt hic natalis ſubaudi dies. Hic molaris, ſubaudi dens aut lapis. Hic edilis, ſubaudi magiſtratus. Hic September, October, Nouember, December, Aprilis, Quintilis, & Sextilis, ſubaudi mẽſis. Hic Tyberis, Araris, Sequana, ſubaudi fluuius. & hic confluens, ſubaudi geminus: aut multiplex fluuius &c. hæc conſonans, ſubaudi litera: hæc pręgnans, ſubaudi fœmella: hæc continens ſubaudi terra: hęc pirus, ſubaudi arbor: hæc Babylon, ſubaudi ciuitas: hæc Delos, ſubaudi inſula. Quando autem natale dicitur: poteſt ſubaudiri tempus: ſed potius abſolute, & quaſi fixe (vt dicunt) poni cenſebitur: ſicut triſte, & dulce, in ſequentibus. Secunda eſt: Quicunq; graphice, atq; diſerte loqui volet, rem depingere conabitur: animũq; loquentis verbis eius exprimere: ſicut puellę à qua deſcendit amatus, vt declarabimus: quæ res, nõ niſi ab optimis quibuſq; perpenditur: cum tamen maximi momenti ſit, quocirca quicunq;, quanuis perſonam rite exprimere volet ſeipſum illã eſſe ſignat. Format enim natura, prius nos intus ad omnem fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram. Aut, ad humum mœrore graui deducit, & angit. Poſt effert animi motus, interprete lingua: vt dicit Flaccus in arte.

PIERIVS.

❡Cum faciã vitula.) in anti. aliquot exemplaribus vitula, quidem eſt ablatiuo caſu. In Romano tamen, & in Mediceo, vitulam. In Longobardico, altera manu & atramento apex, a, literę ſuperadditus, Vitula, vero legẽdum, ablatiuo caſu, recte Seruius admonet. Ambarualem vero beſtiam, ait Verrius, quę rei diuinę cã circũ arua ducitur, ab ijs qui pro frugibus faciunt. Huius ſacrificij meminit inferius Poeta, vbi dicit, Et cũ luſtrabimus agros. De Ambaruali vero ſacrificio, plura apud Macrobium legas.

⸢Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres: DA.
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
⸢Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, ME.
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

SERVIVS.

❡Triſte.) Triſtis res. ⸢Dulce.) Dulcis res. ⸢Satis.) Segetibus. ⸢Depulſis.) A lacte ꝓhibitis. vt, Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.

MANCINELLVS.

❡Triſte.) Pro triſtis, vel triſtis res, per aleothetã: de qua ſuperius. ⸢Depulſis.) A lacte remotis: quod fit, vbi hœdi trimeſtres ſunt facti: vt ſcribit Varro. ⸢Arbutus.) De hac, lege Plinium lib. xv. & . xviij.

ASCENSIVS.

❡Triſte lupus ſtabulis, &c.) Quia Damœtas vidit Menalcam paratum in amore narrando ſequi, transfert ſe ad contrarium amoris, videlicet ad offenſionem & iram: dicens, quod lupus, res triſtis eſt ſtabulis, ideſt armẽtis, & capris: & imber frugibus maturis, & venti arboribus, & præcipue florẽtibus: vnde in Alexi dictum eſt, Floribus Auſtrum Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros. Et iræ Amaryllidis nobis. vnde videtur idem eſſe amator Amaryllidis, & in. j. & in. ij. et in. iij. ſcilicet Virgilius. In. j. per Tityrum: in. ij. per Corydona: & in hac. iij. per Damœtam ſignificatus. atque ita quo magis immunem ab amore puerorum, Virgilium cenſeas ſe amore puellæ, videlicet Galateæ, Phyllidis, aut Amaryllidis captum, dicit. non puerorum, ſicut Menalcas, quem in principio eius turpitudinis incuſauit: quaſi iam paſſus ſit. Reſpondet igitur Menalcas per contrarium, dicens, Dulce ſatis humor, &c. vbi non debet legi, humor eſt: quia humor, primam producit: plus etiam videtur dicere, quia præſtantius eſt dulce eſſe, q̃; triſte: eo ꝙ bonum, & appetibile præſtat malo, & fugibili. Auget etiam ꝙ dicit, Solus Amyntas. vnde dulcor, qui naſcitur ex fruitiõe Amyntæ, maior eſt, q̃; triſtitia nata ex iris Amaryllidis: eo ꝙ non dicit, quod ſolius Amaryllidis iræ ſibi triſtes ſint: plus autem pondẽris habere videtur, triſte, & dulce, q̃; triſtis, & dulcis: quia neutrum genus, etiam ſubiectum, ſaltem vniuerſale connotat. eſt enim quaſi res triſtis, & dulcis: ſicut bonum eſt mihi, lex oris tui: plus videtur q̃; ſi dicat, bona. Stabula autem proprie ſunt armentorum, & eorum quæ fere ſtant potiſſimum veſcendo, vt Stabula ſunt equi, boues, cerui. Cubilia autem, eorum quæ cubant. ſed Cubilia caprilia, ſunt cuſtodiæ, aut domicilia, ſeu ſepta caprarum. bouilia, boum. ouilia, ouium. equilia, equorum. ❡Ordo eſt. Lupus, Ordo. ſupple eſt: triſte, ideſt res triſtis, & incõmoda: ſtabulis. i. eorum

quæ

quæ ſunt in ſtabulis:& imber,ſup.eſt triſte.i.res triſtis,frugibus maturis:& venti,ſup.ſunt:triſtes.i.res triſtis:arboribus,nam ra mi deijciūtur:& flores,ac fructus pereūt,& irę Amaryllidis (de quibus dictum eſt in Alexide, Triſtis Amaryllidis iras.) Reſpondet Menalcas,humor.i.pluuia recens,aut irrigatio,eſt,ſupp.dulce.i.res dulcis:ſatis.i.ſegetibus,pauloante ſatis:aut ſaltē nondū maturis:arbutus.i.virgultum arboris vitiferę,eſt,ſupp.dulce.i. res dulcis:hœdis.i.fœtibus caprarū: depulſis.ſ.à lacte materno & iam ablactatis.& ſalix lenta.i.flexibilis:& ita adhuc tenera eſt, ſupple dulce.i.res dulcis:pecori fœto.i.aut prægnanti:aut iam enixæ.& ſolus Amyntas:eſt,ſup.dulce.i.res dulcis nobis. Regu Regula. la eſt. Adiectiua in neutro genere ſubſtantiuata,quæ & plenius, & dulcius quid ſignificare videntur,tripliciter reſolui ſolent:aut in ſubſtantiuum generale,cuiuſmodi ſunt,res,& ens:vt dulce.i. res,aut ens dulce:aut per abſtractū,vt ſeruantiſſimus ęqui.i.ęquitatis:aut per id quod eſt pars,ſi capiatur partitiue:vt aliquid vini.i.aliqua pars vini.

ΓPollio amat noſtram,quáuis ſit ruſtica,muſam. DA.
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.
ΓPollio & ipſe facit noua carmina.paſcite taurū, ME.
Iam cornu petat,& pedibus qui ſpargat harenam.

SERVIVS.

ℭPollio amat noſtrā,quáuis ſit ruſtica muſam.) Blanditur iam Pollioni patrono:quem tragœdiarū & hiſtoriàrū ſcriptorē Horatius fuiſſe teſtaſ. Nā in ſecundo carminū dicit de hiſtorijs, Periculoſę plenū opus aleæ Tractas,& incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo. Item paulo poſt, Paulūſeuerę muſa tragœdiæ Deſit theatris. Quem,carmen ſuum,licet ruſticum, tamen amare confirmat. ΓPierides vitulam lectori paſcite veſtro,)i.paſcite eius armenta,quia legit hoc carmen:vel vitulam ei nutrite pro pmio. ΓPollio.) Sane alij legunt Pollio, vt prima producatur: alij Polio. ΓNoua carmina.) Magna mirāda. ΓPaſcite taurum.) Hic auget: nam vitulam dixerat.

MANCINELLVS.

Pieri-des. Pierus. ℭPollio.) De hoc late in Alexi. ΓPierides.) Dictæ ſunt Muſæ,e Piero monte:vt ſcribit Feſtus. Eſt aūt Pierus,mons Theſſalię:q ad Macedoniam protenditur:authore Pli.lib.iiij.in Heſiodi autem Theogonia legitur, Ex Ioue & Mnemoſyne Muſas in Pieria natas. Ergo non dictæ ſunt à Pieri natabus:vt quidam aiunt. De muſis autem, plura legito apud Diodorum lib.j.&.v. ΓNoua.) Miranda:cum nunquam talia facta fuerint. Fuit autem tragœdiæ ſcriptor: vt meminit Hora.ode.j.ij.libri. ΓPedibus qui ſpargat harenam.) Id tauri pugnaturi faciunt.vnde Maro.lib. iij.Georgico.ait, Ventoſq́; laceſſit Ictibus,& ſparſa ad pugnam proludit harena.

ASCENSIVS.

ℭPollio amat.) Ab Ioue, & amica, qui nobis dilectiſſimi eſſe ſolent (nam Iuppiter.i.ſummus deus,eſt ſupra nos,& toto corde amandus. Amica autem eſt, quaſi id quod nos:tam propter commixtionem,q̄ propter amicitiam.) tranſit ad morem amicorum. & id quomodo. prius de amore dei loquutus eſt: nam ſicut primum docuit amorem actiuum, quo Iuppiter colit.i. amat terras:ita hic primum loquitur de amore Aſinij Polliōis, actiuo,dicens,Pollio amat noſtram,&c.& in ſequenti, de eiuſdem amore paſſiuo:quo,ſcilicet amādus eſt dicturus, Qui te Pollio amat,&c.ſententiæ notę ſunt. ℭOrdo eſt Pollio Ordo. ſ.Aſinius,vir conſulari dignitate,& multa virtute,ac literatura præditus:& quo interceſſore Virgilius, agrū ſuum recæperat:amat noſtram muſam.i.cantilenam aut phraſim: ac venam in carmine: quanuis ſit ruſtica, ideſt de rebus ruſticanis tractans. Et ideo,ò Pierides.i.Muſę,in Pierio monte ab Ioue ex Mnemoſyne genitæ:paſcite veſtro lectori.i.Pollioni,qui carmina mihi à vobis inſpirata:libenter legit,vitulam.i.iuuencam intactam. Reſpondet Menalcas plus afferens,quia licet nemo totus amuſus.i.expers Muſarum, & gratiæ,libenter carmina legat:aut eis oblectetur,tamen plus eſt carmina facere, q̄ legere. & ideo oſtendit ei plus pręmij debitum,videlicet non vitulam paſcendam,ſed taurum pinguem. In quo triplex eſt exceſſus in ſexu,quia ille fœmellam,hic marem.in ętate,quia,ille vitulam, hic taurum:& in habitudine,quia,ille vitulam omnino paſcendā hic deſtinat:illi taurum,non vetulū quidem:quia dicit,paſcite:ſed iam pinguem,& iuſtæ ætatis, vt qui iam cornupetat, & pedibus qui ſpargat harenā. ℭOrdo eſt.Pollio.&.i.etiam:ipſe fa Ordo. cit noua carmina.i.inſolito artificio:& ideo,ò Pierides, paſcite illi taurum:non quidem puſillum,aut macrum,ſed qui iam petat.i.aggrediatur,aut inſiliat quemlibet cornu.ſ.vtroq;: & qui ſpargat harenam pedibus,dū.ſ.animoſus ingreditur. Proprie autem dicit,ꝙ carmina facit:nā facere,proprie dicuntur Poetæ,dū rem nouā effingunt: vnde Teren.in prologo Andriæ, Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Quinetiā poetę nomen,ſumptū Facio. eſt à verbo Gręco,quod eſt ποιέω,ſeu ποιῶ,hoc eſt pieo,ſeu pio Poeta. quod ſignificat idem quod,facio,ac creo: vnde in ſymbolo nos deum,factorem cœli & terrę vocamus: Gręci,ποιητήν.

PIERIVS.

ℭQuāuis ſit ruſtica.) Sit,quidem in vete.aliquot exemp.preſertimq́; in Longobardico legitur. Sed non diſplicet, q̄uis eſt ruſtica:quod habetur in Romano codice.

ΓQui te Pollio amat,vēiat,quò te quoq; gaudet: DA.
Mella fluant illi,ferat & rubus aſper amomum.
ΓQui Bauiū non odit,amet tua carmina Mœui, ME.
Atq; idem iungat vulpes,& mulgeat hircos.

SERVIVS.

ℭQuo te quoque gaudet.) Subaudi veniſſe. puenerat aūt ad cōſulatū poſt triumphum Dalmaticū. Nam vicerat Salonas ciuitatē Dalmatiæ. Horatius, Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triūpho. ΓAmomum.) Flos eſt Aſſyrius:vt Lucanus, Vicinæ meſſis amomū. ΓQui Bauiū non odit.) Pro pœna ei cōtingat vt diligat Mœuiū peiorem poetā. Nā Meuius & Bauius peſſimi fuerunt poetæ,inimici tam Horatio q̄ Virgilio. Vnde Horatius, Mala ſoluta nauis exit alite, Ferens olentem Mœuium. ΓMulgeat hircos.) Faciat ea quæ contra naturam ſunt.

MANCINELLVS.

ℭQuo te.) Scilicet veniſſe. Peruenerat aūt ad cōſulatū:vt habe Amo-mum. tur etiā ſequēti Ecloga, triumpharat quoq; de Dalmatis. ΓAmomū.) Amomi, vua in vſu eſt,frutice venenoſo,palmi altitudine: carpiturq́; cum radice. Naſcitur in Armenia,in Media,& in Ponto. plura Pli.lib.xij. Dioſco.ait,ꝙ amomum genus eſt odoratiſſimę herbę:cuius frutex,ſimilis eſt botro, coloris ruffi:circū circa,folia iuncta,& copioſa ſunt:ex Thyrſo, Botroſum ſemē redditur:florem habet album. ΓQui Bauium non odit.) ἀστισμὸσ eſt.i.vrbanitas, ἀστεΐζω ,iocor,putatur autē id quidquid ruſtica ſimplicitate caret,& faceta ſatis vrbanitate exponitur: vt, Qui Bauius. Bauium non odit,amet tua carmina Mœui, ideſt pro pœna ei Mœui⁹ contingat,vt diligat Mœuium,peiorem Poetam. Nā Mœuius, & Bauius,peſſimi fuere Poetæ:inimici tam Horatio: q̄ Virgilio. Vnde Hora.in Epod. Mala ſoluta nauis exit alite ferens Olentem Mœuium Euſeb. autem ſcribit,ꝙ Marcus Bauius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat: i Cappadocia mortuus eſt.ſed de vrbanitate latius Fabius lib.vj.

ASCENSIVS.

ℭQui te Pollio.&c.) Incœpit (vt dixi) ab amore actiuo ſummi amici Pollionis:nunc proſequitur eiuſdem amorem paſſiuum,quo.ſ.à ſuis amatur:exoptans omnibus cum amantibus,aut amaturis,aut Pollionis præſentia frui,aut dignitate fungi. Duplex enim eſt horum verſuum expoſitio. prior eſt Seruij,ſecundum quem ſenſus eſt. ò Pollio q te amat, veniat ad eam dignitatem, ad quam tu perueniſti:&, Mella fluant,&c. Secunda expoſitio eſt, vt pro ſummo beneficio dari optet, vt qui Pollionem amat,eius quoq; pręſentia gaudeat,& fruatur:& veniat eo.i.ad eum locum, quo gaudeat eo, ideſt eius præſentia:optat præterea,vt illi,ſcilicet loco:hoc eſt illic fluant mella,&c. Quæ ſentētia,cur potius placeat,multiplex eſt ratio. Et quia indecorum videtur,vt tantam dignitatē amatori exoptes, quantam ſumma virtute obtinuerit amicus. Et quia poſterior verſus, priori non quadret, ſi de conſulatu intelligatur. Et quia maxime quadrat, ſi de fruitione pręſentiæ Pollionis intelligamus. Per hoc enim ſignificatur,tam dulcis, ſuauis,ac comis eſſe amicus Pollio,vt abunde beatus ſit, qcūq; eius præſentia gaudeat. Et quia lex minus ſeruata videretur, ſi prior velit amatores Pollionis ad conſulatū euehi:& poſterior Bauij amatores ſolūmodo ad Mœuianorum carminū amationem cōpelli:non etiā tam amara poteſt eſſe eorū amatio, q̄ ſuauis

nis eſſet conſulatus additio. Ea autem ſeruetur, ſi de pręſentia Pollionis intelligatur: nam per contrarium tantūdē, aut plus reſpōdeat Menalcas. Tam amara enim poſſit eſſe Mœuij, aut carminum eius amatio, q̃ dulcis Pollionis præſentia: & tam triſtis conditio eius qui ob amorem Bauij, ac Mœuij, cogatur vulpes iungere: & hircos mulgere, q̃ lęta eius: qui, quia Pollionē amat, in præſentia eius mella fluentia, & amomū ex rubo legat. Plus pręterea eſt, quod dicit Qui Bauium non audit, q̃ ſi diceret, qui Bauium amat. Multi enim non amaſſe poterant, qui tamen non oderint: vnde, quicunq; amat Bauium, non odit eū: ſed nō econuerſo. quia qui eum nō cognoſcit: aut ab eo offenſus nō eſt, odit eum: & tamen nō amat: lex ergo plene ſeruatur, ſi poſteriori modo legatur: ſed vnum obeſt, quia ſic potius diceretur gaudeat, q̃ gaudet: niſi, vt veniat eo quo gaudet te: dum. ſ. pręſens eſt. Conſtruamus ergo vtroq; modo poſteriori ſic. O Pollio, is, ſup. qui amat te: veniat, ſupp. eo. i. ad eum locum: quo. i. in quo gaudet: quoq;. i. etiam: te. i. in pręſentiam tui, in qua de te gaudet: & mella fluant illi, ſup. loco: aut illi, pro illic: & rubus aſper. i. frutex ille ſpinoſus, & hirſutus ferat amomum. i. aut arbuſculam illam, aut herbā, aut florem eius (vt frutex pro flore ponatur.) Secundum Seruium aūt conſtrueretur ſic, O Pollio, is qui te amat veniat quoq;. i. etiam, ſup. eo. i. ad eum ſtatum: quo. i. ad quem gaudet te, ſup. veniſſe ideſt ad cōſularem: & mella fluāt illi: & rubus aſper ferat illi amomum. Reſpondet Menalcas: Is qui non odit Bauium. ſ. Marcum, peſſimū hominē: inuidumq; poetam: amet ò Mœui, tua carmina. i. luat eam pœnam, vt cogatur tua carmina amare: quę tam mala ſunt: vt duriſſimus ſit cruciatus ei, qui id cogatur facere. Atq; idem, qui. ſ. Bauium non odit, & carmina Mœuij amat: iungat. i. ad iugum cōiungere cogatur, vulpes; ideſt animalia illa aſtuta, & veloci pede currentia: vt difficillimum ſit ea coniungere: & mulgeat hircos. i. maſculos caprarū, qui nihil lactis, ſed plurimum fœtoris habēt: ſicut & Mœuiana carmina nihil boni ſucci, ſed atræ loliginis. i. inuidentiæ, plurimum habent: vnde & eum olentem dicit Flaccus: qui & in. j. ſermo. eum inuidum detractorem docet his verbis: Mœuius abſentem nouium dum carperet, heu tu (Quidā ait) ignoras te: an tu ignotū dare nobis verba putas? Egomet mi ignoſco: Mœuius (inquit Beroaldus) Seruiū notat, in eo quod dicit, amomum, flos eſt Aſſyrius: vt Lucanus vicinæ meſſis amomum. vnde dicit: Miror Seruium authoritate Lucani fulcire ſententiam, tanq̃ à Lucano dicatur, amomum, florē eſſe Aſſyriū: qui more poetico, amomum quidē nominat in. x. ſed quid ſit, haud quaq; aperte demonſtrat. Debuiſſet itaq; Seruius Pliniū conſulere, qui eū edocuiſſet, amomum, non eſſe florem, ſed arbuſculā: qui in. xij. ſcribens de peregrinis arboribus, amomū, arborē eſſe cōmemorat: & eius vuam in vſu eſſe: forma eſt vite labruſca, frutice venenoſo, palmis altitudine laudatur, q̃ maxime parit amomū punici mali folijs ſimile, colore ruffo. Secunda bonitas pallida eſt: herba, cœtum peius, peſſimū, candidū, quod & vetuſtate euenit. Hæc Beroaldus. Verū, non omnes amomū, arbuſculā dicunt: nam Dioſcorides, herbę genus eſſe docet, quę florē habet album: quid ergo prohibet herbā pro flore capi præſertim cū dicat, q̃ rubus ferat? Verū (vt Landinus recitat) Dioſcorides dicit, quia in circuitu cuiuſlibet arboris, naſcitur ramulos habens ſiccos, & duros virgulis aſſimiles: vnde hic dici poſſet: ferat & rubus aſper amomū. Regula prima eſt: Odi, verbum defectiuum, in voce vtriuſq; tēporis, ſignificationem gerit: & pręteriti, & pręſentis temporis: nec reperitur apud idoneos perfectū, niſi ſemel apud Ciceronē odias: Non ergo dices, odio te: ſed, odi te. Secunda eſt: Licet arborū nomina, quæ in um exeunt, nō legitime fœminina ſint: fruticū tamen, & in um exeuntia, vocis genus ſeruant. Exemplū de fœmininis: vt hęc buxus, hebenus, balſamus, pomus. Exemplū de fruticibus: vt hic dum⁹, rubus, hi ſentes, vepres, hoc ſiler, thus, &c. Exemplū de, um: vt hoc buxum: hebenum: balſamum: pomum etiam pro arbore: hoc viburnum, ſalictum, &c. Regula.

Ordo.

PIERIVS.

¶ Qui Bauium non odit.) Hoc quoque nomen pronunciatione Gręca, per v, quippe digammon habetur in Romano codi. Vauium. Ita apud Liuium, vbi in vulgatis codicibus libro. viij. primæ Decadis, ſcriptum eſt, Vitrubius Bacchus. In vetuſto codi. Vaccus, per digammon habetur. & inferius, Quæ Vacci prata. Frequentiſſime autem apud hunc & alios ſcriptum, veluti veteres, Fauiū, pro Fabio dicebant obſeruatum ab Adamantio. Huic vero Malo poetæ Marco nomen fuit: de quo Euſebius. Marcus Bauius poeta, quem Virgilius in Buco. notat in Cappadocia moritur. ⌈ Et mulgeat hircos.) In Roma. codi. & in altero peruetere, mulctat, per c ſcriptum eſt. In Longobardico, vt omnino diſcernitur, ita quoque legebatur, verum altera manu & atramento factum eſt, mulgeat, per g. Neq; mirum multis in dictionibus, c, pro g, poſitam eſſe. Quam literam non fuiſſe, longa annorum ſerie apud latinos, inuentam vero à Spurio Carbilio noua forma, & Scaurus, & Victorinus affirmant.

⌈ Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga, DA.
Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
⌈ Parcite oues, nimium procedere, non bene ripę ME.
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.

SERVIVS.

¶ Fraga.) Mora quæ in herbis naſcūtur. Ideo dixit. ⌈ Humi naſcentia. latet anguis in herba.) Allegoria eſt: nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites verſabantur armatos: quos ſicut anguis mortem inferre poſſe non dubium eſt. ⌈ Non bene ripæ creditur.) Ipſe aries etiam nūc vellera ſiccat. Allegoria ad illud quod ſupra diximus, pertinet: quia poſt accęptos agros, ab Ario centurione pene eſt interemptus, niſi ſe pręcipitaſſet in fluuium. ⌈ Parcite.) autē, prohibete. ⌈ Procedere.) i. ſeruate ne procedāt. vt, Gnatis parce tuis.

MANCINELLVS.

¶ Ipſe aries.) Placet magis, Vt ſimpliciter, accipiatur, quăm allegoricos: quod indicat etiam illud, Ipſe vbi tempus erit omnes in fonte lauabo. Eſt enim Theocriti in. v. vbi ait, Felicem ſperate diem, vitamq; capellæ, Cras ego vos omnes Sybaritis fonte lauabo.

ASCENSIVS.

¶ Qui legitis flores.) Aliud genus carminis tentat Damœtas, quo aduerſarium vincat: in quo, licet aperta eſt ſententia, nō nihil tamen allegorice eſt. Nam angueis latere in herbis naturale eſt: idq; docet quæ de Eurydice Orphei coniuge legitur fabula: eam enim cum Ariſteus inſequeretur, ſerpens in herbis deliteſcens morſu necauit. Dicit ergo Damœtas. O pueri, qui legitis flores, & fragra, fugite hinc. i. ex amœnis, & iucundis rebus: qa latet anguis in herba: hoc eſt, extremum gaudij luctus occupat: quo verbo poſſit intelligi Menalcam taxare, qui ſe amoribus potitum iactauit: vnde Menalcas reijcit in Damœtā grauius malum, dicēs, O pueri, arcete gregem à ripis: qa ipſe aries, iam vellera ſiccat hoc eſt Damœtas, ſeu Tityrus qui agrum ſuum recæpiſſe gloriatus eſt: ab Arrio expulſus, niſi pernicius aufugiſſet, interijſſet. Sicut autem grauius, & certius eſt malum iam accæptum, q̃ quod quis minatur futurum ita plus dicit Menalcas, ſiue ſimpliciter, ſiue per allegoriam intelligatur, q̃ Damœtas. Nam prior malum, niſi fugeris imminere docet poſterior etiam eueniſſe. ¶ Ordo eſt. O pueri, qui legitis flores: & fragra, ideſt mora, in herbis naſcentia: humi. i. in humili loco: ad terram fugite hinc. i. ab hoc loco: quia anguis, ideſt ſerpens frigidus, ideſt mortifex, aut venenoſus: nam venenum, frigidum eſt, latet in herba Menalcas ad hoc. O pueri, parcite, ideſt prohibete: oues procedere. i. ne procedant nimium: quia nō creditur bene. i. tute ripę. i. margini fluuiorum. Nam ipſe aries, ideſt dux gregis (videlicet Damœtas, Virgilium ſignificans, qui ſe Tityrum appellauit: quaſi arietem præuium ad intercedēdum ad Auguſtum, pro reliquorum Mantuanorum agris recipiendis.) ſiccat etiam, ideſt nedum minores oues: nunc vellera, quæ res probat ipſum in flumen incidiſſe. Licet ergo Mancinellus malit ſimpliciter dictum cenſeri, eo quod ex Theocrito, vbi ſimpliciter dicitur ſumptum eſt plus tamen nerui haberet, ſi allegoricos intelligeretur. Sæpe etenim quæ ab vno ſimpliciter: ab alio, allegoricos dicūtur. Sicut ab Iuuenale, Actoris Arūci ſpoliū, &c. Ordo.

⌈ Tityre paſcentes à flumi ne reijce capellas, DA.
Ipſe vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

SERVIVS.

¶ Tityre paſcentes à flumine reijce capellas.) Ideſt ò Mantua, noli mō velle aliqd agere de repetēdis agris. Nam cū opportunū fuerit. ⌈ Ego omnes lauabo.) Ideſt purgabo apud Cæſarē, cum de Actiaco prælio

¶Cogite oues pueri. ſi lac præcæperit æſtus: ME.
Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.

prælio reuerſus fuerit. Et bene in fonte: ipſe enim per amicos Cæſaris agrũ meruerat: tanq̃ per riuulos quoſdã. nunc autẽ Mantuanis beneficium dicit ſe ab ipſo Imperatore meriturum. ¶Reijce capellas.) reijce ca, proceleumaticus eſt pro dactylo: & ſic eſt poſitus vt Genua labant. Item, arietat in portas. ¶Cogite oues.) In ouilia colligite. vt Tityre coge pecus. ¶Præcæperit.) Pręoccupauerit. nam naturale eſt vt lac augeatur frigore, calore minuatur.

MANCINELLVS.

¶Præcęperit.) Præoccupauerit, attraxerit.

ASCENSIVS.

¶Tityre paſcentes.) Hoc quoq; carmen, ſimpliciter legendum ſecundum Mancinellũ eſt. ſed multo maior ſit eius vis, ſi ſub allegoria legatur: vt videlicet Damœtas intelligens in ſe dictũ eſſe, Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. reſpondeat; tametſi ſemel p̄cipitem ſe in Mincium dederit, non tamẽ deſperare: cum ſperet adhuc recuperare: nõ ſolũ ſuos, ſed & omnium Mantuanorum agros, cum eos in fonte purgauerit. i. innocentiam eorum Augusto oſtenderit: vnde dicit, Tetyre paſcentes, &c. vt per capellas, Mantuanos intelligamus. Ad quod Menalcas, id amare ridens: quia videlicet ſolam ſpem habeant, dicit: pueri cogite oues. i. nolite eas in ſpe dilatatas diuagari, quia ſi ęſtus pręripuerit lac. i. ſi furor militũ ingruerit, vt nuper, fruſtra preſſabimus hubera palmis. i. fruſtra rem perditã recuperare conabimur. plus ergo mali paſſum dicit gregem Menalcas, q̄ boni habituꝝ Damœtas. vñ & contrarium, & plus dicens, legem ſeruat. ¶Ordo eſt. O Tityre, reijce. i. amoue: arce capellas paſcentes à flumine. i. noli committere per deſperationem, vt Mantuani immergantur aduerſitatibus. ipſe. i. ego lauabo. i. purgabo: omnes in fonte. i. corã principe Auguſto: vbi. i. qñ: tempus. i. opportunitas erit. Reſpondet Menalcas. O pueri, cogite. i. cõpellite: in vnum locum. ſ. ſub vmbras: quia ſi æſtus. i. feruens calor ſolis: præcæperit. i. præripuerit, ac cõſumpſerit lac, vt nuper, ſup. fecit: nos preſſabimus. i. frequenter comprimemus: palmis. ſ. manuũ noſtrarũ: fruſtra. i. in vanũ: hubera. ſ. ouiũ. Regulæ ſunt. Prima. Iacio, quia in compoſitiõe, a, in i, mutat, gemino ii ſcribi debet: quorum prius eſt conſonum: metri tamen cauſa, nonnulli alterũ abiecerunt. Secunda, quę ergo in conſonantẽ deſinentia, cum iacio cõponuntur: licet breuia fuerint, producuntur; vt adijcio, conijcio, ſubijcio: niſi ſubicit, dicatur per vnũ i. Tertia i, cõſonum in principio dictionis poſitũ: licet per cõpoſitionẽ in medio duarũ vocalium ponatur, manet tñ ſimplex: vnde bigus, primam corripit. Quarta, q̄ in vocalẽ deſinẽtia cũ iacio cõponunt, ſuã quantitatẽ ſeruant: vt proijcio, prima lõga: & reijcio, prima breui: vnde recte ſm artem hic proceleumaticum Seruius cenſet: licet alij, aliter doceant. Nam Virgilius alibi fere primam producit.

Ordo. | Regulę.

PIERIVS.

¶Reijce capellas.) Seruius dicit, reijce capellas, proceleumaticus eſt. Antiquiq; omnes cod. Reice, ſcribunt vnico i. Quiq; hanc ſcribendi rationem amant, dicunt (vt apud Velium eſt) literam i, inter duas vocaleis, per ſe plenam, & ſatis ſonoram eẽ: ſed neq; quidem eſſe neceſſarium, cum, eicit, ſcribimus: i, ratione producendi, ſyllabam geminare, quod ſatis literæ poteſtas ipſa ſibi ſufficiat. In pleriſq; vero huiuſmodi, Cicero videtur auditu emenſus ſcriptionem, qui & Aiiacem, & Maiiam, per duo ii ſcribenda exiſtimauit, vt preſſius & plenius ſonarent. Sed enim quod ad, Reice, pertinet: nemo negarit in eo quod eſt, iace: pro a, eſſe i, ſubſtitutum: &, ijce, dici neceſſario: cui adiecta præpoſitione, re, reiice, integrum ſit. In quo, re, nõ magis longa, quàm in reieci: & in, reiectus, habeatur. Quod ſi duo ii, in vnum coire faciamus, media ſyllaba longa erit neceſſario, cum ſynæreſis fieri non poſſit, niſi in longam. Quare, ſi codicum authoritatem defendere voluerimus: aut dicendum erit, primum i, quod vim duplicis conſonantis habebat, ex regula illa generali expunctum eſſe: aut ſyncopam, a litera detrita factam: atque ita i, iam vocalem breuis locũ retinuiſſe. ¶Omnes in fonte lauabo.) Fonte quidem vetera habent exemplaria, Romano excæpto, in quo fronte legitur, quod alij viderint. Apud Theocritum ſane, vnde locus hic deſumptus, dubio procul fontis mentio ſit. Ait enim Αὔριον ὔμμε πάσασ ἐγὼ λουσῶ συβαρίτιδοσ ἔνδοθι κράνασ: quare, fonte omnino legendum eſt. ¶Cogite oueis pueri, ſi lac præceperit æſtus.) In antiquis aliquot exempl. cum antiquiſſimo maioris notæ æſtas, legitur: quod non placet. Cogite vero, quod Seruius exponit, i ouilia colligite. No. Marcellus, mulgete, interpretatur. Subiungit enim Poeta cauſam, cur feſtinandum ſit. Si lac præcęperit æſtus, vt nuper, fruſtra preſſabimus hubera palmis, Eadem autem dictione variatum in. ij. Georgicon eo loco, Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.

¶Eheu q̄ pingui macer eſt mihi taurus in eruo? DA.
Idem amor exitiũ eſt pecori, pecoriſq; magiſtro.
¶His certe neq; amor cauſa eſt: vix oſſibus hærent, ME.
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

SERVIVS.

¶Vix oſſibus hærent.) Vix oſſa eorum cohęrent. ¶Teneros oculus mihi faſcinat agnos.) Dicit cauſam maciei. & per trãſitum pulchrum ſe habere pecus ſignificat, quod vtiq; meruit faſcinari.

MANCINELLVS.

Eruum. ¶Taurus in eruo.) In antiquiſſimis textibus, eruo, & aruo, legi in illo ſummi pontificis, Aruo eſt per a. Plures autem, eruo, habent per e. Eſt autem eruum, leguminis ſpecies: ſimile piſo: quod amplius, q̄ vicia runcatur. Sufficiunt ſingulis boum iugis, modij quini ſati. Martio menſe, ſatum noxium eſſe, bobus aiunt. Item autumno, grauedinoſum. Innoxium autem fieri, primo vere ſatum. author Pli. lib. xviij. meminit idem Columella lib. ij. vbi ait etiam, q̄ eruũ lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerunq; corrumpitur. Per hęc autem verba, optime exponimus, pingui eruo. i. lęto. ¶Vix oſſibus hærent.) Theocritus quoq; in. iiij. Nempe volunt prati teneris iam paſcier herbis. Illa adeo macra, eſt vitula: & vix oſſibus hæret. ¶Faſcinat.) Laudando decipit, vel deprauat. Faſcinum, & fas, a fando nominatur: vt Feſtus ait. Plin. autem lib. vij. ca. ij. ſcribit, In Aphrica eſſe familias quaſdam effaſcinantium, quarum laudatiõe intereant probata, areſcant arbores, emoriatur infantes: eſſe eiuſdem generis in triballis, & illyrijs, qui viſu quoq; effaſcinent, interimantq;, quos diutius intueantur: iratis præcipue oculis, quod eorum malum facilius ſentire puberes: notabilius eſſe: q̄ pupillas binas in oculis ſingulis habeant. fœminas quidem omnes, vbiq; viſu nocere: quę duplices pupillas habeant. Cicero quoq; author eſt. Hæc & plura Plinius.

Faſcinũ | Faſcinãtes.

ASCENSIVS.

¶Eheu q̄ pingui.) Rurſum carpit Menalcam, qui ſe amoribus potitum dixit: docens ipſum, & pecus eius, ob eos deperire: ad quod Menalcas, Non amoribus, inquit: ſed faſcino emaceratũ eſt pecus meum. Per hoc innuens, ipſum inuidiã ꝓpter pulchritudinẽ meruiſſe, atq; ita contrariũ dicit, quia negat amorẽ: & plus, quia concedit faſcinũ. Poteſt & priorum verſuũ eſſe hęc ſententia, vt Damœtas de ſuo amore loquatur: glorioſum cenſens amoribus elanguere, vt ſit per iactantiam dictũ: q̄ ipſe, & pecus, amore deperiret. Ad quod Menalcas, His certe, hoc eſt neſcio, quid de tuis dicam: ſed meis certe amor, cauſa nõ eſt, ſed faſcinatio: quæ non niſi ſpecioſis infertur, cum etiam miſerrima quæq; amore concutiantur. ¶Ordo eſt. Eheu (dolentis interiectio) q̄, ideſt quantum: macer, quaſi dicat, macerrimus eſt mihi: taurus in aruo, ideſt prato: aut, eruo, ideſt legumine illo: pingui, ideſt hubere, & læto, aut pinguem facere ſolito. Idem amor eſt exitium. i. generat finem vitæ, pecori, & magiſtro pecoris, ſcilicet mihi. Sed (vt dixi) aut de ſe loquitur, glorians quia amat aut ſub ſuo nomine, Menalcã taxat: ſicut in principio, Menalcas ipſum taxauerat, dicens, Tum credo cum me arbuſtum videre Miconis, &c. Ad hoc autem reſpondet Menalcas, amorem negans: ſed potiorem cauſam emacerationis, pecoris ſui concedens: faſcinationem, ſcilicet quæ non niſi lætis & pinguibus pet inuidiam inferri ſolet: nã ſumma petit liuor: perflant altiſſima venti. Et quia infelix eſt, cui non inuidetur, dicit Martialis. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Otdo igitur eſt. Certe amor non eſt cauſa his, ideſt meis ouibus: vt, ſcilicet emacerentur: & tamen vix hærent oſſibus, ideſt vix habent oſſa cohærentia. Eſt enim ablatiuus caſus, non datiuus, ſicut hoc friget manibus, ideſt habet manus frigentes. ſed neſcio, quis oculus faſcinat. i. inuida & inimica inſpectione inficit, & deprauat agnos teneros, qui faſcinari facilius poſſunt: vt ex his quæ Mancinellus & Landinus adducunt, patet.

Ordo.

PIERIVS.

¶Eheu ꝙ pingui macer eſt mihi taurus in eruo.) Romanus codex vna cum Longobardico, & aliquot alijs legunt, in aruo. In aliquot. in quibus, eruo, ſcriptum fuerat, a, litera ſuperne addita. Sed enim, eruo, & Columella, & Plinio, legumine eo pecus pingueſcere aſſerentibus, magis omnino recæptum. &, aruo, neſcio quid ocioſum habetur. ┌Exitium eſt pecori, pecoriſqꝫ magiſtro.) Verbum, eſt, in hoc verſu valde inconſtans reperitur apud codices manu ſcriptos. Nam veluti plebeius notatus, modo in hanc, modo in illam, transfertur tribum. in Romano enim, exitium eſt. In Mediceo, & quibuſdam alijs, pecori eſt. In Oblongo, Vaticano, & in Longobardico, magiſtro eſt, habetur. Id, & ſi minus vetabat, quin eadem eſſet ſententia, notandum tamẽ fuit ob ſtructuræ varietatem, cuius apud eruditos viros diligentiſſima ſolet eſſe penſitatio.

SERVIVS.

┌Dic q̃bus in terris (& eris mihi magnꝰ Apollo) DA.
Treis pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.
┌Dic quibus in terris inſcripti nomina regum ME.
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

¶Eris mihi magnꝰ Apollo.) Relicto certamine ſibi proponunt ænigmata. Bene aũt ait, Eris mihi Apollo: quia in rebus incertis ſola opus eſt diuinatiõe. ┌Treis pateat cœli ſpatiũ nõ amplius vlnas.) Vlna, proprie eſt ſpatium in quantum vtraqꝫ extenditur manus. Dicta vlna, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν .i. à brachijs. vnde & λευκώλενος ἥρη dicitur. licet Suetonius vnum cubitum velit eſſe tantũmodo. Sane hæc quæſtio varie ſoluitur. Nam alij dicunt ſignificare eũ ſepulchrum Cœlii luxurioſi cuiuſdam, qui venditis omnibus rebus & conſumptis, tantũmodo ſibi ſpatium, reſeruauit, quod ſepulchro ſufficeret: & voluiſſe eũ errorẽ facere ex cœli & Cœlij ſimilitudine: vt ſit, Dic mihi vbi nã ſepultis eſt Cœlius, cuius tribus vlnis continetur ſepulchrum? Alij vero volunt puteum ſignificari, qui eſt in Syene parte Ægypti: quem ad hoc nimiæ altitudinis philoſophi effoderunt, vt probarent locum illum eſſe ſolũ, quem recto Sol intuitu irradiaret. Nam octauo Calend. Iul. die, quando in centro ſuo eſt Sol, lumine ſuo tam imam quoqꝫ illius putei, q̃ ſummam terram irradiat. Sed neutrum horum cõuenit ruſtico. Vnde ſimpliciter intelligendus eſt cuiuſlibet loci puteus: in quem cum quis deſcenderit, tantum cœli cõſpicit ſpatium, quantũ putei latitudo permiſerit. ┌Dic quibus in terris inſcripti nomina regũ Naſcãtur flores.) Quia ſoluere non potuit, ipſe aliã obijcit quęſtionẽ: & captioſe, quibus in terris dixit. Hyacinthus.n. vbiqꝫ naſcitur, flos qui natus eſt primo de Hyacinthi ſanguine, poſtea de Aiacis, ſicut etiã Ouidius docet. Eſt aũt quaſi lilium rubrum, deſignans primam Hyacinthi literam. Regũ autem nomina, non quoniã ipſi reges fuerunt, ſed quia regum filij: vt, Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem. cũ de Ariadne diceret Paſiphaes reginę filia. Sane multi volunt nomina regũ, pro nomine Regis poſitum: vt ſit quemadmodũ illud in Terentio, Non perpeti meretricum contumelias. cum de vna loqueretur. Nam flos iſte Hyacinthi tantũ, & non Aiacis nomen retinet. Tamen ſciendum ænigmata hæc, ſicut fere omnia, carere aperta ſolutione. ┌Phyllida ſolus habeto.) Amicam cõmunem, quod plus eſt, q̃ eſſe Apollinem. Nam eſſe Apollinem impoſſibile eſt, quod ille promiſerat: hic vero, poſſibilia pollicetur.

PROBVS.

¶Inſcripti.) Hyacinthus enim ab Apolline adamatus, propter nimiam pulchritudinem: & ab ipſo per ignorantiam occiſus diſco: conuerſus eſt in florem, qui in ſe literas habet hya, vt ſit vox plorantis. Quidam ex Aiacis ſanguine.

MANCINELLVS.

¶Dic quibus.) Omiſſo canendi ſtudio, ad ænigma diuertit: quo decentius cantum abſolueret, ne victus eſſe videretur, ne item in infinitum quodammodo canere cogeretur. ┌Cœli ſpatium.) In Æthiopiæ fine, Syene eſt inſula. C. M. paſſuum ambitu: vt ſcribit Plin. lib. v. Strab. quoqꝫ lib. xvij. docet. ꝙ in ipſa Syene, puteus quidam eſt, qui ęſtiuum indicat ſolſtitium: quoniam hęc loca circulo tropico ſunt ſubiecta, & in meridie vmbilicos faciunt ſine vmbra: & ſol ſupra verticem ibi manentibus habetur: vnde neceſſe eſt in puteos, quãquã profundiſſimos, vſqꝫ ad aquam radios iaci. itaqꝫ de hoc puteo intelligere poteris, & de quocunqꝫ alio: nam in fundo cuiuſqꝫ putei manentibus, cœlum non videbitur, niſi pro aditus magnitudine. ┌Vlnas.) Olene, & olenos, vlna dicitur: eſtqꝫ (vt aiunt) vtriuſqꝫ manus extenſio: vel magis vnus cubitus tantum. (Vlna.) ┌Apollo.) Cui diuinandi poteſtas, Macro. lib. j. Satur. ſcribit, ꝙ diuerſæ virtutes ſolis nomina, dijs dederunt. virtutẽ igitur ſolis: quæ diuinatiõi, curationiqꝫ pręeſt, Apollinem vocauerũt: quæ ſermonis author eſt, Mercurij nomen accæpit. (Apollo.) ┌Nomina regũ.) De hyacintho flore intelligit: de quo iam diximus. habet enim in folijs hya, quod etiam Ouidius in Metamorpho. docet apertius.

ASCENSIVS.

¶Dic quibus in terris.) Quia Menalcã reſpõdere paratũ videt, ne perpetuũ eſſet carmen: proponit ænigma, quod indiſſolubile putat: cuius ſi ſolutionẽ paratã haberet, Menalcas vinceretur niſi mirũ Damœtas: ſed cũ eam ignoraret: iuxta pręcæptum rhetoricorum alterũ proponit: & id quidẽ difficilius, adiecto maiore ſi diſſoluatur pmio. Rhetoricorũ.n. præcęptum eſt: vt quoties ad interrogata reſpondere nequeas, æque difficilia interroges: quomodo Pythias illa Terentiana in Eunucho, cum neſciret quid diceret ad id quod Eunuchus reſponderet Phedriæ interroganti. Eho tu enim ego te: emiſti. interrogat: veniſtin' hodie ad nos? & ipſa ꝓ illo reſpõdet. Proponit ergo Damœtas tale ęnigma, Dic, q̃bus in terris ſpatiũ cœli pateat, nõ amplius tribus vlnis: & ſi id mihi dicere poteris, eris mihi .i. reputaberis, a me magnus Apollo. q. d. princeps omniũ diuinantiũ. Nam Apollo, is eſt, qui oracula ex adytis olim dabat. futuraqꝫ etiã occultiſſima denũciabat. Ad quod Menalcas, Dic quibus in terris naſcantur flores. habentes nomina regũ inſcripta: & ſi id feceris habebis ſolus Phyllida, amicam nobis cõmunem, dixi: difficilius proponi a Menalca, & maius pręmiũ: difficilius.n. eſt ſcire, vbi tales flores naſcantur, q̃ vbi ſpatium cœli treis vlnas duntaxat pateat: id enim fit in omnibus puteis ꝓfundis, & fumarijs .i. (vt vulgo dicunt, licet aliud ſint) caminis quorum orificia ſunt dũtaxat trium vlnarum: his qui in fundo ſunt: nam ſi per extremã altitudinem viderint, nihil officeret orificij anguſtia, quo minus cœli quantitatem videant. Maius quoqꝫ præmium eſt, quenuis habere amicam cõmunem ſibi peculiarem & propriã: q̃ ſi a ruſtico paſtore reputetur Apollo. Non enim Apollo eſſe poteſt: nec magnum eſſet Apollo cenſeri a ruſtico. ¶Ordo eſt. O Menalca: dic, in quibus terris ſpatiũ cœli pateat treis vlnas: non amplius: &, ſupp. ſi mihi dixeris: tu eris mihi .i. reputaberis à me magnus Apollo .i. vt magnus Apollo arcanoꝝ reuelator. (Ordo.) Ad hoc Menalcas: dic Damœta: in quibus terris naſcanť flores inſcripti .i. habẽtes inſcripta nomina regũ .i. puerorũ regiorũ (ſicut in hyacintho inſcriptũ videtur nomẽ pueri, in ipſum verſi.) Nam licet Aiax, vt Ouidius atteſtatur lib. xiij. Metamorpho. in eundẽ florem, poſtea verſus ſit, tamen nomen ſolius hyacinthi in eo ſcriptum videtur: & habeto .i. permittam, vt habeas ſolus. Phyllida .i. amicam cõmunẽ nobis. Regula eſt. Verba diſtantiæ, aut menſurę, accuſatiuũ, aut ablatiuum regunt: vt, Spatium cœli patet treis vlnas: aut, tribus vlnis. (Regula.)

PIERIVS.

¶Non amplius vlnas.) In Ro. cod. vllas, ea mutatiõe, qua nũc quoqꝫ vocabula multa, n, in l, tranſmutãt. & Vallus, & Vannus, apud veteres idem eſt: vt in Georgicis oſtenſum. ┌Naſcantur flores.) In Oblongo codice, in Mediceo, in Longobardico, naſcuntur, eſt, fatendi modo. In Ro. naſcantur, coniunctiuo.

SERVIVS.

┌Non, noſtrũ inter vos tantas componere lites. PA.
Et vitula tu dignus. & hic, & quiſquis amores,
Aut metuet dulceis, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

¶Non.) Hic diſtinguendum eſt: vt ſit ſenſus, Officium iudicis eſt ferre ſententiam, nõ eorũ qui inter ſe contendunt. Vnde male quidam totũ iungunt, Non noſtrum inter vos tantas componere lites. nam non negat ſe facturum eſſe quod faciet: iudicaturus enim eſt eos eſſe pares, dicens, Et vitula tu dignus, & hic. ┌Componere.) Finire. vt, Ante diem clauſo cõponet veſper olympo. Id eſt finiet. ┌Et quiſquis amores.) Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Et tu & hic digni eſtis vitula: & quicunque ſimilis veſtri eſt. Nam ſupra vnus dixerat, Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Arboribus venti, nobis

Amaryllidis

Amaryllidis iræ. Itē alter. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, Lēta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. Ad cuiꝰ amatoris ſimilitudinē ptinet, Aut metuet dulces. Nāq; hic Menalcas & amabat & amabaꝰ: ſed tāq; prudēs timebat ne vnq̄; poſſet amor ille diſſolui. Et cōtrà Damœtas amaritudinē amoris expertus fuerat ex amicę Amaryllidis iracūdia. ☞ Metuet dulces.) Timebit ꝓ dulcibus ne eos amittat. ☞ Sat prata biberūt.) Aut intelligimꝰ hūc exiſſe, vt iuberet pueris ſuis vt arua irrigarēt: qđ illis cātātibus factū eſt. aut, & re vera, dicit riuos claudite. aut certe allegoricōs hoc dicit, iā cātare deſinite: ſatiati.n. audiēdo ſumus.

MANCINELLVS.

¶ Nō.) Hic fiat colō, vt dicamus. Nō.ſ. veſtrū eſt, ſed nr̄m q iudex ſum cōponere, &c. ☞ Et vitula tu dignus.) In Theo. v. vbi Lacon, & Comatas, acerbe certauerūt: alter victꝰ eſt. Ait.n. ſic Morſon iudex. Laconē Morſon iubeo reticere, ꝙ ipſum nūcio deuictū: mea ſic ſnia poſcit. Do tibi laniger̄, pignus certaminis agnū, Quē nup docta meruiſti voce comata. In ſexta aūt, vbi Damœtas & Daphnis amici cātarūt. Deuicit neuter: neuter ſupatus abiuit. ☞ Aut metuet dulces.) Vt Menalcas.ſ. dixerat.n. dulce ſatis humor &c. ☞ Aut experieꝰ amaros.) Vti Damœtas.ſ. nā dixerūt, Triſte lupus ſtabulis, &c. ☞ Riuos.) i. ora. ☞ Prata.) Aures. ☞ Biberūt.) Hauſerūt, audiuerūt. Eſt.n. allegoria: quā Fabius li. viij. Inuerſionē interpretatur: vt, aliud verbis, aliud ſenſu oſtendat.

ASCENSIVS.

¶ Non, noſtrū, &c.) Hic habeꝰ iudiciū Palæmonis, in quo quatuor facit: dehortatur.n. primo a lite, aut ſententiæ dicēdæ, poteſtatē contendentibus negat: deinde, fert ſniam in qua eos æquales in arte canēdi pronunciat: tum ab amoribus dehortaꝰ, & nouiſſimo ad pueros reuerſus, eis ceſſare imperat. Primi aūt poſui duo mēbra: nā (vt Lādinus docet) cōponere, varie accipitur. Aliqñ.n. eſt finire: vt hic ſm eum & .j. Æneí. Ante diē clauſo componet veſper Olympo: quod inde tractū videtur, quia dū res componitur, artificis labor finitur. Aliqñ, tranquillū reddere: vt hic ſm quoſdā: & .j. Æneí. Sed motos pſtat componere fluctus. ver̄, dū fluctus diſperſi componuntur, ſubſequitur tranquillitas. Itē, comparare: vt, Prius ſic paruis cōponere magna ſolebā. & apud Sallu. vbi Metelli dicta, cū factis cōpoſuit. Verum compoſita, & collata, facilius comparari poſſunt. Aliqñ ornare: vt illic, Dulcis cōpoſitis ſpirauit crinibus aura. ſed res decenter cōpoſita, ornatum parit. Itē, coniungere, & ſimul ponere, quæ natiua eſt ſignificatio, a qua reliquæ parū abſcedunt: vt, Cōponens, manibusq; manus, atq; oribus ora. Significat etiā quodāmodo fingere ad diſſimulandū: vnde eſt illud .ij. Æneí. Cōpoſito rūpit vocē, &c. Hic ergo aut ſenſus eſt: nō.ſ. eſt veſtrū, ſed noſtrū eſt cōponere.i. finire: & decidere tantas liteis inter vos, hoc eſt vobis non eſt authoritas iudicandi inter vos, ſed nobis. Iuxta quę, Quintus Rhenius Palæmon Vicētinus grāmaticus inſignis, Quintiliano contēporaneus, vt ipſe li. j. inſtitutionū atteſtatur: tantæ arrogantię fuit: vt ſm Suetoniū in lib. de grāmaticis, Marcū Varronē, porcū appellaret: ſecū & natas, & morituras literas iactaret: nomen ſuum, in Bucolicis, nō temere poſitū: ſed præſagiente Virgilio fore quandoq; omniū poetarum, ac poematum Palæmonē iudicem: gloriareturq; latrones quoſdā, ſibi propter nominis celebritatē pepercíſſe. Hæc authore Suetonio. Si ergo Palęmon, qui multo poſt venit: iactauit ſibi iudiciū Poetarū, hoc loco ꝑ præſagium addictū ſenſus eſſe poteſt: ꝙ ipſius ſolius ſit componere.i. finire liteis inter poetas. Aut, ꝙ arceret, & dehortaretur eos a lite, dicens: veſtrū non eſt, o paſtores cōponere.i. excitare & conſtruere, ac concitare tātas liteis inter vos.i. vos nō deberetis ita hoſtiliter contendere. Secundo (vt dixi) dat ſententiam, dicens, Vtrūq; eſſe dignū vitula: in qua ſignificaꝰ vterq; depoſuiſſe vitulam: & amœbęi carminis legē ſeruaſſe. Tertio, ſalubriter, & eos, & cæteros mortales cohortatur, dicēs, & quiſquis.i. quicunq; is eſt nō ſolū vos, ſed omnis mortalis: aut, metuet amores dulceis i. voluptuoſos: aut experieꝰ amaros.i. aut abſtinebit amoribus dū dulces videbūtur: aut ſi in eis perſtiterit experietur amaros, vnde ſumūt ampliſſimū elegiaci argumentū. Amores aūt pluraliter lubricos, & laſciuos, fere dicimus: amorē etiā caſtū. Quarto, monet pueros ceſſare ab opere inſtituto, quod potius ſimpliciter intelligā q̄; ꝑ allegoriā. Nā iādudū ceſſabant Damœtas, & Menalcas: nō ergo admonito opus erat. Ordo eſt. O paſtores, nō, ſup. eſt veſtrū.i. non pertinet ad vos cōponere.i. finire, & dirimere tātas liteis inter vos: ſed, ſup. noſtrū eſt: aut ſic nō, ſupp. eſt veſtrū.i. non pertinet ad officiū veſtrum, qui ſimul amicabiliter viuere debeatis: cōponere.i. conſtituere, & fouere, inter vos tantas.i. tam hoſtiles: lites.i. altercatiōes, controuerſias, aut cōtentiones. Additū.n. reperi ad Seruiū. Non diſtinguendū eſſe: vt ſit: nō, ſup. eſt veſtrū ſed nr̄m, &c. & tu, ſup. dignus es vitula: & hic, ſup. dignus eſt: & qſqs.i. qcūq; ſit: ſiue vos, ſiue alij: aut metuet i. vitabit, aut formidabit amplecti amores dulces.i. dū dulces videnꝰ; aut experietur, ſup. eos amaros: pueri.i. o miniſtri mei: claudite iam riuos, ideſt nolite amplius deriuare aquas in prata: quia biberunt ſat.i. ſatis, hoc eſt ſatis irrigata ſunt, ad quę irriganda videtur exiſſe Palæmon, quod mallem dicere, q̄; allegoriam cuius meminit Mancinellus.

Compo no.

Ordo.

PIERIVS.

¶ Aut metuet dulcis.) In Med. cod. metuat, ſcriptū eſt: ſpē non ineleganti. Sed, metuet: cum altero, experietur, conuenit.

ECLOGÆ TERTIÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN POLLIO VIRGILII.

¶ Quarta Sibyllini repetens oracula cantus
Atq; Genethliacon modulans collaudat Ieſum.

ASCENSIVS.

QVarta Sibyllini.) Magna eſt inter doctos, ſanctosq; viros cōtrouerſia de carminis huiꝰ argumēto: alijs cōtēdētibus Chriſtianū genethliacon.i. natalitiū carmē de Chriſti natiuitate poſſe cēſeri. alijs id pnegantibus: cū ante Chriſtianū natalem, hoc carmē diu compoſitū ſit, quippe ab eo qui ante eum obierat, qūo ergo inquiunt de Chriſto loq potuiſſet Poeta? Noſtra autem ſnía eſt, de Chriſto quidē dictū, ac decantatū hoc carmen: ſed a neſciēte Poeta, qui eius tpis felicitatē q̄ ſub Chriſti aduentū erat, animaduertens eam Auguſto addixit. Verum, quia dicit, Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. hoc eſt quia Sibyllæ q̄ de Chriſto loquuta eſt, vaticinia repetit: ipſe quoq; licet ignorās de Chriſto loquitur ꝑtendens, ſiue Auguſtū ſiue Pollionē ſiue Saloninū, Pollionis filiū, ſiue Marcellū Auguſti adoptitium filiū, ſiue oēs hos collaudare. Nā multa ſunt quæ Pollionis filio non quadrant: nā ſic eum maiorē fore etiā Auguſto cenſeret. Videtur aūt non abſurdum, ſi de Marcello, Octauiæ Auguſti ſororis filio: quem Auguſtus ſibi adoptauit, intelligatur. Nā tēporis id ratio patiꝰ: & ſpes quæ de illo erat, ſuadet. vt de eius natiuitate dictū putem. cuius obitū in. vj. Æneid. deflet egregie Poeta noſter. In hac ergo .iiij. Eclo. ex Sybillino carmine deſcribunꝰ, aurea ſęcula q̄ ſub Auguſto erant, in qbus in ſignū vniuerſalis pacis: templū Iani claudebatur: eaq; propediē futura ſperabantur, quę Sibylla Cumana aliqñ fore ꝑdixerat: vt.ſ. Saturnia tpa redirent, in quibus ſponte ſua tellus omnia ferret: nec animātia inter ſe ſęuirēt: verū, ea cōcordia cōuiuerent: quā etiā allegoricos fore pręcinuerat diuinus vates Eſaias ca. ix. i aduentu Chriſti dicens, Habitabit lupus cū agno, & pardus cū hœdo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis, ſimul minabit eos. Vitulus, & vrſus, paſcenꝰ: ſimul requieſcent catuli eorū, & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere, ſuper foramina aſpidis: & in cauerna reguli, q ablactatus fuerit, manū ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident, &c. quæ non diſſona ſunt his quæ dicētur, Occidet & ſerpēs & fallax herba veneni. Et alibi, Cum canibus timidi veniēt ad pocula damę. Verū naſutus quiſpiā naſum ducet, ꝙ ſacra prophanis cōmiſceō: verum intelligat pius lector hæc nō adducta eſſe a me, quaſi ea Poeta legerit: ſed, quia Sibyllina carmina ſe recenſere atteſtatur: quibus catholica ſæpe correſpōdent: quod vt oſtenderē, Eſaiæ verba citaui. Ordo verſiculorum noſtrorū eſt. Quarta, ſup. Ecloga: repetens.i. recenſens, aut recitans: oracula.i. vaticinia, & diuina reſponſa orantibus data: cātus.i. carminis: Sibyllini.i. à Sibylla Cumana olim editi: & modulās.i. ſub modulis canens: genethliacon.i. carmē natalitiū, hoc eſt de natali, aut Salonini Pollionis, aut potius Marcelli Octauiæ (vt dixi) filij: collaudat.i. ſimul laudat: licet Poeta ignorat. Ieſum.i. ſaluatorem noſtrum, cuius ſalutiferę natiuitati, ea felicitas temporum nimirum debebatur. Genethliacos dicitur natalitius. Nam γενέθλη. Hoc eſt genethle, dicitur genus: & genethlia, celebritas: quæ fit in natali alicuius: & genethlion, natalitium. Ieſus, quia Græce ſcribitur: Ἰησοῦς, triſſyllabon eſt ſecundam producens.




## ECLOGA QVARTA QVÆ POLLIO SEV AVGVSTVS INSCRIBITVR.

### IN QVA LOQVITVR SOLVS POETA.

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.
Non omnes arbuſta iuuant, humilesq́; myricæ.
Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo:
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo:
Caſta faue Lucina. tuus iam regnat Apollo.

SERVIVS.

Sicelides muſæ, paulo maiora canamus.) Aſinius Pollio ductor germanici exercitus cum poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primo meruiſſet lauream; poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet: eodem anno ſuſcepit filium: quem à capta ciuitate Saloninum vocauit cui nunc Virgilius genethliacon dicit: quem conſtat natũ riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infœlicitatis, nã ipſum puerum inter ipſa primordia periſſe manifeſtum eſt. ¶ Sicelides muſæ.) Sicelides autem græcum eſt. Nã latine Sicilienſes facit. i. Theocritię. Nã Theocritus Syracuſanus fuit: quẽ in hoc ope Virgilius imitatur, vt diximus ſupra. ¶ Paulo maiora canamus.) Bene paulo dicit. nã licet hæc Ecloga diſcedat à Bucolico carmine: tñ inſerit aliqua apta ei operi. ¶ Myricæ.) Virgulta ſunt humillima. ¶ Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.) Sibyllini, ideſt Sibyllæ quæ Cumana fuit. Et ſæcula per metalla diuiſit. dixit etiam quis quo ſęculo imperaret: & ſolem vltimum, ideſt decimum voluit. Nouimus autem eundem eſſe Apollinem. Vnde dicit, Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam, finitis omnibus ſęculis rurſus eadem renouari: quam rem etiam philoſophi hac diſputatione colligunt, dicentes completo magnò anno, omnia ſydera in ortus ſuos redire, & referri rurſus eodem motu. Quod ſi eſt idem ſyderum motus, neceſſe ęſt vt omnia quæ fuerunt, habeant iterationem. Vniuerſa enim ex aſtrorum motu pendere manifeſtum eſt. Hoc ſecutus Virgilius, dicit reuerti aurea ſæcula, & iterari omnia quæ fuerunt. ¶ Ab integro.) Denuo. ¶ Sæclorum.) Synæreſis, pro ſæculorum. ¶ Redit & virgo.) Iuſtitia, quæ Erigone fuit. Et permiſcet laudes tam pueri, quàm Pollionis, quàmque Augusti. Nam fœlicitas temporum ad imperatoris pertinet laudem.

¶ Iam noua progenies cœlo demittitur alto.) Vt videantur homines non ex mortalibus nati, ſed ex numinibus, & quaſi e cœlo lapſi. Et hinc conijcit fore aurea ſæcula, ꝙ Auguſtus imperat: quòd talis eſt natus puer: quod conſul eſt Pollio. ¶ Quo.) Deeſt naſcente. Nam hoc dicit, faue ei Lucina, cuius ortus ſęcula imutabit, aureis. ſ. ferrea. ¶ Caſta faue Lucina.) Mõ Dianã accipimus. Sic Horatius, Siue Lucinã probas vocari. Terentius Iunonẽ Lucinã dicit: vt, Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro. Tamẽ ambę vnũ ſunt. ¶ Tuus iam regnat Apollo.) Et vltimũ ſęculũ oſtẽdit, quod Sibylla Solis eſſe memorauit: & tangit Auguſtũ, cuius ſimulachrũ factũ eſt cũ Apollinis cũctis inſignibus.

PROBVS.

¶ Cumæi.) Vel à Sibylla, quæ Cumana: & poſt quatuor ſæcula πάλιν γενέσιαν futuram cecinit: vel Cumæi carminis Heſiodi, à patre Dio. qui Cumæus fuit. Heſiod. autem libris ſuis, quatuor ſæculorum facit mentionem.

MANCINELLVS.

¶ Sicel. Muſę.) In antiquis etiam plurib. textib. & in illo qui in ſummi pontificis bibliotheca maioribus characteribus ſcriptus eſt, Sicelides, per e, non per i, legi: quod qdẽ Græce dixit, Illis enim Sicelia, nobis vero Sicilia dicitur. Celebratur hic Aſinius Pollio, qui fuit orator, & conſularis, vt docet Euſebi. de quo latius in Alexi, Fuit hiſtoriarum, & tragœdiarum ſcriptor: qui de Dalmatis triumphauit: vnde Hora. ode. j. ij. volu. ad eũ ſcribens, ait, Cui laurus æternos honores, Dalmatico peperit triumpho. Laudat ibidem eundem à pietate, à prudẽtia, dignitate, & honore, ab eloquentię viribus. Dicunt alij, à Salonia, Dalmatiæ vrbe capta, ſuſcæptum filium Saloninum vocaſſe: qui & ſi parum vixit, hic quoq; à Marone cũ patre celebratur. Sed laus ipſa talis eſt, ꝙ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE

eſt, q̃ ſępe ad Auguſtũ quoq; referenda eſt: vt ſuo loco docebimus. Aduertendũ pręterea in Strabone legi Salonæ Salonarũ. in Ply. Salona Salonæ: itaq; non recte Solonæ, per o, in prima ſyllaba, dicitur, Sicelides Muſæ: quæ. ſ. Theocrito Syracuſano fauiſtis, ſeu, ò Theocriti cantus, & carmina. ¶ Arbuſta.) i. minima & humillima. ¶ Syluas.) i. altiora. ¶ Humilesq; myricæ.) Myrica genus eſt fruticis: quam alij, Tamaricẽ, vocant. Author eſt Ply. li. xiij. Idẽ quoq; lib. xxiij. ſic ait, Myrica, quã Tamaricem vocat Læneus, ſimilis eſt ſcopis amerinis: arbitrantur quidã hanc eſſe Tamaricã: vulgus infelicem, eam arborem appellat, quoniã nihil ferat, nec feratur vnq̃. Hæc ille. ¶ Sint.) Et ſunt in antiquis, eſt in illo ſummi pontificis, ſint, per i. ¶ Conſule.) Pollione. i.

Cumæ. ¶ Cumæi carminis.) Cumæ, in Campania ſunt antiquitate cunctas Siciliæ & Italiæ vrbes antecellit vrbs ipſa. Plura legito apud Strabonem li. v. & apud Dionyſium lib. vij, ibidem aũt ſibyllæ ſacellum erat: ſed eius quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit, cuiusq; librũ ad Corneliũ vſq; Syllam, pontifices Romani conſulebant. Tunc. n. vna cũ capitolio igni abſumptus eſt. author eſt Solinus. Meminit itẽ Gel. li. j. ca. xix. ſed latius Dionyſius lib. iiij. Vltima ætas ferrea intelligitur: vnde ait inferius, Quo ferrea primũ deſinet: ac toto ſurget gens aurea mundo. Nam ab integro ſæculorũ ordo naſcebatur. Probus etiã ſcribit, q̃ cumana ſibylla poſt quatuor ſæcula nouã generationem futurã cecinit. ¶ Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.) E dictis Cumeæ ſibyllæ, hæc poeta ſumpſit: quæ quidẽ omnia de Chriſto pędixerat: vnde & Gregorius in moralibus, ait, Chryſtum, Iudęorum, & Gentilium vocibus prophetari, qui pro vtrorumq; ſalute venerat. Bene quidẽ ab integro, qm̃ Chriſti aduentu ceſſerunt vetera plurima, nouaq; alia inſtituta ſunt: ceſſit & ciuiliũ bellorũ furor. Natus eſt. n. (vt Euſebius ſcribit) anno imperij Auguſti. xlij. Virgilius aũt Brunduſij perierat anno imperij prædicti. xvj. Itaq; Chriſtum minime vidit. Sed in Auguſti, Pollionisq; laudẽ, illa q̃ de Chriſto Sibylla dixerat, hic inſeruit. Credebat. n. futura eſſe: vt (reuera) fuerũt. ¶ Iam redit & virgo.) Ideo, redit, dixit: qm̃ virgo (teſte Heſiodo.) Iouis, & Themidis filia (teſte Arato) Aſtrei, & Auroræ, q̃ in aureo ſæculo fuerat, eorumq; princeps propter diligentiam, & æquitatem, iuſtitia appellata: in cœlum fugerat ætate ænea, author Iginus. ¶ Saturnia regna.) i. aurea ſæcula, quę quidẽ Saturno regnante, in Latio fuerãt: quo tempore, fides, iuſtitia, & omnis virtus colebatur: & tellus per ſe dabat omnia, nõ bella, non enſes erant: ver erat æternũ. Sueto. aũt ſcribit fuiſſe quondam, vt oẽ tẽpus primo die natalis, vſq; ad exitũ eius Auguſti, ſęculũ Auguſtũ appellaretur: & ita in Faſtos referretur, Redeũt Saturnia regna. Id dixit Maro, qm̃ (vt ſcribit Liuius) Auguſti tempore, poſt bellũ Actiacũ clauſum eſt Iani templũ, pace, terra, mariq; parta. Et vt Lucius Florus etiã ſcribit, Auguſtus ipſe conuerſus ad pacẽ, primũ in omnia mala, & in luxuriã fluens ſęculũ grauibus, ſeuerisq; legibus coercuit. Merito ergo, Redeũt Saturnia regna. dixit, noua progenies. id ẽt Sibylla dixerat, de Chriſto intelligẽs. Maro tñ de filio Pollionis intellexiſſe voluit vt amico gratificaretur, Nec intelligas de Auguſto, qm̃ dicit, mõ naſcẽti puero, & poſtea tuus iam regnat Apollo. Per quẽ Auguſtum ipſum intelligit. Nã (vt Sueto. ſcribit) acclamatũ eſt Cęſarẽ eſſe Apollinẽ. Item exiſtimatũ Apollinis filium: qm̃ Auguſtus: menſe. x. natus eſſet. Lucina luna, vt Varro inquit: naſcẽtiũ dux

Lucina. eſt. Hinc ab iuuando, & luce, Iuno, Lucina dicta eſt ab Latinis. Ipſa. n. menſibus actis, in lucẽ producit infantes. Tuus iam regnat Apollo: dixerat. n. Sibylla, vltima ætate regnaturũ Apollinẽ: quod intelligendũ erat (vt vult Maro) de Auguſto. Nam vt oſtendimus, Apollo dictus eſt, & Apollinis filius exiſtimatus.

ASCENSIVS.

¶ Sicelides Muſæ.) Cum venia, & honeſta præfatione à Bucolici carminis humilitate, tranſgreditur Poeta ad genethliacon deſcribendum: eius videlicet, cuius ductu, ea quæ ſub Auguſto accæpta erat, perfici ſperabatur felicitas: qua habita, & paſtoribus, & agricolis, longe candidior eſſet cõditio: vnde ad rem paſtoralem nõnihil facit. Adloquitur aũt Sicelides. i. Muſas Theocritias, inuitans eas ad paulo maiora, q̃ Theocritus. ſ. cecinerat, aut ipſe hactenus cecinit canenda: quia non omnes oblectantur rebus tam humilibus, & rebus paſtoralibus: non tamen damno (inquit) argumenta Bucolica: qa, Si canimus ſyluas, ſyluę ſunt, conſule dignę. Deinde exorditur carmen, dicens, Vltima Cumęi venit iam carminis ætas. i. tranſacta eſt vltima tempeſtas, quæ ferrea eſt: quia venit: eſt præteriti temporis: & redit noua, q̃ aurea erit propter felicitatem: nam ea erat: q̃ ſub Saturno dicta eſt fuiſſe: qua tellus omnia ſponte ferebat, & iuſtitia ſumma inter mortaleis reſonabat. vnde tunc dij cũ hominibus conuerſabantur, donec exactis, & expulſis cęteris numinibus: aſtra quoq;. i. iuſtitia, quæ inter colonos diu delituit ad ſuperos, vltima cõceſſit. Nã (vt inquit Ouid.) Vltima cœleſtum terras aſtrea reliquit. quam nunc author noſter, dicit, redire: & totum ordinem rerũ renaſci: ita, vt Saturnia quoq; redeat regna. Dicit pręterea, nouã progeniem de cœlo demitti: quaſi vt apud Creteſeis, Thraces, Arcades, Ægyptios, & cæteros populos, olim dij regnauerunt: ita iam noua deorũ ſoboles, apud Romanos ſit regnatura. Et ergo precatur Lucinã. i. Lunã ſeu Dianã, quę in lucẽ venientibus, hoc eſt naſcẽtibus pręeſt: vt naſcenti puero, quo ferrea gens deſinet: & aurea ſurget, toto mũdo faueat: eo quod Apollo eius frater. i. Auguſtus, qui ſe Apollinem appellari gauiſus eſt, regnaret.

¶ Ordo eſt, ò Muſæ Sicelides. i. Siculæ, aut Siciliẽſes, q̃. ſ. Theocrito Siculo, Bucolica carmina dictitaſtis: canamus paulo maiora. i. altiora, q̃. ſ. Theocritus cecinit, aut q̃ ſtylus Bucolici carminis, exigat, arbuſta. i. humilia virgulta: & myricæ. i. frutices: humiles. i. humiles materię: non iuuant. i. delectãt: oẽs. i. quoſcũq;, hoc eſt non oẽs delectantur legendo res mere paſtorales. Si nos canimus ſyluas. i. carmina ſylueſtria. i. Bucolica, ſeu paſtoralia (vt in. j. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena.) ſyluæ ſunt dignę conſule. ſ. Pollione (eius enim iuſſu Bucolicum carmen ſcribere incœpit: vnde dictum eſt, Pollio amat noſtram quãuis ſit ruſtica muſam.) Per hoc aũt manifeſte probat, q̃ hanc Eclogam, in laudem Pollionis pręcipue, nõ ſcribat, ſed Auguſti, innuens rem paſtoralem Pollione, ſed nõ Auguſto dignã. Vltima ætas. ſ. ferrea: carminis Cumæi. i. oraculi, aut vaticinij: Sibyllæ Cumanæ, hoc eſt quã Sibylla vltimã fore pronunciauit: & deinde ad primam fore regreſſum: venit. i. trãſacta eſt: iam. ſ. à paucis diebus: magnus ordo ſæculorum. i. innouatio totius vniuerſi: naſcitur. i. innouatur, iam ab integro, ideſt de toto. Et virgo. ſ. aſtrea, ſignificans iuſtitiam: redit. i. reuertitur: & regna Saturnia. i. liberrima, & plane aurea, qualia ſub Saturno fuiſſe perhibentur, redeunt iam. Et progenies noua. i. noua generatio deorum: demittitur. i. deorſum mittitur, cœlo alto. Hoc veriſſime Chriſti aduentui quadrat: ſed Poeta nõ intellexit de Chriſto, ſed de Cęſarum progenie, quãtum perſpicere poſſum. Tu ò Lucina, ideſt Diana, aut Luna, ſeu Iuno, dea partus, quę parientibus & in lucem venientibus præes: caſta. i. perpetua virgo, faue modo puero naſcẽti: quo. ſ. puero: gens ferrea. i. dura, & immanis: deſinet, ſup. eſſe. i. exterminabitur primum: & gens Aurea. i. ſplendidis, & bonis moribus, multisq; virtutibus pędita ſurget. i. orietur: toto mundo. i. per totum mundum.

PIERIVS.

¶ Sicelides Muſę, paulo maiora canamus.) Primum illud non pręteribo, quod loco Lemmatis ſcriptum eſt in Romano codice, Sęculi noui interpretatio. Eadẽ ſententia, alia verborum ſpecie. In Longobardico, De interpretatiõe ſęculi noui. Mox illud animaduertendũ antiquos pleroſq; codices, Sicilides. Eadẽ vocali, tribus primis ſyllabis ſcriptum oſtendere: vti etiã in primitiuo nomine, Sicilia, ſcriptitamus: quod quidem q̃ tenue, atque exile ſonet: neminẽ eſſe arbitror, qui non ſtatim animaduertat. Quare longe illi melius mihi ſcripſiſſe videntur: qui, Sicelides, ea euphonia, quam apud Græcos eſſe animaduerterãt, ſcribẽdũ curarunt. σικελια enim apud eos, ſecunda ſyllaba per ε, ſcribit. ¶ Humilesq; myricę.) In Mediceo co. Humilesq; geneſtę: poſitum eſt. Seruius, Myricæ agnoſcit. Virgultum vero id non multum à geneſta diſtat. ¶ Syluæ ſint conſule dignæ.) Vt miſſum faciam, Siluæ, per i: quas à ſilentio dictas, noſtri volunt: verbum, fatendi, modo poſitum eſt in codicibus pleriſq; antiquioribus: Siluæ ſunt conſule dignæ. ¶ Vltima Cumæi.) Veteres pleriq; codices ſcriptionem Græcam retinent in vocabulo, Cymæi: ita in vj. Ænei. Cymea ſibylla, Latini tamen libentius, y, in v, cõmutarunt: quod in hoc preſertim nomine vſu corroboratum eſt: tametſi pleraq; alia græce ſcribere delectamur.

SERVIVS.

¶ Inibit.) Inchoabit, exordium accipiet: aureum. ſ. ſeculum. ¶ Incipient magni procedere mẽſes.) Illud tãgit q̃ Iulius & Auguſtus menſes in honorem Cæſaris & Auguſti, accæperunt nomina. Nam antea

Teq; adeò decus hoc æui, te conſule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.

De vi[...]

He[...]

Te duce, ſiqua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deùm vitam accipiet, diuiſq; videbit
Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis,
Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

antea Quintilis & Sextilis dicti ſunt. Et hoc etiam trahit ad argumétum aurei ſeculi. ¶ Te duce.) Vel Auguſte, vel Pollio, vel Salonine. ¶ Sceleris veſtigia noſtri.) Bene nullũ vult eſſe præſentium temporum vitium: ſed reliquias dicit eſſe ſuperioris ætatis. Sic in Georgicis cum laudaret Auguſtum, & carpſiſſet tempora, dicens, Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes Arma ferunt: ſæuit toto Mars improbus orbe: Intulit, Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas: vt oſtenderet tantas eſſe reliquias præteritorum malorum, vt ne ab optimo quidem rectore ſedari poſſe videretur. Veſtigia autem ſcelerum dicit bella ciuilia, quæ geſſit Auguſtus contra Antonium apud Mutinam: contra L. Antonium fratrem huius Antonij apud Peruſium: contra Sextum Pompeium filium Pompeij in freto Sicilienſi: contra Brutum & Caſſium in Theſſalia: contra Antonium & Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium. do. ¶ Irrita.) Ad nihilum deducta veſtigia. & non dicit, Iam irrita ſoluent terras formidine: ſed, fient irrita, & ſoluent terras timore, vel formidine. ¶ Perpetua.) eſt autem longa. ¶ Ille deum vitam accipiet.) Sicut ſupra artificioſe laudem confundit, vt poſſit eſſe cõmunis, nam ad quéuis poteſt referri. ¶ Ille.) Vel ad Auguſtum, vel ad Saloninũ. ¶ Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.) Vel Auguſtus Cæſar, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus vtriuſq; eſt, & eius qui pacauit, & qui pacatum tuetur.

MANCINELLVS.

¶ Adeo.) Certe. ¶ Pollio.) Pollioni blanditur, cum eo conſule dicat, aureum ſeculum initũ ire. ¶ Procedere.) Vlterius ire. ¶ Magni menſes.) i. Iulius, & Auguſtus: qui olim Quintilis & Sextilis appellabantur: de quibus plene legito Macro. lib. j. Satur. Te duce Pollione conſule. ¶ Noſtri ſceleris.) Vult enim bella ciuilia, deorum ira fuiſſe, ob Romanorum ſcelera: quod etiam Hora. aſſerit: dicit enim in Epo. Sic eſt: acerba fata Romanos agunt, ſceluſq; fraternæ necis, &c. ¶ Perpetua ſoluent formidine.) Qđ verum fuit: nam (vt diximus) poſt Actiacum bellum, clauſum eſt Iani templum, pace, terra, mariq; parta. ¶ Ille deum vitam accipiet.) Cice. lib. j. de natura deorum, ſcribit, eam eſſe deorum vitam, qua nihil omnibus bonis affluentius cogitari poteſt. Nihil enim agit, nullis occupationibus eſt implicatus, nulla opera molitur, ſua ſapientia & virtute gaudet. Ille deũ. Hic locus aperte oſtendit pro Apolline, Auguſtum intelligi. Ille ergo. i. Apollo, qui & Auguſtus erat: deum vitam accipiet: nam (vt in Tityro diximus) Auguſto viuenti, etiam templa, & aræ conſtitutæ ſunt. De Pollionis filio non intelligas: quoniam de illo inferius ait, At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c. ¶ Heroas.) Qui ſunt heroes. Auguſtinus lib. x. de ciui. oſtendit his verbis. Nomen heroum ab Iunone dicitur tractum: quod Grȩce Iuno, Hera appellatur, & ideo neſcio quis filius eius: ſm Græcorum fabulas, heros fuit nuncupatus: hoc videlicet myſticum ſignificante fabula, ꝙ aer Iunoni deputetur: vbi volunt cum dæmonibus heroas habitare: quo nomine appellant, alicuius meriti animas defunctorum. Idem quoq; li. vij. ſcribit. Inter Lunȩ gyrũ, & nymborũ, ac ventorũ cacumina, aerias eſſe animas: ſed eas, animo nõ oculis videri: & vocari heroas & lares, & genios. Tremegiſtus quoq; author eſt, heroas habitare inter aeris puriſſimá partem ſupra nos: & terrá, vbi nullus eſt nebulis locus. ¶ Patrijs virtutibus.) i. militia: qua quidé Auguſtus, Iulium patrem imitatus eſt: & ea orbé pacauit. de qua re, legito Appianũ circa finé libri, qui Illyricus dicitur, legito item Florum in fine.

Deorũ vita.

Heroes.

ASCENSIVS.

¶ Teq; adeò, &c.) Pollio, hic locus manifeſte docet: quia prȩcipue laus ad Pollionem non tendit. Nam videtur quatuor ſæcula, totidem hominum generibus ſignificare: Ferreum ſceleratis hominibus: cum dicet, Sceleris veſtigia noſtri, Eneum heroib. i. optimis viris, ſed mortalibus: cum dicit, Permiſtos heroas. Argenteum diuis, ideſt deis ex hominibus aſſumptis: quia ille deũ vitam accipiet, & aureum regnante mero deo, eo videlicet de quo dictum eſt, Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Hi ſunt ergo, quos ponit hominum gradus: vt primo loco ſunt ferrei, ob quorum ſcelera ciuilia bella, bellorumq; mala contigerant: quos Pollione duce, & Auguſto principe, dicit ſic, piãdos: vt, Sceleris veſtigia irrita perpetua, ſoluant formidine terras. Secundo, ſint optimi viri, vt Pollio: qui cum corpore ſint mortales, animorum tamen virtutibus immortalitatem meruere, heroeſq; poſſunt appellari. Nam præter eam rationé quam Beroaldus ex diuo Auguſtino affert, vt Mancinel. recitat: eſt & alia, cur heroes dicantur: quia videlicet, altero parente mortali, altero immortali progeniti ſint, vt Hercules, Æneas, Achilles, Caſtor: Pollux, Phrygus, & alij multi: aut quia corpore, mortales geſtorum claritudine, immortalem gloriam obtinuere, quomodo Auguſtum dicit verſaturum inter heroas: Pollionem videlicet, Agrippam, Mecœnatem, & reliquos Romanæ militiæ proceres. Tertio, ſint diui, vt diuus Auguſtus, iam pro Apolline habitus: quem dicit accæpturum vitam deorum, & recturum orbem pacatum patrijs virtutibus, hoc eſt aut patris Iulij Cæſaris, videlicet militari peritia: aut patriæ, ſcilicet Romæ, cuius proprium eſſe indicat mundo imperare, & imperio regere: dicens. in. vj. Æneid. Excudent alij ſpirantia mollius æra, &c. Tu regere imperio populum Romane memento, Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Quarto autem loco, ſit merus deus à deo, ſcilicet Apolline, hoc eſt Auguſto adoptatus: aut quem cum hȩc ſcriberet, ab eo gignendum putabat quo iam regnante aurea forent ſæcula: non ſubito quidem oborta, ſed cum virtute noui pueri paulatim adolentia, & creſcentia: vnde dicit ad puerum, At tibi prima puer, &c. non ergo placet, vt tantam felicitatem Pollionis puero attribuat: vt & ipſum Pollionem, & diuum Auguſtũ ſuperet: ſed Auguſti filio ſaltem adoptitio: quo defuncto, attribuet aurei ſȩculi gloriam, non Pollioni, nec Pollionis filio, ſed Auguſto, dicturus Æneid. vj. Hic vir, hic eſt tibi quem promitti ſepius audis: Auguſtus Cæſar, diuum genus aurea condet Sæcula, &c. Ordo eſt. Pollio, hoc decus æui. i. hoc ornamentum aurei ſȩculi: inibit. i. initium capiet adeo. i. certe, aut omnino: te conſule. i. in conſulatu tuo: nã felicitas temporũ ſolebat cõſulibus addici: vnde Cice. de ſene. O fortunatã natã me conſule Romam: & magni menſes. ſ. Iulius, & Auguſtus, ſm cõmentarios (ſed nunquid maiores tunc erant, cũ Iulius, & Auguſtus appellabantur, q̃; cum Quintilis & Sextilis? certe mihi non ſatiſfit: vt ideo dicat, magnos menſeis proceſſuros, quia in Iulio, & Auguſto menſes magni: hoc eſt, dies longi ſint. nam illi non incipiebant tum primum procedere: ſemper enim à priſno tempore fuerant ſua tempeſtate: vnde videtur mihi aliud ſignificare, deorum, videlicet vitam, cuius menſes magni ſunt, quia non ſubiacent viciſſitudini, nec rerum mutabilitati: vult ergo dicere, ꝙ cum puer ille, qui aurea ſȩcula producet, in conſulatu Pollionis natus ſit: iã tunc inciperent procedere magni mẽſes. ſ. Iulius & Aug. qui tũc quaſi perpetui erunt: eo ꝙ meſſis, quæ in illis colligi ſolet vbiq; & ſemper erit: nam molli paulatim flaueſcet campus ariſta, Incultiſq; rubés pẽdebit ſentibus vua, &c.) Magni ergo menſes. ſ. Iulius, & Auguſtus, quorũ, tũc perpetuus erit prouẽtus: incipient procedere. i. oriri. Et ò Pollio, ſi q̃. i. aliq̃ veſtigia ſceleris noſtri, q in ferreo ſȩculo nati ſumus: manent. i. reliqua ſunt: ipſa irrita. i. irritata, & in nihilũ redacta: te duce. i. per auſpiciũ, & ductũ tuum ſoluent. i. liberabunt: terras. i. terrigenas perpetua formidine, ita vt nemo formidet ea aliqñ reditura, quia cũ formidine non ſtat plena felicitas. Ille. ſ. qui nunc regnat Apollo, hoc eſt Auguſtus Cæſar: accipiet vitã deũ. i. deorũ transformabitur in deum: & videbit heroas. i. principes viros, aut ſpiritus aerios: ſed potius (vt dixi) ſemideos: permixtos diuis. i. ijs qui in deos aſſumpti ſunt: & ipſe videbitur illis. i. ab illis, aut inter illos: & reget orbem. ſ. terrarum: pacatũ. i. ad pacé & tranquillitaté perductũ: virtutibus patrijs. i. militaribus, q̃ & in patre tuo adoptiuo Iulio Cæſare, & in patria tua Roma prȩcipue ſunt & fuerunt. Regula eſt. Quoties geminæ loquutiones de ſuppoſito & verbo fierent intercedente: ſi quia, dũ, poſtq̃;, aut ſimili particula, venuſtum eſt alterã mutare in geminos ablatiuos, in deſignatiõe ſequelæ poſitos, & ſeptimos caſus dictos: quorum, qui ex ſuppoſito fit nominalis, aut pronominalis, qui loco verbi participialis, aut verbalis eſſe ſolet. verbi gratia: loco huius, dũ tu conſules, & populum duces, hȩc fient. dicere poſſum, cõſule te, & duce: aut te conſulente, & ducente, hæc fient, &c.

Regula.

PIERIVS.

¶ Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.) Quanuis vetuſtiſſimi cod. aliquot, patris, legunt: magis tamen accæptum, patrijs, intelligo.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Erranteis hederas paſſim cum baccare tellus,
Miſtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.
Ipſę lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.
At ſimul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ ſit, poteris cognoſcere virtus:
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta:
Incultisq; rubens pendebit ſentibus vua,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

SERVIVS.

¶ At tibi prima puer nullo munuſcula cultu.) Rhetorice digeſta laudatio. nõ enim improuide in principio vniuerſa conſcripſit: ſed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. ¶ Munuſcula.) Bene in rebus minoris ætatis vſus eſt diminutione. ¶ Errantes hederas paſſim cum baccare tellus.) Paſſim vagantes. Vnde antiqui lyrici dixerunt, flexipedes hederas: quòd hac atq; illac vagantur. Mire autem puerum laudat ex ipſis muneribus. Nam hedera indicat futurum poetam: vt, Paſtores hedera naſcentem ornate poetam. Baccar vero, herba eſt quæ faſcinum depellit. vt, Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Per quod pulchrum indicat puerum. ¶ Ridenti acantho.) Læto: & eſt herba quæ in Ægypto naſcitur. ¶ Ipſæ lacte domum referent.) Quid enim eſt aptius infantibus lacte? Et laus in hoc eſt, ꝙ ait, Ipſæ referent. ¶ Nec magnos metuent armenta leones.) Bona vſus eſt moderatione, dicens, Erunt quidem magni leones: ſed minime armentis nocebunt. ¶ Cunabula.) Lectuli in quibus infantes iacere conſueuerunt: vel loca in quibus naſcuntur, quaſi cynabula. Nam κύειν eſt græce prægnantem eſſe, & eniti, ideſt parere. ¶ Et fallax herba veneni.) Non cicutam dicit, quæ omnibus nota eſt, ſed illam ſardoniam, quæ apiaſtri ſimilis homines decipit: vel aconita: vt, Nec miſeros fallunt aconita legentes. ¶ Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.) Amomum herba eſt ſuauiſſimi odoris, quæ tantum in Aſſyria naſcitur. ¶ Vulgo.) Paſſim, abundanter. ¶ Heroum laudes & facta parentis.) Si ſit epexegeſis, melior ſenſus eſt, Quæ erunt heroum laudes, tui virtutes parentis. ¶ Quæ ſit poteris cognoſcere virtus.) Acceſſu enim ætatis quanta ſit virtus agnoſcitur, & cuius gloriæ. ¶ Flaueſcet.) Albeſcet. ¶ Ariſta.) Seges inculta, quæ à nullo colitur. ¶ Rubens.) Matura. ¶ Sentibus.) Spinis, & aſperis frutetis. ¶ Sudabunt.) Defluent. ¶ Roſcida mella.) Ideſt Fragrantia.

MANCINELLVS.

¶ At tibi prima puer.) Iam vertit ſermonem ad Saloninũ, Pollionis filium, per apoſtrophé: laudãs eum à bonis eius gratia futuris. Prædicit aũt multa, ac ſi victurus eſſet. Innuit tandem, cũ hæc ſcripta ſunt illum obijſſe. Ergo, in Pollionis gratiã id omne actum eſt. ¶ Hederas.) Per has futuros honores indicat, hedera

Hedera. enim poetæ coronabantur. Virg. in. vij. Eclo. Paſtores hedera creſcentem ornate Poetam. Et Plin. ſcribit. Poetas coronari hedera habenti croceum ſemen, Scribit item Alexandrum ex India redeuntem, exercitum hedera coronaſſe, exemplo Liberi patris, Probus autem lib. iij. Geor. ſcribit, ꝙ ideo poetis ex hedera corona

Baccar. datur: quia exiſtimatur Liber eſſe cum Muſis. ¶ Cum baccare.) Baccar, radicis tantum odoratæ eſt. à quibuſdam, nardum ruſticum appellatur. Odor ei eſt cynamomo proximus. Ea auxiliatur contra ſerpentes: capitis dolores feruoresq;: odor, ſomnũ gignit: veſtibus odoris gratia inſeritur. Pli. lib. xxj. ca. vij. & . xlj.

Colocaſia. ¶ Colocaſia.) In Ægypto nobiliſſima eſt: Colocaſiã hanc è Nilo metunt. Ferebatur in Italiam Glaucias, acria corporis Colocaſia leniri putauit, & ſtomachum iuuari. Plin. lib. xxj. cap. xv. & xxvij. ¶ Acantho.) Vide in Palęmone. ¶ Amomum.) Diximus ibidem. ¶ Fallax.) Fallit. n. ignaros. ¶ Parentis.) i. Pollionis. de quo ſępe numero meminit Appianus. Scripſit itẽ hiſtorias, & tragœdias, vt dictũ eſt. ¶ Virtus.) Virtus eſt vitium fugere, inquit Hora

Virtus. tius, Virtus eſt nihil aliud, q̃; in ſe perfecta, & ad ſummũ producta natura. Tulli. lib. j. de legib. Virtus eſt affectio animi, cõſtãs; conueniensq;: laudabiles efficiẽs eos in quibus ineſt. Tul. li. iiij. Tuſcu. Legito itẽ Apuleium in li. de philoſophia. ¶ Molli ariſta.) Mollẽ appellat, quia non dura, ſed fragilis eſt. ¶ Flaueſcet.) Splẽdebit: flauus fiet, matureſcente ſegete. hinc ait paulatim. Eſt autẽ flauus color ex viridi: & ruffo & albo concretus. lege Gel. lib. ij. ¶ Roſcida mella.) Venit. n. mel ex aere: & maxime ſydeꝝ exortu. Itaq; cum prima Aurora folia arborum melle roſida inueniuntur. Pli. li. xj. de quo latius legito librum Geor. iiij.

ASCENSIVS.

¶ At tibi prima puer,) Bono ordine ad laudem pueri iam nati, ſiue is Saloninus*, ſeu potius Marcellus ſit, progreditur. Nam Pollione conſule, & duce, docuit vitia abolitum iri: & diuo Auguſto imperante, totum mundum pacatum iri. Reſtat ergo, vt notificet quid amplius ex noui pueri natali ſperemus, vnde dicit, pedetentim, paulatimq; ad ſummam felicitatem, atq; aurea ſæcula peruentum iri: vt, ſcilicet pueri virtutibus accæptum referamus: ſi & eni ſimul ac ſubito obueniret, non virtutis, ſed fortunæ cenſeri poſſet. Erunt igitur (inquit) tibi ò puer diuine, primũ parua munera puerili ætati congrua: vt ſunt coronæ ex hedera ad dignitatis indicium, è baccare contra faſcinum, & ex Acãtho, & Colocaſijs ad decus, ac ſpecimen, pueriq; oblectationem. Item, lactis copiam, ad pueri educationem. Deinde, docet animalia ferocia: quæ tamen ad decus, ac ornamentum naturæ ſunt non interitura, ſed mitiora fore: ita, vt magnos non metuant armenta leones. Inimica autem, & penitus pernicioſa interitura: vnde ſubdit, Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni. Tum docet quædam odorifera, nunc paucis in locis reperta, tunc vulgo oritura, vt amomum, quod nunc potiſſimum in Aſſyria colligitur. Et hęc quidẽ in infantia & pueritia iam nati pueri: ſed ſimulac. i. immediate, poſtq̃; ad annos pubertatis & diſcretionis peruenerit, frumenta, vina, & mella, ſponte ſua nullo colente naſcẽtur. ¶ Ordo eſt. Ordo. At. i. ſed, ò puer: tellus, ideſt dea terræ, hoc eſt ipſa terra: fundet, i. germinando emittet abũde tibi, paſſim. i. per ſingulos fere paſſus: nullo cultu. i. non colendo eam: hoc eſt, ſpõte ſua: prima munuſcula, ſcilicet hederas: errantes, ideſt per obliquum rebus ad quas naſcuntur adhærentes: cum baccare, ideſt herba illa contra faſcinũ apta: & fundet Colocaſia, ideſt herbas illas maxime odoriferas, in Ægypto naſcentes: mixta. i. commixta. A cantho, ideſt frutici illi, aut virgulto ridenti. ideſt ſemper florenti, & amœno. Ipſæ capellæ referent domum hubera, ſup. ſua: diſtenta, ideſt in diuerſa extẽta, ſeu extenſa: lacte, ideſt propter copiam lactis (res enim tenax, vt corium, & pannus, dum, vltra conſuetam capacitatem impletur, diſtenditur.) nec armenta metuent magnos leones. i. paſcentur, ac errabunt libere, ac tute. Nam licet magni leones tunc quoq; futuri ſunt, non tamen nocebunt. Ipſa cunabula ideſt cunæ, ſeu lecti, in quibus reponuntur infantes: fundent, i. abunde producent: tibi, ideſt ad tuum honorem, ac vtilitatem: flores blandos. i. molles in attactu, & per odorem adlicientes. Et ſerpens fallax: occidet. i. interibit, & herba veneni. i. venenata, vt aconitum fallax. i. difficulter nunc cognoſcibilis, & nos aſſidue fallens, ac decipiens: occidet. i. interibit (ab ob, & cado: vnde legitur ſecunda breui.) & amomum. i. virgultum odoriferum: Aſſyrium. i. quod nunc præcipue in Aſſyria naſcitur: naſcetur vulgo, ideſt paſſim: ita vt etiam vulgò eius copia fiat: ac, pro &: aut at, pro ſed: ſimul. i. ſtatim poſtq̃; tu poteris legere laudes heroum. i. optimorum virorum: & facta. i. inclyta geſta parentis. ſ. Auguſti, ſaltem adoptitij, & hoc loquẽdo de Marcello, aut Pollionis, loquendo de Salonino, (quod tamen mihi non placet: vt dixi.) & poteris cognoſcere legendo. ſ. quæ ſit virtus parentis. ſ. hoc eſt cum incipies imitari virtutem parentis: campus, ideſt capax ager, ſeu aruum: flaueſcet, ideſt fiet flauus paulatim: ariſta molli, ideſt delicata, & matura: & vua rubens, ideſt matura: pendebit, ſupp. de, aut in: ſentibus, ideſt ſpinis, & dumetis incultis, & quercus duræ: ſudabunt. i. diſtillabunt: & effundent in morem ſudoris: mella roſida. i. qualia nunc ab apibus colliguntur, è floribus rore cœleſti aſperſis.

PIERIVS.

¶ At tibi.) In Ro. cod. Ac tibi. Et ita inferius vbi, At ſimul, Ac ſimul, habetur: cum tamen in antiquis alijs cod. At, vtrobiq; legatur. ¶ Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.) In Longo. cod. legere eſt, Aſſyriũ & vulgo. vt, Theſtilis & rapido. Sed etiã abſq; particula copulatiua, oratio ipſa & candida & venuſta eſt. Amomũ vero in Aſſyria tantum naſci, tradit Ser. verum id etiam in Media, & in Ponto naſci Plin. tradit. ¶ Parentis.) In Ro. cod. parentũ eſt, numero multitudinis. quod ſi placuerit, Seruij tolles ambiguitatem ſuper epexegeſi.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Tethyn ratibus,quæ cingere muris
Oppida,quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys:& altera quæ vehat Argo
Delectos heroas:erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipſe mari vector,nec nautica pinus
Mutabit merces,omnis feret omnia tellus:
Non raſtros patietur humus,non vinea falcem,
Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator,
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice:iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.
Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

SERVIVS.

¶Suberunt veſtigia.)i. erũt,
ſed latenter:& bene.¶Priſcæ
fraudis.)Ad ſuorũ temporũ
excuſationẽ:ſicut diximus ſu
pra.¶Quæ tentare Tethin ra/
tibus,quæ cingere muris Op/
pida.)A ſequentibus oſtendit
præcedentia:quæ vitauit, q̃ſi
laudi incongrua. Nam per na
uigationẽ oſtendit fore auari
tiã,quæ homines nauigare cõ
pellit.per muros,bella ſigni/
ficat.per agriculturam,famis
oſtẽdit timorẽ.¶Alter erit tũ
tiphys.)Spãlia pro generali/
bus ponit.Nã p̃ Tiphyn,quen
cũq; gubernatorẽ accipimus:
per Argo,quãcũq; nauẽ : per
Troiam, quãcũq; ciuitatem:
per Achillem:quẽcũq; virum
fortem . Videtur tñ locus hic
dictus per ἀποκατάςασιν.i.
per omnium rerum volubilitatem,ex ſyderum ratione veniẽtẽ,
vt diximus ſupra.¶Cedet & ipſe mari vector.)Neceſſario ſiqui/
dem.¶Omnis feret omnia tellus.)Nauigatio ex mercimonij ra
tione deſcendit.¶Diſcet mentiri lana colores.)Cum enim tingi
tur,mentitur alienum colorem.¶Murice,)Coclea,vnde tingi/
tur purpura.¶Mutabit:)Tinget,inficiet per naturã.¶Luto cro/
ceo.)Rubicundo.& eſt Hypallage,pro croco luteo.Nã crocum,
lutei coloris eſt,Vnde & alutea pellis . ¶Sandyx.)Herba eſt , de
qua ſandycinus tingitur color : quam varanam ruſtici dicunt.
¶Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis.)Quidam volunt curri/
tas dici vates deas , quæ ſuis fuſis.i.vaticinationibus , ordinent
omnia,& prædicãt futura:& eſſe græcũ nominatiuum.¶Curri/
te.)Melius tamen eſt currite,imperatiuum eſſe modum.vt ſit
ſenſus,Dixerunt Parcæ concordes,ſuis fuſis,ideſt vaticinationi/
bus,currite talia ſecla:hoc ordine & euentu veſtro eſtote.¶Sta/
bili.)Hic immutabili & ſemper manenti . ¶Fatorum numine.)
Fata dicta à fando:quia quæ Parcæ dixerunt , hæc credebantur
euenire mortalibus.Numine autem ,ideſt poteſtate , diuinatio/
ne,ac maieſtate.¶Parcæ.)Quæ & furiæ infernales , dictæ Par/
cæ,κατ' ἀντίφρασιν , quia nulli parcunt.¶Concordes ſtabili fa
torum numine Parcæ.)Nam & quod vna dixerit,duæ ſequun/
tur:& fixa ſunt ſtatuta fatorum.Horatius, Quod ſemel dictum,
ſtabiliſq; rerum terminus ſeruet.

PROBVS.

Argo. ¶Typhis.)Gubernator nauis Argus.¶Argo.)Aut à celeritate
Argut⁹. dicta eſt.Sic & Home.qui κύνας ἀργοὺς,celeres dixit:inde ar/
guti,qui multum,ac celeriter loquuntur:vt arguta hirundo.

MANCINELLVS.

Oppidũ ¶Oppida.)Cæſar lib.v.de bello Gallico,ſcribit:q͞p oppidũ Bri/
tanni vocant,cum ſyluas impeditas,vallo,atq; foſſa munierũt:
quo incurſionis hoſtiũ,vitandę cauſa cõuenire cõſuerant. vnde
tamen dicatur,lege Feſtũ:nã pro caſtello ponitur.¶Cingere mu
ris.)Hoſtiũ metu . ¶Alter erit tũ Typhis.)Finito anno munda/
Magn⁹. annus. no,ſeu vertenti , qui in ſe continet quindecim ſolariũ annorum
millia(vt phyſici volũt)omnia reiterabuntur:de quo late Ma/
crob.li.ij.de ſomno.& Tul.in li.de nat.deorũ,ſcribit,q͞p ſm ma/
thematicos,magnus annus tũ efficitur,cũ ſolis,& lunę , & qnq;
errantiũ,ad eandẽ inter ſe cõparationẽ,confectis omniũ ſpatijs,
eſt facta conuerſio:q̃ q̃; longa ſit:magna q̃ſtio eſt:eſſe vero certã
Typhis. & definitã,neceſſe eſt,&c.¶Typhis.)Is primus inuenit admini/
cula gubernãdi,vt Pli.ſcribit.fuitq; in Argo naui,magiſter.hinc
Argo. ait ille:Typhis in Æmonia puppe magiſter erat.¶Argo.)Iaſon,
Æſonis filius:ac Peliæ , Theſſalorũ regis nepos : vt in Colchos
Nauis. iret,pro aureo vellere rapiendo,iuxta Pelion nauim ædificauit:
magnitudine atq; apparatu longe maiori,q̃; prius fierent . Erat
enim antea,paruarũ nauicularũ vſus. Iaſon poſtea,optimos eo/
rum,qui ſecum ire appetebant,elegit numero q̃tuor & qnqua/
ginta Nauis Argo dicta eſt,ab Argo eius architecto . vt alij ſcri/
Vector. bunt,ab eius velocitate,quã antiqui Argon appellabãt : author
Lanas q eſt Diodo.li.v.¶Vector.)Qui naui vehitur.¶Mutabit merces.)
primus Quod nautę lucri cauſa facere ſolent:cũ non vbiq; eadem ſint.
ifecerit. ¶Mentiri colores.)Nã cũ alba ſit,accipiendo diuerſum colorẽ,
Color. mentitur illũ:cũ non ſit natiuus. Inficere autem lanas ſordibus,
Lydi primi inuenere : vt ſcri/
bit Pli.li.vij.¶Ipſe ſed in pra
tis aries,&c.)Cum poeta hoc
loco loqueretur de filio Pol/
lionis : id quod ad principem Varro.
ſummum ſpectaret , adiecit ,
Ipſe,ſed in pratis,&c.Tradit
enim in lib.Etruſcorũ . Si hoc
animal inſolito colore fuerit
indutũ , portendi imperatori
rerũ omniũ cum felicitate,lar
gitatẽ.Eſt ſuper hoc liber Tar
quinij trãſcriptus ex oſtento
Tuſco , ibi reperit purpureo,
aureoue colore,ouis,arieſue:
ſi ſpargetur principi ordini,&
generis ſumma cum felicitate
largitatem auget genus . pro/
geniem propagat in claritate,
lætioreq́; efficit : hm̃ōi igitur
ſtatum imperatori in tranſitu
vaticinatur. Hæc ex Macro.li.
iij.Satur.¶Iam.)i.tunc.¶Sua
ue.)Pro ſuauiter.¶Sandyx.)Ea in holere ſylueſtri,à Græcis po/
nitur:decoctæ ſuccus,prodeſt ſtomacho:fatigato Venere,corpo Sandyx
ri ſuccurrit: vt Pli.tradit li.xij.¶Talia,ſæcla ſuis.)Hic verius Va
rō,de morte erat:vt ſcribit Macro.lib.vj.Concordes Parcæ.Eæ
tres ſunt(Homero teſte)Clotho , Lacheſis, Atropos . Clotho,
fert colum: Lacheſis,filat:Atropos,incidit.Clotho,verbũ circũ/
uoluo ſignificat. Lacheſis,à λάχος dicitur,quod eſt ſors:nobis
enim ſortitur vitæ terminũ.Atropos aũt, immutabilis:vel,ſine
conuerſione:eo q͞p omne natum,vbi in terminũ ſibi ſtatutum ve
niſſe cognouerit,demergat in mortem.¶Parcæ.)Parcę vero di Parcæ.
ctę ſunt à partu,litera immutata:quaſi partæ, vt Varro voluit,
Gellio referente,lib.iij.ca.vj.Naſcentibus enim,bonũ , & malũ,
hominibus conferunt.vt Heſiodus ſcripſit.¶Stabili numine fa/
torum.)i.immutabili:iuſſu,voluntate,& lege deorum.Eſt enim
fatum(vt Plato dixit)voluntas,& iuſſio dei.hinc Luca.ait li.v.
Siue canit fatum,ſeu quod iubet ille canendo,Fit fatũ.Chryſip/
pus autem(authore Gellio li.vj.ca.ij.)Dixit . Fatum eſſe ſempi/
ternam quandam,& indeclinabilem rerum ſeriem . Cicero.lib. Fatum.
j.de diuinatione , ſic ait : Fatum autem id appello:quod Græci
εἱμαρμένην.i.ordinẽ,ſeriemq́; cauſarum:cum cauſa,cauſam ex
ſe gignat.Ea eſt,ex ęternitate fluẽs,veritas ſempiterna.¶Fuſis.)
Verſando:& enim pollice,fuſos fata conſtituunt.

ASCENSIVS.

¶Pauca tamen,&c.)Tametſi quo tẽpore puer hic adoleſcet,pa
triamq́; virtutẽ cognoſcet:atq; imitabitur ea,quę vſui humano
maxime accõmoda ſunt,vt frumenta pro pane,vina pro potu,
& mella pro obſonijs,, ſponte naſcentur : tamen(inquit) adhuc
ſuberunt veſtigia priſcæ fraudis.i.non omnino exterminabitur
ferrei ſęculi,auaritia,& ambitio:quia adhuc q̃rentur peregrinæ
merces,nauibus:& gloria quęretur bellis & ſeditionibus:ſed ſi
animus humanus ijs contentus eſſet,quibus naturę ſatisfit,non
opus eſſet pręter ea quę ſponte naſcentur alia quęrere : q͞p ergo
alia adhuc q̃rentur,ad priſcam fraudem pertinet.Sed tandẽ,vbi
in perfectũ virum euaſerit , & vitium ferrei ſęculi extinctũ erit:
neq; merces aliunde quęrentur,neq; terra ſubigetur,neq; colo/
res adulterini imbuentur:ſed ijs quæ ſpõte ſua natura producet:
quę omnia erunt:quibus nobis opus erit,contenti erimus,atq;
ita aurea ſęcula erũt q̃ Parcę properare iuſſerũt.¶Ordo eſt.Tñ Ordo.
i.tametſi,& fruges,& vina,& mella,ſponte naſcentur:tñ pauca
veſtigia.i.paucæ reliquię,& pauca ſemina,ſeu exẽplaria:priſcæ
i.prioris æui:fraudis.i.fallaciæ,& decæptionis:ſeu vitij.ſ.ambi
tionis,& auaritiæ.ſuberunt.i.latebunt in quibuſdam:quę.ſ.veſti
gia:iubeant tentare ratibus Tethyn.i.maria.i.quæ impellent na
uigare,& merces peregrinas nauibus tranſuehi:& quæ iubeant
cingere.i.circundare:oppida.i.munitiones vrbium circũcluſas:
muris.i.mœnibus:& quæ iubeant infindere.i.impingere:finden
do telluri.i.terræ:ſulcos.i.fiſſuras aratro factas.Alter Typhis.i.
vector,erit tunc:& altera Argo.i.nauis oblonga,quę vehat dele
ctos heroas:ſicut Argo vexit olim Argonautas,qui erãt heroes
i.Herculẽ,Caſtorem,Pollucem,&c.& erunt etiam altera bella,
atq; magnus Achilles mittetur iterum ad Troiã:hoc eſt,aut ſi/
milia his erunt,aut omnia cũ ſuis cauſis redibunt.Hinc.i.ex hoc
tempore:hoc eſt,poſt hoc tempus in quo hęc fient.vbi.i.poſtq̃;:

ætas.ſ.tua,ò diuine puer:firmata.i.ſtabilita:iam fecerit te virũ: &.i.pariter:ipſe vector cedet mari.i.diſcedet à mari,nõ amplius nauigaturus:nec pinus nautica.i.nauis ex pino facta, & nautis ſeruire ſolita:mutabit.i.ad cõmutationẽ tranſuehet(Ante vſum pecuniæ,omnis venditio fiebat cõmutando.)merces.ſ.peregrinas:quia omnis tellus feret omnia.nunc aũt,vt in Geor.dicetur. Suus cuiq; terrę Genius eſt,& virtus ꝓductiua.& ita ijs q̃ apud nos abundãt,quęrimus ea quæ nobis deſunt: atq; alijs quibus noſtra deſunt, abũdãt.Humus.i.terra:non patietur raſtros.i.inſtrumenta dentata quibus radatur:& vinea non patietur falcẽ,q̃ ſ.putetur:& arator robuſtus ſoluet iã tauris iuga.i.nõ amplius vtetur tauris ad arationẽ,nec lana diſcet mentiri.i.mẽdaciter imbibere, varios.ſ.adulterinos colores:ſed ipſe aries.i.q̃uis ouis, ſed maſculo:plus lanæ eſt,q̃ fœmellę,mutabit iam.i.colorabit, mutando albũ colorẽ in alium:vellera.i.lanã,aut lanitiũ velleris ſui:in pratis.i.paſcuis:murice.i.purpura:rubenti.i.ruborẽ habenti:ſuaue.i.ſuauiter,aut cum ſuauitate odoris:quoq;,pro &: mutabit vellera ſua luto croceo.i.croco luteo,ſeu lutei:hoc eſt,

Lutum. ſubrubri coloris(Lutum,pro genere coloris crocei,aut ſubrũfi, producit priorẽ:quã,pro cœno corripit:vnde eſt plebeius verſiculus,Sus immunda luto,gaudet meretricula luto) Sandyx.i. herba,vnde fit color ſandycinus:veſtiet,ideſt ornabit:colore ſua ſpõte.i.ſine tinctoris officio:agnos paſcentes.i.ipſam carpentes. Parcæ.i.tres deę fatales.i.originẽ mediũ,& exitiũ omnium rerũ, ſm gentiles,diſponentes:quarum prima,quæ Clotho dicitur, baiulat colum.i.vnde filum vitæ deducitur:& Lacheſis,q̃ ſecunda dicitur:trahit,& deducitur filũ infuſum ſuũ:& Atropos vltima occat.i.abrũpit filum,cum vita.vnde eſt verſiculus ineptus, Clotho,colum geſtat: Lacheſis,trahit:Atropos,occat.dictas autem volunt per antiphraſim:quia nemini parcunt. Parcæ inquã, Parcę. concordes.i.conſentientes:ſtabili numine.i.firmo,& irreuocabili nutu,ac poteſtate fatorũ:dixerunt.i.iuſſerunt:dicentes,ſuis fuſis inſtrumentis,quibus filum circũfunditur dum nent:dixerũt (inquã)ò fuſi,ſup.currite.i.celeri curſu veſtro adducite: talia.i. tam aurea & tam felicia:fæcla.i.ſęcula.

PIERIVS.

¶ Quæ iubeant telluri infindere ſulcos.) In Ro.codi.legere eſt tellurẽ infindere ſulco. In Oblõgo,Vaticano,ſulcis. Longobardicus,Mediceus,& aliquot alij,vulgatã ſequuntur lectionẽ.¶ Talia ſęcla ſuis dixerũt currite fuſis.) In Mediceo codice legere eſt dixerũt currere:vt ſit,dixerunt:pro,edixerũt: vel affirmauerunt ea figura,qua dictũ alibi,Donat,habere. Seruius tamen imperatiuum agnoſcit,currite.Neq; illud ꝓtereundũ eſt,quod ętate maxime noſtra,cœptũ eſt ſcribi,ſęculum,abſq; diphthongo, cuius quidẽ ſcripturæ rationem grãmatici nõnulli ſubiecere,à ſequendo nomen deductũ eſſe.Cum tamen antiquiora marmora,ſęculum,per æ dipht.notent:quo itidem pacto in Ro.cod.ſcriptum eſt.In nũmis eſt antiquorũ plurimũ,per æ diph.nomen id obſerues,vt in P.Septimij Cetæ,ſæcularia. In fauſtinæ, Sæculi felicitas.Eodem modo in pleriſq; alijs:quãuis in argenteo Othonis, Seculi,per e ſolum habetur.

Aggredere ò magnos(aderit iam tempus)honores,
Chara deum ſoboles,magnum Iouis incrementum,
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terraſq;,tractuſq; maris,cœlumq; profundum:
Aſpice,venturo lætentur vt omnia ſæclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ:
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.
Non me carminibus vincet,nec Thracius Orpheus,
Nec Linus,huic mater quanuis:atq; huic pater adſit,
Orphei Calliopeia,Lino formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

SERVIVS.

¶ Iouis incrementũ.) Nutrimẽtũ:& eſt vulgare,quod Bucolico cõuenit carmini.¶ Nutantẽ mundũ.) Nutat,præſentibus malis:lętus eſt,bonis futuris.¶ Cõuexo.) Curuo, inclinato.¶ O mihi tã lõge maneat pars vltima vitæ.) Vtinã poſſim frui vita lõgiſſima: & habere tantũ ſpũm, quantus poſſit ſufficere ad tuę virtutis cõmemorationẽ.¶ Nõ me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.)genere ſtyli ſeſe Orpheo,vel Lino fore æqualem cõmemorat. Nã non ſibi arrogat:ſed hoc dicit,Tãta eſt materies tuæ laudis,vt etiã humile ingenium in ea ſupra oẽs poſſit excellere.¶ Lino.) Linus cum nomẽ hominis dicimus, Li breuis eſt. Statius, Medio Linus intertextus acantho. Cum linum dicimus,filum ſignificantes, Li Longa eſt,cũ producatur apud Græcos.¶ Pan etiam.) Redit ad nomina ruſtica:nam ſatis exceſſerat dicendo Linum poetam,Orpheaq; theologum.¶ Arcadia iudice.) Quæ ei fauet, vbi colitur.

PROBVS.

Pan. ¶ Pan etiã.) Pan,Mercurij,& Penelopes filius:fiſtulã,carmẽq; cõpoſuit. Simplici iteratione eadẽ cõſectatur,vt ibi Oceanitides, Ambę ambę auro pictis incinctæ pellibus ambæ. Nunc caſuũ,& generũ permutatiõe:vt, Ærea cui gradibus ſurgebant Limina, nexęq; Ære trabes,foribus cardo ſtridebat ahenis. Itẽ,Cui pharetra ex auro crines nodantur in aurũ Aurea purpureã ſubnectit fibula veſtẽ.ne ſit mirũ,hic quoq; iterationẽ à Poeta frequẽtatã.

MANCINELLVS.

¶ Aggredere.) Adi. Vertit aũt hic ſermonẽ ad Auguſtum.¶ Magnos honores.) Diuinos intelligit: vñ ait Hora.epiſt.j.ij.voluminis ad Auguſtũ,Romulus,& Liber pater,& cũ Caſtore Pollux. Poſt ingẽtia facta deorũ in tẽpla recępti.& infra paulũ,Præſenti tibi maturos largimur honores, Iurãdaſq; tuũ,per nomen ponimus aras. Nil oriturũ alias,nil ortũ tale fatẽtes. Si vero de Pollionis filio intelligeres,licet mortuo(vt diximus)tunc magnos honores cõſulatus,expone. Nã ſi de ĩperio intelligeres, Auguſto interitũ portenderet.melius tñ de Auguſto intelligemus.¶ Ma. Iouis incre.) Creſcet.n.deorũ numerus per Auguſtũ,quem deũ ſobolẽ appellat propter Æneã,Romulũ,& Iuliũ,inter deos relatos. Si tamen de Pollionis filio accipias Iouis incrementũ,ait: quia ſuperius de eo dixerat, Iam noua progenies cœlo demittit̃

Conuexo. alto.¶ Conuexo.) Conuexũ,eſt ex omni parte declinatũ:qualis eſt natura cœli,quod ex oĩ parte ad terrã verſus declinatum eſt.

Mũdus Feſtus id ſcribit.¶ Mundũ.) Mũdus,appellatur cœlũ,terra,mare,& aer:vt ſcribit Feſtus. tñ hic pro cœlo tm̃ accipitur.nã cœlũ,vere mũdus vocatur:vt Macro.li.j.de ſom.inqt,Mundus,eſt deorũ domus:ait Euripides.¶ Nutantẽ mũdum.) Id,lętitia potius futuri ſæculi agi crediderim,q̃ pręſentibus malis. Vnde,more ſuo,ſequẽti carmine,illud idẽ apuit dicẽs,Aſpice vẽturo lętent̃ vt oĩa ſęclo,&c.quod aũt omnia ſimul,& triſtarentur,& lętarẽtur.vt hic eſſe nullo pacto cõuenire videt̃. Lętitia aũt mortali,etiã inanimata. Idẽ Maro in Sileno oſtẽdit:ait enim. Tũ vero in numerũ Faunoſq;,feraſq; videres Ludere,tũ frigidas motare cacumina q̃rcus.¶ Cõuexo põdere.) Cõuexũ põderis intelligit ipſius cœli orbẽ & machinã.¶ Cœlumq; profundũ.) Aera hic accipimus vñ Pli.li.ij.ſic ait,Nãq; & hoc cœlũ appellauere maiores,quod alio noĩe aera infra lunã hęc ſedes,multoq; inferior.merito igit̃ de aere,cœlũ ꝓfundũ,ait.¶ Vẽturo ſęclo.) Id aũt iam deſcripſit.¶ O mihi.) Optat ſibi longiorẽ vitã,quo Auguſti laudes cantare queat. Eſt aũt ordo:ò maneat mihi vltima ꝑs vitæ tam longę:& maneat ſpũs tam longus,quantũ ſat erit dicere tua facta.¶ Spũs.) Dicendo autem ſpũs quid ſit vita declarat,per epexegeſim.¶ Maneat.) Futura ſit.¶ Pars,vltima.) Meta & terminus.¶ Orpheus.) Thrax genere,filius Oeagri:doctrina,melodiaq;,ac poeſi,exceſſit omnes quorũ extat memoria.Et.n.poema,mirandũ edidit:& ſuauitate cantus,feras etiam ad ſe audiendũ adliciebat:author eſt Diodorus lib.v.¶ Linus.) Hic primus cytharã inuenit.vt alij dicũt,Orpheus:author Pli.fuit aũt Linus(teſte Hermodoro Platonico) Mercurij,ex Muſa Vrania,filius,& Thebis genitus Virgi.autem Apollinis filiũ dicit. Scripſitq;(teſte eodẽ Hermodoro)mũdi generationẽ,ſolis item,& lunę curſus:animaliũq;,& fructuũ generationes:atq; in primo ſui operis carmine,cuncta ſimul nata dixit.¶ Adſit.) Faueat.¶ Orphi.) Datiuus eſt Gręcus:nã Latinus eſt Orpheo:de quo etiã Phocas,& Priſcianus.¶ Pan etiam.) De hoc in Alexi dictum eſt,ꝙ fiſtulã primus inuenerit. Redit aũt ad ruſtica numina,ne penitus videretur,Bucolici carminis modũ exceſſiſſe.¶ Arcadia iudice.) Hoc ait,quoniam hũc deum Arcades colunt.de qua multa Macro.li.j.Saturna. Eſt & ibi mons Lycæus, in quo Iouis Lycæi delubrũ,quẽ & Pana volunt eſſe. De Arcadia autem,ꝑ lene legito Stra.lib.vij.

Orphe. Linus. Pan.

ASCENSIVS.

¶ Aggredere ò mag.&c.) Secũdũ cõmentarios Auguſtum affatur:meo tñ iudicio,puerũ recens natũ Auguſti fortaſſis filiũ adloquitur. Nã Auguſtus iam magnos.ſ.diuinos honores,adierat. vnde

vnde dictum eſt, Tuus iam regnat Apollo. quocirca, ne citra neceſſitatem ad diuerſos ex abrupto dirigatur, oro placet ad eundem conferre: vt ſit, quia in fatis eſt ea tẽpora properare. ò diuine puer, aggredere magnos honores, quia tp̃s à Parcis prędefinitum iam aderit: ad cuius felicitatem futurã, exultant oia q̃ præſentium malo℞ pondere premuntur. Optat igitur Poeta, ſibi tm̃ vitæ dari, vt poſſit aliq̃n eius inclyta geſta carminibus proſequi: quia ſi id detur, nulli poetarum cedere vellet: non quia plus artis, q̃ illi haberet: ſed quia copioſius, atq; vberius, lõgeq; clarius ſubiectũ, ſeu argumentum, nã ſcriptura℞ dignitas, ſæpe ab argumento deſumitur. Secundus verſus huius lectiõis eſt ſpõdaicus, hoc eſt ſpõdeum pedem (vt Hora. dicit) ſtabilẽ: ex duabus. ſ. longis conſtantẽ, in quinto loco habens: cuius ea lex eſt, vt pcedens pes, qui quartus eſt, dactylus ſit: & ſnia ipſa, pondus, ac grauitatem habeat: vt hic, Magnum Iouis incrementum. &. iį. Æneid. Conſtitit atq; oculis Phrygia agmina circũſpexit.

**Spõdaicus verſus.**

**Ordo.** ⁋ Ordo eſt. O chara ſoboles deum. i. deo℞ progenies: magnum incrementũ. i. (ſm Ser.) nutrimentum Iouis: aut potius, magnum incrementum. i. augmentum Iouis. i. generis, aut progeniei eius: vt ſit ſenſus, ꝙ progenies Iouis multũ incrementi ex Auguſti, aut illius pueri natiuitate, accæperit. Et bene, Iouis. Nã Auguſtus, à Iulio Cæſare adoptatus: hunc pue℞ (vt dixi) adoptauit. Iulius aũt, ab Iulo, Æneę filio, genus & nomen traxit: vñ eſt illud Æneį. j. Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. Æneas aũt ab Anchiſe & Venere procreatus eſt. ſed Anchiſes, à Dardano Iouis, ex Electra, filio pceſſit. Venus aũt, ab Ioue, ex Dione, genita eſt. Ad magnã ergo gloriã proceſſit generatio Iouis, dum ad hunc vſq; puerũ perducta eſt: vnde dicit, O chara ſoboles deum, appoſitoriẽ: magnum incrementum Iouis: aggredere magnos. i. diuinos honores: tp̃s. ſ. conſtitutum à Parcis: aderit iam. i. propediem. Aſpice mundum nutantem. i. vacillantẽ: pondere. ſ. malorum præſentium, aut exultantem lætitia bono℞ futuro℞: cõuexo. i. in humeros eius deuoluto: & aſpice terras, & tractus. i. regiones maris: & cœlum profundũ. i. aerem, qui profundus, reſpectu cœli: aut etiã cœlum, quod profundũ eſt. i. procul à fundo, ſup. nutantia cõuexo pondere: & aſpice: vt. i. qualiter: omnia, ſup. hæc prædicta: lętentur. i. exultent: ſęclo futuro. i. de felicitate ſæculi, quod imminere vident. O. i. vtinam: vltima pars vitæ maneat mihi tam longe, & vtinam ſpũs maneat mihi tm̃, ſup. vel vtinã ſpũs. i. mens diuina: & ſpiritus poeticus, ſup. ſit mihi tantus, quantum ſat. i. ſatis erit: dicere. i. ornate proſequi: tua facta. i. inclyta facinora tua: q̃res, ſi, ſup. mihi erit. Non, ſup. quiſq̃ vincet me carminibus. Aut legamus ſine ſubauditione. (quia, vt in regulis dicemus, duæ, aut plures negationes debite poſitæ, non plus efficiunt q̃ vna.) non me vincet carminibus: nec Orpheus, vates illę pclariſſimus: Thracius. i. ex Thracia oriundus: nec Linus. i. alter diuinus vates ſup. vincet me carminibus: quãuis mater. ſ. Calliopea Muſa: adſit. i. auxilio ſit: huic. i. alteri eo℞, videlicet Orphi, pro Orpheo: & quãuis pater. ſ. formoſus Apollo: adſit huic. ſ. Lino. aut ſic, q̃uis mater adſit huic. ſ. prius dicto: & pater adſit huic. ſ. poſterius dicto: quod declarat, dicens, quãuis Calliopea Muſa mr̃ Orphei adſit Orphi, & quãuis formoſus Apollo, pater Lini, adſit Lino. Si Pan, deus ille Arcadiæ, & princeps muſico℞ (quia, vt dictum eſt, Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit.) certet mecum etiã Arcadia iudice. i. iudicante: quæ tñ deo ſuo fauere t: tñ Pan, dicat ſe victum. ſ. à me, tua facta canente, etiã Arcadia iudice. q. d. tanta erit geſto℞ tuorum gloria, vt etiam ab humili Poeta deſcripta, omnem poeſim exuperent. Multa hic notatu digna ſunt, quo℞ non pauca à Mancinello explicantur. Regula prima eſt. Spondaicus verſus, dactylum in quarto loco, & ſentẽtiæ pondus, aut loquentis languidũ animum efflagitat. Pondus, vt hic, & in illo à Perſio adducto: Si coſtã longo ſubducimus Apenino Languorẽ, vt in prius citato. Cõſtitit, &c. Secunda, ꝙ, particula, à Virgilio fere cõis ponit, vt hic, Terraſq;, tractuſq;, &c. ꝙ ſi productam poſitione dixeris, propter tr, in ſequẽtis dictionis principio poſita: quam tñ poſitionem, non oẽs approbant: adducã illud. iį. Æneí. Liminaq;, Laurusq; dei, totusq; moueri Mons circũ, &c. Tertia cõiunctio encletica, vt, q;, ve, ne, quoties priori parti cõiungendę adhæret, poſteriori, etiã adhærere vult. Itaq; ſemper in fine interdũ etiam in medio nunq; in principio poni vult. E diuerſo, & nunq; in fine, ſemper in medio, interdum etiã in principio ponetur: vnde dices, Tu puerq; tuus: aut, Tuq; puerq; tuus. nõ, Tuq; puer tuus. nec, q; tu puerq; tuus. Item, tu & puer tuus. aut, & tu & puer tuus: non aũt, & tu puer tuus, &c. Quarta, q̃ eſt Vallenſis, Tres aliq̃n negationes, nõ plus efficiunt q̃ duæ, collatione ipſa dictionũ id efficiente: vt. Nunq; mihi, nec offuiſti, nec pfuiſti. vbi principalis negatio non poſſet in fine poni ſic: nec offuiſti, nec profuiſti mihi nunq;. nã ſic dicendum eet, vnq;. Et hic nõ me vincet, nec Thracius Orpheus, nec Linus, &c. bene dicitur. ſed ſi diceretur, nec Orpheus, nec Linus non vincet me, male diceretur. Auferenda. n. eſſet negatio: ſic, nec Orpheus, nec Linus vincet me. Quinta, Gręca in eus. apud nos ſępe exeũt in es longum: vnde obliquos, nunc ab eus nunc ab es, deductos inuenimus, vt Odyſſeus, Latine dicitur Vlyſſes: vnde in genitiuo Vlyſſeis, ſed Vlyſſi reperitur, pro Vlyſſei, per ſynæreſin, quaſi ab nominatiuo Vlyſſis: ſic & Achilles, Achilli: quia Græce, Achilleus dicit. & hic in datiuo Orphi. à nominatiuo Orphes, aut Græcus eſt datiuus per ſynæreſin, pro Latino.

**Auguſti genealogia.**

**Duarũ negationũ effectus.**

**Pan.**

**Regulę**

### PIERIVS.

⁋ Chara deum ſoboles.) In Ro. codice. ſuboles, per u, pria ſyllaba: cuiuſmodi ſcripturę rationem alibi copioſius recitauimus. Hic illud tantum attingam, quod apud Pomp. Feſtum, diſpoſitis per literarum ordinẽ vocalibus, inter ſubuerbuſta, & ſubuculam, vocabulum: ſuboles, ſcriptum eſt: quod nomen ab, adoleſcendo. i. creſcendo, dictum aſſerit: vt adoleſcens quoq;, & adultus, & indoles dicitur. Lucil. v. Siue virum ſuboles, ſiue eſt muliebris origo. Virgi. Clara deum ſuboles, magnum Iouis incremẽtum: vt obſerues illud etiam, quod in vulgatis, Chara, ſcriptum eſt, in codice eo Feſti, Clara, haberi. ⁋ Terraſq;, tractuſq; maris.) Sunt antiqui cod. in quibus, Terram, vnitatis numero legas: ſed multo magnificentius eſt plurali dicere. ⁋ Aſpice, venturo lętentur vt omnia ſæclo.) In Roma. codice, lætantur: eſt, indicandi ſpecie, quod magis implet aureis: & longe magis mouet, dum cuncta oculis ſubijcere videtur. ⁋ O mihi tam longæ maneat ps vltima vitę.) In Longobar. & in Mediceo, tum longe, ſcriptum eſt. Sed enim, tam longæ vitæ, caſta omnino lectio eſt: quam Seruius etiam cognoſcit. ⁋ Orphei Calliopea.) In Roma. codice, & in Mediceo, Orphi, legitur per ſynęreſin. In alijs Orphei. In Lõgobardico etiam, Orphei, prius ſcriptum erat: inde abraſis literis, factum eſt, Orphi. Sane Priſcianus hic Græce dictum ait, ὀρφῃ, ὀρφεῖ: quare, vel vnico i ſcribendum, aut ita pronunciandum, ac ſi vnico ſcriptum eſſet, vt diphthongi ſonus ſit: Latinæ tamen ſcripturæ ratione ſeruata: quanquam nihil prohibet, Orphei, dimenſione dactyli pronunciare, cum datiuus ſit caſus, vt etiam, Lino: & apud Græcos vltima breuis eſt in huiuſmodi datiuis: vt δαφνίδι, τῷ χαρίεντι. ⁋ Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet: Pan etiam Archadia dicat ſe iudice victum.) Nõ inficior vtrunq; verſum in Roma. codice, in Mediceo, & aliquot alijs, eodem modo legi, Pan etiam Archadia. licet in Roma. verſus inferior, vna abundet litera. Sed enim mihi non diſplicet, quod in Oblongo codi. legitur, Pan deus Arcadia mecum ſi iudice certat, Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum. Magnam enim emphaſin habere videtur, Pan deus. Et aduerte in huiuſmodi lectione inferiore verſu, Pan, ſuſpendendum eſſe. Si cui vero magis placeat iteratio totius hemiſtichij, non laboro. nam & ea quoque lepida & ſuauis eſt.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem,
Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.
Incipe parue puer, cui non riſere parentes,
Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

### SERVIVS.

⁋ Riſu cognoſcere matrem.) Alludit ad id quod factũ eſt: & rem naturalem ait. Sicut enim maiores natu, ſermone: ita infantes, riſu ſe idicãt agnoſcere. Ergo hoc dicit. Incipe parentibus arridere: & ei ſpe boni ominis detrahere ſolicitudinẽ: vt & ipſi tibi arrideãt. ⁋ Tulerunt.) Alij, tulerint legunt: vt ſit ſenſus, Si riſeris, abſtulerint decem menſes matri tuę longa faſtidia. matri enim decem menſes attulerunt longa faſtidia. ⁋ Cui non riſere parentes.) Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. Sicut Vulcano contigit: qui cum deformis eſſet, & Iuno ei minime arriſiſſet: ab Ioue eſt præcipitatus in inſulam Lemnum. Illic nutritus ab Sintijs, cũ Ioui fulmina fabricaſſet, non eſt admiſſus ad epulas deorum. Poſtea cum rogaret vt vel Mineruæ coniugium ſortiretur: ſpretus ab ea eſt. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos per conuiuium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. Hinc eſt ꝙ Iunoni agit in primo Virgi. Æolus

Æolus gratias, ꝙ per eius beneficium diuinos honores meruit: vt, Tu das epulis accumbere diuum. ⁋ Non deus.) Ideſt Iupiter. ⁋ Nec dea.) Ideſt Minerua.

MANCINELLVS.

Zoroaſtes.

⁋ Incipe parue puer.) Ad Saloninum reuertitur, exhortans illũ vt matri adrideat. ſic.n. lætitia ducta mater, labores omnes & tędia decem menſium obliuiſcetur: eritq; etiam omen optimum. Scribit Pli. li. vij. ca. xvij. riſiſſe eodem die quo genitus eſſet, vnũ accæpimus hominem, Zoroaſten: eidem cerebrum ita palpitaſſe: vt impoſitam repelleret manũ futuræ pſagio ſcientiæ. ⁋ Riſu cognoſcere matrẽ.) Solent.n. infantes, viſa & cognita matre, ridere. Ille autem, nec cognouit, nec riſit vnq̃;: qm̃ paulo poſt ortum obijt. ⁋ Tulerint.) Abſtulerint, ſi riſeris: nam vitæ longioris omen eſſet. ⁋ Decẽ mẽſes.) Gignitur homo in certo ſpatio: alius, ſeptio menſe: alius, octauo: & vſq; ad initia decimi, vndecimiq;. Inuenta etiam quæ & mẽſibus tredecim partum tulerit: author Pli. li. vij. Gelli. itẽ plurima lib. xij. ca. xvj. ⁋ Incipe parue puer.) Ordo eſt: Incipe parue puer, riſu cognoſcere matrẽ, Incipe pue puer, Matri decem menſes tulerint longa faſtidia. ⁋ Cui non riſere paren.) Ordo eſt: Hunc cui non riſere parentes, nec deus eſt dignatus menſa, nec dea eſt dignata cubili. In omnibus fere textibus, cui, legitur. Quintilia. tamen lib. ix. vbi de figuris verborũ meminit: qui, per q: non per c, hoc in loco legendum innuit: ait enim ſic: Eſt figura & in numero, vel cum ſingulari pluralis ſubiungitur, Gladio pugnaciſſima gens Romani: gens enim, ex multis vel ex diuerſo. Qui non riſere parentes. Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. Ex illis.n. qui non riſere, hunc dea non dignata: ordo igitur talis erit: O parentes hunc ex illis q nõ riſere, nec deus eſt dignatus menſa, nec dea eſt dignata cubili. Quibus verbis innuit Maro illum eſſe defunctum: cuiq; enim ſuus deus, & ſua dea, vitæ præſides dantur, hoc eſt ſuus Genius, ſuaq; Iuno. Menſa autem, Genio cõuenit: Iunoni, lectus. ſed horum neutro, ille potitus eſt: ergo, obire coactus. Pueris autem nobilibus, editis in atrio Iunonis, Lucinæ lectus ponebat̃, Herculis menſura, & Seneca epiſtola. ij. lib. xx. ſcribit: Maiores nr̃os ſingulis, & Genium & Iunonem dediſſe.

Superſtitio antiquorum.

ASCENSIVS.

⁋ Incipe parue puer.) Finis huius Eclogæ, ſane q̃; difficilis eſt, vſq; adeo, vt non facile ſit bonam ſententiã cũ grammaticorum ordine excerpere. Nam Seruianam interpretationẽ quidã explodunt, vt Angelus Politianus capite. lxxxix. Miſcellaneorum, cuius verba ſunt in Bucolicis Virgilianis, Hi duo ſic verſiculi leguntur, Incipe parue puer, cui non riſere parentes, Nec deus hunc menſa, nec dea dignata cubili eſt. quos enarrãs Seruius, haud inceleber Grammaticus, & veram lectionem, quod eius pace dixerim, contaminat: & fabulam ſibi ex parte, cõmodoq; ſuo confingit, contra omnem veterum authoritatem. Neq; enim, cui: ſed, qui, legendum. hoc eſt, non caſu datiuo, ſingulariq; numero: ſed plurali nominatiuo, quãq̃; vtrobiq; apud veteres eadem vox, ijſdemq; notata literis: ſicut in. j. Quintiliani De inſtitutiõe oratoria, non oſcitans lector inueniet. ex quo etiamnũ verſiculus in vij. Valerij Flacci Argonauticon lib. Curaq; cui profuga forſan tenet alta carina. Etiamnũ inquã, iſte verſiculus, cui retinet: non, qui. tam. ſ. in vetuſtiſſimo codice, de quo reliqui fluxere: q̃; in his quoq; peruulgatioribus. quod autem dicimus, qui, legendum: non, cui: docet idem Quintilianus in. ix. figuram eſſe declarans hic in numero: ſic, vt plurali ſingularis ſubiungatur. Ex illis enĩ, inquit, Qui non riſere hunc non dignata. Quis autem dubitet, quin de Virgilianæ lectionis incolumitate Quintiliano credendum ſit, potius q̃; Seruio: preſertim, quí manum quoq; Virgilij citet, aliquando & Ciceronis. Quocirca manifeſtum eſt quod diximus, mendoſe locum à Seruio adduci. ⁋ Nec deus.) Fabulam autem ſibi eundem ex propoſito cõmodoq; finxiſſe, quis nõ videat? cum nuſq̃; ob id præcipitatum fuiſſe Vulcanum legamus: quoniam deformis natus, quoniamq; ei non Iuno adriſerit. Etenim poeta Homerus ob id ait, ꝙ matri contra Iouem patrem ſuppetias tulerit. Natus enim ex Ioue & Iunone, ſm̃ Home. Vulcanus: licet ex Iunone, ſola fingat Heſio. in Theog. ſicut ex ſolo Ioue, Minerua dicitur. ἀπάτορα à Theocri. vocatur in enigmatio, cui βώμος inſcriptio. Quare parentes ad Iouem, Iunonemq; vix ſatis etiam proprie referentur. Sed & illud ſane q̃; frigide Seruius, idem ꝙ neq; admiſſum ad epulas deorum, Vulcanum dicit: neq; diuinos honores meruiſſe: quem Varro etiã inter ſelectos deos numerat ſeptimum. Tumne proceſſerit quidẽ, vel iſto pacto quod molitur Seruius: quando non ob id ait præcipitatum, quòd haud riſerit; ſed ꝙ ipſi haud arriſum. Viderimus vtrumne ipſe mox credibiliora ſuſpicer? certe iam Seruius veriſſimis reuincitur. Et quidem ſic ego legerim, ſic enarrauerim. Parentes Salonini pueri, de quo nunc agitur: vt ſit, parentes, vocandi caſus: hunc qui non riſere, neq; deus menſa dignatus, neque dea cubili: hoc eſt, nec Genius, nec Iuno, vitalibus auris dignum putauere, hunc ex illis qui non riſere: vt ſit figurate dictũ (Quintiliano teſte) pro eo quod eſt, hunc qui non riſit: vel, qui è numero eſt eorum qui non riſere. Credebatur enim habere quiſq;, ſuũ deum, ſuamq; deam: hoc eſt, ſuum Genium, ſuamq; Iunonem, vitæ præſides. Hos igitur indicauit Maro Catexochen. ⁋ Menſa.) Menſa enim, Genio conuenit: vt, Funde merum Genio, Iunoni lectus. Quod Iunius quoq; Philargyrius docet: hũc ipſum ita interpretans locum, Pueris (inquit) nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur, Herculis menſura. Sed & apud Varronem lectum eſt, initiari pueros, Educæ, & Potinæ, & Cubæ, diuis edendi, potandi, & cubandi, vbi primum à lacte, & Cunis transferunt. quam Varronis authoritatem, Donatus in Phormionem Terentianam adducens, etiam hunc ipſum citauit Maronis verſiculum: atq; idem Probum quoq; retulit adnotaſſe. Menſa igitur, & lectus, argumenta vitalitatis, quod initijs ipſis adhiberentur. Cæterum habet homo ſuam ſibi ridendi proprietatem. Qui vero nam rideant, ei qui poteſt eſſe vita vitalis? vt ait Ennius, Deum vero, deamq; ad has referre Varronis, Educam, Potinam, Cubamq; nequeas: ꝙ hæ fœminæ omnes: vt Aug. etiã in. vj. lib. de ciui. dei: declarauit. Sed nec ad Pilumnum, ratione pari: & Pitumnum, coniugales deos: quibus, vt ait Varronẽ ſcribere, Martia. in. ij. lib. de vita patrum: natus, ſi erat vitalis, ſimul ab obſtetrice fuerat ſublatus, & in terra ſtratus, vt eſſe rectus auſpicaretur. Sternere etiam in ædibus, lectum conſueuerunt. Reſtat igitur vti, quod de Genio & Iunone diximus: authoritatum quoque tibicinibus fulciatur. Plinius itaq; naturalis hiſtoriæ. j. Cum ſinguli (inquit) ex ſemetipſis totidem deos faciãt, Genios, Iunonesq; adoptando ſibi. Seneca epiſtolarum ad Lucil. xix. ita tamen ait, Hoc Seponas volo, vt memineris maiores noſtros, qui crediderit Stoicos fuiſſe. Singulis enim, Genium, & Iunonem dederunt. vnde arbitror Iuuena. & per Iunonem (inquit) domini iurante miniſtro. Hoc enim reprehendit Satyricus poeta, ꝙ non per Genium, ſed per Iunonem domini miniſter iuraret, videlicet more muliebri. Quocirca, ſic illa apud Petronium Arbitrum, quartilla loquitur. Iunonem meam iratam habeam, ſi vnq̃; me meminerim virginem fuiſſe. Nam infans, cum paribus inquinata ſum: & ſubinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui: donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum prouerbium illud, vt dicũt. Poſſet taurum tollere, qui vitulum ſuſtulerit. Cæterum ſi detur modo, non iniquã plane à nobis peragi reprehenſionem: labaſcereq; iam cõmentum iſtud Seruianum, quod anteq̃; talia prodebamus, pro indubitato obtinuerat. Reliqua in medium, ne nobis blandiamur, libera opinaturis relinquemus. Hæc ille. E quibus patet q̃; difficilis ſit hic locus: quodq; de Salonino intelligendum ſit: quod (vt in ſuperioribus dixi) mihi nõ placet: verum, vt obmiſſis ambagibus, ſententiam noſtram paucis explicemus. Quia & Auguſto, & Pollioni, & pueronato, blanditus eſt Poeta: ne matrem præterijſſe culpetur, in eius aſſentationem inuitat puerum ad adridendum matri: aut matrem ad adridendum puero. Nam dupliciter poſſet intelligi, ꝙ puer riſu. agnoſceret matrem: aut, quia ipſe rideret, aut quia mater. ⁋ Tulerint.) Præterea quidam legunt, tulerint: & tamen graues viri legunt, tulerunt: dicentes ſecundã corripi præter naturam: vt ſignificetur ſubita longi dolores fuga, & correptio: ſicut ſubitus, inquiunt, horror ſignificatus eſt in verſu illo. iij. Æneid. Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit: in correptione, videlicet medię ſyllabę illius verbi, ſteterunt.

Genium, Iunonemq; cur antiq dedere.

Prouerbium.

Tulerũt.

⁋ Conſtruemus igitur dupliciter. Primo ſic: O parue puer, ſcilicet. Marcelle, aut Salonine: incipe cognoſcere riſu. i. dum rides matrem: & ſi hoc feceris, decem menſes tulerint. i. cito tranſegerint, matri longa faſtidia: aut, ſi hoc facies, decem menſes tulerunt. i. iam tranſegerunt celerrime matri longa faſtidia. Aut ſic: O parue puer, incipe cognoſcere matrem riſu. ſ. tuo: quia decem menſes tulerunt. i. attulerunt matri longa faſtidia: quæ abierint, ſi adriſeris. Incipe (inquam) puer, cognoſcere matrem riſu. i. illi adridendo, vt tibi rurſum adrideat: quia nec deus. ſ. Genius, dignatus eſt menſa, hunc cui nõ riſere parentes: nec dea. ſ. Iuno cubili. Secũdo modo ſic. O parue puer incipe cognoſcere matrem riſu. ſ. mutuo: dum tu illi, & illa tibi ridet. nam cum incaſſum loquatur, mater infanti ridet. quod aũt rideat, docet: quia decem menſes tulerunt. i. cito abſtulerunt, matri longa faſtidia, ideſt (vt dicunt)

Ordo.

dicunt)nauſeam,& ægritudinem animi,omnia faſtidientis prętædio. O parue puer, incipe(inquã) deinde, quaſi volens ſolicitare parentes, vt inducant puerum ad riſum, conuerſo ſermone ad eos, dicit. O parẽtes, facite, ſup. vt rideat, quia nec deus.ſ. Genius: dignatus eſt hunc, ſup. eorũ, qui non riſere menſa: nec dea.ſ. Iuno: cubili.i. vitalis non fuit, quiſquis alienus natus eſt à riſu, ſicut Marcello contigiſſe videtur: ex eo quod dicet. vj. Ænei. Sed frõs læta parum, & deiecto lumina vultu. & paulopoſt, Sed nox atra caput triſti circunuolat vmbra, &c. Quaſi ergo Virgi. nunc admonere velit Octauiam, Auguſti ſororem: vt omen illud, & indicium breuis vitæ, quod frons triſtis portendit, auertat riſu: dicit, ò parentes, facite vt puer rideat: quia quiſquis eſt eorum qui non riſere, nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. Et hic ſenſus videtur Quintiliani: cui & Politianus aſſentitur: nec diſ-
Regula. ſentit Mancinellus, vt vidimus. Regula eſt. Dignor, verbum cõ-
Dignor mune, in actiua quidem ſignificatione, accuſatiuum cum ablatiuo regit. in paſſiua, duos ablatiuos: alterum mediante a, vel ab: vt, Deus dignatus eſt hunc menſa. Item Æneidos. j. Non equidẽ tali me dignor honore. Secundi, vt Æneid. iij. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.ſ. ab Ioue.

PIERIVS.

❡ Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.) Tulerunt, quidem in Romano codice legitur. In Longobardico, & in Oblongo, tulerant. In Mediceo, & aliquot alijs perueteribus, tulerint. Neque deſunt, qui (teſte Seruio) abſtulerint, legant. Sed enim Donatus in Eunuchi prologo, locum hunc citat: &, tulerunt, pene vltima correpta legit ad ſimilitudinem illius Terentiani verſus, Poſtq̃; ædiles emerunt. vbi neceſſe eſt vltimum ſaltem pedem eſſe iambum. Agnoſcit & Probus, tulerunt: & metaplaſmum eſſe dicitq́, media correpta ſyllaba, quæ natura longa ſit. Eſt &, decim, per i: de quo ſuperius. ❡ Cui non riſere parentes.) Non me fugit quo pacto Quintilianus lectionem hanc acceperit, quam hic in numero figuram eſſe dixerit. Quantumq́; viri peritiſſimi ſibi ſuper hoc loco applaudere viſi ſint: quæ vero in hoc diſputent, alij viderint. Nos antiquiſſima hæc omnia exemplaria contulimus, in quibus omnibus ſcriptum obſeruauimus, cui, datiuo caſu. In aliquot etiam, quoi. Catulliano more: vt alibi, Quoi non dictus Hylas. Quo de genere ſcriptionis Quintilianus, veteres ante ſe ait, cui: quod tribus iam literis enotari cœptum erat Quoi, ad pinguem; ſonum vſos, tantum vt ab illo, qui, diſtingueretur. ❡ Dea nec dignata cubili eſt.) In Roma. codice ſcriptum eſt, cubil' eſt, Plautino more. In altero perueteri, cubili: abſq; verbo, eſt. Sed ea ſynalæpha quæ fit in, cubili eſt: huic humili generi maxime conuenire videtur: & neſcio quid ſuauitatis in eorum auribus relinquere, qui muſicis Poetarum numeris inſuerint.

QVARTÆ ECLOGÆ FINIS.

ASCENSIVS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN DAPHNIN VIRGILII.

❡ Quinta canit cæſum crudeli funere Daphnin:
Mutuaq́; ob meritum commendat dona ferentes.

Quinta canit, &c.) In v. Ecloga ꝑncipaliter canitur nænia.i. funebre, atq; exequale carmen Daphnidis: per quẽ non diſſone Cæſar intelligit: tametſi Daphnis, apud Theocritũ quoq; defleatur à Thyrſide. Sunt aũt qui canũt inter ſe amici, Menalcas, & Mopſus, ſibi inuicẽ cedẽtes: & mutuis honoribus, ac muneribus donãtes: quę res nõ abſurde monet Auguſtũ, vt ꝓ Daphnidis.i. Cæſaris fune-
Ordo. bri carmine, ꝑmiũ canentibus retribuat. ❡ Ordo verſiculorũ noſtrorũ ſtroꝝ eſt. Quinta, ſup. Ecloga: canit Daphnin.ſ. paſtorẽ optimũ, per quẽ intelligitur Cæſar imperator maximus: cæſum.i. occiſum: vulnere crudeli.i. à crudelibus, videlicet q̃bus aliq̃n pepercerat illato: & cõmẽdat.i. laudat: Menalcã.ſ. & Mopſum, paſtores amicos inter ſe ferentes.i. conferẽtes: mutua dona.i. munera: ob meritũ i. quia ſic mereri viſi ſunt. Ea aũt videtur intentio Poetæ, vt amicitiæ legem, quæ vult vt ſibi mutuo cedant, & beneficia cõferãt, & defunctum defleant, explicet: & ad præmium conferendum, Auguſtum honeſte commoneat.



# P. VIRGI. MARONIS, DAPHNIS QVAE EST ECLOGA. V. INTERLOQVVNTVR MENALCAS ET MOPSVS AMICI. M.

Cvr non Mopſe(boni quoniam con enimus ambo,
Tu calamos inflare leueis,ego dicere verſus)
Hic corylis mixtas inter conſedimus vlmos?
Tu maior,tibi me eſt æquum parere Menalca: MO.
Siue ſub incertas,zephiris motantibus vmbras,
Siue antro potius ſuccedimus,aſpice vt antrum
Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.

SERVIVS.

Cvr non Mopſe, boni qm̃ conuenimus ambo.) Inducũtur duo amici paſtores canere ad delectationẽ: Vnde & laudãt ſe,& ſibi inuicẽ cedũt. ¶ Boni.) aũt, docti.& figurate ait,boni ambo. ¶ Tu calamos iſlare leueis: ego dicere verſus.) Hic corylis mixtas,inter cõſedimus vlmos? Ordo eſt, Cur nõ Mopſe hic cõſedimus iter vlmos mixtas,corylis.ſ.vt canamus. Sane. ¶ Inter.) prępoſitio,qa p̃poſita eſt, mutauit accẽtũ,ſicut circum. ¶ Siue ſub incertas Zephyris motãtib⁹ vmbras.) Dicit qdẽ verecũde ſe illi obtẽperare debere: oſtendit tñ qd ſibi placeat. Nã ex ipſa laude antri, & ex arborũ vituperatione,quarũ incertas vmbras dicit: oſtendit ſuam ſententiã eſſe meliorem. Incertæ autem vmbræ ſunt & ex ſolis circuitu, & ex mobilitate ventorum, quod in ſe etiam dicit, Zephyris motantibus. ¶ Labruſca.) Vitis agreſtis: quæ, quia in terrę marginibus naſcitur, labruſca dicta eſt, à labris & extremitatibus terræ.

Labru/ſca.

MANCINELLVS.

¶ Cur non Mopſe.) Thyrſis Ætnęus paſtor in prima Theocriti Ecloga. Daphnidis obitũ deflet. illum Maro noſter hoc etiam loco, vt aſſolet imitatus eſt. ¶ Ambo boni.) Tu bonus inflare.l.c. Ego bonus dicere.v. ¶ Labruſca.) Vitis ſylueſtris.

ASCENSIVS.

¶ Cur nõ Mopſe boni &c.) Inducũtur duo paſtores vt dixi inter ſe amici Menalcas maior,& Mopſus minor decore cedẽs,& obſequẽs maiori, tota Ecloga actiua eſt: nã nuſq; poeta loquitur, dicit ergo Menalcas puerũ Mopſum opportũe laudãs à peritia canẽdi (nã laudari optãt pueri laudataq; virtus creſcit,& immẽſum gloria calcar habet) ò Mopſe qm̃ nos p̃iti in muſica cõuenimus ambo, cur non cõſedimus.i.locũ cæpimus etiã hic inter vlmos mixtas corylis, vt melius cõcinamus? Ad quod Mopſus, Menalca inquit cũ ſis maior tuũ eſt p̃ire,& prius locum capere meũ ſequi te, quocũq; ieris ſiue ſub vmbras, quæ tamen incertę ſunt, ſiue potius ſub antrũ quod tã amœnũ eſt, nã labruſcis exornatur. ¶ Ordo eſt. O Mopſe (inqt Menalcas) qm̃ nos ambo boni.i.docti & periti, tu ſup. bonus hoc eſt doctus, inflare calamos leueis.i.graciles, ego ſup. bonus & doctus, dicere.i. ad dicendum verſus, cõuenimus.i.ſimul iã venimus (eſt enim præteriti temporis) hoc eſt qm̃ congregati ſumus. cur non conſedimus.i. iam etiã locũ ad ſedendũ cæpimus. (Eſt.n.ẽt p̃teriti temporibus conſedimus, ſiue à cõſido, ſiue à cõſideo, nã in præſentia conſido eſſet cõſidimus: quomodo verſus ſtaret: & ſententia,& à cõſideo conſedimus, quod metri rõ damnat) cur inquã nõ cõſedimus aut cõſidimus hic iter vlmos mixtas corylis.i. ſub vmbram amœnã, & ita vmbrã laudat. Ad quod Mopſus. Tu inqt ò Menalca es maior.i.ſenior,& prouectior & ideo ò Menalca ęquũ eſt me parere.i.obedire & obtẽperare tibi. Eſt autem moralis ſententia. vnde Iuuenalis Saty.xiij. de priſcis loquens inquit Credebãt hoc grãde nephas & morte piandũ. Si iuuenis vetulo non aſſurrexerit, & ſi Barbaro cuicunq;, puer licet ipſe videret. Plura domi farra, & maiores glandis aceruos, Tam venerabile erat p̃cedere quatuor annis, &c. æquũ ergo eſt me parere.i. vt pareã tibi, ſiue nos ſuccedimus ſub vmbras incertas.i. dubias & inſtabiles, & hoc zephiris.i. ventis illis verno tempore flare ſolitis, motantibus.i. frequenter mouentibus.ſ. ramos arborum quos vmbra ſequitur, ſiue nos ſuccedimus potius, ideſt cũ maiori commodo antro.i. ad antrum hoc, aſpice.i. vide, vt, ideſt qualiter labruſca ſylueſtris.i. vitis inculta in labris.i. extremitatibus agrorum ſponte naſcens ſparſit.i. ſparſim ornauit antrum racemis raris, per quod innuit, & amœnum eſſe ſub antrum concedere, & triſte ſub vmbras incertas, quia vmbrarũ titubatio, & frequens mutatio memoriæ canentum officeret, & per abſentiã vmbrarum etiam ſol irrueret. ¶ Regula eſt. Multa verba repetita, cum qua componitur præpoſitione, præpoſitionis caſum regunt, quæ ſi non repetantur, datiuum regant, vt hic ſuccedimus ſub vmbras & antro.i. ſub antrum. De prolepſi, quæ eſt in principio, nos conuenimus ambo boni, tu inflare calamos, ego dicere verſus, alibi dedimus regulam. Reg

PIERIVS.

¶ Conuenimus ambo.) In Oblongo codice conſedimus legitur omnino corrupte. Nam conuenire huic ſententiæ congruit. ¶ Sparſit labruſca.) Vſus hic Virg. genere fœmin. qui ge. neutro plurali nu. dixit in Culice. Denſaq; virgultis auide labruſca petuntur.

Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas. ME.
Quid,ſi idẽ certet Phœbum ſuperare canendo? MO.
Incipe Mopſe prior,ſi quos aut Phyllidis ignes, ME.
Aut Alconis habes laudes,aut iurgia codri.
Incipe,paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos.
Immo hæc,in viridi nuper quæ cortice fagi MO.
Carmina deſcripſi,& modulans alterna notaui,
Experiar.tu deinde iubeto certet Amyntas.
Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ: ME.
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis:
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu deſine plura puer,ſucceſſimus antro.

SERVIVS.

¶ Montibus in nr̃is.) Ac ſi diceret, in hoc territorio. ¶ Tibi certat.) Vſurpatũ eſt. nã hodie certo tecũ dicimus. ¶ Quid ſi idẽ certet Phœbũ ſuperare canendo?) Offenſus cõparatiõe inferioris, hoc dixit: licet non amare Menalcas dixerit, Solus tibi certet Amyntas, quod tñ quia hic aſpere accępit, ille paulo poſt curat, dicens. Lenta ſalix quantũ pallenti cedit oliuę. ¶ Phyllidis ignes.) phyllis regina Thracum fuit. Hæc Demophoontem Theſei filiũ regẽ Athenienſiũ redeuntem de Troiano pręlio dilexit, & in coniugiũ ſuum rogauit. ille ait ante ſe ordinaturũ rem ſuã: & ſic ad eius nuptias reuerſurũ. Profectus itaq; cũ tardaret. Phyllis & amoris impatiẽtia, & doloris impulſu, ꝙ ſe ſpretã eſſe credebat; laqueo vitam finiuit, & conuerſa eſt in arborẽ ſui nominis.i. amygdalũ ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncũ, qui, velut ſponſi ſentiret aduẽtũ, folia emiſit. Vnde etiam Phylla ſunt dicta à Phyllide, quæ ante petala dicebantur. Sic Ouidius in Metamorphoſeon libris. ¶ Alconis laudes.) Hic Cretenſis ſagittarius fuit, cuius cũ filiũ draco inuaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, vt ea currens, in ſerpẽtis deficeret vulnere, nec tranſiret in filiũ. ¶ Iurgia codri.) Codrus dux Athenienſiũ fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenienſes: cũ reſpõdiſſet oraculum, illos poſſe vincere quorum dux perijſſet: habitu humili profectus eſt ad hoſtiũ vicina tentoria; & illic iurgio eos in ſuam cędem inſtigauit, & à nullo cognitus fecit locũ oraculo. ¶ Cortice fagi.) Vbi enĩ debuit magis ruſticus ſcribere? ¶ Modulans alterna.) Secundũ rythmũ componẽs. Alterna autem, varia, propter muſicam: cuius ſonus varius inuenitur ex pedum diſſimilitudine. Significat autem cantaturum ſe epicedion & epitaphion. Nã epicedion eſt quod dicitur cadauere nondum ſepulto. vt, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin. Epitaphion autem, poſt completam ſepulturam dicitur. vt, Daphnis ego in ſyluis hinc vſq; ad ſydera notus. ¶ Lenta ſalix quantum pallẽti cedit oliuę.) Ruſticis vtitur comparationibus. Salix autem viliſſima eſt arbor, oliuæ comparatione. ¶ Saliunca.) Herbæ genus, quam orci tunicam vulgo vocant. ¶ Roſetis.) Vbi roſæ naſcuntur. ¶ Iudicio noſtro.)

do noſtro.) Ac ſi diceret, Quid alij ſentiant, videris. ¶ Deſine plura puer.) Ceſſa te excuſando, & alia dicendo. & ſubauditur obtendere vel dicere.

MANCINELLVS.

¶ Quid ſi idē.) Ægre ferens. Mopſus ſibi cōparatū fuiſſe Amyntam, hæc ironicos refert. Phyllidis, de hac lege Naſonis epiſtolā ad demophoonta. ¶ Alconis laudes.) De hoc Manilius, vbi de ſagitta. lib. v. ſic ait. Quinetiā ille pater tali ſydere cretus Eſſe pōt, qui ſerpentē ſuper ora cubantē Infelix nati, ſomnumq; animam bibentē, Suſtinuit miſſo petere ac proſternere telo. Ars erat eſſe patrē, vicit natura periclum. Et pariter iuuenē ſomnoq; & morte leuauit. ¶ Iurgia codri.) Erant inter Athenienſes, & Dorienſes ſimultatum veteres offenſę, quas vindicaturi bello dorienſes, de euentu prælij oracula conſuluerunt, reſponſumq; eſt ſuperiores fore, ni regem Athenienſium cecidiſſent. Cum ventum eſſet in prælium militibus ante omnia, cuſtodia regis Athenienſis præcipitur. Athenienſibus eodem tempore rex Codrus erat, qui & reſponſo dei, & præceptis hoſtium cognitis, permutato regio habitu pannoſus ſarmenta colligens caſtra hoſtium ingreditur: ibi in turba obſiſtentium à milite, quem falce aſtu conuulnerauerat, interficitur, cognito regis corpore Dorienſes ſine prælio diſcedunt atque ita Athenienſes virtute ducis pro ſalute patriæ ſe offerentis bello liberantur. poſt Codrum nemo Athenis regnauit. adminiſtratio reipub. annuis magiſtratibus permiſſa. Hæc omnia ex Iuſtini lib. ij. de hoc aliqua in fine lib. j. tuſcu. quæſtionum. ¶ Immo.) Ideſt potius iſta q̃ illa quæ tu obtuliſti Immo hæc lycidas in. vij. Theocriti ait. Incipe Simicida, paruum quod carmen in altis, Confeci pridem cantabo montibus. audi. ¶ Modulans.) Canendo componens. ¶ Alterna.) Alternatio dicitur per vices ſucceſſio, authore Feſto Sappho itē ad Phaonem carmina ſua alterna vocauit. i. alternis numeris ſuccedentia, alterna ergo hic. i. varia Virg. iij. Hæc alternāti potior ſententia viſa eſt, ideſt varia cogitanti. ¶ Lenta ſalix.) Offenderat nimis amicum Amyntæ comparatione, hinc illum placat comparatione præſenti. ¶ Puniceis.) Rubicundis quaſi phœniceis.

Alcon.

ASCENSIVS.

¶ Montibus in noſtris.) Inter eundum ad antrum iterum cohortatur Menalcas Mopſum iuniorem, laudans eum prudēter quia ſic vt non ſibi omnino placeat nec ſecurus deſideat, dicens motib⁹ in noſtris ſolus tibi certat Amyntas, hoc eſt ſolū Amyntam æmulum habes in his regionibus qui tecum audeat cōtendere de laude cātilenæ. Ad quod Mopſus indignatus puerili auiditate laudis. Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? quaſi dicat, nunquid propterea Phœbo timendus ſit. Quod intelligens Menalcas ne ab inſtituto diuertatur omiſſa illius purgatione iterum cohortatur dicens. Incipe Mopſe prior &c. quibus verbis tangit triplicem materiam quæ à poetis ſolet decantari. Amores. ſ. Phyllidis, qui ab amaſijs poetis verſu elegiaco, & propter infelicem exitum à tragicis deſcribi poſſunt. Laudes Alconis in peritia ſagittandi quæ lyrici carminis materies eſt. vñ Flaccus in arte. Muſa dedit fidibus diuos pueroſq; deorum. Et pugilem victorem, & equum in certamine primum. Fidibus. n. canuntur hymni. i. laudes deorum, & victorum. Et iurgia Codri quæ ad heroicum carmen ſpectant: nam fortiter obijt pro repu. quales ab heroicis laudari & decantari ſolent. Bene ergo ad quāuis harum trium materiarum decantationem cohortatur puerum. At ille dicit ſibi parata eſſe longe alia carmina intelligēs de nece daphnidis, quibus propter argumenti atq; ſubiecti de quo ſunt, nobilitatem tantū tribuit, vt nō dubitet ſe illis Amyntam ſuperaſſe: vnde inſultans quodam modo dicit, tu deinde iubeto certet Amyntas, verū Menalcas intelligēs ſtomachum pueri gloriæ cupidi nondum ſedatum placat eum dicens. Lenta ſalix &c. ¶ Ordo eſt. Solus Amyntas paſtor ille æmulus de quo dictū eſt inuidit ſtultus Amyntas. Et hæc eadem vt ſciret quid non faciebat amyntas? vnde non dubium quin per amyntam intelligatur quiſpiā poetæ æmulus. certat tibi, contendit tecum de laude cantilenarū, in noſtris montibus. Ad ſiciliā reſpicit. Ad qđ Mopſus. Quid ſup. diceres ſi idem. ſ. amyntas ſed inuidioſe non nominat eum, certet. i. conetur ſuperare phœbum. i. principē muſicoꝝ (qa Virgilius de muſis loquens dicit, In medio reſidens complectitur omnia Phœbus. Vnde Flaccus in arte. Ne forte pudori ſit tibi muſa, lyræ ſolers & cantor Apollo. Quinetiam ſm̄ Pliniū heroici carminis authorem, nam ipſum oraculo debemus) quaſi dicat ſi forte certet non tamen ideo ſuperet eum ita nec me ſuperat, licet mecum contendere audet. Menalcas autem prudenter dehortās ab æmulatiōe & ad cantilenā cohortans dicit. Mopſe incipe prior, quaſi dicat, ſubſequar, & te iuuabo, ſed incipe prior, i. ante me (duo enī ſunt) ſi tu habes aut quos, ideſt aliquos amores Phyllidis. i. argumentum de amoribus quales erant Phyllidis reginæ Thraciæ, aut ſi habes ſupp. aliquas laudes Alconis illius optimi ſagittarij. i. argumentum lyricum de laude alicuius artis aut victoris, aut ſi habes ſupp. aliqua iurgia Codri. i. qualia Codrus rex Athenienſium excitauit vt pro rep. fortiter oppeteret, hoc eſt ſi habes carmina elegiaca tragica lyrica aut heroica, incipe, quia Tityrus mercēnarius noſter ſeruabit, ideſt cuſtodiet agnos paſcentes. Aut ideo dicit ſi quos aut Phyllidis &c. qa quilibet ea libenter canit quæ ipſe habet vnde Amaſius poeta fere amores canit ſed præſtat prior expoſitio, vt hæc pro omnibus ſimilibus argumentis ponantur. Reſpōdet Mopſus Immo ego experiar. i. faciam experimentum, & periculum an bene condita ſint hæc carmina quæ ego deſcripſi nuper in viridi cortice ſagi, illius arboris, per quam poetam intelligi dat, q̃ ſub fago dictus eſt recubuiſſe, & quæ ego modulans. i. cantando componens ad modulos, & certas menſuras alterna. i. alternatim vt ex varietate deprehēderet concētus, tu ò Menalca iubeto deinde. i. poſtq̃ ea expertus fuero, vt ſup. Amyntas certet mecum ſup. q. d. tantū eſt in eis propter argumenti nobilitatem artis & ſuauitatis, vt etiam æmulus de ſe victum fateatur, vnde dicit Menalcas placans eum. Quantum ſalix lenta. i. flexibilis in paludibus naſcens (quia dum ſolida fit, ſane longa eſt) cedit oliuæ. i. vincitur ab oliua pallenti. ſ. cortice iam vetere, & quantū ſaliūca, herba illa humilis. i. humi naſcens nec multum aſſurgens, cedit roſetis. i. fruticibus roſiferis, puniceis. i. rubicundis, tantum cedit tibi Amyntas, noſtro iudicio. i. quantum nos iudicare poſſumus. q. d. videris tamen quid alij de te iudicēt, quod dicit ne ſecuritas de victoria negligentē reddat. Sed tu puer deſine plura ſup. obloqui, nos ſucceſſimus antro. i. peruenimus ſub antrū vbi cantare delegiſti. ¶ Regula eſt. Verba ad certamen aut cōgreſſum ptinentia apud Virgilium ſæpe cum datiuo conſtruuntur, quæ apud alios fere cum ablatiuo mediante præpoſitione cum, conſtrui ſolēt. Vt hic certat tibi. pro tecum, & Æneī. j. infelix puer atq; impar congreſſus Achilli, ideſt cum Achille. Et eiuſdem. iij. placido ne etiā pugnabis amori? i. cum amore &c.

Phœb⁹ muſic⁹.

Regula gramaticalis.

PIERIVS.

¶ Solus tibi Certet Amyntas.) In Mediceo & omnibus fere codi. antiquis Certat, legitur Indicatiuo modo. Sed in Oblongo Certet, vt in vulgatis eſt. & ita etiam eſt in citato verſu apud Aruſianum meſſum. ¶ Quid ſi idē phœbū certet ſuperare.) In Medic. & aliquot alijs antiquis codicibus mutatis dictionibus legitur. Quid ſi idem certet phœbum ſuperare. quod parui momenti eſt. ¶ Aut iurgia Codri.) Seruius ait. Orto bello inter laconas & Athenienſes. At Plutarchus in parallelis ex hiſtorico Socrate bellum hoc aduerſus Thracenſes ponit. Codrumq; vno ex hoſtibus falce interempto concitaſſe alios in cædem ſuam. Tu quæ multa, Iuſtinus de Codri morte exequtur, videris. ¶ Iubeto certet amyntas.) In Roma. cod. in Longobardico, & in Mediceo legitur Iubeto vt certet. Sed enim abſq; vt, elocutio venuſtior videtur bonæ eruditorum parti.

MO. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant, vos coryli teſtes, & flumina nymphis.
Cum complexa ſui corpus miſerabile nati:
Atq; deos, atq; aſtra vocat crudelia mater.
Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem
Libauit quadrupes: nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones

SERVIVS.

¶ Extinctum nymphę crudeli funere Daphnin.) Multi dicūt ſimpliciter hoc loco defleri Daphnin quendā paſtorem. Alij dicūt ſignificari p allegoriā C. Iuliū Cæſarem, qui in ſenatu à Caſſio & Bruto viginti quatuor vulneribus interemptus eſt. Vnde &. ¶ Crudeli funere.) volūt dictū. Alij volunt Quintiliū Varū ſignificari cognatū Virgilij. de quo ēt Horatius, Ergo Quintiliū ꝑpetuus ſopor vrget. Tamen. ¶ Crudeli funere.) ad queuis pōt referri. ¶ Vos coryli teſtes & flumina nymphis.) Bñ teſtimonijs vtitur in rebus incredibilibus. Nam fletum facile deaꝝ perſona non recipit. Et bonis vſus eſt gradibus; fleuerunt

Interitum, monteſq; feri, ſyluæq; loquuntur.
Daphnis & Armenias curru ſubiungere tigres
Inſtituit, Daphnis thyaſos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus haſtas.

ſunt nymphæ, q̄bus inſita eſt naturaliter pietas. hoīes, ad quos mortis peruenit dolor. Pecudes, q̄ licet rōne careant, tn̄ non carent ſenſu. Feræ, crudelitate gaudētes. Quam rem rurſus quia incredibilis eſt, teſtimonio cōprobat, dicens. Hoc & montes loquūtur, & ſylue. Quòd aūt ait, coryli teſtes, & flumina, vſurpatū eſt. nam teſtes flumina non dicimus. Quæ enim in is exeunt, neutrū in e mittunt: vt agilis & hoc agile. Sed nec hoc teſte, & hæc teſtia poſſumus dicere. Vnde per diffinitionem debemus dicere, teſtes mihi ſunt hæ res coryli & flumina. Sic Horatius, Teſtis Metaurū flumen. Propertius, Teſtes ſunt ſydera nobis. ¶ Aſtra crudelia.) Quæ accelerauerunt Daphnidis mortem. ¶ Cōplexa ſui corpus miſerabile nati.) Lugentium eſt vt & corpori inhæreant. ¶ Nulla quadrupedes.) Hic & hæc quadrupes dicimus; alibi, Saucius at q̄drupes nota intra tecta refugit. ¶ Monteſq; feri ſyluæq; loquuntur. Hyperbolicos dixit. Et notandum ꝙ cum dicere cœperit eius apotheoſin, contra lętitiā rebus omnibus dabit, quas nunc in mœrore fuiſſe memorauit. ¶ Daphnis & armenias curru ſubiungere tigres.) Hoc aperte ad Cæſarem pertinet: quem conſtat primum ſacra Liberi patris tranſtuliſſe Romam. ¶ Curru.) Pro currui. ¶ Thiaſos.) Saltationes, choreas, Liberi ideſt liberalia.

MANCINELLVS.

℄ Extinctum nymphæ.) Maro vt diximus Theocritum imitatus eſt, & ille obitum Daphnidis deflet in prima Ecloga, crediderim tamen Cæſarem hic intelligi qui tribus &.xx. plagis confoſſus eſt. C. Caſſio, Marco & Decio Bruto principibus conſpirationis, de quo latius dicemus in fine lib. j. Geor. illud autem me credere Cæſarem intelligi cogit, ꝙ Daphnin inter deos relatum, dicit, quod & Cæſari euenit, de quo legito Trāquillum. Appianus etiam li. ij. de Cæſare ſic ait. Templa illi plurima. veluti deo publicis decretis ſtatuta ſūnt. ¶ Crudeli funere Daphnin.) Theocritus quoq; ait in primo. Diro moritur nam funere Daphnis, obierat autem amore, vnde ait ipſe. Efferor ad manes crudeli raptus amore, Dixerat, & ſæuo cōſumptus amore quieuit. ¶ Aſtra cru.) Hoc ait quoniam vt Manilius etiam inquit li. iij. Fata quoq; & vitas hominum ſuſpendit ab aſtris, Sic felix, aut triſte venit per ſingula fatum. ¶ Nō vlli paſtos.) Hoc ait, quoniam Daphnis ipſe in prima Theocriti inquit. Ille ego ſum Daphnis cui lætis paſcere campis Cura boues, domitos & duros ducere tauros. Fontibus, & liquidis plenas depellere vaccas. ¶ Ingemuiſſe leones.) Thyrſis quoq; ait in. j. Theocriti, hunc lynces flerunt morientē, & turba luporum. Fleuiſſent etiam libyci mihi credo leones, Daphnidis interitum, multæ gemuere iuuencæ. ¶ Armenias tygres.) Hæ ſunt hyrcaniæ ſæuum ferarum genus, vt Mela ſcribit. ſunt autem Solino teſte, diſtinctæ maculis, immanes, & pernicitate mirabili. Lynces autem & tygres bacchi currum trahūt, vt & Statius ſcri. ſed videntur Baccho aſſignari, teſte Probo, vt ꝑ earum colorem in vino varias eſſe hominum mentes intelligamus, vel vt per eas ſæuitia demonſtretur, quod quidam poti infinitam excedūt crudelitatem. ¶ Thyaſos.) Thyaſos ſolatia apud nos, & chorea dici poteſt, ꝙ quidem Baccho exhibebatur, deducitur autem à thyo, quod eſt ſacrifico, excito, feſtino, in illius enī ſacrificio exerceri conſueuerat. ¶ Lentas haſtas.) Thyrſos dicit, erant enim haſtæ quædam pampinis inuolutæ, quas bacchantes in chor eis deportabant.

Tygris.

Thyaſos.

ASCENSIVS.

℄ Extinctum nymphæ &c,) Poſtq; ergo conſederāt incipit Mopſus experiri ea carmina quæ ſe deſcripſiſſe in cortice fagi pręd ixerat, quibus deflet necem Daphnidis qui habitus eſt optimus paſtor intelligens haud dubie Cæſarem quem innuit optimum Romanorum imperatorem & dignitatis Romanę cuſtodē: atq; ita per matrem Daphnidis quæ nympha erat allegoricos Romā intelligere poſſumus: quæ orba tanta prole in luctum concidit. Quod vero poſt mortē Daphnidis dicit pecudes mœrore contabuiſſe, & arua ſterilitate eo pertinet vt reipub. iacturam per mortem Cæſaris ſignificet, per quam eius ſalus ſperabatur. Nam poſt eum non libera manſit: ſed à triumuiris occupata multis ciuilibus bellis attrita eſt, nec obſtat ꝙ dicturus eſt & puer ipſe fuit nam vt illic dicā, eius poteſt eſſe alius ſenſus. Quæ vocabula expoſitionis egent, aut in Seruio, aut in Mancinello declarantur. Sciendum autem eſt quia Mopſus iunior deflet necem Daphnidis, & Menalcas exultat ob diuinitatem eius quam per emigrationem ac trāſitū ad ſuperos adeptus eſt. ℄ Ordo eſt nymphę. i.

Nymphæ.

deæ

deæ fluminum, fontiū, montium, aut ſyluarum, ſed nympha dicitur etiam ſpōſa, vnde paranymphus dicitur pronubus, quo circa allegoricos intelligendæ ſunt mřonæ Romanę, flebāt. i. deplorabāt & illachrymabāt Daphnin, paſtorem illū optimum & pulcherrimū Apollinis & nymphæ filiū allegoricos Cæſarem præſtantiſſimū. ſ. imperatorem extinctum. i. occiſum extincto calore vitali, vulnere crudeli. i. crudeliter illato ab ijs, videlicet q̄bus ipſe pepercerat, vos Choryli & flumina eſtis ſup. teſtes. i. perhibetis teſtimonium nymphis (hoc eſt ſcitis quā mœſtitiam nymphę inter corylos & ad flumina, hoc eſt ad loca ſecreta ne ab interfectoribus deprehenderentur exercuerunt) flebant inquam nymphæ cū. i. quando aut interea dum mater complexa. i. inter brachia vt ſit cōtinēs, corpus nati. i. filij ſui Daphnidis, miſerabile. i. miſeratione dignum, vocat atq; deos atq; aſtra i. & deos & aſtra vel tam deos q̄; aſtra crudelia. (Id autem ſolēt qui chariſſimum quēq; amiſerunt, vñ Æneas poſt amiſſam coniugem Ænei. ij. Quem non incuſaui amēs hominūq; deorūq;?) Non vlli &c. conuertit ſermonem ad Daphnin quaſi in conſolationem eius: ſed videntur mihi hæc carmina ſic condita eſſe q̄ſi ſint excogitata ad legem amœbęi carminis, procedunt enim per clauſulas quam rem ſignificauit eorum author dicens, & modulans alterna notaui. ℄ Ordo igitur eſt. O Daphni vlli ſup. Bucolici ſeu armentarij: non egere. i. egerūt, hoc eſt minauerūt illis diebus, quibus. ſ. te nymphæ materq; flebāt, boues paſtos. i. licet paſti eſſent, ad flumina frigida. i. ad refrigeratiua & tēperatiua paſturæ, vnde grauem iacturam facere poterant quia paſti nō adaquabantur, & nulla quadrupes. i. pecus, neq; libauit. i. etiam modicum deguſtauit amnem. i. fluuium circūnantem nec attigit herbam graminis. i. frondem aut comam herbæ vulgaris. (Hic iterum tres negationes non plus efficiunt q̄; duæ facerent ſi dictio nulla in fine poneretur. diceretur enim ſic, neq; amnem libauit, neq; herbā attigit quadrupes vlla, nō nulla.) O Daphni, & montes feri. i. in quibus verſantur ferę allegoricos ꝓceres īmites & cōiurati, & ſyluæ. i. ſylueſtres. i. agreſtes, loquuntur. i. perhibent & atteſtātur etiam leones pœnos. i. punicos, qui iubati & ferociſſimi ſunt. i. ipſos ſicarios qui te trucidauerunt, ingemuiſſe. i. multum gemuiſſe, hoc eſt multo gemitu proſecutos eſſe: tuū interitum (Si ad Theocritum reſpexerimus: dixerimus omnia ſimpliciter dicta. Nam ille eadem de Daphnide fere, dicit verum multa eſt Maronis ars qui Theocritū imitādo inſtitutum ſuum perſequi nouit) Daphnis & armenias &c. Incipit vt dixi q̄ſi nouū carmen nec ſuperioribus cōtinuatum, vnde & perſonam mutat in tertia perſona nūc loquens, & ſi vt Seruius docet, hęc ſequentia manifeſte de Cęſare dicta ſunt, non video, cur reliqua de eo dicta negem. ℄ Ordo eſt. Daphnis inſtituit. i. primus ordinauit (quod Cæſar Romæ primus fecit) ſubiungere curru. i. ſubiugare ad currum, &. i. etiam, armenias. i. hyrcanas tigres q̄ ferociſſimæ ſunt, & Daphnis inſtituit inducere, aut Daphnis inducere ꝓ inducebat thyaſos. i. ſaltationes cœleſtes Bacchi. i. q̄ fieri ſolēt in honorem Bacchi, & inſtituit intexere haſtas lentas. i. molles thyrſos, folijs. i. frondibus mollibus. ſ. vitium, hoc eſt pampinis, ſic enim vocantur. ℄ Regula eſt. Nomina quartæ declinationis legitime inflectuntur, ſi mittant genitiuum in, us, & datiuum in, u, aut genitiuum in vis & datiuum in vi: ita vt in eis pares ſint ſyllabæ. At nunc genitiuum in, us, & datiuum in ui, dūtaxat mouemus, licet veteres illū in uis, diuiſas ſyllabas & tūc in, u, frequentius inflexerint, vnde eſt apud Comicū anuis cauſa. Et hic curru ſubiungere pro currui, vt quidam volunt.

PIERIVS.

℄ Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin flebant,) In Romano codice, quia putabant adſpirationē non niſi vocalibus applicari, nomē hoc paſſim adſpiratione, vel ſublata, vel tranſlata poſt n, ſcripſerunt, Dapnhin: In aliquot abſq; vlla adſpiratione ſcribit̃ Dapnin. vt in Mediceo habetur. Daphnidis porro mortem ex amore prouenientē Theocritus late ſcribit in Ode Thyrſidis. Quod vero hic Quintilius intelligatur ſub Daphnidis ꝑſona oſtendere videt̃ Hora. vbi de Quintilio ait. Nulli flebilior q̄ tibi Virgili. Solent enim poetę libenter alludere ad amicorū opera. Eaq; ſuo ita teſtimonio apud poſteros commendare. Fuit vero Quintilius hic Cremonēſis. de quo Euſeb. in lib. de temporibus. Quintilius Cremonēſis Virgilij & Horatij familiaris, loquitur. ¶ Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem.) In Longobardico legit̃. Ad flumina vlla neq; amnē. abſq; colliſione in

ne in

ne in quarto pede,quod neſcio qd magis miſerabile ſapit.ea exilitate ꝓlatũ,puncti pſertim interpoſiti ſuſpẽſiõe.¶ Libauit q̄drupes.) In Ro.codi.paſſim legitur. Quadripes.per i,in pene vltia. vt bipes.Tripes.In vſu vero remãſit.Quadrupes.per u,vt ex cõtimace cõtumax.Aucupiũ ex Aucipio,de quibus alibi.¶ Pœnos etiã ingemuiſſe leones.) In Ro.codice legere eſt.Gemuiſſe. Sed ĩgemuiſſe maiorẽ hẽt vim,& numerus ipſe magis delectat.¶ Syluæq́ꝫ loquuntur.) In Ro.codice.& in Longobardico locũtur ꝑ c,quia veteres,q,literã ignorabãt.¶ Armenias curru ſubiungere Tigres.) Ita quidem legendũ.Sed in romano codice legitur.Armenia,puto ſcriptoris negligentia:reliquæ dictiones permixtæ ſunt,& pũctis male diſtinctæ.Eſt.n.Currus vbi iungere Tigres. Quod nõnulli nũc eius codicis auctoritate moti exponere volũt hoc ordine.Daphnis inſtituit Iungere Tigres Armenias, vel vt in Romano, Armenia.In ea quippe prouincia:currus vbi.ſ.etiã iũxit.Sed vulgata lectio caſtior.¶ Inducere baccho.) Baccho paſſim habet in impreſſis codicibus.In antiquis omnibus.Bacchi. vt ſit Thyaſos bacchi.In Longobardico vltima litera abraſa eſt. Et ò,repoſitum,aliena manu,& atramento:videtur vero Bacchi fuiſſe prius.Si tamẽ malis Baccho acquiſitiue legere,nõ laboro. ¶ Mollibus haſtas.) In Longobardico,& aliquot veteribus codicibus.Aſtas paſſim legas abſq́ꝫ adſpiratione.Nomini tamẽ huic acceſſit adſpiratio ex antiquo vſu.

Vitis vt arboribus decori eſt,vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri,ſegetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis.poſtq̄ te fata tulerunt,
Ipſa Pales agros:atq́ꝫ ipſe reliquit Apollo.
Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis,
Infelix lolium,& ſteriles dominantur auenæ.
Pro molli viola,pro purpureo narciſſo,
Carduus,& ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs:inducite fontibus vmbras
Paſtores:mandat fieri ſibi talia Daphnis.
Et tumulum facite:& tumulo ſuperaddite carmen.
Daphnis,ego in ſyluis,hinc vſq́ꝫ ad ſydera notus,
Formoſi pecoris cuſtos,formoſior ipſe.

SERVIVS.

¶ Vitis vt arboribus.) Locus Theocriti eſt.¶ Tuis.) Si Romanis, Cæſar: ſi paſtoribus, Daphnis.¶ Pales.) Dea pabulo͡ꝝ.¶ Apollinẽ.) aũt dicit νόμιον.i. paſtoralẽ. Nã Admeti regis pauit armenta.& hoc dicit, Nec pabula naſcẽtur, nec pecora.¶ Grandia hordea.) Vſurpatiue metri cã dixit. nã triticũ,hordeũ,vinũ,mel, numeri tm̃ ſingularis ſunt. Vnde plurali in proſa vti nõ poſſumus. vina tm̃ poſſumus dicere Ciceronis exẽplo,qui ait in prætura, Vina,cæteraq́ꝫ q̄ in Aſia facile cõparantur.¶ Mandauimus.) Cõmendauimus vel ſeminauimus.& recte dicitur reddituris.¶ Infelixq́ꝫ loliũ.) Inutile,infœcundũ.¶ Steriles.) autẽ auenas ſm̃ ſitum Italiæ dixit.Nam in Thracia fructuoſæ ſunt.Hæc aũt dicit contingere,vt oſtendat terrã dolere quoq́ꝫ Daphnidis mortẽ.¶ Paliurus.) Herba aſperrima & ſpinoſa.¶ Spargite.) Implete.vt, Spargitur & tellus lachrymis.Et dicit ornandũ eſſe ſepulchri locum ex voluntate defuncti.¶ Inducite fontibus vmbras.) Facite nemora circa fontes.& hoc ideo,quia,vt diximus,heroum animæ habitãt vel in fontibus,vel in nemoribus.vt, Lucis habitamus opacis, Riparumq́ꝫ toros,& prata recentia riuis Incolimus.¶ Superaddite carmen.) Duos verſus carmen vocauit.Nec mirum: cum etiam de vno carmine dixerit:vt,Et rem carmine ſigno,Æneas hęc de Danais victoribus arma.¶ Daphnis ego in ſyluis,hinc vſq́ꝫ ad ſydera notus.) In ſyluis notus:& hinc vſq́ꝫ ad ſydera.¶ Formoſi pecoris cuſtos,formoſior ipſe.) Si ad Cæſarem referas,hoc dicit,Boni populi optimus imperator.

MANCINELLVS.

Pales. ¶ Pales.) Vt Naſo,& Feſt.ait,dicebatur paſtorum dea,cuius feſta parilia dicebanẽ,ꝗ pro ꝑtu pecoris eidẽ ſacra fiebãt.de hac latius.iij.Georgi.¶ Apollo.) Apud amphryſum Theſſaliæ fluuium Apollo Admeti regis armẽta iuſſus ſeruiendi cũtumelia.x.annis luere temeritatẽ,qua Cyclopas perdiderat,qui fulmẽ fecerant, quia indignabatur eo percuſſum Æſculapium filium,author eſt Probus, quare autem id dictum fuerit lib.iij.Geor.aperiemus.

Paſtor.

Apollo.

Lolium ¶ Infelix lolium.) Et nocens & infelicitatẽ apportans. Eſt enim vnum è vitijs,& morbis frugum,nocet etiã oculis,hinc ait Naſo faſto.j.Et careant lolijs oculos vitiantibus agri.Theoph.autẽ lib.viij.ſcribit ꝗ nullum ex ſeminibus corruptũ mutari in aliud aptum eſt,ꝑterq́ꝫ triticũ, atq́ꝫ hordeũ,quæ mutari in loliũ aſſerunt.

Auenæ. ¶ Steriles auenæ.) i.inanes & vanæ.Virg.li.j.Geor.Expectata ſeges vanis eluſit auenis. Inueniuntur enim auenæ quædam inanes,inueniuntur & fertiles:quæ quidem pro iumẽtis ſerunẽ. Steriles.item dicit.i.ſterilitatem cauſantes, ait nanq́ꝫ in.j.Geor. Vrit enim lini campũ ſeges,vrit auenæ,vtq́ꝫ Pli.inquit lib.xviij. primum omnium frumenti vitium auena eſt,& hordeum in ea degenerat.¶ Narciſſo.) De violis & Narciſſo ſuperius dictum eſt. Carduus hic folio & caule ſpinoſo lanugines habet, & ſemine, & radice naſci poteſt.Pli.li.xxj.Paliurus) Theophraſtus li.j.ſcribit paliurum fruticem eſſe & li.vj.indicat paliurũ in armis tãtũ habere aculeos,meminit item latius li.iij.à quo quidem Pli.accæpit,quod de paliuro ſcribit li.xiij,

ASCENSIVS.

¶ Vitis vt arboribus decori eſt.) Recitat adhuc carmina ſua de Daphnidis interitu Mopſus,ſed vt dixi varias ſententias interſerit ita vt per interualla pronuncianda videantur & q̄ſi alternatim canẽda.Vtens ergo iuxta exigentiam & decorũ Bucolici carminis comparatione rerũ agreſtiũ,dicit, Daphnin fuiſſe decus omne atq́ꝫ ornamentũ ſuis:non dicens quibus vt ad Cæſarem referri poſſet, ꝓbat aũt & decus & ſalutem fuiſſe aruis & paſcuis:quę eius morte à numinibus ſuis deſtituta ſunt:per quã rem oſtẽditur q́ꝫ neceſſaria fuerat Daphnidis ꝑſentia:innuens damnoſiſſimã reipu.fuiſſe Cæſaris necẽ,concludens aũt carmen ſuum ponit epitaphium inſcribendum tumulo Daphnidis ĩ quo manifeſta eſt allegoria vt ſub ordine dicam:qui talis eſt.Vt.i. quemadmodum.vitis eſt arboribus.ſ.vlmis præcipue q̄bus maritatur in Italia atq́ꝫ adhæret vitis: decori.i.ad decus & ornamentum quod arboribus ſterilibus ruſticus nullum iudicat eſſe niſi vitem ſuſtentet & vt.i.qualiter vuæ,ideſt racemi aut botri: ſunt vitibus decori,& vt tauri,ideſt maiores boues,aut q̄ ſubmiſſarij,ſunt gregibus,ſcilicet armentorum:(vnde grex generaliter eſt quorumuis animalium congregatio) decori:& vt ſegetes ſunt aruis.i.agris aratis pinguibus, ideſt opimis,decori, ita ſupp.ò Daphni es tu tuis.ſ.amicis & notis ac ſubditis:omne decus.i.ornamentum,probat quia poſtq́ꝫ fata tulerunt,ideſt abſtulerunt te,ideſt poſtq́ꝫ mors abſtulit nobis te,ipſa pales.i. dea pabulorum ac paſcuorum quæ ea curare maximopere deberet, (vnde ipſa & ipſe hic emphaſim habent) atque ipſe Apollo,ſcilicet nomius hoc eſt paſtoralis (quia Apollo dicitur pauiſſe armentum Admeti) reliquit agros. Et ideo quia ſine numinibus erant,lolium,ideſt herba illa nociua quæ &.zizania dicitur,infelix,ideſt infelicitatem ac pauperiem inferens colonis,& auenę ſteriles,ideſt exiguæ & modicæ aut vanæ,& inanes ac ſterilitatem inducentes:dominantur ſæpe ſulcis.i.fiſſuris aratri hoc eſt vi ſua oppreſſis melioribus ſatis oriuntur in illis ſulcis:q̄bus mãdauimus.i.credidimus & cõmiſimus quaſi ad vſurã vt plus reddant q́ꝫ accæperint:hordea.i.frumenta illa grandia.i.magna reſpectu auenæ.(Non mirum ſit ſi hordea frumentũ dico:quia generali appellatie oĩa ſemina q̄bus fruimur frumenta vocantur licet galli fere pro tritico accipiant.) Et carduus,ideſt tribulus & herba ſpinoſa,& paliurus,ideſt frutex ille acutis ſpinis,ideſt habens acutas ſpinas, aut paliurus ſurgit,ſupp.cum acutis ſpinis ſuis,pro molli viola & pro Narciſſo purpureo,ideſt purpurei coloris,hoc eſt loco violæ & Narciſſi ſeu vbi violæ & Narciſſi ſurgere deberent.Spargite &c. Incœptat iterum aliud carmen inuitans paſtores ad mollem ſepulturam Daphnidi extruendã, quã ad beatitudinem defunctorum pertinere ſtulta credidit gentilitas,vnde eſt illud Perſianum.Aſſenſere viri:nunc non cinis ille poetæ.Felix non leuior cyppus nunc imprimit oſſa. Laudãt cõuiuæ nunc non è manibus illis. Nunc non è tumulo fortunataq́ꝫ fauilla. Naſcentur violæ.Et illud Iuuenalis. Dij maiorum vmbris tenuem & ſine pondere terram, Spirantesq́ꝫ crocos & in vrna perpetuum ver. Qui præcæptorem ſancti voluere parentis.Eſſe loco.Et Martialis.Sit tibi terra leuis mollíq́ꝫ tegaris arena.Tibullus autem econtrario pro maledicto imprecatur dicẽs. O tu qui venerem docuiſti vendere,primus Quiſquis es infelix vrgeat oſſa Lapis.¶ Ordo igitur eſt.O paſtores ſpargite.i.cooperite ſpargendo humum,ideſt terram, folijs.i.frondibus arborum,aut folijs florum inducite:fontibus vmbras,ideſt facite lucum circũ fontes,quia Daphnis mandat talia fieri ſibi,& facite ſup.

te ſupp. Daphnidi, tumulum.i.ſepulturam habentē tumorē: tm̄ enim erigitur terra quantū eſt quod imponitur corpus, & ſuperaddite tumulo carmen.i.inſcriptionē ac epitaphiū ſequens, Ego ſup. qui hic ſepelior ſum Daphnis notus in ſyluis.i.in locis ſylueſtribus aut in oīum rerum congerie: hinc.i.ab hoc loco vſq; ad ſydera, ipſe.i.ego qui ſum cuſtos pecoris formoſi: formoſior ſup ple eo.i.boni populi optimus imperator. Et hoc ſi ad Cęſarē referatur. Ad quod aptum eſt vocabulum illud in ſyluis. Nā ſylue dicuntur ab hyle ſm̄ quoſdam: accipitur nonnunq̄ pro horoſcopo, vnde allegoricos dictum volunt. Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua. Itaq; Cęſar diceret ſe in primordijs rerum notum.

PIERIVS.

❡Grādia ſępe q̄bus mandauimus hordea ſulcis.) In aliquot codicibus antiq̄s legere eſt. Sępe quidē mādauimus. Sed q̄bus receptum magis. Hordea vero per adſpirationē ſcribendū ex antiq̄s pleriſq; codicibus, & ex hiſtoria, nā fordeū prius dicebat̄, inde f, in h, trāſeunte hordeū. ❡Infelix loliū & ſteriles; dominātur auenæ.) dominātur. In impreſſis tm̄ codicibus legi. In antiq̄s vero omnibus quotquot habere cōtigit. naſcuntur eius loco poſitum obſeruaui. Dominātur.n. quod numeroſius eſt, oīno habetur in Georgicis, qui ſtylus ſupra Bucolicū nō nihil extollitur. Steriles vero auenas dixit ea de cauſa: quia frumenti vitiū eſt auena, & hordeum quoq; in eā degenerat, quod quidē vitium Soli maxime cœliq; humore euenire tradit Pli.li.xviij. naturalis hiſtoriæ, ſequentēq; cām eſſe ſeminis imbecillitatē, cū diutius retentū eſt terra priuſq̄ erumpat. Eadē eſt ratio ſi charioſum fuerit, cum ſereretur. Neq;.n. inficias ierim auenā eē genus ſegetis. Sed hoc loco de ijs quæ degenerant, Poeta loquitur. Hęc ideo libuit inſerere: q̄a nō ſatis placebāt, q̄ ponuntur ab interpretibus. ❡Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo.) In Ro. codice additū eſt. Et, legiturq;. Pro molli viola, & ꝓ purp. narciſ. Sed abſq; ea particula copulatiua lectio mihi videt̄ elegantior. Quod vero ſequitur de Paliuro, quā Seruius herbam aſperrimā, & ſpinoſam eſſe dicit. Theophraſtus fruticem. Pli. arborē agnoſcit: in Cyreniaca maxime regiōe late prouenietē. Nihil tñ ꝓhibet. q̄n & herba ſit, quāuis in Cyrenaica regione ad ſpēm & magnitudinem fruticis aſſurgat. Nā & Lotos herba atq; itidem arbor eſt. ❡Inducite fontibus vmbras.) Ita pleraq; antiqua legunt exēplaria, quod etiam in vulgatis codicibus habetur. In Romano tñ, aras, nō vmbras, legitur, & aliquot exemplaria non fontibus, ſed frondibus, habēt: quāuis & alicubi frōdibus per u. ſit, vt non inuenuſte legas. Inducite frondibus aras. Nam inducere veſtire etiam ſignificat, vt apud Suetonium in Auguſto, Calceum prępoſtere inductum legas. Hæc tamen ita dicta ſint vt minime diſpliceat vulgata lectio. Fontibus vmbris.

Tale tuum carmen nobis diuine poeta, **ME.**
Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum
Dulcis aquę ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra ferem⁹, amauit nos quoq; Daphnis.
An quicq̄ nobis tali ſit munere maius? **MO.**
Et puer ipſe fuit cantari dignus, & iſta
Iam pridem Stimicon laudauit carmina nobis.

SERVIVS.

❡Tale tuū carmen.) Laudāt ſe inuicem, vt diximus ſupra. ❡Quale ſopor.) qualis res. vt, Dulce ſatis humor. ❡Feſſis.) Fatigatis labore. ❡Nec calamis ſolū ęquiparas, ſed voce magiſtrū.) Vr̄ allegoria q̄ſi ad Theocritū & Virgiliū reſpicere: hinc eſt, Nunc eris alter ab illo.i. tu ſolus poſt illū, Bucolicū carmen ſcribis. ❡Quocūq; mō.) Prout poſſumus. Et dicit ſe Daphnidis dicturū apotheoſin.i. relationē, in deos.ſ. ꝑtinētē ad diuinitatē, cū hoīes īter deos cōmemoramus. vt. ❡Daphninq; tuū tollem⁹ ad aſtra.) Tuū.i. quē diligis. ❡Tali munere.) Si amicū laudaueris. ❡Puer ipſe.) Mō Daphnin ītelligimus. nā Cęſar nō puer occiſus eſt, ſed maioris ętatis. ❡Iā pridē Stimicon laudauit carmina nobis.) Ac ſi diceret, ſcio eē optima q̄ dicturus es: fruſtra verbis extenuas. quia ille ſupra verecūde dixerat. Quocūq; mō tibi nr̄a viciſſim.

MANCINELLVS.

❡Tu nunc eris alter ab illo.) De Theocrito intelligere nō abſurdum eſt, nam reuera Maronis magiſter fuit: hoc in opere, vt etiā paſſim oſtendimus. In grammatica vero Parthenio ꝑcęptore in græcis vſus eſt, authore Macro. lib. vj. Et puer ipſe fuit. Thyrſis item ait in prima Theo. O miſer infelixq; puer: & in. vj. Theo. inquit. Daphnis erat mentum prima lanugine tectus. Cādidus inſuetum: propter hoc de Cæſa. intelligere potes. Licet multa ſm̄ Theocritum ipſi Daphnidi referantur, vt oſtendimus.

ASCENSIVS.

❡Tale tuū carmē &c.) Menalcas vt cādidus.i. minime inuidus poeta laudat Mopſi iunioris amici carmē: quo ipſum ad maiora incēderet. Et modeſte innuit ſibi quoq; carmē eē quo rn̄deat ſicut recæperat. Ad quod audiendū ſe auidū oſtendit Mopſus vt mutuā amicitiā facile inter eos agnoſcas. Sane ꝑ Menalcā videt̄ poeta hic ītelligi, ſicut in Meri. ❡Ordo eſt. O Mopſe diuine poeta. Bene vocat poetā diuinū: q̄a oīs poeta vates nec poteſt verus poeta dici cui non ſit mens diuinior q̄ cæteris, vnde Flaccus in primo ſermonū de poeta dicit. Ingeniū cui mens diuinior atque os Magna ſonaturū, des nominis huius honorē. Mentem aūt diuinā habent poetę, aut quia diuinādi peritiā, aut quia deo poſſeſſam. vñ Ouid. Eſt deus in nobis agitāte caleſcimus illo. Et q̄a ſpūs diuinus in eis ꝑdominatur ita vt deo potius authore q̄ hoīe cātare putentur, dicunt̄ etiā inſani & furere diuino furore. Aut q̄a diuini officij imitatricem, nā ſicut deus ſolus ex nihilo creat, ita poetæ ſępe quaſi de nihilo fingunt. Sed ordinē proſequamur, ò diuine poeta tuū carmē eſt ſup. nobis tale.i. res tam ſuauis ac delectabilis quale.i. q̄ ſuauis, ac delectabilis res eſt feſſis.i. defatigatis: ſopor in gramine, & q̄le.i. q̄lis res eſt: reſtinguere.i. ſedare ſitim per æſtum.i. vehementiam ſitis ex calore prouenientē, riuo dulcis aq̄ ſalientis.i. emicantis ac ſcaturientis. Nec pro quia non (nam nec idē eſt quod & nō, & aūt videtur interdū ꝓ quia capi) quia tu ęquiparas magiſtrū.i. te ęqualē facis magiſtro.i. Bucolici carminis hoc eſt Theocrito, nō ſolū calamis.i. fiſtulis tenuib⁹ ex calamis ſeu culmis factis: ſed ſup. ēt voce.ſ. tua q̄ humana eſt: hoc eſt nō ſolū ſcis fiſtula, ac tibijs ſed ēt voce plurimum vales. O puer fortunate.i. beate & proſpera fortuna vſe. tu eris nūc.i. poſthac alter.i. ſecūdus & ꝓximus ab illo.ſ. notiſſimo magiſtro, hoc eſt Theocrito, hoc eſt ꝓxima laus in canēdo Bucolico debebit̄ tibi & ita eris fortunatus. Quo verbo moraliter ſignificat̄ vnūquēq; reponere beatitudinē in eo quod maxime diligit, ſed q ad carmen nati ſunt: vident̄ ipſum maximopere diligere: vñ Flaccus in primo carminum. Me doctaꝝ hederę ꝑmia fontium. Dijs miſcēt ſuperis. Et paulo poſt. Quod ſi me lyricis vatibus inſeris Sublimi feriā vertice ſydera. Menalcas ergo, aut vt pueꝝ ad carmē incēderet, aut q̄a reuera beatū putaret: q̄ſquis muſices ꝑitus eſſet fortunatum vocat eo ꝙ laudē Theocriti aſſecutus ſit. Deinde modeſte extenuās cātilenā ſuā dicit, Tametſi proxime ad laudē Theocriti accedis: tñ nos dicemus tibi viciſſim hęc noſtra ſup. carmina, quocūq; mō.i. q̄litercunq; poterimus licet ruditer ac incondite, & tollemus, i. extollemus & trāſferemus Daphnin tuū.i. quē tātopere amas: ad aſtra.i. oſtendemus ipſum recęptum eſſe in numerum deoꝝ. Feremus inq̄ Daphnin ad aſtra q̄a Daphnis amauit quoq;.i. etiā nos. q.d. non ſolum te. Ad quod Mopſus. An ſup. putas ò Menalca, ꝙ q̄cq̄.i. q̄uis res aut quoduis munus aut donum, ſit nobis, i. reputabitur à nobis maius.i. pręſtantius, & accęptius tali munere.ſ. quali feretur Daphnis meus in aſtra. q.d. nihil gratius nobis contingere poſſet, quia ipſe.ſ. Daphnis fuit dignus cātari &.i. etiam puer.i. cum adhuc puer eſſet nedum modo in cœlū trāſlatus, & Stimichon vir ille cantandi peritus laudauit nobis iampridem.i. pridem laudauit & adhuc laudaret ſi de eis ſermo incideret, iſta.i. tua carmina. Quibus verbis (vt prædixi) non prohibemur per Daphnin Cęſarem intelligere, licet ille non occiderat puer. quia & accipitur hic pro etiā vt ſit non ſolum prouectior ſed ēt puer fuit dignus cantari: ad quod ſuffragat̄ verbū ꝑteriti temporis. Si etenim de eo q puer obierat loqueretur diceret nō fuit ſed eſt: quia iam inter deos habitus. Præterea notandū quia iampridē non ſemper verbo præſentis temporis iungitur preſertim cum verbi ſignificatio non actu ſed habitu perſiſtit vt hic. iāpridem laudauit. Nō.n. iam actu laudabat Stimichon, & tamē ſi mentio incideret laudaret. Præterea iſta non dixit ad contēptū ſed ad ſecundam perſonam referendo.

Poeta diuin⁹.

PIERIVS.

❡Quale ſopor feſſis.) In Ro. cod. Laſſis hoc alterum ex his paraphraſis eſſe debuit.

Seruius

Candidus inſuetum miratur limen Olympi: ME.
Sub pedibusq; videt nubes,& ſydera Daphnis.
Ergo alacreis ſyluas,& cætera rura voluptas,
Panaq;,paſtoresq; tenet,Dryadasq; puellas.
Nec lupus inſidias pecori,nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur. amat bonus ocia Daphnis.
Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant
Intonſi montes:ipſæ iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta,deus deus ille Menalca.
Sis bonus o felixq; tuis.en quattuor aras:
Ecce duas tibi Daphni:duoq; altaria Phæbo.
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum,ſi frigus erit,ſi meſſis in vmbra,
Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas,& Lyctius Ægon:
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
Hæc tibi ſemper erunt,& cum ſolennia vota
Reddemus nymphis,& cum luſtrabimus agros.
Dum iuga montis aper,fluuios dum piſcis amabit:
Dumq; thymo paſcentur apes,dum rore cicadæ:
Semper honos,nomenq; tuum,laudesq; manebunt,
Vt Baccho,Cererique;,tibi ſic vota quotannis
Agricolæ facient:damnabis tu quoq; votis.

SERVIVS.

¶Candidus.).i.deus.Vñ contra,nigros,mortuos dicim⁹. Significat & bonus & benignus:ſicut contra,malos nigros dicimus.Horatius,Hic niger ē,hūc tu Romane caueto.⸿Sub pedibusq; videt nubes & ſydera Daphnis.)Meritū eius oſtēdit,q̄ ſummos circulos,& cœli ſecreta cōſcendit.⸿Ergo alacres ſyluas,& cętera rura voluptas.) Quæ ſupius occupauerat mœror, vt,Ipſa Pales agros,atq; ipſe reliqt Apollo.⸿Tenet.)i.moratˀ,amplectitˀ.⸿Nec retia ceruis vlla dolū meditantur.)Adeo placet ſimplicitas Daphnidi,vt ēt ille dolus q̄ voluptati añ fuerat,cōquieſcat.ſ.venatiōis & eſt Hyperbole.⸿Intōſi.)Syluoſi,icędui.⸿De⁹ deus ille Menalca.)Hoc ſonat.De⁹ deus eſt Daphnis.⸿Sis bonus ò fœlixq; tuis.)Paſtoribus,ſi Daphnin accipis.ſi Cęſarē,bñ ſit tuis,ſuis.n.pcuſſoribus nocētiſſimus fuit:Nā Auguſtus eius filius oēs eſt perſecutus. ⸿Felix.)autē,propitius:vt, Sis felix,nr̄umq; leues quæcūq; laborē.Itē cōtra Iuno, Quæ potui infelix.i.irata.Deos enī felices vel infelices ex rebus q̄s pſtāt vocamus.⸿En q̄tuor aras,Ecce duas tibi Daphni,duoq; altaria Phoebo.)Feci inqt aras quatuor.tibi ò Daphni duas,& duas aras Apollini,q̄ ſint altaria.Nouimus.n.aras & dijs eſſe ſuperis & inferis cōſecratas:Altaria vero eſſe ſuperoꝝ tm̄ deorū:q̄ ab altitudine cōſtat eſſe noiata,quę nūc dat Apollini quaſi deo: Daphnidi vero,aras ponit.Nā licet eum dixerit deū,tñ mortalē fuiſſe manifeſtum eſt.Sane quęritur cur duo altaria Apollini ſe poſiturum dicat,cū cōſtat ſupernos deos impari gaudere numero:inferos vero pari.vt,Numero deus impare gaudet.Quod ēt pontificales indicāt libri.Sed conſtat ſm̄ Porphyrij librum,quē Solē appellauit,triplicē eſſe Apollinis poteſtatem:& eundē eſſe ſolem apud ſuperos,Liberum patrē in terris,Apollinem apud inferos.Vñ etiā tria inſignia circa eius ſimulachrū videmus,Lyrā,q̄ nobis cœleſtis armonię imaginē mōſtrat:Criphenęum,qđ & terrenū numē oſtēdit:Sagittas,qbus infernus deus & noxius indicatˀ.Vnde & Apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπολλῦν.Hinc ēt & Homerus eundē tā peſtilētię dicit q̄; ſalutis eſſe authorē.Et Horatius ait,Cōdito mitis placidusq; telo,Supplices audi pueros Apollo.Vñ Virgilius rōnis huius peritus,per altaria,ſupernū numen oſtēdit.per parē numerū,infernā indicat poteſtatē.⸿Bina.) Duo.⸿Quot annis.)Singulis qbuſq; annis.⸿Pinguis oliui.)Qđ Gręci λιπέλαιον dicunt.⸿Hilarās.)Participiū eſt ab eo quod eſt hilaro.Sane ſciendū nomen vñ venit.i.hilarus vel hilaris,à Græco deſcendere:nā ἵλαρος facit.⸿Vina nouū fundā calathis.)Ordo eſt,vina fundā calathis.i.calicibus,q̄ vina ſint nouū nectar.i. magna dulcedo.⸿Aruiſia.)aūt.i.chia,à promontorio Chij inſulę Aruiſio.⸿Lyctius Ægon.)Cretenſis:vt;Lyctius Idomenęus. ⸿Saltantes Satyros imitabitˀ Alpheſibœus.)Paſtor quidā.Sane quidē vt in religionibus ſaltaretur,hęc rō eſt,ꝙ nullā maiores noſtri partē corporis eſſe voluerunt quę non ſentiret religionē. Nam cantus ad animū,ſaltatio ad mobilitatē pertinet corporis. ⸿Et cum luſtrabimus agros.)Sic ſupra,Cum faciā vitula pro frugibus.⸿Dū iuga mōtis aper.)Sic in freta dum fluuij current. ⸿Vt Baccho Cereriq;.)Hæc.n.duo ſunt numina,q̄ & ruſtici maxime colūt,& quoꝝ numina cōia ſunt mortalibus cūctis.Sic in Georgicis,Veſtro ſi munere tellus Chaoniā pingui glādē mutauit ariſta.⸿Dānabis tu quoq; votis.)i.cū tu deus pręſtare aliqua hominibus cœperis,obnoxios tibi eos facies ad vota ſoluenda: q̄ ante q̄; ſoluantur,obligatos & quaſi dānatos hoies retinent.

MANCINELLVS.

¶Cādidus.)i.bonus,ait enim inferius,amat bonus ocia Daphnis.vtq; etiam Seneca epiſtola.iij.inquit.Oēs candidatos viros bonos dicimus.⸿Ergo.)quia ſ.inter deos relatus eſt Daphnis.⸿Duas tibi Daphni.)Quā quā.n.quis cœlū aſcenderit, eius tamen ſimulachrū apud inferos eſſe dicitur.Propterea ergo duas Daphnidi aras poſuit,duas etiā Phœbo,ꝑpter ſupeꝝ,& inferū hemiſperium. Vnde Macro.li.j.ſa.ſic ait,In ſacris.n.hæc religioſi arcani obſeruatio tenetˀ,vt cum ſol in Supero.i.diurno hemiſperio eſt,Apollo vocitetur,cum in infero.i.nocturno Dionyſius,q eſt liber pater,habeatˀ. ⸿Vina aruiſia.)Aruiſium promontorium eſt chię inſulę,ex quo vinū quod aruiſium vocāt,vt inquit Pli.li.xiiij.ca.x. Chios aūt inſula eſt vna cycladum:teſte Solino,Homeri ſepulchro alijs antecellens.De chio multa etiam Strab.lib. xiiij.vbi dicit ꝙ aruiſia locus eſt aſper & importuoſus ſtadiorum.ccc.quod vinum fert græcanicorū optimum. Chios. ⸿Nectar.)Græce ſignificat deorū potionem,vt Feſtus inquit. Sunt qui dicant nectar ſignificare immortalitatem à ne,qđ priuationē ſignificat & ctino i.occido. Nectar. ⸿Hilarans.)Lætificans.⸿Calathis.)Calicibus hoc loco.⸿Lyctius Ægon.)Lyctius eſt Cretæ vrbs digna quidem,diſtans à Cnoſo ſtadia centum viginti,à mari Aphrico ſtadia octoginta.Strab.meminit lib.x.Inde autem lyctius a.um.poſſeſſiuum. Lyctius. ⸿Satyros.)Satyrus animal eſt quod teſte Solino de hominibus nihil aliud præfert quam figuram.Bacchus autem ſatyros ad pſallendum.i.cantādum,ac ad animi remiſſionē aptos ſecum in caſtris habebat,de quo lege Diodo.lib.j.Strab.item li. x.ait Silenos & ſatyros liberi miniſtros eē. Satyrus. ⸿Alpheſibœus.)Interpretatut inquirens ſeu inueniens boues,Alphebœo enim inquiro ſignificat.Alpheno vero inuenio. Alpheſibœus. ⸿Solēnia vota.)Dicuntur quæ in omnibus annis præſtari ſolent Feſtus ſcribit ſolēnia item dicta,eo ꝙ ſolebāt fieri in anno. Solēnia. ⸿Luſtrabimus agros.)Luſtrare hic circuire ſignificat.Nā ambarualis hoſtia,vt ait Feſtus rei diuinæ cauſa circum arua ducebatur ab his qui pro frugibus faciebant.hinc & nomen hoſtię acquiſitū eſt,ab ambiendis aruis. Ambarualis hoſtia. Macro.lib.ij.ſat.de hoſtiarum generibus edocet.⸿Dū rore cica.) Cicadas rore veſci Pli.aſſerit lib.xj.⸿Damnabis tu quo.vo.)Tu quoq;,vt alij dij.Votis.i.propter vota oblata,& non ſoluta habitis optatis damnabis homines.i.dāno & pœna afficies,per qđ eius potentiam numinis oſtendit.

ASCENSIVS.

¶Candidus inſuetum miratur limen olympi.)Decenter poeta perſonarum decora obſeruat,qui puerum Mopſum Daphnidis interim mœſtū inducit,& Menalcam,quaſi virum prudentem de eius apotheoſi,ideſt deificatione.(Vnde ἀποθεόω deifico,& ἀποθεόσισ deificatio.)Nam pueri,& rerum imperiti de ſanctorum virorum obitu dolent.perfecti gaudent ſcientes ꝙ bene cū eis actum eſt qui fœliciter vitam finiuerint,quod etiā ethnicis perſuaſum eſt.Docet ergo Menalcas Daphnin.i.Cæſarē in ſydera tranſlatū adhuc veterem ſeruare clementiam:animiq; candorem,cum etiā feris bello inrerdicat,per quod innuit Clementē imperatorem tranquillitatem reipu.amaſſe.Sententie ex ordine declarabuntur qui talis eſt.Daphnis candidus,ideſt deificatus,& nulla inuidia motus,miratur limen Olympi inſuetum, ſcilicet ſibi cū in terris ageret,& videt nubes & ſydera,ideſt planetas ſub pedibus ſup.ſuis,ideſt exaltatus eſt ſupra nubes,& ſydera errantia ſaltē,aut ſi demus ei conſortiū deorum ſupra omnia ſydera.Ergo,ideſt & ideo quia Daphnis deificatus & in cœlū tranſlatus eſt voluptas.i.lætitia cœlitus infuſa tenet.i.occupat ſyluas alacris.i.lætas & cætera rura ſupple alacria.i.omnia loca in quibus Daphnis ſolitus eſt cōuerſari,& quæ ob eius mortem doluerunt,gaudent nunc de eius apotheoſi.& voluptas tenet

Pana.i.

pana.i.deũ paſtoꝝ,& paſtores & puellas.i.nymphas dryadas.i. arboreas, nec lupus meditaẽ pecori inſidias:nec vlla retia meditanẽ ceruis dolũ.i.captioné doloſam.i.ob Daphnidis hoc eſt Cæſaris apotheoſin,tãta eſt in terris lętitia, vt ét ferę.i.ſęuiſſimi ciues inter ſe pacé agãt.qa Daphnis bonus.i.cãdidus & pacis amator placidus.ſ.& benignus amat ocia.i.ĩtermiſſioné laboꝝ & ceſſationé à bellis & inſidijs. Ipſi lętitia &c. Mira arte ꝓcedit qa ferocia cũ ꝓdeſſe nequeát docet(qđ ſatis eſt)nõ nocere.mitia aũt & inanima docet hyperbolicos nõ ſolũ nõ nocere:ſed vltro lætari.dicit ergo. Ipſi mõtes intõſi.i.ſyluoſi iactãt voces ad ſydera lętitia.i.ṕ lętitia & gaudio.i.qcunq; in montibus & ſyluis habitat ṕ lętitia,& vocé ad cœlũ extollũt,ipſę rupes.i.aſperitates mõtiũ abruptę vetuſtate aut ſęuitia cœli ac imbriũ ſonãt.i.referunt iam carmina,& ipſa arbuſta.i.arbores vitiferæ ſonãt.i.referunt ac canunt mihi ò Menalca ille.ſ.qué extinctũ credebã hoc eſt Daphnis,deus ſupp.eſt deus inquã eſt(ad certitudiné bis ponit̃ deus) & ideo ò Daphni ſis bonus.i.clemés & ꝓpitius ne iuſte punias, & ſis fœlix.i.beneficus vt bona conferas tuis.ſ.dedititijs.en.q.d. ṕter opinioné cũ te extinctũ vulgus crediderit,q̃tuor aras(põt conſtrui cũ verbo ſtatuã ſic)en ergo ſtatuã quatuor aras : ecce ò Daphni ego ſtatuã.i.conſtituã tibi duas ſup.aras hoc eſt numero pari eo ꝙ corpus tuũ in terris & ſimulachrũ apud ĩferos ſit(ſed de cœleſti dicit̃ ꝙ numero deus impare gaudet)& cõſtituã Phœbo.ſ.Apollini duo altaria(duo quidé quia ét apud inferos verſatur vbi Apollo dicitur quia ἀπόλλω hoc eſt Apollo dicitur ꝑdo & deſtruo,altaria aũt quia altũ numen habet cui altare debetur) & ſtatuã.i.conſtituã tibi.i.ad honoré aut vtilitaté tuã ò Daphni quotannis.i.quoq; anno hoc eſt ſingulis annis bina pocula ſpumãtia nouo lacte,& id quidé propter corpus ad quod aĩus vocatur lacte vt in Ænei.docetur,& cõſtituã duos crateras.i.pocula maiora pinguis oliui.i.in quo ſit pingue oleũ, fructus videlicet oleę aut oliuæ arboris,hoc auté ad vſtioné pertinet,& ego hilarans.i.lętificãs in primis.i.præcipue quaſi inter primaria officia: cõuiuia.i.parentationé aut viſcerationé aut epulationé quã dabo in die anniuerſarij tui,multo baccho.i.vino,fundã calathis.i. corbibus integris aut calicibus vina aruiſia.i.chia ex aruiſio promõtorio chię inſulę,appoſitorie,nouũ nectar.i.quę aruiſia vina ſunt nouũ.i.inſolitũ nectar.i.potus deorum.fundã dico,ante focũ.i.locum in quo ignis fouetur:ſi erit frigus,& in vmbra ſi erit meſſis.i.calor q̃lis eſſe ſolet in meſſe.Videtur quibuſdã reſpicere ad necé Cęſaris,quia ad tertiũ calendas martias incerta eſt tempeſtas nunc frigida nunc calida non tamé ſic calida vt in vmbris agendũ ſit,vnde ad libitũ deliget dié ſacrificio.Et ita potius dicã in vmbra ſacrificare cõſtituiſſe dum luſtrabit agros.Damœtas & Ægon Lyctius.i.cretẽſis paſtores illi cãtare ꝑiti cantabũt mihi.i. ad voluntaté meã, & Alpheſibœus paſtor ille imitabit̃ ſatyros ſaltantes.i.ſaltabit ad cantũ Damœtę & Ægonis ad moré ſatyrorũ,hęc.ſ.ſacrificia iã dicta cũ cantu & ſaltatiõe,erunt tibi ſemper, &.i.pariter cũ.i.qñ nos reddemus nymphis.i.deabus locorũ in quibus verſamur numinibus & potiſſimũ nubiũ & pluuiarũ directricibus,vota ſolénia.i.q̃ omnibus annis ṕſtare ſolemus,&.i. pariter,cũ.i.qñ nos luſtrabimus.i.luſtrando & circũeundo piabimus agros.hoc eſt dum celebrabimus ambarualia dum.i.donec aut q̃;diu aper.i.porcus ſylueſtris,amabit iuga montis,& dũ piſcis amabit fluuios,& dũ apes paſcentur thymo.i.herba illa mellifero flore,& dũ cicadæ paſcẽtur rore.i.quãdiu ſtabit rerũ natura.honos.i.veneratio & nomen tuũ & laudes ſupple tuę,manebũt ſemper.Et agricolæ facient quotannis tibi.i.in honoré tuum vota,vt.i.quemadmodum ſupple faciũt Baccho deo vini & Cereri deæ frugũ,& quoq;.i.etiã,non ſolũ Bacchus & Ceres,dãnabis.i.obnoxios facies,votis.i.ad vota perſoluenda poſtq̃; præſtiteris pro quibus impetrandis vouerint.

PIERIVS.

❡Dryadaſq́ puellas.) In Romano codice Dryades latino declinatũ.❡Nec retia ceruis vlla dolũ meditãtur.) In codicibus aliquot antiquis.malum . non dolum eſt.quia vero;retia;poſitum eſt,magis placet,dolũ, crediderim vero malũ ab interpretibus κατὰ παράφρασιν adſcriptũ,ideo:quia dolus,& bonus & malus eſt,& Antitheton ſequitur.Amat bonus ocia Daphnis.❡Ipſę iam carmina rupes.) In Romano codice,&,copula ꝑticula inſerta eſt. Ipſe & iam carmina rupes. Quod non placet.❡Deus deus ille Menalca.) In Lõgobardico,& in Mediceo ipſe legitur . Sed ille maiorem emphaſin habere videtur.❡En quatuor Aras,ecce duas tibi Daphni duoq́; altaria Phœbo.) vide an erudite ad modũ legatur in Longobardico ecce duas tibi Daphni,duas Altaria Phœbo,vt altaria per appoſitioné legamus,conueniantq́; omnia cũ eo quod dictũ eſt.En quatuor aras,poſtea dicat,ecce duas tibi Daphni:duas autem Phœbo,quæ tamen Altaria ſint. Illud addã,in antiquis aliquot codicibus duo Altaria . abſque particula copulatiua hmõi pleraq; inuenies numeri variandi cauſa poni à Poetis.❡Craterasq́; duos ſtatuam tibi.)Duos quidem in codicibus aliquot veteribus legitur,quãuis in Oblõgo,& pleriſq; alijs duas inſolito genere legatur. In Roma.tamen duo.ad ſibilum euitandum,quod ſtatuam ſequitur. In altero perueteri dictio abraſa eſt.Duo tamen prius fuiſſe apparet,& quanuis duo etiã accuſatiuo caſu pluralis numeri vltimam cotripiat vt ex eo verſu manifeſtũ. Si duo pręterea tales idea tuliſſet. Hic tamen tã ratione loci,q̃; etiam ob conſonantes duas , quæ ſubſequuntur longa eſſet omnino.❡Hilarãs cõuiuia Baccho.) In Mediceo codice Hilarans altaria Baccho reliqui oés cõuiuia.❡Vina nouum fundã calathis aruiſia nectar.) In Oblongo quidé infundã legitur. Sed id mihi negocium faceſſit , ꝙ aruiſia dictio nuſq̃; legetur. Eodé modo in codicibus antiquis . Siquidé in antiquiſſimo notæ maioris,& in Oblongo . Aruiſia legitur. In altero vero ꝑueteri , atq; itidem in Longobardico mediæ illæ literæ abraſæ ſunt.vt quid haberet antiqua lectio non diſcernas . In Mediceo Aruſia.media tñ abraſa ſyllaba legitur. Sunt alij codices:in quibus, Aretuſia legas. Alij q corruptius quid oſtendãt. Quod vero interpretes authores citãt de vino Aruiſio in inſulę chij promõtorio:cuius etiã Strabo mentionem fecerit, Inuenio ego apud authores Gręcos aliquot ἀρσύσιαν eum locũm nuncupari , vinumq́; in ea optimũ ἀρσύσινον. Eamq́; eſſe regionem illã apud Strabonem ταχέιαν καὶ ἀλίμενον ςαδίων ὀκτὼ καὶ τριακοσίων οἶνον ἄριςον φέρουσαν τῶν ἑλληνικῶν.tam & ſi in impreſſis ab Aldo codicibus ἀρίουσια χώρα legatur. Quod niſi pro cõperto habeã latinos vocabulum mutaſſe , quod in pleriſq; alijs facere conſueuerunt : vel. Arſyſia legendum contenderim , vt apud Stephanum eſt,codicibus Virgilianis preſertim antiquis, vel variantibus , vel manifeſte adeo contaminatis:vel cum Romano codice , & aliquot alijs veteribus. Ariuſia prout etiam in Strabonis codicibus vulgatis legitur. vide tamen Plinianos codices vetuſtos.li.xiiij.ca.vij. Nam in impreſſis eſt. In ſumma gloria poſt Homerica illa,de quibus ſupra diximus, fuere Thaſium Chiumq́; ex Chio quod Aruiſiũ vocant.❡Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus.) In Ro.codi.more ſuo ſaturos per u,ſcriptum habetur, Verrio enim Flacco, vt hic quoq; veterũ opiniones referamus, eandem eſſe videtur apud nos u,quæ apud Græcos υ. Nanq; his exemplis argumentatur. Quod illi dicũt κύμινον nos Cuminũ,quam illi κυπάρισσον,nos Cupreſſum.illi κυβερνήτην,nos gubernatoré κ,enim cũ g,conſentire alibi dictũ. Nec non ex eiuſmodi θησεὺσ Theſeus πηλεὺσ Peleus. Quare multi y,pſilon literam ſuperuacuã latino ſermoni putauere. Sed cum quædam ait Scaurus, Græca nomina in noſtrum ſermoné admiſſa ſint:in quibus huius literę ſonus euidenter exprimitur vt Hyperbatõ.& Hymnus.& Hyacinthus. In eiſdem hac lr̃a fungimur neceſſario. Satyros igitur eadé ratione per y ſcribemus. Nam & Victorinus ea quæ Græci per y,ſcribunt,ſi exigat ratio per y,potius quã per u,ſcribenda præcipit, vt Berythus,non Berutus. Hylas,non Hulas. Hęc ille poſuit exépla. Verrij vero Flacci rationem apud Velium longum videre poteris.

Quæ tibi,quę tali reddam pro carmine dona? MO.
Nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam litora,nec quę
Saxóſas inter decurrunt flumina valles.
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. ME.
Hæc nos,formoſum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit,cuium pecus?an Melibœi?

SERVIVS.

❡Reddã ꝓ carmine dona?) Ille eũ ſupra tm̃ laudauerat: hic & laudat,& de munere ét cogitat.❡Sibilus.) Hic ſibilus dicit̃ res ipſa. Nã ſibila ora,ꝑticipialiter dictũ eſt ꝓ ſibilantia.❡Hac te nos fragili donabim⁹ añ cicuta.) Bñ anticipat & offert munus,qđ ille ſe facturũ eſſe promiſerat.❡Sume pedũ.) Virga incurua,vñ retinétur pecudũ pedes.❡Nõ tulit Antigenes , & erat tum dignus amari.) Aut paſtoré qué dam pulcherrimum dicit,aut Choraulã ſignificat,qué legimus admodũ à Virgilio fuiſſe dilectũ.❡Paribus nodis.) Pari & æq̃li tumore nodoſum.

Et

Et honeſte locutus eſt formo ſum nodis vel ęre. vt ſi dicas, pulcher eſt equus frenis. ¶ Me nalca.) Vocatiuus eſt.

At tu ſume pedū (quod me cum ſæpe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari)
Formoſum paribus nodis, atq; ære Menalca. MO.

MANCINELLVS.

Pedum ¶ Pedum.) Paſtoralem baculum incuruum dictū ꝙ illo oues à pedibus comprehendantur. Feſtus author. ¶ Et erat tum di.a.) Lactan. li. vj. in puerorum corruptores ita ſcribit. Quid enim po teſt eſſe ſanctum his qui ætatem imbecillem & præſidio indigē tem libidine ſua depopulandam fœdandam'q; ſuſtinuerint? Nō poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari. nihil amplius iſtos appellare poſſum quàm impios & parricidas quibus non ſufficiat ſexus à deo datus niſi & ſuum ſexum prophane: ac pe tulanter illudant. hæc ille.

ASCENSIVS.

¶ Quæ tibi &c.) vt in principio diximus qui hic canunt amici ſunt atque ita certant mutuis ſe donare muneribus mutuo'q; ſe ſe commendant vnde Mopſus (vt ſimul ordinem contexam.) Quæ inquit ò Menalca. quæ dono reddam ego tibi pro tali car mine, quaſi dicat, neſcio, nam neque ſibilus, ideſt dulcis ſpiritus cum ſtridore ac ſonitu quodam flans: auſtri illius venti venien tis, ideſt molliter ac leniter accidentis, ſupp. iuuat me tantum, ideſt intantum, nec litora percuſſa fluctu, ideſt reſonantia, & dul cia murmura quæ ſunt ad litora ad quæ fluctus confringuntur iuuant, ideſt delectant me, tam, ideſt intantum nec flumina quę currunt inter valles ſaxoſas iuuant me tantum quantum, ſupp. tua

tua carmina. Ad quod Menal cas. Nos inquit donabimus te ante, ſcilicet priuſq; aliquid muneris in nos contuleris: hac fragili cicuta, ideſt fiſtula exigua ex cicuta compacta, hæc, ſcilicet fiſtula docuit nos, i. in ea modulati ſumus, formoſum Corydon ardebat Alexin, ideſt ſe cundam Eclogam, totum autem illud (vt dicunt grammatici) ponitur materialiter loco accuſatiui, ac ſi dicā, Chriſtus docuit nos Pater noſter, &c. Hæc eadem, ſcilicet cicuta aut fiſtula do cuit nos, cuium pecus an Meliboei, ideſt tertiam Eclogam ſupra poſitam, ideſt hac cicuta modulati ſumus duas Eclogas iam ſu prapoſitas, vnde manifeſtum eſt per Menalcam Virgilium in telligi. Vnde animaduertendum eſt ꝙ nuſq; poeta in ſua perſo na puerorum amores fateatur: ſicut in perſona Mopſi dicentis. At tu ò Menalca: ſume, ideſt ſponte quaſi tibi debitum cape pe dum, ideſt baculum quo pedes ouium à paſtoribus comprehen duntur, dum eas ad ſe trahere volunt, ſume inquam pedum for moſum, ideſt ornatum & honeſtatum nodis paribus, ideſt pari diſtantia diſtinctis, ac formoſum ære quod ad finem eſt, & in no dis ipſis. quod ſupple pedum Antigenes, aut paſtor, aut cantor ille mollis, non tulit. i. abſtulit à me, & tulit ſecum. i. non obti nuit à me cum rogaret, ideſt quando aut quanuis rogaret me ſę pe. i. quanuis peteret ſæpe à me, & ideſt attamen ipſe erat tum di gnus amari. i. formoſus & delicatus puer.

Cicuta qd ſit.

QVINTÆ ECLOGÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN SEXTAM ECLOGAM, QVÆ VARVS, AVT POTIVS SILE NVS INSCRIBITVR.

Sexta canens varum recitat primordia rerum
Plurima, quæ Phœbo conſtant, cantante Sileno.

ASCENSIVS.

Sexta canēs, vt varietate placeat poeta, ne ī ſin gulis carminibꝰ rē excō modo ſuo finxiſſe dicat. i, vj. Ecloga cū honorifica ꝑfatiōe ad Varū amicū habita: recitat reꝝ ꝑmordia fabuloſa nōnul la īterſerēs. Et qa paſtoꝝ ꝑitiā ea res trāſcēdit nō in paſtorū: ſed in ſua ꝑſona cōmemorat ne tñ à bucolico officio alienū ſit carmē docet à paſtoribus Sile no extortū

no extortū, vñ qa facilius eſt recitare quā excogitare carmē de rebus ꝑhicis prudēter Sile nū, id excogitaſſe docet. Ordo verſiculorum nřorū eſt. Sexta ſup. Ecloga canēs. i. laudās & cōmendās hoc carmine: Varū amicū Virgilio virū & coaudi torē Syronis epicurei recitat plurima ꝑmordia. i. principia & pría exordia rerū, q̄ cōſtant i. manifeſta ſunt Sileno: & hoc Phœbo cātāte. Nā ea Phœbus cā tauerat ad Eurotam. vt ad finem Eclogæ dicetur.



# P. VIRGILII SILENVS, LOQVITVR VIRGILIVS IPSE.

PRima Siracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſyluas habitare Thalia.
Cum canerem reges, & prȩlia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, paſtorum Tityre, pingues
Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanq; ſuper tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & triſtia condere bella)
Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.
Non iniuſſa cano: ſi quis tamen hæc quoq;, ſi quis
Captus amore leget: te noſtræ Vare myricæ,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior vlla eſt,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

SERVIVS.

PRima Syracuſio dignata eſt ludere verſu.) Noſtra inquit muſa nō erubuit ſe ſyluis ante cōmittere. i. imitari Theocritum Syracuſanū & Bucolica ſcribere. Syracuſio aūt græce ait: nam latine Syracuſanus dicimus. Noſtra ideſt Romana: vt, Tu quoq; litoribus noſtris. Et dignata eſt, ſic dixit, quaſi ex loco ſuperiore. ¶ Syluas habitare.) Sicut, Atq; humiles habitare caſas. ¶ Thalia.) Muſa ſcilicet: & græce ait θάλεια. nam latine Thalea debuit dicere, ſicut κυθέρεια, cytherea: ſed propter euphoniam contempſit ius regulæ: & ideo in græcitate permanſit. ¶ Cū canerē reges & prælia.) Cum canere vellē. Et ſignificat aut Æneidem, aut geſta regum Albanorū: quæ cœpta, omiſit, nominum aſperitate deterritus. ¶ Cynthius.) Apollo à Cyntho monte Deli, in quo natus eſt. ¶ Aurē Vellit.) Ideſt mouit. vt alibi, Poſteſq; à cardine vellit. Aurem autem ideo, quia memoriæ conſecrata eſt, vt frons Genio, digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ. ¶ Deductum dicere carmen.) Tenue. Trāſlatio à lana, quæ deducitur in tenuitatem. ¶ Nunc ego.) Ordo eſt: Nunc ego agreſtem tenui. ¶ Meditabor arundine muſam.) Ideſt carmen ruſticum ſcribā. ¶ Nanq; ſuper tibi erunt.) Superabundabunt tibi inquit O Vare, qui ambiant tua facta deſcribere. Hic autem Varus Germanos vicerat, & exinde maximam fuerat & gloriam & pecuniam conſecutus: per quem Virgilius meruerat plurima. ¶ Triſtia condere bella.) Epitheton perpetuum bellorum. ¶ Nō iniuſſa cano.) Vel à Pollione, vel ab Auguſto, vel à Mecœnate. ¶ Hæc quoq;.) Licet vilia, ſicut Theocriti. Et hoc dicit, Si quis, licet ruſtica, legere fuerit iſta dignatus: tuas tamen in his laudes inueniet. Nam per myricas & nemora, Bucolica ſignificat. ¶ Nec Phœbo gratior vlla eſt.) Nec enim pagina vlla Apollini eſt gratior, q̃; quæ Vari nomen geſtat in titulo. Quod ideo dicit, quia hanc eclogam conſtat in honorem Vari eſſe perſcriptam. Dicitur autem ingenti fauore à Virgilio fuiſſe recitata: adeo vt cum eam poſtea Cytheris cantaſſet in theatro, quem in fine Lycoridem vocat: ſtupefactus Cicero, cuius eſſet, in theatro requireret. & cum eum tandē aliquando vidiſſet: dixiſſe dicitur & ad ſuā & ad illius laudem, Magnæ ſpes altera Romæ. Quod iſte poſtea ad Aſcanium trāſtulit, ſicut commentatores loquuntur.

MANCINELLVS.

¶ Prima.) Nullus enim è græcis quoque ante Maronem in ſcribendis Bucolicis Theocritum imitatus erat. ¶ Noſtra Thalia.) Ideſt latina muſa. noſtra autem inquit, ꝙ Varum poetam quoq; alloquitur. ¶ Syracuſio verſu ludere.) ideſt Bucolica ſcribere, vti prius Theocritus Syracuſius ſcripſerat. Syracuſæ autem glorioſa ciuitas, maximum olim tyrannorum domicilium ſub pachini promontorij radicibus; quod in orientem ſolem aſpicit eſt. Diony. edocet. Stra. lib. vj. permulta de ea ſcri. Thalia vna eſt nouem muſarum, de quibus ample diximus in noſtro carmine de floribus, de quibus item latius Diodorus lib. v. Thalia aūt capacitas, ſeu celebritas interpretatur, eo ꝙ in longum ipſis poetarū laus aperta vireſcat. ¶ Canerem reges, & prælia.) Id ſimile eſt illi. Arma virumq; ca. cœperat autem prius Ænei. inde deterritus rei amplitudine ad Bucolica diuertit. ¶ Cynthius.) Dicitur Apollo. Eſt enim cynthus mons ſublimis, & aſper vrbi iminens in Delo quæ inſula in mari ægeo ſita vrbem habet in plano poſitam, & Apollinis templum, atq; Latonæ: quæ ibi Dianam ſimul & Apollinem peperit. Id Strab. lib. x. ſcripſit. Per cynthiū vero, hic, intelligit Auguſtum, dicit enim Eclog. viij. A te principium tibi deſinet, accipe iuſſis Carmina cœpta tuis. In Ecloga vero. iiij. Apollinem appellauit, vt ibi oſtendimus. ¶ Aurem vellit.) mos eſt excitātium monentiumq; aliquem ad res agendas, reminiſcendaſq; &c. Deductum, tenue ſignificat, & ſubtile ſm Macro. lib. vj ſat. hinc ait Affranius, voce deducta. Pomponius item, vocem deducas, oportet, vt mulieris videātur verba. ¶ Vare.) In Horatio nunc varius, nunc varus legitur. Hic autem Varus ſemper. Fuerunt autē Varus & Tucca, vt ſcribit Euſeb. Virgi. & Horatij contubernales, & poetæ illuſtres, q Æneidos libros poſtea emēdarūt, ſub lege ea, vt nihil adderent. Hūc Hora. Item alibi, & ode. vj. laudat vbi dicit Agrippȩ. Scriberis Vario fortis, & hoſtium Victor mœonij carminis alite. Acro. dicit & Porphyrio Variū tragœdiam ſcripſiſſe de Thyeſte. item Fabius lib. x. de Varo ſaty. vj. Horatius ad Mecœnatem ſic ait, Nulla etenim mihi ſe ſors obtulit optimus olim Virgilius poſt hunc Varus dixere quid eſſem. ¶ Agreſtem muſam.) Ruſticum carmen, hoc eſt bucolicum. ¶ Tenui arundine.) Gracili fiſtula. ¶ Meditabor.) meditando Canam. ¶ Nō iniuſſa.) Vt iam oſtendimus Auguſto inquit Ecloga. viij. accipe iuſſis, Carmina cœpta tuis. Hæc quoq; vt, ſcilicet aliorum ſcripta leguntur. ¶ Captus amore.) Beniuolentia ductus. ¶ Myricȩ.) Dȩ ijs late in. iiij. Ecloga. ¶ Nemus.) à græco dicitur nemos, huius nemo verbum aut nemeo, vel nemo ſignificant diſtribuo, tribuo, paſco, nemora ſignificant ſyluas amœnas, vt Feſtus ait. ¶ Canet.) Reboabit. ¶ Pagina.) ideſt charta. Paginæ autem dicuntur, ꝙ in libris ſuam quȩq; obtineant regionem, vt pagi, vel à pangendo ꝙ in illis verſus panguntur. i. finguntur. Feſtus ait. ¶ Prȩſcripſit.) titulo deſignauit.

ASCENSIVS.

¶ Prima ſyracuſio. In huius ſextȩ Eclogȩ principio poeta in ſua perſona loquens videtur q̃ſi in totū bucolicū carmen exordiri; vnde nonnulli hanc primam Eclogam eſſe voluerunt. Alloquitur autem Varum amicum & contubernalem dicēs. Noſtra Thalia, ideſt florida muſa dignata eſt prima, ideſt ante omnes alias hoc eſt licet ſit materia humilis tamen non aſpernata eſt. ludere ideſt tenuiter canere verſu ſyracuſio, ideſt Theocriti poetæ ſyracuſani; neq; erubuit. i. turpe putauit aut verecundata eſt habitare ſyluas, ideſt imorari in rebus paſtoralibus & ſilueſtribus deſcribendis. Cum, ideſt quando canerem. i. canere vellem reges & ꝑlia. i. heroica carmina, quibus reges & eorum prȩlia decantari ſolēt, Cynthius, ideſt Apollo vellit aurem, & pro, ideſt admonuit (quia qui admonitos faciunt aures vellere ſolent) admonuit autem dicens ò Tityre oportet. i. decet paſtorem paſcere pinguis oues, & dicere carmen deductum. i. extenuatum & gracile quale eſt bucolicum. Et ideo ſupple ò Vare nanq; ſupererunt. i. ſupra q̃; ſatis erunt tibi qui cupiant dicere. i. diſerte conſequi tuas laudes & condere, ideſt condite enunciare, bella triſtia non tibi ſed quibus ea intuliſti. Nā quȩ alijs & prȩcipue matribus triſtia ſunt alios iuuāt & delectāt bella: vnde dicit Hora. j. carmi. Multos caſtra iuuant & lituo tubȩ. Permixtus ſonitus bellaq; matribus. Deteſtanda. honeſtius autem de Varo dicit, ꝙ multi cupient dicere q̃; ſi dixiſſet ꝙ multi dicent. Nā per hoc ꝙ dicit multos cupere innuit claritudinem geſtorū Vari illorū conatus ſuperaturam, quia ergo multi cupient dicere tuas laudes, ego meditabor i. exercebor nunc agreſti arūdine. i. ſtylo gracili & agreſti muſam agreſtem. i. carmen Bucolicum. Et ſi dicat Varus. At qui non potius Cȩſaris arma canis, dicit nō cano iniuſſa, imo cano iuſſa ab Aug. & tamen ſi quis leget quoq;. i. etiam hæc. ſ. humilia, ſi quis inq; leget captus amore, ſcilicet noſtri aut muſæ noſtrȩ, cuius ornatu ac ſpecie capi nemo poteſt, vt innuit, O Vare noſtræ myricȩ. i. argumenta humilia & materiæ bucolicæ ſupp. canent te, & omne nemus. i. ſylua amœna canet te nec vlla pagina. i. charta ſup. erit gratior. i. accæptior Phœbo. i. Apollini muſarum præſidi. q̃; ſup. ea quȩ prȩſcripſit. i. in fronte aut titulo ſcripſit ſibi nomen. Vari. q. d. nihil Phœbo inuito de Varo cecinero cum rerum ab eo geſtarum claritate adiuter.

PIERIVS.

¶ Inſcriptio huius Idylij in Ant. Roma. codice ad hunc modum habet Faunorum. Satyrorum, & Silenorum, Delectatio. ¶ Prima ſyracuſio.) In Ro. co. ſyracoſio. p o. in antepe. legit. q̃d etiā Ser. adnotauit. In Longo. & alijs, ſyracuſio, quod iā ab omnibus

Marginal notes: Syracuſe. — Cynthi⁹ — Nem — Ne — ra. — Pag — Iac — Cát

nibus receptũ eſt. ¶ Noſtra nec erubuit ſyluas habitare thalia.) In Ro. cod. Syluis, legit̃, & Thalea. Ea ratione qua diximus alibi ei diphth. in e, longam abire plurimũ apud latinos, vocali pſertim ſubſequente. Sed. n. vt Thalia græco ſono per i, ſcribat̃, iam receptũ à latinis. ¶ Cũ canerẽ reges & ꝓlia.) In antiquiſſimo co. Romano prœlia ꝑ œ diphthongõ legitur, vt in aliquot antiquis marmoribus habetur. ¶ Vellit & admonuit.) In Longobardico, velit, vnico l, ſcriptũ vt multa hmõi, antiquorũ more. In eodẽ Lõgobardico, & in Mediceo. Ammonuit, duplici m, quod ẽt habetur in oblõgo codice, adeo dura viſa eſt illi ſęculo pronunciatio, qua literæ m, d, præijceret̃. ¶ Vare tuas cupiãt.) In Lõgobardico, Vare, ſemper vnico r, ſcriptũ eſt. qđ iã recipi video. Tametſi Victorinus, quo vitium hoc emendaret duplici rr, ſcribendũ prę cęperit non ſecus ac, Arruntium, currum, & ferrum. Eundẽ vero eſſe volunt, quem Horatius, Varium appellat. Scriberis Vario fortis, & impiger. Scribit vero Diony. Hiſtoricus, Quintiliũ Varum in Germania victoriam adeptum, poſtea proditũ, poſt magnam Cladem ipſummet ſibi manum cõſciuiſſe. De eodẽ apud Suetonium, in Auguſto plura.

Pergite Pierides. Chromis & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem,
Inflatum heſterno venas (vt ſemper) Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapſa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat) inijciunt ipſis ex vincula ſertis.
Addit ſe ſociam, timidisq́; ſuperuenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima, iamq́; videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quo vincula nectitis? inquit.
Soluite me pueri. ſatis eſt potuiſſe videri.
Carmina, quę vultis, cognoſcite, carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. ſimul incipit ipſe.

SERVIVS.

¶ Pergite Pierides.) Hortat̃ muſam ad referenda ea q̃ Silenus cãtauerat pueris. Nam vult exequi ſectã Epicuream, quã didicerãt tam Virgilius q̃ Varus, docente Sirone: & q̃ſi ſub perſona Sileni, Sironẽ introducit loquentẽ. Chromim autẽ & Mnaſylum ſe & Varũ vult accipi. Quibus ideo coniungit puellã, vt oſtendat plenã ſectã epicureã, quæ nihil ſine voluptate vult eſſe ꝑfectũ. ¶ Chromis & Mnaſylus.) Iſti pueri ſatyri ſunt. ¶ Inflatum.) Impletũ venas, figurate. ¶ Iaccho.) Aut vino, aut Libero patre, qui etiã Iacchus vocatur. ¶ Serta procul.) Modo ꝓpe. Nam intulit. ¶ Tantum capiti delapſa: vt oſtenderet non longius prouolutã eſſe coronã. ¶ Attrita anſa.) Frequenti. ſ. potu. ¶ Ipſis ex.) Ex ipſis, vt tranſtra per & remos. i. per tranſtra. ¶ Timidis.) Pro timẽtibus. Nã timidus eſt qui ſemper timet: Timens vero q ad tp̃s formidat ex cauſa. Aut re vera timidis: qa pueris per ætatem naturaliter timor eſt inſitus. ¶ Soluite me pueri, ſatis eſt potuiſſe videri.) Sufficit. n. quia potui à vobis videri. Quod ideo dicit, quia ſemidei, cũ volunt tm̃, videntur, vt Fauni, Nymphę, Silenus. Poteſt & aliter intelligi, Soluite me: ſufficit ꝙ talis vobis viſus ſum, vt ligari poſſim. ¶ Huic aliud mercedis erit.) Nymphę minatur ſtuprum latenter: quod verecunde dixit Virgilius.

MANCINELLVS.

¶ Pergite.) Incipite, perſeuerateq́; canere, vel agite, vt inquit. Feſtus. ¶ Pierides.) Vide in Palæmone. Silenum, is fuit Dion. pędagogus, ac nutritor optimorũq́; inſtitutor ſtudiorũ, qui plurimũ ipſi ad virtutem, & gloriã resq́; bellicas ꝓfuit. Legito Diod. lib. v. ¶ Iaccho.) Iacchus dicitur bacchus à clamore, & ſonitu nã ipſi ſacrificantes clamare ſolebant. Iaccheo clamo ſignificat Iaccho reſono, Iacche clamor. ¶ Cantharus.) Græcũ nomen poculi genus, & proprie liberi patris poculum, quem Maro. Sileno aſſignat. Menãder pro nauiculi etiam genere poſuit Macro. author li. v. ¶ Anſa.) Circulo quo vas tenetur. ¶ Attrita.) i. lęui. ¶ Ægle.) Nympha fuit ſolis filia ex Neæra, vt Home. ſcrib. lib. xij. Odiſ. ægle autem apud nos ſplendor dicitur. ¶ Quo.) Propter quid. ¶ Satis eſt po. vi.) Sufficit vobis vidiſſe me, erat enim ſemideus. ¶ Huic ali.) clam Venerem innuit.

Iacch⁹. Cãthar⁹.

ASCENSIVS.

¶ Pergite Pierides.) Per modũ inuocationis cohartatur muſas vt ꝑgãt. i. ꝑagãt & perficiant quod prętendit enarrare, videlicet quo pacto Silenũ inuenerint paſtores & quæ carmina ab eo audierint, quod dixi cũ decoro fingit poeta, & ſi Seruio credimus per Chromin Varum & ſe per Mnaſylũ intelligit per Silenum aũt Syrenẽ epicureũ ſub quo ſimul ſectã epicureã didicerant. Ex ordine patebit ſententia. Ordo autem talis eſt. O Pierides. i. muſę rerum indagatrices, pergite. i. peragite aut pergite, & ad optatũ finẽ dirigite, quod dictum velim, inde quaſi incipiant. muſę incipit narrare dicens. Chromis & Mnaſylus ſatyri illi pueri. i. adhuc in ætate puerili exiſtẽtes (intelligit aũt Varum & ſe) videre Silenum, ſatyrum illum nutritorem Bacchi iacentem in antro ſomno. i. propter ſomnum, inflatum venas. i. habẽtem venas inflatas Iaccho. i. Baccho hoc eſt vino, heſterno. i. pridiano hoc eſt quod pridie ꝑdie eius diei biberat, vt ſemper. ſ. ſolitum iacere inflatum. Serta. i. coronæ ex pampinis quas ſibi poturo imponere ſolebat, iacebant procul. i. longe ab ipſo delapſa capiti. i. de capite tantum. i. intantũ & tam longe (quia rarũ eſt procul accipi pro eo ꝙ eſt prope: ſi tñ hic ita accipiendum eſt, vt Seruius vult ſit ordo. Serta iacebant procul. i. prope delapſa tm̃. i. tantummodo capiti) & cantharus. i. poculũ potiſſimũ vt videtur fictile, grauis. i. magnæ capacitatis, attrita anſa. i. habens anſam attritam pendebat ſupp. illic: aut potius: pendebat anſa attrita. i. per anſam attritam ex frequenti vſu, eſt enim anſa quo accipitur poculum in manum circulus, & pueri ſupp. aggreſſi. i. adorti vt terribilem inijciunt ſup. ipſi vincula ex ipſis ſertis: vnde patet quod ſerta remotius iacebãt: nam ſi propius iacuiſſent non eis ad vincula conficienda vſi fuiſſent, cum vt dicetur timidi eſſent. Aggreſſi autem ſunt, nam. ſ. Silenus luſerat. i. decæperat & feſellerat ſæpe ambos. ſ. pueros, ſpe carminis, hoc eſt promiſerat eis ſæpe carmen quod reddere recuſauerat. Ægle nympha ſplendida addit ſe ſociam & ſuperuenit timidis, ſupple pueris Ægle inquam pulcherrima. i. fortiſſima: naiadum, ideſt nympharum aquarum pingit ipſi iamq́; videnti, aut addit ſe ſociã nanq; ipſa pingit. ſ. Sileno iam experrecto frontem, & tẽpora. i. latera capitis, moris ſanguineis. i. ſanguinei coloris. Ille, ſcilicet Silenus ridens dolum. i. quia per dolum vtpote cum dormiret ipſum vinxerant, inquit ò pueri quo, ideſt ad quid, & ad quem finem nectitis vincula, ideſt arcte ligatis me? ſoluite me ſatis eſt potuiſſe videri. i. (quod potui à vobis videri cum non viſus eſſem ſi noluiſſem, ſemidei enim vt fauni, & ſatyri, & nymphæ non videbantur niſi dum volebant) Cognoſcite. i. accipite à me carmina, quæ vultis, ideſt ſcio quod carmina vultis, diſſoluite ergo me & canam vobis. carmina ſupple erunt vobis pueri merces, ideſt in mercedem quod me ſolueritis, aliud mercedis, ſcilicet ſtuprum aut concubitus erit huic. ſ. puellę Æglæ; & ſimul hoc. ſ. dicens, ipſe incipit ſupple carmen ſuum aut canere.

¶ Regula eſt. Venuſtius dictiones partitiue ad neutrũ genus redactę & quaſi fixæ tentæ, ſubſtantiua ſua in genitiuo regunt, q̃; ſi cum eis in eodẽ caſu regãtur. vnde venuſtius dixeris. Aliud mercedis erit huic q̃; alia merces.

PIERIVS.

¶ Chromis & Mnaſylus.) In Ro. codi. ſcribitur, Mnaſillus. duplicato, ll. & per i. Prętere Vale. Probus Mnaſylos. per os, legit. ¶ Spe carminis ambos luſerat.) In codicibus antiq. ambo, legit̃ quod magis placet eruditis: & ita ſcriptum à Virgi. aſſerit Cariſius. Alibiq; diximus etiam oratores eo declinatu libenter vſos. Quodq́; nunc ſuccurrit in vetuſto codi. apud Liuium legi in calce tertij Deca. j. Prælium fuit, quale inter fidentes ſibimet, Ambo exercitus veteris perpetuæq́; alterum gloriæ, alterum nuper noua victoria elatum. ¶ Iamq́; videnti.) In aliquot antiquis codicibus. Nãq; videnti. ¶ Quo vincula nectitis.) In anti. aliquot codici. Quid vincula. Sed id ex paraphraſi. Pro quo, ad qd. ¶ Inijciunt ipſis ex vincula ſertis.) In antiquis omnibus. Iniciunt i, ſecunda ſyllaba minime geminato, ea quam ſuperius attulimus ratione.

Tum vero in numerum, Faunosq́; ferasq́; videres
Ludere; tum rigidas motare cacumina quercus.

SERVIVS.

¶ In numerũ ludere.) i. ſaltare ad modũ rhythmi & cantilenæ. ¶ Motare cacumina.) Quaſi hoc genus ſaltationis vult eſſe in arboribus cacuminũ motu. ¶ Parnaſſia rupes.) Mons eſt Theſſaliæ Apollini conſecratus.

Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea:
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.
Nanq; canebat, vti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq́; animæq́; mariſq́; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis, vt his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim ſumere formas,
Iamq́; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem:
Altius atq; cadant ſummotis nubibus imbres.
Incipiant ſyluę cum primum ſurgere: cumq́;
Rara per ignotos errent animalia montes.

cōſecratus. Rhodope & iſmarus.) montes Thraciæ, in quibus Orpheus conſueuerat canere. Et hoc dicit, Non tm̄ iſti montes gaudēt cantāte Apolline vel Orpheo, quātū cātante Sileno lętatus eſt mundus. Nāq; etiā paulo poſt dicturus eſt, Et inuito proceſſit veſper Olympo. Nanq; canebat vti magnū per inane coacta Semina.) Varie ſunt philoſophorū opiniones de rerum origine. Nā alij dicunt omnia ex igne procreari, vt Anaxagoras. Alij ex humore, vt Thales Mileſius: vn̄ eſt, Oceanumq́; patrē. Alij ex quatuor elementis, vt Empedocles: ſecundū quē ait Lucretius, Ex imbri, terra, atq; anima naſcuntur & igni, Epicurei vero quos nunc ſequitur, nihil horum cōprobant: ſed dicunt duo eſſe rerum principia, corpus & inane. Omne enim quod eſt, aut continet, aut continetur. & corpus volunt eſſe atomos. i. quaſdā minutiſſimas partes quæ τομὴν. i. ſectionem non recipiunt. Vnde & atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis, quæ infuſis ꝑ feneſtram radijs ſolis videmus. dicit. n. illis nec viſum poſſe accidere. Inane vero dicunt ſpatium in quo ſunt atomi. De his itaq; duobus principijs volunt iſta quatuor procreari, ignem, aerem, aquam, terram: & ex his cætera: vt illa duo elementa ſint: hęc vero quatuor ſyntheta, ideſt compoſita ex alijs duobus, præſtent originem alijs omnibus rebus. Hac autem ratione comprobant ex atomis & inani omnia eſſe: ꝙ nihil eſt in rerum natura quod non & corpus habeat, & quia non recipit ſectionem, indicet etiā inanitatem. Vti magnum per inane coacta ſemina.) Canebat inquit mundi principium. i. quemadmodum coactæ & collectæ atomi per magnum inane fuiſſent origo ignis, aeris, terrarū, & maris. nam ſemina, atomos dicit. Dicimus hæc atomus, & hæ atomi. Animæq́;.) i. aeris: vnde & venti ſunt. Liquidi ignis.) puri. i. ętherei. Omnia & ipſe tener mundi cōcreuerit orbis.) Añ orbis: & ſic oīa q̄ in orbe ſunt. Nā mutato ordine ait, primo oīa: & ſic orbis. Cōcreuerit.) Collectus & īformatus ſit. Tū durare ſolū, & diſcludere Nerea ponto.) Canebat ēt quemadmodum terra rerū ſumpſerit formā. Iamq́; nouū terræ ſtupeant luceſcere ſolem.) Canebat quēadmodū poſt hæc ſtupeant terrę ſolis ortum: & quēadmodum cadant imbres nubibus in altum leuatis. Naturale. n. eſt vt nubes cum cœperint ſoli eſſe vicinæ, eius calore ſoluantur in pluuias. Vnde & in Georgicis ait, de ſignis ſerenitatis, At nebulæ magis ima petunt. Incipiant ſyluæ.) Bonū ſane ſequutus eſt ordinē: vt poſt ſolis & pluuiarū cōmemorationē diceret ortas ſyluas & animalia cuncta procreata.

P R O B V S.

Nanq; canebat vti.) Hactenus breuiter. Nunc vt oīs quæſtio tractetur. Quęrit̃ an poeta quatuor ſolis, & his in oībus principia rerū conuenire cōfirmet. Tunc deinde, an reuolutis ſuper eadē re ſenſibus paria percurrat, an vero diuerſa cōfundat, vt igit̃ ſenſum plene intelligamus, hoc qđ eſt ab eo verſu. Nāq; canebat

Mos Virgilianus Regula.

vti magnū per inane coacta Semina, Propriū in Virgilio eſt, vt nihil magnū ſua authoritate cōfirmet, ſed aut à muſis cōcæptū dicat, aut admirabile famæ tribuat. Hoc quidā diffidentiæ dicunt. Nā ſi cōfirmet, inquiunt, opiniones hominū ad credendum facilius nos inducent. Sed poeta fortius probat, cū ſuæ opi. etiam famā cōſentire ꝓnunciant, vt eſt illud. Quā Iuno fertur terris magis oībus vnā. Et illud, fama eſt. Enceladi. ſ. f. c. & illud. Dædalus (vt fama eſt) f. m. r. Et illud. Nāq; ferūt fama. Hipolytū. p. q. a. n. Et illud. Quid loquar, aut Scyllā Niſi. q. p. ſ. Quę niſi famę authoritas fulciat, fabuloſa videtur, & inania. Hic aūt fama Sileni ęque authoritate quæ canit, confirmat. Omnem igitur hanc rerum naturæ formā tenui primū & inani mole diſperſam refert in quatuor elemēta cōcretā. Et ex his oīa eſſe poſtea effigiata Stoici tradūt ξένων κιτιεὺσ, ac Speuſippus Solœus & Cleātes Thaſius, q principē habuerūt Empedoclē agrigētinum, qui de his ita ſcribit τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἔασιν. ζεὺσ ἀργὴσ ἥρη τε φερέβιοσ ἠδ᾽ ἀϊδωνεὺσ, νῆσ τίσθ᾽ ἡ δακρύοισ γε πικροῖσ νωμᾶ βρότειον γένοσ, vt accipiamus ζεὺσ ἀργήσ. ignē quid ſit. ζέων & cādēs qđ ignis ē ꝓpriū de quo Euripides ὁρᾷσ τὸν ὕψον τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα· καὶ τὸν περιέχοντα ὑγρὰν ἀγκάλαισ



τὸν νόμιζε ζῆνα Ennius, aſpice hoc ſublime cādēs quē vocāt oēs Ioue, Argeus aūt. i. λαμπρὸσ ἢ ταχὺσ. Nā & Home. καὶ κύνεσ ἀργοὶ, & argus vndiq; lucens, & vidēs. Hoc idē Virgi. exequutus ait. Et liquidi ſimul ignis, purum demonſtrans, non liquentē. Et liquidum ſuper æthera lapſę, ęque purum. Item, quod fieri ferro, liquidóve poteſt electro, puri coloris. vbi autem ait, liquido diſtendunt nectare cellas. Nec enim liquenti ꝓ fluenti dixit, Sed puro. in hoc enim commendatio eſt operis apū. Nec enim laus eſt mellis, ſi fluat: ſed gloria, ſi lucidū viſatur ἥρη aūt πρέσβιοσ terra tradit. ꝙ victū ferat. De qua Home. ζείδωροσ ἄρουρα, vn̄ τὴν ἥραν, qdā αἶραν appellarūt ἠδ᾽ ἀϊδωνεὺσ. Ditē patrē gloſſa ſignificat. Sed accipere debemus aera: quē Euripides in Cadmo χάοσ appellauit ſic οὐρανὸσ ὑπὲρ ἡμᾶσ κλεινὸσ φοιτῶν ἕδοσ δαιμόνιον τὸ δ᾽ ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸσ οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάοσ. Quia quibuſdā videtur aera, qui ex ſumma mōtiū, & ima terrarū ſegnis faciat cum reliquo, qui ſuper incubat eſſe obtuſiorem, atq; ita vicem inferiorum obtinere, hoc aūt adnotaſſe Virgiliū aiunt in ſexto, Tota paſſim regione vagantur Aeris in cāpis latis atq; omnia luſtrant, vt poſt mortē ſoluto corpore vmbrę in hac obuerſentur caligine animæ vltimo aeri, & puriori tranſmittantur, νῆστισ aquam ſignificat, quæ. ſ. ſincero habitu cuncta confirmet. Nam creditur id eundem hominem quē accæperit ſeruare. Cicero autem ἀϊδωνέα pro terra interpretatur ἥραν ꝓ aere verſa vice in lib. ſecundo de Deorum natura. Aer inquit vt ſtoici diſputant interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror & coniux Iouis, ꝙ ei ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma cōiunctio, effœminarunt aūt eum, Iunoniq́; tribuerunt quod nihil eſt eo mollius, Sed Iunonem à iuuādo credo nominatā, Hæc de aere. Infra de terra ſic. Terrena aūt vis omnis: atq; natura Diti patri dicata eſt, q diues vt apud gręcos πλοῦτοσ: quia & recidunt omnia in terras, & oriuntur ex terris. Idem hoc Home. ſignificat ſic.

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται. ἕκαστοσ ἔμμορε τιμῆσ
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, ἀΐδησ τ᾽ ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα.
ζεὺσ δ᾽ ἔλαχεν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
γαῖα δ᾽ ἔτι κοινὴ πάντων, καὶ μακρὸσ ὄλυμποσ.

Vt ad Iouem æther pertineat, mare ad neptunū, ditis imperia apud inferos, terrā cōmunem omnibus remanſiſſe. In quo animaduertendū eſt, ꝙ Homerus conſentiat Empedocli, & Eracleoni, Ciceronis diuerſa opinione. Ariſtote. quatuor elementa ait, aquam, & terram ponderibus ſuis deorſum ferri, Ignē & aera tenuitate ſua ſubleuari, & his quatuor elementis quintū, quaſi ꝓprium æthera addidit priuata mole diſcretum. Idem Ariſto. ait non eſſe idem ignem, & æthera, diuerſitatemq́; eorū cōprobari ex eo, ꝙ ignis omnia cōſumat, æther omnia cōſeruet & nutriat, Anaxagoras his quatuor elementis cōſtitutis rectorē adiūgit ſiue ſpūm, ſiue deū, ſiue mentē, per hęc q̄tuor regantur. Hic Anaxagoras abderites fuit Democrito popularis, & diſcipul⁹. Quāq; alij Dionyſium Cizicenum, Quidam Ariſto. magiſtrum eius affirmāt, vir nobilis amicus Alexādri apud pſas comes, hic animū principium omnium ſenſuū facit, quem ſequutus Plato in libro περὶ ψυχῆσ, ſic ait ἀλλ᾽ ἀκούσασ μὲν ποτὲ ἐκ βιβλίου τινὸσ ὡσ ἔφη ἀναξαγόρου ἀναγινώσκοντοσ, καὶ λέγοντοσ ὡσ ἄρα νοῦσ ἐστὶν ὁ πάντα ἀεὶ κοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιοσ, ἔδοξέ μοι εὖ ἔχειν τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον. καὶ ἡγησάμην εἰ τοῦτο οὕτωσ ἔχοι τόν τε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν. Quod æque Virg. idem ſecutus eſt.

Spiritus intus alit, totamq́; infuſa per artus.
Mens agitat molem,

Nā ꝙ Anaxagoras νοῦν hic ſpūm dixit. Et qm̄ incidimus in hunc locum, par eſt præſenti quæſtioni ſummatim videamus, quid in his quoq; agat Virg. verſus ita ſe habent.

Principio cœlum, ac terras, camposq́; liquentes,
Lucentemq́; globum Lunæ, Titaniaq́; aſtra,
Spiritus intus alit.

Quod ibi Anchiſen facit diſputantem, ꝙ hic Silenum deum non niſi, ꝙ poeta Ennius Anchiſen augurĳ, ac per hoc diuini quidam habuiſſe præſumit. Sic doctusq; Anchiſes Venus: quem pulchra dearum, Fari donauit diuinum pectus habere, Næuius belli punici libro tertio ſic, poſtq; auem aſpexit templo Anchiſes ſacra immenſa penatium ordine ponuntur. Immolabat auream victimam pulchram, Virgilius ſic, & ſi pietate meremur, Da deinde augurium pater, atq; hæc omina firma. Niſi enim petĳſſet omina, nunquã confirmari optaſſet, dehinc viſa ſtella ait, veſtrũ hoc augurium, veſtroq;, in.n.t.e. Idem Virgilius in tertio Æneidos, vbi primum Italiam: quo auſpicati ſunt, ac templum in arce Mineruæ, conditum ab Idomeneo & ſalẽtinis. De qua re hęc tradit Varro, qui ſit Menippeus. non à magiſtro, cuius ætas longe pręceſſerat nominatus, Sed à ſocietate ingenĳ quod is quoq; Omnigeno carmine ſatyras ſuas expoliuerat, in tertio rerum humanarum refert, Gentis ſalentinæ nomen tribus è locis fertur coaluiſſe, è Creta Illyrico, Italia. Idomeneus è Creta oppido Lyctio pulſus, per ſeditionem bello magnenſium cum grandi manu ad regem Cliuicum venit ad Illyricum. ab eo item accæpta manu cum locrenſibus pleriſq; profugis in mari cõiunctus, amicitiaq; per ſimilem cauſam ſociatis locros appulit vacuata eo metu vrbe, ibiq; poſſedit aliquot oppida, & cõdidit, In quis vrbs, & caſtrum Mineruæ nobiliſſimum. In tres partes diuiſa copia in populos.xĳ. Salentini dicti, quod in Salo amicitiam fecerint. Cum ad hanc igitur arcem, ſiue oppidum equos aĩaduertiſſet Anchiſes, vt augur exclamat. bellũ ò terra hoſpita portas.

Anchiſes diuinus.

Salẽtini vnde dicti.

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ĳdem olim curru ſuccedere ſueti.
Quadrupedes, & frena iugo cõcordia ferre. Spes eſt pacis ait. Apte igitur Anchiſes de rebus diuinis alibi loquitur, vt hic Silenus. Quæramus igitur, an & ibi, ſicut hic quatuor principia deſignet.
Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit.

Nam terram ſimpliciter dixit, in campis liquentibus mare ſignificat, cæterũ cœlũ, quod dixit, Si pro igni accipimus, vbi aer, Sin vero cœlũ pro aere, vbi ignẽ requiremus? Æmylius Aſper cum hunc locum adnotaret, ſic ait hæc membra naturæ, ſic ſolet iungere, vt in tria diuidat. Nã & alibi maria, ac terras, cœlũq; ꝓfundũ, Et Homerus ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽ ἐν δ᾽ οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν. Sed & Homerum ipſo hoc loco poſſumus ꝓbare, quatuor elementorũ mentionẽ feciſſe. Nam ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξεν Achilles ſignificatur, vt homo terrenus. cui arma fiebant: ἐν δ᾽ οὐρανόν aerem. ſcilicet. In quo iſta fiebãt, Ignem extrinſecus adhibemus in ipſo Vulcano. Similiter & Ennius in Medea exule in his verſibus. Iuppiter, tuq; adeo Summe ſol, qui res omnis inſpicis, qq; tuo lumine mare, terram, ac cœlum contines, inſpice hoc facinus, priuſquam fiat, prohibe ſcelus. Iam & hic Iuppiter, & Sol pro igni, qui mare, terram, & cœlum continet, non dubie cœlũ pro aere dixerit, ita vt Virgilius Dædalus vt fama eſt.f.m.r.præpetibus.p.a.ſ.c.cœlo. Nam Dædalum volantem aer ſuſtinuit: ignis prodidit, vt Icarum, & in eodem, Geminæ cum forte colũbæ, Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes. Nam & auium volatus in aere, & Lucretius manifeſtius, cum ait in hoc cœlo, qui dicitur aer. Quãq; quod ad Homeri verſus pertinet ἠέλιον ἀκάμαντα ignem quidam velint ſignificari, quoniam ſol nihil aliud eſſe credatur, quàm lumen igni permixtum, hoc & Anaxagoræ Clazomenio viſum Socrates reprehendit, vt Xenophon in.iiĳ. ἀπομνημονευμάτων, ſic refert, κινδυνεῦσαι δ᾽ ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι, ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ πῦρ τε καὶ ἥλιον, ἠγνόει ὡς τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥαδίως καθορῶσι εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ, ἠγνόει δὲ ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων, ἄνευ μὲν τοῦ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται, φάσκων δὲ τὸν ἥλιον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον ἁπάντων λαμπρότερος ὢν διαμένει. Igitur ſecundum exempla apud Virgi. cum cœlum pro aere poſitum intelligimus, ignem in eo interpretabimur, ꝙ ait, titaniaq; aſtra, ea enim eſſe ignea per ipſum probanda in primis, quod ait, vbi maximus Atlas, Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum. Deinde, me patris Anchiſæ quoties aſtra ignea ſurgunt. Item. nam neq; erant aſtrorum ignes. Item Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ, Item Cicero in.ĳ. de Deorum natura ſic. Quem complexa ſumma pars cœli, quæ æther dicitur, & ſuum retinet ardorem tenuem, & nulla admixtione concretum, & cum aeris extremitate cõiungitur, In æthere autem aſtra voluuntur, quæ ſe, & nixu ſuo conglobata continent, & forma ipſa, figuraq; ſua momẽta ſuſtentant. Sũt enim rotunda, quibus formis, vt dixiſſe ante videor, minime noceri poteſt, ſunt autem ſtellæ natura flammeæ, quæ circa terræ, maris, aquarum vaporibus alantur ĳs, qui à ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur, quibus peraltæ, renouatęq; ſtellæ, atq; omnis æther effundat eadem, & rurſus trahat in idem, nihil vt fere intereat, aut admodum paulum, quod aſtrorũ ignes, & ætheris flamma conſument. Ex quo noſtri venturum putant id, de quo Panetium addubitare dicebant, vt ad extremum oĩs mundus igneſceret, cum humore conſumpto: neq; terra ali poſſet, nec remaneret aer, cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet. Itaq; relinqui nihil præter ignem: à quo rurſum animante, ac de eo reuocatio mundi fieret, deniq; ornatus orietur. Sin vero cœlum pro igni in his verſibus intellexerimus, quem eundem mundum, & coſmon dictum probat Varro in cynicis, quam inſcripſit dolium, aut ſeria ſic. Mundus domus eſt maxima homuli, quam quinq; altitonæ flammeæ Zonę cingunt, per quam limbus pictus bis ſex ſignis ſtellis micãtibus altus in obliquo æthere lunæ bigas accæptat. & appellatur à cœlatura cœlum, græce ab ornatu κόσμος, latine à pruritie mundus. Si ergo cœlũ pro igni accæperimus, ſupereſt in eo, quod ait ſpiritus intus alit, aerem dictum præſumamus. Hic eſt etiam, qui nobis viuendi ſpiritum commeatum largitur, hoc illum & Ennius appellauit in annalibus, Corpore tartareo prognata plaude virago, quoi per imber, & ignis ſpiritus & grauis terra. Item Lucilius in xxix. ſatyrarum. Hoc cum feceris cum cæteris reus vna tradetur lupo non aderit ἄρχαιος hominem, & ſtochis ſimul priuabit eum igni, & aqua interdixerit, duo habet ſtochia, id maluerit, priuabit tamen, & Cice. in eo lib. quo ſupra, principio enim terra ſita in media parte mundi circunfuſa vndiq; eſt, ac aĩali, ſpirabiliq; natura, quoi numen eſt aer, vt Virgilius in verſibus ſuperioribus Terrarumq;, animęq; cum ſignificaret aeris. Ergo in his quoq; verſibus ſpiritũ pro aere accæpimus. Quatuor elementorum facta deſcriptio, ad quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in logiſtorico, qui inſcribitur Tubero de origine humana ſic dicens. Cœlum eſt teſta, item vitellum. vt terra inter illa duo, humor quaſi ilcinus cluſus aeri, in quo calor. In eodẽ etiã libro Varro interpretatur vitellum appellatũ, quia nutriat vitalia. Nã & quod ait Virg. Ni faciat maria ac.t.c.q.p. Quippe.f.r.ſ.u.ſ.a. non vt Aſper putat mundũ in tres partes diuiſit. Nã pro aere venti hic extrinſecus accipiuntur, ad quod argumentũ collegimus Ennĳ exemplũ de annalibus tertio. ſic denſis aquila pennis, obnixa volabat vento, quem perhibent graiũ genus aera lingua. Item cum ait. Virg. Quin aſpera Iuno. Quæ.m.n.t.q.m.c.c.q.f. Nec hic trium tantum modo elementorum intelligenda auctoritas. Nam Iunonis nomen inſigne poſitum eſt aeris, & exemplo ſuperiore Ciceronis, quo eam Ioui iunctam, vt aerem ætheri vicinum declarauit. Item Homeri verſus eundem Referunt intellectum, cum Iuppiter caſtigans ait.

Conflagratio mũdi.

Mũdus

Ouo cõparatur mũdus.

ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ᾽ ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
χρύσεον ἄρρηκτον. σὺ δ᾽ ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι ἐκρέμω.

Hæc Iuppiter Iunoni dixit comminatus quæ enim poſſunt Iunonis videri ſuſpendia, niſi librati aeris elementa? quæ ſunt pedibus dimiſſa pondera, niſi terræ mariq; iacentia? Quis aureus laqueus niſi igneus? Quid enim ſi nomen Iunonis, græce pronunciẽs ſæpius, nonne iteratum inciditur, quinimmo cõſequitur nomen aeris, ideſt vt incipiat ἥρα, atq; identidem reuoluta fiat aer. Sic etiam apud Homerum vbi dĳ armis diſceptant, Iuno Dianę adempſit, quæ luna confuſa aeris denſitate conſuerit pati obſcuritatem, Quanq; & eandem Lunam, ſiue Dianam, & eandem Iunonem videri. ibi dicat Cicer. in.ĳ. de Deorum natura, ſic Luna à lucendo nominata, eadem lucina, Itaq; vt apud græcos Dianã. eandemq; luciferam, ſic apud nos Iunonem in pariendo inuocant, quæ eadem Diana anniuaga dicitur non à venando, ſed ꝙ in ſeptem vagatur, tanquam venatibus Diana dicta, qua noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, ꝙ matureſcũt, aut ſeptem nonnunq;, aut plerunq; nouem lunæ curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominati, Varro etiam in logiſtorico, quem inſcripſit Meſalla de valitudine, ait antiquos

agreſtes venandi peritos, quum plurimum in ſyluis agerent, ꝙ
veluti Diana duce ad inueſtigandas feras paterent Deuianam ap
pellaſſe deam: mox Dianam, quod intelligerēt eandem eſſe, quę
diem naſcētibus daret, Plane trinam eſſe mūdi originem, & Lu
cretius cōfitetur dicens, Principio maria, ac terras cœlumq́; tue
re. Quorū naturam triplicē tria corpora texta, & alio loco, Om
nia per ſonitus arcet terrā, mare, cœlum, Affranius etiam in au/
gure, modo poſtea q̄ adripui trabes, hunc noſtrum augurē, ma/
re, cælum, terram ruere, ac tremere diceres. Cōſentit & Pherecy
des, ſed diuerſa affert elementa ζῆνα inquit καὶ χθὸν καὶ κρόνον,
ignem, ac terram tempus ſignificans, & eſſe ęthera, qui regat ter
rā, qua regatur tempus, in quo vniuerſa pars moderetur. Sunt
qui binis principiis mundum diſcriminēt. Nam zenophanes co/
lophonius terram, & aquam prodidit. Quanq̄ ab Homero hæc
eſt tracta opinio ἀλλ' ὑμῆσ μεν πάντεσ ὕδωρ, καὶ γαῖα γένη/
σθε, Cōſentit in numero Eurypides, ſed ſpeciem diſcriminat, ter
Addita. rā enim & aera inducens principia ſorori declarauit. ¶ Hæc pro
bus, qui in hac re probe philoſophatus videt̄, ſed quia ad catho/
Queſtio licam veritatem magis quadrant. que a Chriſtophoro Landino
cum ſo afferuntur: addemus etiam ea premiſſis tamē quibuſdam nota
lutione tu non indignis, Quorū ſit hoc primum. Videres verbum ſecun
dæ perſonæ poſitum eſſe generaliter, nam non magis ſecūdam
q̄ quālibet reſpicit, perinde enim eſt ac ſi dicat̄, omnis, qui adeſ/
ſet videre poſſet. Sed occurrit dubium, quia dictum eſt ad illud,
Soluite me pueri, ſatis eſt potuiſſe videri, ſemideos non videri,
niſi dum vellent quomodo ergo nunc faunos, cuilibet viden/
dos dicat? Reſpondes tanto ſtudio ſaltandi ductos, vt ſeſe occul
tandi curam negligāt, Notum autem eſt. In præpoſitionē, quan
do pertinet ad formam, aut ſimilitudinē deſeruire accuſatiuo,
vt in numerum, ideſt ad menſuram, & modū numerorum, Nō
ſine emphaſi dicit quercus rigidas motare cacumina, quia ſi rigi
dę, vtpote annoſæ & duræ motāt cacumina, multo magis tene/
ræ, & flexibiles, vel ꝙ eorū ætas aptior eſt luſui, vel ꝙ cacumi/
na flexibiliora. Neq; putabimus vento motari. quia venti, Sile/
no cantante, non flant, eo ꝙ vitibus obſunt, ſed per hyperbolem
etiam quercus rigidas tanto affici gaudio, vt prę læticia tripudi
ent. Et quia Orpheum canentem ſecutas dicunt ſyluas, & lauros
Eurotæ didiciſſe carmina Phœbi, infert per excellentiam. nec tā
tum Phœbo. Quaſi dicat tametſi Phœbus eſt muſarū princeps,
tamē non vſq; adeo gaudet parnaſia rupes Phœbo dicata, ipſo
cantante, quantum omnis mundus gaudet cātante Sileno. Præ
terea ſi maius dicas, ꝙ quercus orphea ſecutæ ſint, quā ꝙ cacu/
mina motarint, dicet poeta, ꝓpterea minus eſſe, quia in vno, aut
altero dūtaxat loco, vtpote in Rhodope aut Iſmaro id contigit,
cum Sileno cātante omnis mūdus gaudeat, & præ gaudio exul
tet, neq; opus eſt, vt ſylue ſequantur, cum Silenus ligatus, nō di
ſcedat. Id genus complura, & ad hunc, & ad cōſimiles locos fa
cile adduci poſſent, ſed his contenti ſumus.

CHRISTO.

¶ Parnaſia rupes,) parnaſus phocidis mons biceps, quorum
vertex alter Baccho, alter Phœbo ſacer eſt. Non tamen eſt heli/
Cyrrha cō, aut Citherō. Nam hi in bœotia ſunt. Et muſis natale ſolū prę
Nyſa. buit Helicō. Delphi ſub parnaſo ſunt Cyrrha vero & Nyſa noia
ſunt vrbiū, & Nyſa in helicone eſt. Habet tn̄ duos vertices parna
ſus. Oui. Mōs ibi verticibus petit arduus aſtra duobus, Noīe par
naſus. Et Hero. in viij. lib. quē Vraniam appellat, ſcribit e parna/
ſo vero gemini vertices abſciſſi in illos irruentes multos morta
les protriuere. Ac paulo infra. Vnum ex verticibus Hyampeum
nominant, & in eo, Caſtalium fontem ponit. Hæc idcirco liben
tius ſcripſi: quoniam ego quoq; in eo errore diu fui, quod Heli/
con & Citheron eſſent Parnaſi vertices. Rhodope, mōs Thraciæ
eſt quē mygdones incolūt ſacris Bacchi celeber. Iſmarus, Thra
ciæ mons, Mundus triplex eſt inuiſibilis. Itē viſibilis quo quæ
Mūdus cunq; creata ſunt cōtinentur. Et microcoſmus, ideſt paruus mū
Micro/ dus, ideſt homo, Ergo mundus, ideſt omnia, quæ in mundo viſi
coſm⁹. bili ſunt: & eſt intellectio. ¶ Nam canebat vti ma. p. i. co.) opinio
nem Epicuri ſatis dilucide ponit. Ser. reliquorum autē philoſo/
phorum de principijs opiniones apud multos leges. Verum di/
ſtincte dilucideq́; rem vniuerſam apud Euſebiū de ꝑparatione
euangelica ſcriptam reperies, preſertim quid priſci illi phyſici
quorum volumina non extant, ſenſerint. Quibus omnibus cō/
futatis conſtat veram eſſe chriſtianorum opinionem, mundum
ex nihilo a deo creatum. Lapides Pyrrhæ, a rebus phyſicis ad fa
bulas delabitur Maro ne poetā ſe eſſe obliuiſci videatur, Idem
principium rebus ſeriis ponit in Georgicis. Idem & Iuuena. Ex
quo Deucalion nimbis tollentibus æquor Nauigio aſcendit mō

tem, ſorteſq; popoſcit, Paulatimq́; animas caluerunt mollia ſa/
xa, Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas. Deucalionis au/
tem, & Pyrrhę diluuium narrat Ouidius. quo tempore cum qui
ex inundatione ſuperfuerunt, montana incolerent, ferinam, du
ramq́; vitam agentes, neque in plana diluuium formidantes de
ſcendere vellent. verbis Deucalionis mares, Pyrræ vero horta/ Dilu
tu mulieres ꝑſuaſę ſunt, vt in loca culta deſcēderēt, & ad mitio
rē vitam accederent, datus eſt fabulæ locus vt ex lapidibus ab
illis iactis reparatum ſit humanū genus: quia ex ferinis duriſq;
moribus ad humanū cultū rediere, Fuit aūt hoc diluuiū regnāte
athenis, vt ait Varro, Crimao Cecropis ſucceſſore, vt vero Euſe.
& Hiero. ſcribūt, nondū defuncto Cecrope. Dictū aūt eſt Deuca/
lionis diluuium: quoniam maxime eius regionē oppreſſit. Ad
ęgyptū aūt, & eius vicina nō ꝑuenit. Fuit huiuſcemodi diluuiū,
anno mūdi ſeptimo ſupra tria millia ſexcētos ſeptagita annos.
ad diluuiū vero vniuerſale quod fuit tēporibus Noe ab Adā. i.
à mundi principio interceſſerūt anni ducēti & quadraginta duo
ſupra duo millia. Ait Seuerus, atq; idem affirmat Aphricanus, q
ſcripſit de tēporibus & hiſtoriis Hebręoꝝ, & Grę corum, & Per/
ſarum, & Macedonum, & Alexādrinorum, item Romanorum
quinq; libris omnia complexus eſt. Fuit & aliud diluuiū regnā/
te Ogyge, qui in attica eleuſinam condidit. Cuius etiam tēpori/
bus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam græci Athe
nē noſtri autem Mineruam dicūt. Verū ab hoc diluuio ad mun
di primordia intecreſſerunt quadraginta & ſeptem anni ſupra
millia & quadringentos.

MANCINELLVS.

¶ In numerū,) ordinē, & rationē. ¶ Faunos.) fauni dicti ſunt a Fauni
fando. i. a vaticinando, vnde & fatuos dicimus incōſiderate lo/
quētes. Traditū vero eſt in ſylueſtribus locis fari ſolitos, vt ſcri
bit Varro, erant latinorum dij. ¶ Parnaſia.) Parnaſus mons eſt Parna
Phocidis vt ait Strab. lib. ix. qui vniuerſus conſecratus exiſtit,
antra & alia loca honore, & ſanctitate digna continens. Eſtq; in
Parnaſo rupes quædam prærupta fundoſam relinquens vallē
per quam plurimus amnis diſpergitur, quę rupes Cyrphis vo/ Cyrp
catur. Hinc itaq; biceps Parnaſus dicitur. ibi autē phœbus mu/ Ryod
ſis pēſſe fertur lyra ſonans. ¶ Rhodope.) Thraciæ mōs, ibi autē Pe.
orpheus ſonare, cantareq; ſolitus erat, & ibi ſacra Liberi patris Iſma
Orpheo primū initiāte celebrantur, vt ſcribit Mela, eſt aūt mōs
ſublimis poſt æmum vt Stra. ait lib. vij. de Thracia loquēs, Pto/
lemęus lib. iij. ſcribit rhodopem montem eſſe ſupra Neſum flu/
uium, atq; Ebrum. ¶ Iſmarus.) Thracię mons eſt. Nāq; canebat
vti, hoc carmen & ſequentia ſex Ennij ſunt in Cteſiphōte, vt do
cet Macro. lib. vj. Nanq;, ordo eſt. nāq; canebat Silenus, vt ſemi
na & terrarū, & animæ, & maris, & liquidi ſimul ignis fuiſſent
coacta. i. collecta ꝑ magnū inane. i. locum, & ſpaciū vacās. ¶ Ma
gnum per ina. coa. ſemi.) Lucre. lib. j. oſtendit rerum naturā dua
bus in rebus cōſiſtere, in corpore. ſ. & inani. i. atomis, & aerę qđ,
his verſibus patet. Ois vt eſt igitur ꝑ ſe natura duabus. Cōſiſtit
rebus, nā corpora ſunt & inane. Hæc in quo ſita ſunt, & quo di/
uerſa mouētur. Id aūt ſumpſiſſe videt̄ Lucre. a Democrito, qui
quidem opinatus eſt illa principia omniū eſſe atomos, atq; ina
ne, Atomos vero eſſe infinitas, & cōcretiones oēs gignere ignē, Atom
aquā, aerem, terram quippe & hæc ex atomis quibuſdam cōſta
re, ſolem item, ac lunam ex atomis eſſe cōpoſitos. Legito. Laer.
Semina, atomos intelligit vt patuit. ¶ Animęq;.) i. aeris. vt his
exordia pri. Canebat itē Silenus, vt his primis. ſ. ſeminibus om
nia exordia cōcreuerint, & vt concreuerit ipſe tener orbis mun/
di. i. cœli, Philoſophus autem in li. de cœlo & mūdo inquit cœ/
lū nec graue nec leue eſſe. ¶ Tum durare ſolum, canebat vt ſolū
i. terra cœperit durare ſe, & diſcludere Nerea. i. aquam pōto. i. in
mari, & vt cęperit ſolum ipſum paulatim ſumere rerū formas.
Nerea, nereus Oceani & Tethyos filius, teſte Heſiodo. quē om/
nium antiquiſſimū dixit Orpheus in Argonautica, ſed pro aqua Nere
ponitur hoc loco, neros enī aqua dicit̄. ¶ Diſcludere Nerea pō.)
fuerat olim chaos. i. elemētorū cōfuſio, poſtea quicquid ex om Chao
ni materia, de qua facta ſunt omnia, puriſſimū ac lucidiſſimum
fuit, Id tenuit ſummitatē, & æther vocatus eſt. Pars cui minor
puritas inerat, & aliquid leuis pōderis aer extitit, & in ſecūda lo
ca delapſus eſt. Poſt hęc, quod liquidum, & corpulētum erat, in
aquæ fluxum coagulatum eſt. Quod deinde īpenetrabile, & dē
ſatū ex defecatis abraſum reſedit elemētis, hęſit in imo, & ter/
rę nomē accæpit, hanc ſparſus aer, vndiq; fulcit, & cōtinet, nec
in receſſum aut acceſſum moueri eam patitur. Legito Macro. li.
j. de ſom. Naſo etiam lib. j. metamor. optime ſcripſit. Iamq; no
uum, & canebat vti terræ iam ſtupeant nouū ſolem luceſcere.

Imbres,

Imbres,ideſt aqua & pluuiæ ipſę,à terra autem caligo humida, & propter vapores fumida exhalat,hinc nubes,quæ in ſublime egreſſæ in liquorem ſoluūtur,id Plin.lib.ij.docet. Incipiant ſyluæ,& canebat cum primum ſyluæ,incipiant ſurgere,& cum primum rara animalia errent per ignotos montes.

ASCENSIVS.

¶Tū vero in numerū &c,Recitat igit̃ vt īſtituerat carmē ipſius Sileni,cuius tantā dulcedinē eſſe docet vt totus mundus eo gaudeat,in qua re ſatis aperta eſt allegoria,nā ſi Silenus eſt nutritor Bacchi,Bacchus aūt pro vino accipit̃,quod amœnitate & grata tēperie nutritus,nō eſt mirandū ſi eo cātante totus mundus gaudeat:cū ſub amœna ſerenitate etiā volucrū ſit cōcentus in agris, vt alibi docet author noſter. ¶Ordo eſt. Tū vero.i.maxime tunc videres.i.quilibet videre potuiſſet,& Faunos.i.deos illos ſylueſtres à fando dictos & feras,ludere.i.ſaltare.in,i.ſecundum numerum.i.modulos carminis,& videres,tum.i.tunc quercus rigidas.i.duras,& difficulter flexibiles.motare.i.frequenter mouere & nutare,cacumina.i.ſummitates ſuas.Nec rupēs parnaſia quæ eſt in Parnaſo monte Phocidis gaudet.i.exultat tantum.i.in tm̄ Phœbo.i.Apolline,nec Rhodope & Iſmarus mōs vterq; Thraciæ mirat̃ tm̄.i.intātum Orphea.i.vatē ſuum clariſſimū,qui ſyluas & ſaxa poſt ſe dulcedine cantus ſui traxit,quantum oīs mundus gaudet Sileno cantante.i.dum Silenus cantat.Nanq; pro qa ſup.Silenus canebat vti.i.quēadmodum ſemina.i.prima elementa hoc eſt atomi ſm̄ Lucre.& ante eum Democritū,fuiſſent coacta.i.concreta,& cōglutinata,per magnum inane.i.ſpacium capax rerum priuſq; eſſent.ſemina inquam terrarum,& animæ.i.aeris,& maris.i.aquarum,& ſimul.i.pariter liquidi,ideſt elemētaris & puri ignis,& canebat,vt.i.quemadmodum oīa exordia i.origines & principia rerum,ſup.concreuerint.i.confecta aut cōpoſita ſint,ex ſupp.his primis.ſ.ſeminibus atq; elementis,& vt ipſe orbis.i.globus mūdi tener.i.adhuc fluidus,nec ſatis ſolidus concreuerit.i.conſolidatus ſit atq; coaluerit his primis, ſcilicet elementis vocatis ſaltem.Tum.i.deinde ſupple canebat vt ſupple orbis mundi cœperit.i.incœperit durare.i.durum efficere ſolum.i.terram quæ ſolida eſt,& diſcludere Nerea.i. aquas fluuiales ponto.i.ab aquis ſalſis & marinis,& vt ſup.orbis mundi cœperit ſumere paulatim formas rerum,quæ omnia meta.j.Ouid. graphice deſcribit,nec illic,aut hic dicta multum abhorrent ab Geneſi catholica,niſi quod creationē ex nihilo non potuit in animos ethnicorum cadere.itaq; chaos aut atomos aut hylen ab æterno poſuerunt.Et canebat vt ſup.terræ.i.genita in terris ſtupeant ſolem nouum.i.recēs ortum ac formatum:luceſcere.i. lucem ſuā diffundere,altius.i.in regione altiore ſitū.atq; vt ſupp. hymbres cadāt.i.decidāt in terras,& hoc nubibus ſūmotis.i.ſublatis.hoc autē eſt aut ſurſum latis:quia vapores trahūtur ſurſum vnde nubes fiant,& id phyſice dictum eſſet,aut clā amotis, & id ſecundum vulgus īperitum:quod cum neq; ſciētiam neq; experientiam haberet,ſtupebat quo nubes diffugerint ignorās quod in pluuias reſolutæ eſſent,cum.i.quo tēpore ſyluæ incipiant primum ſurgere.i.oriri ex pluuia.ſ,& cum animalia rara,quia nondum per propagationem multiplicata,cum ſecūdum æthnicos prima ex ſole & limo procreata eſſent occulta virtute cœleſti,& ſecundum fidē à deo creata eſſent:errent per montes ignotos,i. in quibus nūquam prius fuerāt cum iam tum primum ꝓducta eſſent. Mācinellus tamen vult vt ordo ſit.Et canebat,cum.i.quo tempore ſyluæ incipiant primum ſurgere,& cum primum rara animalia errent per ignotos montes:ſed non minus cōcinna eſt cōſtructio atq; ſentētia,ſi dicat̃ vt prius,canebat vt hymbres cadant ex nubibus ſummotis.i.ſurſum latis tunc cum ſyluæ incipiant primum ſurgere,& cum aīalia errēt primum per ignotos mōtes:quia ſecundum phyſicos ex pluuia naſcuntur ſyluæ.hoc eſt pullulāt arbores,& naſcuntur gramina quæ vt paſcant̃ errare cœperunt animalia per ignotos mōtes,aut etiam ipſa vt dixi poſt pluuiā ex limo ꝑ ſolē ſm̄ gētiles tunc primū formata erāt. Regula
¶Regula eſt. Proprioꝝ noīum prima potiſſimum ſyllaba cuius quātitas generali regula nō agnoſcitur ad placitum fere ponit̃, vnde prius Silenū pueri prima longa,Et hic cantante Sileno eadē correpta dicit. In æneide aūt Sicheus prima cōmuni ꝓfertur. Dico eius quantitas &c.quia ſi poſitione aut diphthongo producatur non poſſit corripi vt Scylla.Dædalus.

PIERIVS.

¶Motare cacumina quercus.) Motare quidē in antiquis alijs codicibus ſed in Longobar.Mutare habetur. Quod ſi admittas cacumina mōtium intelligas Trāſire qppe arbores de mōte ad montē.Seqtur enim cōparatio ad Orphea,quē arbores ſecutæ, vmbram feruntur præbuiſſe vati:vt in appendicibus Virgilij legitur,magis tn̄ placet Motare,qa de ſaltatione ſermo eſt. ¶Nec tm̄ Rhodope miratur,& Iſmarus Orphea.) In Ro.cod.& in Oblongo, Mirantur.verbo numeri multitudinis inter duo ſingularia poſito. Alcmanica figura,quā etiā apud Home. Porphyrius agnoſcit. Altius atq; cadant.) In Roma.codic.vtq;,legitur. Sed atq; recæptum. ¶Summotis nubibus imbres.) In Roma.codi. Summotis ignibus legitur. Quod ſignificaret,æſtate ſummota, eſſetq; ſermo de temporū cardinibus vere æſtate,autūno,& hyeme,quę παρὰ τὸ ὕιω hoc eſt pluo nūcupat̃. Exacta.n. æſtate imbres ſolere latius effundi,ita vt oīa plenis rura natent foſſis, iā oībus exploratum eſt. ¶Rara per ignotos errent aīalia mōtes.) In Ro.codi.legit̃ ꝑ ignaros. Dictionēq; hāc Aulus Gellius inter eas recenſet,quæ paſſiue ēt accipiunt̃,pro ignorato quippe, vel ignoto. Qūanq; verſum illū,q ab eo citatus eſt exempli gratia. Ignarum Laurens habet ora mimāta:poſſe aliter legi ſuo loco oſtendimus. In caſtigationibus Æneidos.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos,Saturnia regna,
Caucaſeasq; refert volucres,furtumq; Promethei.
His adiungit Hylam,nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent,vt litus Hyla Hyla omne ſonaret.

SERVIVS.

¶Hinc lapides.) Queſtio eſt hoc loco. Nam relictis prudētibus rebus de mundi origine:ſubito ad fabulas tranſitū fecit. Sed dicimus aut exprimere eum voluiſſe ſectā Epicuri,q̄ rebus ſerijs inſerit ſemper voluptates:aut fabulis plenis adminirationis puerorū corda mulcere. Nā fabulę,cauſa delectationis inuentæ ſunt:vt ipſe in Georgicis docet dicens, Cætera quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes. Quod autem dicit. ¶Regna Saturnia,) fabularum ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit,in terris nō fuit diluuiū:ſed ſub Ogige Rege Thebanorum. Secūdum autem diluuium fuit ſub Deucalione & Pyrrha. Sane ſciendum & per diluuium & per ecpyreoſin ſignificari tēporum mutationem. ¶Caucaſeasq; refert volucres,furtumq; Promethei. Et hic fabulæ ordinem vertit,quæ talis eſt,Prometheus poſt factos à ſe homines,dicitur auxilio Mineruæ cœlum aſcendiſſe:& adhibita facula ad rotam Solis,ignem furatus:quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dij,duo mala immiſerunt terris,febres & morbos:ſicut & Sappho & Heſiodus memorant, ἀλλὰ δὲ μορίαι λυγρὰ κατ᾽ ἀνθρώπους ἀλάληται πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα. Quod tangit & Hora.dicens, Poſt ignem ætherea domo Subductum,macies & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipſum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaſo religauerunt ad ſaxum: & adhibita eſt aquila,quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non ſine ratione, finguntur. Nam Prometheus vir prudentiſſimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus eſt ἀπὸ τῆς προμηθείας, ideſt à prouidentia. Hic primus aſtrologiam Aſſyriis indicauit:quam reſidēs in monte altiſſimo Caucaſo,nimia cura & ſolicitudine deprehenderat. Hic autem mōs poſitus eſt circa Aſſyrios: vicinus penè ſyderibus. Vnde etiam maiora aſtra demonſtrat:& diligenter eorum ortus occaſusq; ſignificat. Dicitur autem aquila cor eius exedere,quod ἄχος eſt ſollicitudo:qua ille affectus,ſyderum omnes deprehēderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit,duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus eſt,ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum,& hominibus indicauit:vnde cœleſtem ignem dicitur eſſe furatus,nam quadam arte ab eodem monſtrata,ſupernus ignis eliciebatur: qui mortalibus profuit,donec eo bene vſi ſunt. Nam poſtea malo hominū vſu in perniciem eorum verſus eſt:ſicut in Liuio lectum eſt de Tullo Hoſtilio qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis: Numa vero Pompilius impune eo vſus eſt,tantum in ſacris deorum. Hinc eſt quòd igne rapto ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immiſſi. ¶His adiungit Hylam.) Puerum comitem Herculis:quem perdidit in finibus Ionijs iuxta Myſiā: nec vſquam potuit reperire. Poſtea cum eſſet cognitum quòd periſſet in fonte,ei inſtituta ſunt ſacra, in quibus mos fuerat, vt eius nomen clamaretur in fontibus. Ad quam imitationem nunc dicit, ¶Vt litus Hyla Hyla omne ſonaret.) Poſtremū autē. La breue eſt.ideo quia vocalis vocalem ſequitur. Nā omnis,

vocatiuus græcus à maſculino veniens, in A terminatus longus eſt: vt Ænea, Hyla, Palla.

MANCINELLVS.

Deucalion.

¶Hinc lapides,) ordo eſt, hinc refert lapides Pyrrhę iactos, hic refert regna ſaturnia, &c. Lapides Pyrrhæ. tẽpore Deucalionis, & Pyrrhæ, vt narrat Ouidius lib. j. meta. aiũt diluuium p̃ vniuerſam terram fuiſſe cum ipſi duo tãtummodo, quia optimi reſtitiſſent, Themidis oraculo ducti, lapides poſt tergum iecerunt, Inq́; breui ſpacio ſuperorum numine ſaxa, Miſſa viri manibus faciem traxere virorũ. Et de fœminino reparata eſt fœmina iactu. Veritas tñ alia eſt, nam vt Iuſti. li. ij. ſcri. Amphiteonis Athenarũ regis tp̃ibus aquarũ illuuies maioré grecię partem abſumpſit, ſuperfuere, qui refugia mõtium cæperũt, aut ad regé Theſſaliæ Deucalionem ratibus euecti ſunt, à quo ꝓpterea genus humanum cõditum dicitur. ⸿Saturnia.) Saturnus ætate aurea in latio regnauit. vnde ait Maro li. ix. Aureaq́; vt perhibét illo ſub rege fuere, Sæcula, ſic placida populos in pace regebat, latius tñ ſupra in quarta Ecloga, ⸿Caucaſeas volucres. Caucaſus Scythię mons eſt dictus, quaſi graucaſeus, hoc eſt niue candidus, vt Plinius ait libro. vj. Ibi dicunt aquilam Promethei iecur indeficiens aſſidue deuoraſſe, & eã Herculem occidiſſe, Diodorus auté libro primo rei veritaté exponit, videto ergo ibidé, ne ego ſim longior. ⸿Furtumq́;.) Dicunt Prometheum ferula furatum eſſe ignem è ſolari curru, & in terras duxiſſe, & homini quem ex luto formauerat, eo ſpiritum imiſiſſe, Sed reuera ipſe docuit igné ferula aſſeruari, vt ſcribit Plinius libro ſeptimo. Promethi pro Promethei, nam ei, pro vnica ſyllaba poſuit, vt ibi, iam validã Ilioni pro Ilionei, eſt itaq; Synæreſis, de qua in carmine figurarum legito, potes igitur Promethi, & Ilioni legere. ⸿Promethei.) Prometheus dici poteſt prouidens, vel prudens. Id enim Promethes dicitur. & Prometheo prouideo. ⸿Hyla.) Hylas vt Strabo docet libro. xij. vnus ex ſocijs Herculis fuit, qui etiam argonauta erat, & cum aquatum egrederetur: à nymphis raptum finxerunt, Fuit autem in Bithynia iuxta pruſiadem vrbem, vbi adhuc feſta quædam celebrantur, in quibus per montes vagi, ac ſaltantes Hylam vocant, quaſi in ſyluas ad iſtum inquiré dum egrediantur, hylao autem, & hylacteo reſono, ac latro ſignificant: vt litus, adiungit etiam. i. quemadmodum, Hæc ille: Promethei autem fabulam latius Landinus proſequitur dicés, Ex Titano cœli, & terræ filio natus eſt Iapetus, & ex Iapeto prometheus, qui matrem habuit Aſiam nymphã. Fingunt hũc auxilio Palladis in cœlum ſublatum ferulis ignem ſolarem accępiſſe, & in ſtatuam, quã de limo finxerat, immiſiſſe. Deos vero propter hoc iratos, per Mercurium in caucaſo religaſſe, aquiláq́;, quæ eius iecur corroderet appoſuiſſe, hæc figmẽta expſſmũt ꝙ ille relicto fratri regno in chaldæos profectus, mathematicam oém didicit. Deinde in caucaſi vertice moratus, ſyderum ortus, occaſusq́; & fulminũ naturã obſeruaſſe: inde ad aſſyrios reuerſus illos aſtrologiã docuit: & quibus moribus iformaſſe, Sicq́; ex feris mãſuetos reddidiſſe. Euſeb. refert nõnullos ſentire Prometheum, & Epimetheum & Atlantem fratrem, & Argum cuncta cernentem, & Ioſiliam Promethei fuiſſe temporibus Cecropis, alios ante Cecropem ãnos quinquaginta, vel nonaginta. Lactan. ait illum primum ſimulachrum hois feciſſe. Plin. ſcrib. primum è ſilice ignem excudiſſe, & ferula ſeruari docuiſſe.

Caucaſ⁹ mõs vbi locorũ.

ASCENSIVS.

¶Hinc lapides &c. Poſt phyſicam narrationem poeticã ac fabuloſam interſerit, quæ nõ minus ad delectationem ac voluptaté quã pueri illi potiſſimum expetebant faciunt. Neq; tamen nihil ad poetæ inſtitutum, nam ſi ipſis duntaxat philoſophica recitaſſet: non Bucolicam: ſed philoſophiam profiteri videretur. Pręterea fabularum fere interpretatio ex phyſica dependet rõne. Fabulas autem dilucide enarrant cõmentarij, quocirca ſatis ſit nobis ordiné poſuiſſe qui talis eſt. Silenus ſup. refert. i. recitat cantando hinc. i. poſt dictam rerum Geneſim, lapides pyrrhę iactos Ordo. ſ. ab ipſo tp̃e diluuij quod ſub Deucalione fuiſſe perhibetur, aut lapides iactos Pyrrhæ. i. à Pyrrha vt ſit datiuus pro ablatiuo, ſicut apud Horatium. Scriberis vario pro à vario &c. refert regna ſaturnia. i. aurea qualia erát tempore Saturni, & volucres caucaſeas. i. quæ in caucaſo monte ſcythię iecur Promethei exedunt, & furtum promethi. i. qui ignem de cœlo furatus dicitur in ferula. Et ipſe adiungit his Hylam. i. fabulam aut narrationé de Hyla puero ab Hercule dilecto, adiungit inquam quo fonte relictũ Hylam nautæ clamaſſent ita ſupp. vt omne litus ſonaret, & referret per ſonũ echo hyla hyla. i. referendo eas voces quas nautæ quærẽtes hylam emiſerát. Corripitur auté in poſteriore hyla poſterior ſyllaba propter vocalem ſequentem, nõ autem abijcitur. In priore vero neq; corripitur neq; abiicitur aut quia per interualla ꝓnunciandũ aut, quia aſpiratio vim literæ obtinet, ſicut & illic in. i. ænei, Poſthabita coluiſſe ſamo hic illius arma, Fabulas vt dixi Commentarij explicant.

PIERIVS.

¶Caucaſeasq́; refert volucres.) In codicibus aliquot antiquiſſimis. In Ro. in Mediceo. Caucaſias p̃ i. pene vltima habet & ita in ſecundo Georgi. Caucaſio, multa tamen eiuſmodi libentius per e Latini protulere. ⸿His adiũgit Hylam.) Hylan per n, omnia vetera ſcribunt exẽplaria. ⸿Vt litus Hylan.) Vt taceam Hul in antiquis codicibus de quo alibi. Eſt etiam, quo litus legere in aliquot manu ſcriptis ſed, vt, oino melius.

Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaen niuei ſolatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cæpit?
Prœtides implerunt falſis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus: quamuis collo timuiſſet aratrum,
Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hiacyntho,
Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas:
Aut aliquã in magno ſeqtur grege. claudite nymphæ
Dictęæ, nymphæ nemorum iam claudite ſaltus.
Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis veſtigia. forſitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta ſecutum
Perducant aliquæ ſtabula ad Cortynia vaccæ,

SERVIVS.

¶Paſiphaen.) Nota fabula: Cretẽſium Reginam Minois vxorem, quę tauri amore flagrauit. ⸿Ah virgo infelix.) Ad hoc pertinet quod ait. ⸿Solatur:) vt quod amat taurũ, fortunæ magis videatur eſſe, q̃ morum. Virgo autem (vt diximus ſuprà) à viridiore ætate: nam iam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, Androgei. ⸿Prœtides íplerunt falſis mugitib⁹ agros.) Prœtides, Prœti & Sthenobœæ, ſiue Antiopæ ſm̃ Homerũ filiæ fuerũt. hæ ſe Iunoni in pulchritudine cum prætuliſſent: illa irata hunc errorem earum immiſit mentibus, vt ſe vaccas putarent, adeo vt plerũq; mugirét & timerét aratra. has Melampus poſtea purgaſſe perhibetur. ⸿Ilice ſub nigra.) Vel vmbroſa, vel re vera nigra: nam talis eſt. ⸿Pallentes ruminat herbas.) Reuomit, & denuo conſumit. Ruminatio autem dicta eſt à ruma eminente gutturis parte: per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus. Pallenteis autem vel aridas: vel quæ ventris calore propria viriditate caruerunt. ⸿Aliquam in magno ſequitur grege.) Ac ſi diceret, Habes aliquid ſpei: ſiquidem nouit amare quem diligis. Notandum autem Gregem eum de bobus dixiſſe, cum Armenta.) dicamus. Licet grex ſit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis, Fudit apothecas, cecidit greges armẽtorum. ⸿Claudite nymphæ.) Melius hoc à perſona Paſiphaes dictum accipimus: vt dicat Silenus, hoc illam aliquando dixiſſe. ⸿Errabunda bouis veſtigia.) Illud expreſſit quod vno verbo Homerus ait, εἰλίποδας βοῦς, hoc eſt flexis pedibus incedẽtes. ⸿Ad Cortynia. Nã apud Gnoſum imperabat Minos eius maritus in Creta. Vnde illuc taurum non vult venire: ſed ad Corthynon, vbi fuerát aliquãdo Solis armenta.

MANCINELLVS.

Paſiphae.

¶Paſiphaen.) Paſiphae tetraſyllabum eſt, non enim diphthongon habet in penultima; Vnde Propertius ait, vobiſcum Europæ, nec probat Paſyphae; fuit autem Minois Cretæ regis vxor, ſolisq́; filia. Tradũtq́; Minoem quotannis ſpecioſiſſimum omnium taurum Neptuno ſolitum de more ſacrificare, ſed quum ei taurus eſſet cæteris præſtantior alium ſacrificauit deteriorem, qua ex re iratus Minoi Neptunus, eius tauri amorem Paſyphae iniecit, cui arte Dædali ſuppoſita decantatum fabulis genuit minotaurum natura duplici, vt qui vſq; ad humeros taurus, cætera homo eſſet Diodo. li.

**Prœtus** do.li.v.id ſcribit.¶ Prœtides.) Prœtus Abátis filius Argiuoꝝ rex
inimicam felicitati ſuę habuit fœcunditaté. Tres.n.ſuſtulit filias,
& ad tempus nuptiarum vſq; perduxit, ſed incontinens virginũ
lingua infelicitatis edidit cauſas, eæ enim feruntur ſolæ in tem/
plum Iunonis intraſſe & cũ ſe prætuliſſent deæ his rebus offen
ſa Iuno, imiſit eis furorem vt ſe vaccas putarét, & cupiditatem
iniecit ſyluas petendi, credentes ſe formam iduiſſe vaccaꝝ, quod
eouſq; paſſę ſunt, donec à Melampode inſania liberatę ſunt, qui
quidé herbariæ artis peritiſſimus fuit. De hoc lege Lact.th.iiij. Vi
ctru.quoq; lib.viij. ſic ait. apud fonté Clitoriũ Melápus purga/
uit Prœti filias. reſtituitq; earũ métes in priſtinã ſanitaté. Clau/
**Corty/nia.** dite.ſ.vt eũ facilius inueniá. ¶ Nymphæ dictææ.) i. Dictęi mon/
tis Cretæ nymphæ nemoꝝ.i.dryades. ¶ Cortynia.) erat cortyna
illuſtris Cretę vrbs, ſita in campo, nec multum à Gnoſo Minois
regia diſtans, plura Strab.lib.x.

ASCENSIVS.

¶ Et fortunatam &c. Proſequitur fabulam Paſiphaes quam Ser
uius prolixe explicabit ad principiũ.vj.æneí. Signáter auté dicit
poeta ſolatur, quaſi non fabulam narrare ſed rem ipſam gerere
videatur. ¶ Ordo eſt. Et ſup. Silenus, ſolatur.i.tam graphice ca/
nit vt ſolari videatur, ſup. de amore niuei iuuenci.i.tauri cádidiſ
ſimi, aut ſolatur amore, quia docet non amplexandum amoré
tauri. In amore.n.fit duplex ſolatium, aut dum potiundi datur
cõſilium, aut dum euitãdi remedium per deteſtationem, vt hoc
loco. Solatur inquã Paſiphaen reginam cretéſem Minois coniu
gem & ſolis filiam fortunatã, beatá & felicé.i.quę fortunata &
felix fuiſſet, ſi nunq̃; arméta fuiſſent. Solatur auté condolendo.
ac dehortando. Ah virgo.i.puella adhuc in viridi ętate ac vigore
degés, quæ.i.qualis, deméntia.i.furor, cæpit.i.inuaſit te? q.d. maxi
me deteſtabilis. Nam Prœtides.i.Prœti filiæ ípleuerunt agros
falſis mugitibus.i.boatibus, hoc eſt credebant quidem ſe vac/
cas eſſe, attamen vlla ſup. Prœtidum quæ tres erant non eſt ſecu
ta tam turpes concubitus pecudum.i.iuuencorum aut taurorũ
vt tu, quáuis ipſa.ſ.quęlibet illarum trium timuiſſet collo ara/
trum.i.iugum ad ducendum aratrum, & quamuis quæſiſſet ſæ/
pe cornua in fronte leui.i.polita & æquali in qua nihil extabat
neq; aſperum erat. Ah ò Paſiphae infelix virgo.i.iuuécula tu er
ras.i.vagaris nũc in mõtibus, Ille.ſ.iuuécus aut taurus qué quæ
ris eius amore capta fultus latus niueum.i.habés latus niueum
fultum.i.ſuſtétatũ hiacyntho.i.flore illo ab hiacyntho denoiato
molli.ſ.in attactu, ruminat.i.remaſticat ac remãdit herbas pallé
tes.i.ſemicoctas in aluo, ſub ílice.i.arbore illa glandifera, nigra.i.
vmbris obſita.i.dũ tu miſera in aſperrimis mõtibus vagaris ille
in vmbris recubat ruminans & nihil amoris ſentiens, atq; ita lo
cus hic manifeſtam contétioné habet, aut (ſi amat non te; amat)
ſed ſequitur aliquam.ſ.vaccam in magno grege.ſ. armentorũ ò
nymphæ claudite, nymphæ íquit Paſiphaę dictęę, ideſt cretéſes
claudite ſaltus in quibus feræ ſaliũt hoc eſt auſugia ferarum, &
pecudum, nemorũ.i.qui ſunt in nemoribus, ſi forte veſtigia bo/
uis errabunda.i.bouis errabundi & quæ bouem errabundũ oſté
tent, ferant ſe qua.i.aliqua forte.i.fortuna vt ſit nomen à noiati
uo hæc fors, vnde eſt, Forte ſua lybicis tépeſtas appulit oris, aut
ferant forte ſe, qua, ideſt aliqua via obuia, ideſt obuiam facta no
ſtris oculis, forſitan aliquæ vaccæ perducant illum captum viri/
di herba aut ſecutũ.i.ſequenté arméta ad ſtabula cortynia.i. cre
tenſia, hoc eſt ſi non oberrauerit in ſaltus, forſitã ſe domum reci
piet, quod miſere amás mulier ſummopere deſiderabat, vt eius **Regula.**
ſalté videndi poteſtas eſſet. ¶ Regula eſt. Timeo & metuo datiuũ
cui.i.ad cuius vtilitaté & accuſatiuũ ad qué aut ablatiuũ à quo
regunt, vt hic timuiſſet collo aratrum. Itaq; dices cum comico,
timeo vitæ tuę.i, ne ei quidquam mali eueniat & timeo hoſté ne
ſ.malum inferat, & coniunctim timeo mihi hoſtem, metuo mihi
ab hoſte, Addamus & illud pleroſq; textus hoc loco habere ſuf/
fultus vt cũ vocali abijciatur ſicut in pleriſq; locis Virgilij quos
tamé quia Seruius talem ellipſim non probat, mutauit, vt inter
ſe coiiſſe viros, & decernere ferro legit cernere. Hic ſpecus hor/
rendus & ſęui ſpiracula ditis, legit horrédum &c. Et ſi hic legat
fultus erit loco conſonantis.

PIERIVS.

¶ Et fortunatam ſi nunq̃; armenta fuiſſent, Paſiphaé.) In ve. ali
quot exéplaribus oĩno Paſiphen triſyllabũ legas: qđ quidé quoſ
dã ſatis literatos viros in erroré traxit. Quũ dubio ꝓcul πασι/
φαη̃ quadriſyllabũ ſit. ¶ Ah virgo infelix.) Diximus Probũ gram
maticũ ſubſcribere Ro.cod. ne a, vel ſi etiam interiectio ſit, cum
adſpiratione ſcribatur. ¶ At nõ tã turpes.) In Ro. & aliquot alijs
pleriſq; codicibus. Turpis, Veliano more, de qua ſcribendi rõne
alibi diſputatũ. ¶ Stabula ad cortynia.) In lõgobardico, & in me
diceo. Cortynia per, c, vt multi iã ſcribere cœperũt. Sed γόρτυν
vrbs Cretę per g, ſcribit, & apud Stephanum, & in Homeri cata
logo. Datur tñ auribus latinis plerũq;, c, pro, g, recipere. Cogna
tæ enim ſunt, vt Scaurus ſcribit.

Tum canit heſperidum miratam mala puellam.
Tum Phaethontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.
Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna ſororum,
Vtq; viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis,
Vt Linus hęc illi diuino carmine paſtor,
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro
Dixerit. hos tibi dant calamos (en accipe) muſę,
Aſcræo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Nequis ſit lucus, quos ſe plus iactet Apollo.

SERVIVS.

¶ Tum canit Heſperidum mi
ratam mala puellã.) Mala q/
bus acceptis à Venere, Hippo
menes vicit Atlantam puellã
Cyriã curſu potenté: quę mul
tos ſponſos ſuperatos occide/
rat: quod plenius in Æneide
iij.lib. memorauimus. ¶ Phae
thõtiadas.) Clymenes & So/
lis filias: quæ dũ extinctũ fra/
tré fleret, cõuerſę ſunt in arbo
res, vt hoc loco dicit, in alnos:
vt in decimo, in populos. vbi
etiam plenius hãc diximus fa/
bulã. Mira aũt eſt canétis laus
vt quaſi nõ factã ré cantet: ſed
ipſe eã cantando facere videa/
tur. ¶ Amarę Corticis.) Alibi
ait, Raptus de ſubere cortex: qđ magis ſequi debemus, vt maſcu
lino vtamur. ¶ Permeſſi ad flumina Gallũ.) Helicõ mõs eſt Bœo
tiæ, quę & Aonia dicit. de hoc plurima cadũt flumina: inter q̃ ét
Permeſſus iuxta qué dicit ambulanté Gallũ ab vna Muſa ad cæ
teras eſſe deductũ, & illic eſſe factũ poetã. ¶ Aſſurrexerit.) Hono
ré ꝓbuerit vt, Tmolus aſſurgit, qbus & rex ipſe Phaneus.i.cedit.
¶ Vt linus.) Apollinis filius: qué ſupra memorauit. ¶ Diuino car/
mine.) i. vaticinãs. ¶ Aſcręo quos ante ſeni,) Heſiodo, qui Aſcrę
us fuerat: qué dicunt Muſæ raptũ de monte Parnaſſo poetá fe/
ciſſe munere calamoꝝ. ¶ Grynęi nemoris dicatur origo.) Gry/
nęũ nemus, eſt in finibus Ioniis Apollini cõſecratum: in quo ali
quãdo Calchas & Mopſus dicunt de peritia diuinãdi inter ſe ha
buiſſe certamé. Et cũ de pomoꝝ cuiuſdã arboris cõtenderent nu
mero, ſtetit gloria Mopſo: cuius rei dolore Calchas íteriit. Hoc
auté Euphorionis continent carmina, quæ Gallus tranſtulit in
ſermoné latinũ. Vnde eſt illud in fine, vbi Gallus loqtur, Ibo, &
Chalcidico, quæ ſũt mihi cõdi
ta verſu Carmina. Nam Chal/
cis ciuitas eſt Eubœæ, de qua
fuerat Euphoriõ. ¶ Ne quis ſit
lucus quo ſe plus iactet Apol/
lo.) Senſus hic eſt, Si tu Grynę
um laudaueris nemus, in nul
lo ſe tm̃ Apollo iactabit. **Heſpis**

MANCINELLVS.

¶ Heſperidũ mala.) In Ethio
pia ſpecioſiſſimum pomariũ,
Atlanti fuit in quo naſcebant
aurea mala, q̃ heſperides cu/
ſtodiebat, Ægle, Haretuſa, He
ſperetuſa, & draco perugil. La
ctan.the.ij. inde autem malis
tribus per Veneré habitis Hip
pomenes Atlantem Cenei fi/
liã curſu ſuperauit. de quo la/
te.x.lib.meta. Diony.a.ſcrib. Heſperidum inſulas non fruſtra fa
bulatum eſſe, aurea poma produxiſſe, cum plurimo auro ditiſſi
mæ ſint, atque omnium penè metallorum genera pariant, eas
vicini quoq; Iberi tenuerunt, Solinus etiam de Libya ſcribens,
& de hortis heſperidum, & puigili dracone ait, ꝙ flexuoſo mea
tu æſtuarium è mari fertur adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum,
vt viſentibus procul lapſus anguineos fracta vertigine mentiá/
tur, itaq; quod hortos appellauere circundat, vnde pomorum **Phaetõ**
cuſtodem interpretantes, ſtruxerunt iter ad mendacium fabu/ **Phaetõ**
landi. ¶ Phaethõtiadas. Phaethõ ſolis Epithetõ triſſyllabum, ae, **tiades.**
diuiſas habet, cũ apud græcos, ae, habeat, & à phaeno deriuetur,
quod eſt oſtendo, & phaenos ſplendidus dicitur. Quint. item in
j. Phaethõ triſſyllabum docet eſſe. Fuere autem Phaethõtis ſoro
res in arbores verſæ flendo fratris obitum, prope padum Phae/
thuſa. Lãpetia, ſeu Iapetia, & Lampethuſa, de quibus late Ouid. **Muſcus**
lib.ij.meta. ¶ Muſco,) Muſcus proprie, dicitur lanugo viridior

Permeſſus. quæ locis humidis naſcitur Ouid.lib.j.meta. Ad delubra deæ,
quoꝝ faſtigia turpi: Pallebāt muſco.☞Proceras) altas ☞Alnos.)
Olme. in quas verſæ ſunt Phaethōtiades.☞Permeſſi.(Permeſſus & Ol
Cornelius. meus ex Helicone Bœotię mōte fluentes in vnumq; permixti,
in Copaidem lacū incurrunt Strab.lib.ix.edocet.☞Gallum:) C.
Gallus. Cor.Gal.Foro iulienſis poeta de quo Virg.hoc loco ſcrib. Ægy
ptum Romanam ꝓuinciā primus rexit & anno ætatis ſuæ qua
drageſimoq̄rto ꝓpria ſe manu interfecit. Fuit &.C.Aſinius.Gal.
orator Aſinij Pollionis filius qui diris à Tyberio ſupplicijs neca
tus eſt.Euſebius author eſt.☞Aonas in mon.)i.Bœotios,nā Ao
nes barbaræ gentes prius Bœotiā incoluerunt,vt ſcrib.Stra.lib.
ix.ſunt autē plurimi Bœotiæ mōtes,quoꝝ Cytheron,& Helicō
celeberrimi,muſisq; ſacri,ſunt autē denominati à Cytherone,
& Helicone fratribus,qui illic ſingulari pugnauerūt certamine,
vt ſcrib. Lyſima.☞Linus.)de hoc legito in Polliōe.☞Apio.) Pli.
lib.xix.& lib.xx.de Apio multa,vbi ēt ait ꝙ honos erat ipſi in
Achaia coronare victores ſacri certaminis Nemeę,& in cūdimē
tis peculiarem gratiā habet,ſuauiores aquas potui incoctū præ
ſtat.☞Aſcræo ſeni.☞Aſcra vicus eſt Bœotiæ,vt Prob.ait,in quo
æſtimatur natus Heſiod.Oui.li.iiij.de pont.Intumuit vati nec
Aſcra. tamen Aſcra ſuo.Stra.Item li.ix.ſcribit Aſcram eſſe in Theſpiis
iuxta Heliconis partem & Hæſiodi partiam,vt Pli.xxiij.docet.
Is princeps oīum de agricultura pręcępit,& carmine executus
eſt quem poſtea Maro in georg.imitatus eſt,Aſcręo.q.an.ſe.Tra
dunt ꝙ Heſio.dum dii patris oues iuxta Heliconem cuſtodiret.
à muſis ad fontem Hippocrenē deductus eſt & poeta effectus.
Gryneū Vnde & Oui.lib.vj.faſt.inquit.Ecce deas vidi,non quas præcæ/
ptor arandi.Viderat Aſcręus cum ſequeret̃ oues.☞Grynei ne.)
Gryneū oppidū eſt myrrineorum in Æolia,quod & Apollinis
fanum & peruenuſtum oraculum,& templum cādido lapide
ſumptuoſum habere.Strab.docet lib,xiij.

ASCENSIVS.

❡Tū canit &c.Proſequit̃ alias fabulas & fabuloſas metamor/
phoſes ſeu transformationes,Et primo fabulā Atalātæ puellæ,
Phaethōtiades. Deinde metamorphoſin Phaethōtidū ſeu Phaethontiadum hoc
eſt ſoroꝝ Phaethōtis,eſt enim à fratre deductum patronymicū,
adiecta ꝓpter metrum ſyllaba.Nā Pheathōtis deberet dici vbi
nunc dicitur phaethōtias.Sicut Amphitrioniades pro Amphi/
trionides dicit̃ Hercules.Dicit aūt eas in alnos verſas cū alij in
populos verſas ꝑdicent ſanē tā alni q̄; populi ad padum qui &
Eridanus dicitur naſcant̃ vnde & fabulæ datus eſt locus.Tū ca/
nit errātē Permeſſi ad flumina Gallū,quē ſingulari amore ꝓſe/
cutus eſt Virgilius,ſicut alibi dicetur.Nouiſſime proſequitur &
alias fabulas quas in ſequētibus explicabimus,hæ aūt ex cōmē
tarijs notiſſimę ſunt.❡Ordo igitur eſt Silenus canit tum.i.poſt
ꝑdictas fabulas,puellam.ſ.Atalantam miratā.i.īmoratā ſtupen
do mala.i.poma aurea,heſperidum.i.quæ heſperides in horto
Atlantis in Æthiopia cuſtodiebant.Tum.i.deinde circundat.i.tā
graphice canit vt circundare videatur Phaethōtiadas.i.ſorores
Phaethōtis (accuſatiuus eſt tertiæ declinationis,& ideo vltimā
corripit)corticis amarę.ſ.alni arboris cuius amarus,aut vt hic
dicit̃ amara eſt cortex.(Forte tñ ordo eſſe poſſet.circundat mu
ſco corticis amaræ.ſ.arboris)atq; erigit.i.erectas canit ſolo.i.
in terra iuxta padū,alnos.i.arbores illas quę aluntur amnibus,
proceras.i.directas & extenſas,hoc eſt canit quo phaethōtiades
in eas mutatæ ſunt propter mœrorem ſubmerſi fratris.Videre/
tur tñ nimia periphraſi vti ſi à paſtore excogitata,& dicta recita
rentur,ſed Sileno Bacchi nutricio ars oīs congrua eſt.Tū.i.po/
ſtea canit Gallum poetā illum cui Virgilius bene voluit,erran/
tē ad.i.iuxta flumina.i.fluenta aut fluctus Permeſſi illius fluuij
in Bœotia ab Helicone(vt Seruius docet)profluētis.& canit vt
i.qualiter vna ſoroꝝ.i.muſarū quę inter ſe ſorores ſunt & per ex
cellentiā ſorores dicunt̃ quia inter ſe ſummopere conſentiunt li
cet in re diuerſa.duxerit.i.Gallum in montes Aonas.i.Bœotios
quos Aones olim habitarāt,et vt.i.qualiter oīs chorus Phœbi.i.
totus cætus muſarū aſſurrexerit.i.aſſurgendo reuerētiam,& ho
norē fecerit,viro.ſ.Gallo.Et vt.i.qualiter,Linus paſtor ornatus
crines.i.hñs capillos ornatos florib⁹.ſ.hederaceis atq; apio ama
ro.i.cuius ſuccus amarus eſt,aut cuius acqſitio difficilis atq; ita
amara eſt.(Difficilis autē eſt quia in ludis nemęis victoribus in Apium.
ꝑmiū dabatur qui eo coronabant̃,vñ macer.Eſt apium dictum
ꝙ apex hoc ferre ſolebat,Victoris veterū fieret dum more triū/
phus)dixerit,videlicet ad Varū,en ò Vare muſæ dāt tibi hos ca
lamos accipe,ſup.eos quos ſup.dederāt ante.i.prius ſeni Aſcręo
i.Heſiodo cuius pater Aſcrā habitabat quam ipſe ſic apud Stra/ Aſcra
bonem libro.ix.damnat Aſcram rus miſerum penes hic Helico/
na colebat,Hiberno dirum,triſte æſtu,optabile nunq̄.Et cui in
ea viſæ ſunt muſæ qbus viſis,& ad fontes ſacros perductus ſta/
tim poeta euaſerat,vt inuit Perſius dicēs,nec fonte labra &c.Et
Ouidius.Ecce deas &c.hic autem dicitur accæpiſſe à muſis cala
mos,Accipe ergo calamos,quibus ille.ſ.Heſiodus,ſolebat de/
ducere.i.deorſum ducere cantando de mōtibus.ſ.ornos.i.arbo/
res illas,rigidas.i.duras & difficulter flexibiles:Origo dicatur ti
bi his.i.per calamos nemoris Grinęi.i.quod in Æolia habitauit
Apollo hoc eſt volunt muſæ vt per eos dicaris oriundus ex gri
neo nemore,ne quis.i.aliquis lucus ſit quo Apollo iactet plus
q̄;.ſ.de grineo nemore ſe iactet ſi eius oriundus ſit,nam gloria
patriæ,ex claritudine in ea genitorum acquiritur,tāta autem eſt
Vari in poetica claritas vt ſi grineus ſit Apollo poetarum ſum/
mus amator(vnde dictum eſt & me Phœbus amat &c.)& fau/
tor grineum nemus omnibus lucis pręferat.iis autem calamis
forte illic natis Varus videretur grineus eo ꝙ illic ab Apolline
videretur muſicam doctus.

PIERIVS.

❡Tum Phaethon.muſco circundat amaræ Corticis.)Et in hoc
quoq; nomine multi decępti ſunt.Quod in anti.codicibus,ſcri
ptum obſeruaſſent Phaethōtiadas,Errore geminato,quāuis nō
negarim duas ſyllabas primas in vnam coire poſſe, vbi aliqua
neceſſitas cogat.Notat ſanē Quintilianus,συναλοίφην.quam cō Scyll
plexionem interpretatur,apud Varronem.Quo te flagranti de/
iectum fulmine Phæthon, Sed hoc loco non eſt huius figuræ
vſus.Obſerua & amarę corticis,apud eum qui medio cortice di
xerit,qui ſi amari corticis hic feciſſet cōpoſitionē peccaſſet.☞Ao
nas in mōtes vt duxerit vna ſororū.)In anti.codic.manu ſcri/
pto legere eſt,abſq;,in,præpoſitione.Aonios mōtes vt duxerit
vna ſororum vt Italiā venit.Sed lōge melius eſt.Aonas in mō/
tes vt vulgata habent exemplaria.☞Vtq; viro Phœbi chorus Aſ
ſurrexerit omnis,apud Aruſianū meſſuȝ,legas,atq; viro Phœ.
Cho.aſſurrexerit.

SERVIVS.

❡Quid loquar aut Scyllam
Niſi,quā fama ſecuta eſt.)Scyl
læ duæ fuerūt,vna Phorci &
Creteidos Nymphæ filia pul/
cherrima,quam cum amaret
Glaucus deus marinus,dū ip/
ſe amaretur à Circe,& eam cō
tēneret:illa irata fontē in quo
Scylla ſolebat ſe abluere,infe/
cit venenis:in quē cum deſcē/
diſſet puella, media ſui parte
in feram mutata eſt.Hanc po/
ſtea Glaucus fecit deā marinā:
quæ claſſem Vlyſſis,& ſocios
euertiſſe narratur.Altera vero
Scylla fuit, Niſi Megarēſium
Regis filia:contra quos dū de
uictis iā Athenienſibus pugna
ret Minos,propter filii Androgei īteritū,quē Athenięſes & Me/
garenſes dolo necauerant;amatus eſt à Scylla Niſi filia: quæ vt
hoſti

Quid loquar,aut Scyllam Niſi:quā fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris, Ingui
Dulichias vexaſſe rates,& gurgite in alto Dulich
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis,
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomena dapes:quæ dona pararit:
Quo curſu deſerta petiuerit,& quibus ante
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?
Omnia,quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas,iuſſitq; ediſcere lauros. Eurota
Ille canit,pulſæ referunt ad ſydera valles.
Cogere donec oues ſtabulis,numerumq; referre
Iuſſit,& inuito proceſſit Veſper Olympo.

hoſti poſſet placere,comā pur
pureā parētis abſciſſam ei ob/
tulit:quam Niſus ita habuerat
conſecratā,vt tādiu regno po
tiret̃,quādiu illā habuiſſet ita
ctā.Poſtea & Scylla à Minoe
contempta,dolore in auē con
uerſa eſt:& Niſus extictus deo
rū miſeratione,in auis muta/
tus eſt formā.q̄ aues hodie,vt
ipſe in Georgicis docet,flagrāt
inter ſe magna diſcordia.Mo/
do ergo Virgilius aut poetarū
more miſcuit fabulas: & no/
men poſuit pro noīe,vt dice/
ret Scyllam Niſi,pro Phorci:
ſicut alibi Domitus Pollucis
habenis Cyllarus:cū Caſtor,
equorum domitor fuerit.Itē,
Et manibus Progne pectus ſignata cruentis: cum Philomelæ,
non Progne, abſciſſa ſit lingua. aut certe ſit Hyſteron Prote/
ron:vt

ſoni: vt quaſi vtriuſq; fabulæ videatur facere commemorationem, vt intelligamus, Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quã fama ſecuta eſt, Candida ſuccinctam latrantibus inguina moſtris, Dulichias vexaſſe rates. Aut certe vt bis accipiamus. Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt? vt eſt illud in primo, Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco. ⸿Dulichias vexaſſe rates.) Ithacenſes à monte. Dulichium inſula eſt, vbi mons eſt Ithacus: in qua fert̃ habitaſſe Vlyſſes: eoq; & ipſe Dulichius, & Dulichias habuiſſe rates dicitur. Vexaſſe aũt rates per Tapinoſin dictum eſt. Nam non vexauit, ſed euertit. quod Probus vult hac ratione defendere: dicẽs. ⸿Vexaſſe.) Venire ab eo quod eſt veho, vecto, vexo, vt vexaſſe ſit portaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo euertiſſe. ⸿Teri.) Pro Terei. nam per ſynæreſim dictum eſt, ſicut ſupra, Furtumq; Promethi, pro Promethei. Tereus autem Rex Thracum fuit. qui cum Pandionis Athenarum regis filiam Prognẽ nomine duxiſſet vxorẽ: & poſt aliquantum tẽpus ab ea rogaretur vt ſibi Philomelam ſororẽ videndam accerſeret: profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere: & ei linguam, ne facinus indicaret, abſcidit. Illa tñ rẽ in veſte ſuo cruore deſcriptam miſit ſorori: qua re cognita Progne Itym filium interemit, & patri epulandum appoſuit. Poſtea oẽs in aues mutati ſunt, Tereus in vpupã, Itys in phaſianum, Progne in hyrũdinẽ, Philomela in luſciniam. ⸿Philomela dapes.) Atqui hoc Progne fecit: ſed aut abutitur nomine: aut illi imputat propter quam factum eſt. ⸿Eurotas.) Fluuius Laconum, qui ab Appolline inſtructus ſuas edocet lauros, quibus eius plenæ ſunt ripæ. ⸿Et inuito ꝓceſſit veſper Olympo.) Et ex eo ꝙ dies inuitus abſceſſit. & ex eo quod nimio audiẽdi deſyderio veſper exortus eſt cantilenę voluptas oſtenditur. ⸿Olympo.) i. cœlo.

PROBVS.

⸿Tum Progne cõem Itym per membra laceratum Tereo prębuit epulandum. Confeſſa deinde, quod feciſſet cum ſorore effugit, Tereus vindex perſequebat̃, Sed oẽs demutati ſunt in aueş. Progne in Luſciniam, Philomela in hirũdinem, Tereus in vpupam. Oĩa quæ Phœbo ευρώτα σ amnis, vt Callimachus ait, in flumina ſerpit per laconũ fines, fontes aũt agit ex monte Mænalio, cõfunditur Alphęo, rurſusq; diſcedit, ripę eius Lauro opacãtur, Quas ait Apollonius edidiſſe voces, cum eaſdem Bucolico carmine referret, beatum dixit ob potentatum laconum.

MANCINELLVS.

Scylla. ⸿Scyllã Niſi.) Pandioni athenarũ regi. q̃tuor fuere filij Ægeus: Lycus, Pallas, & Niſus. Cũq; attica regio in partes quatuor eſſet diuiſa, Niſo megarę ſorti obueniunt, q Niſeam condidit. Stra. li. ix. Contra hunc demũ Minos bella geſſit. ſcelere aũt Scyllæ filiæ obtruncatus eſt, vt Minoe ipſa, quẽ adamabat, potiretur, poſtea in aues ambo conuerſi ſunt, de quibus Ouid. lib. viij. meta. ſcri. Scyllam Niſi filiam Minois cupidine captam, cum ei Niſeã proditione tradidiſſet, ab eo in profundũ deiectam eſſe. ⸿Quã fama ſecuta eſt.) Ordo eſt, aut quid loquor Scyllã, quam &c. hic loquitur de Scylla Phorci filia, quã Glaucus marinus deus amauit, ꝓpter quod à Cyrce venefica in monſtrum marinum cõuerſa eſt, de quo lege Oui. lib. xiiij. me. Maro etiã li. iij. Ænei. hãc deſcribẽs ait, Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo, &c. Reuera tamen Scylla ſcopulus eſt in freto Siculo. vt ſcribit Pli. li. iij. Sallu. itẽ dixit eſſe ſaxum ingens humanam habens effigiẽ parte ſuperiori, inferiori vero plures habere ſcopulos ſub radicibus cauernoſos, vbi canũ latratus, & vlulatus luporum. vnda refracta repręſentat, Scylla aũt dicitur à Scyllo, quod eſt vexo. Inguia ⸿Inguina.) ſummæ coxę partes dicuntur. Dulichi. ⸿Dulichias vexaſſe rat.) Dulichium inſula eſt, vna Echinadum, iacẽs ad Acheloi oſtium. Stra. ſcri. lib. x. ibi aũt Vlyſſes regnauit, eum vero ſocijs ſpoliauit Scylla. vnde Ouid. lib. xiiij. ait Scylla loco manſit, cumq; eſt data copia primum, In Cyrces odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſem Mox eadem teucras fuerat merſura carinas, Ni prius in ſcopulum, qui nunc quoq; ſaxeus extat, Traſformata foret, ſcopulũ quoq; nauita vitat. ⸿Terei.) lege de hoc lib. vj. meta. ⸿Tec. pa.) ſcilicet vbi Philomela relicta à Tereo fuerat, propter ea dicit tecta ante ſua. Eurotas ⸿Eurotas.) Laconiæ flu. Soli. teſte laurisq; abundans, vt hic poeta oſtẽdit. Is teſte Liuio lib. iiij. bel. Macedo. vrbem Lacedæmona præterfluit, quod ẽt Strab. aſſerit lib. viij. ⸿Numerumq; re.) Dixit etiã in de Palæmone. Bisq; die nume. amb. pec. al. & hœd. ⸿Proceſſit.) aduenit, apparuit. ⸿Inuito Olympo.) nam cœlum quoq; Sileni cantu oblectabatur, pro nocte adueniente deficiebat. ⸿Veſper.) Stella eſt quæ diem finit. Æneidos lib. j. Ante diẽ clauſo componet veſper Olympõ, latius Plinius lib. ij. cap. ix. & nos item ſequenti Ecloga.

ASCENSIVS.

⸿Quid loquar &c.) Aut verba ſint Sileni à poeta recitata dicẽtis videlicet pueris, Quid loquar aut Scyllam Niſi &c. quaſi dicat has fabulas noſtis pueri, aut poetæ dicentis. Quid loquar aut Scyllã Niſi. i. ad quid dicã quomõ cecinerit fabulam de Scylla Niſi filia, aut ſupp. de Scylla Phorci, quaſi dicat non dubium quin vtramq; graphice cecinerit: quam conſtructionem approbat quod dicet. Ille canit &c. Sane ſubtractio huius particulæ aut, difficultatẽ in primo carmine parit. Si & enim ſic legeretur (vt meo iudicio legi debet.) Quid aut Scyllam Niſi, aut quã fama ſecu. eſt &c. nulla eſſet ambiguitas neq; fabulæ confuſio. Licet autem is poetarum mos ſit, vt vni attribuant quæcunq; à quouis eius nominis geſta ſunt vt vni Saturno, Ioui, Mercurio, Herculi, Veneri, Marti, Baccho, &c. quæ multorum ſunt, tamen vbicunq; poteſt vitanda eſt confuſio. Fabulæ ſatis explicantur à Cõmẽtarijs. ⸿Ordo igitur eſt. Quid. i. ad quid. (Non enim ponitur interrogatiue vt ſit, quid vultis loquar aut Scyllam &c. quia tunc diceret, an Scyllam non aut. vt Valla docet) aũt vt. ſ. Silenus narrauerit Scyllam Niſi. i. fabulam de Scylla niſi Megarẽſium regis filia, aut ſupp. Scyllam ſupple illam. ſ. Phorci filiam quam fama ſecuta eſt. i. quæ diffamata eſt ſuccincta inguina. i. habentem ſuccincta inguina. i. partes pudendas, candida. ſ. propter fluctuum ſpumam, monſtris latrantibus. ſ. canibus qui ab eius vẽtre latratum edunt, vexaſſe. i. moleſtando ſurſum deorſumq; frequẽter vexiſſe. (Nam Aulus Gellius docet cõtra Anneũ Cornutum qui hunc locum reprehẽdit quaſi mitius ſit verbũ quàm vt tali monſtro conueniat, eſſe verbum vehemẽs & graue, cum vexari ſit alieni arbitrij) rates dulichias. i. Vlyſſis, qui dulichius fuit, & laceraſſe in alto gurgite. ſ. maris, canibus marinis, ah (dolẽtis eſt) miſeros nautas. Ad quid loquar. vt. ſ. Silenus narrauerit artus Teri pro Terei (aut ſcribatur Terei & pronuncietur diſſyllabum) aut ſupp. vt narrauerit quas dapes quia ex ipſius filio decoctas, & quæ dona. Philomela ſoror Prognes coniugis eius pararit pro parauerit illi ſaltem occaſionaliter. quia qui cauſam damni dat damnum feciſſe cẽſetur. Phylomela autem à Tereo ſtuprata cauſam dedit cur Progne Itym filium Terei & ſuum Tereo epulandum proponeret. Sunt etiam qui reuera Philomelæ non Prognes facinus, aſſerant, aut quid loquar, vt narrauerit, quo curſu tam Philomela quã Progne & q̃; Tereus ac Itys petiuerit deſerta, quia non curſu pedum ſed alarum ꝙ exponit dicẽs, & quibus alis ipſe. i. Tereus ſuperuolitauerit ante. i. priuſq̃; deſerta aut ſyluas peteret, ſua. i. regia tecta, quia per phantaſiam videtur poeta innuere Terea iam in auem vpupam (cui pro criſta adhuc corona eſt) mutatum mœſtum dereliquiſſe regiã ſuã, & volitaſſe diu per tecta priuſq̃; ſyluas peteret. Innuit aũt non debere ſe id ſolum dicere, quia ille. ſ. Silenus canit, omnia quæ Eurotas fluuius ille laconiæ, beatus. i. fortunatus, & bñ habẽs, audijt quondam Phœbo meditante. i. exercitante muſam ſuam, & quæ. ſ. Phœbus iuſſit lauros quæ ad eurotam plurimæ ſunt ediſcere. i. memoriæ commendare. Ille inquam canit & valles pulſæ. i. verberatæ & ex impulſu vocis Sileni, & referunt ſupp. vocẽ aut cãtũ eius ad ſydera. i. ad cœlos, aut prius optatum eſt, ad aures diuum donec ipſe iuſſit. ſ. pueris Chromi, & Mnaſilo cogere. i. compellere oues ſtabulis. i. ad ſtabula, ac ouilia, & referre numerum. ſ. ouium illis à parentibus aut heris cõmiſſum, & donec veſper proceſſit inuito cœlo ꝙ geſtit adhuc audire cantũ, Sileni vnde non immerito dictum eſt, totus mundus ꝙ gaudeat eo cantante. Non abſurda eſſet ſententia nec durus ordo ſi dicatur, ſic. donec veſper. i. ſtella veſpertina hoc eſt heſperus ſeu veſperus, iuſſit. i. apparendo admonuit pueros illos cogere oues ſtabulis & referre numerum ſtabulis. & ipſe ꝓceſſit inuito Olympo. i. cœlo. Stabulis eſt hic vt dicunt octauus caſus, hoc eſt datiuus localis. ⸿Regula eſt. Quoties hæ ꝑticulę aut, ve, vel, ne, nec, neq;, &, tum, ſeu, ſiue, neu, neue, & ſimiles ante prius, aut primũ coniungendorum ponuntur, volunt ẽt ante reliquum aut reliquam poni. vnde videtur hic repeti, Aut Scyllam Niſi, aut &c. Regula.

PIERIVS.

⸿Quã fama ſecuta eſt.) In cod. aliquot antiqs. Secuta'ſt, legit̃, vt plerunq; ẽt in veterũ monumẽtis. Et ita Ecloga decima perq; horrida caſtra ſecuta'ſt. ⸿Quid loquar? aut Scyllam Niſi.) In ro. cod. vt Scyllam, habetur, quod nõ placet, q̃;uis poetarũ mos ſit interdum fabulas confundere. Id ſi cui tamẽ adrideat. Quid loquar. vt narrauerit Scyllam Niſi, aut vt mutatos. In paſtorali. n. perſona nõ dedecet ex duabus Scyllis alterã ꝓ altera noĩare. Vetuſtus ẽt codex manu ſcriptus ita legit. Quid loquar? Quid Scyllã Niſi, aut quã fama ſecuta eſt. Vide vero tale aliqd apud Seruiũ.



Adde

BIBLIOTECA UNIVERSITA

Adde quod narrauerat, non narrauerit. In Roma. codice ſcriptũ eſt, ſed ſcriptoris adſcripſerim Inſcitiæ. ⁋ Super volitauerit alis.) In Romano codice Supra legitur, & ꝙ ſcriptoris vitio factum eſt hoc. Ales, non alis. Legas tamen, quibus Alis, quippe quę pennatæ non ſunt vt aliarum volucrum, vnde loco locus in fabulis datus. ⁋ Iuſſitq́; ediſcere lauros.) Sunt veteres codices in quibus ramos, non lauros habetur. Sed longe melius Lauros cuiuſmodi locus Phœbum addeceat.

ASCENSIVS.

SEptima cantãtes, &c. In hac ſeptima Ecloga ex Theocrito fere ſumpta, recitatur cantilena, paſtorum inęquali arte contendẽtiũ: nã Thyrſis vincit cũ lege Amœbęi carminis aſſequi nequiret, vt ſuis locis oſtẽdemus, vnde ab aliꝭ Thyrſis ab aliꝭ à victore Corydõ inſcribit. Sunt q per Thyrſim poetę ęmulũ intelligant, ſed aliꝭ malint ſimpliciter intelligere, Nã in pncipio loqtur poeta in pſona Meliboei vt illic dicemus verũtñ ſi nulla eſſet allegoria quõ intelligeremus Daphnin ad Minciũ fuiſſe q ſiculus nimiꝫ erat? Aperiemus ergo mentem noſtram ante ordinẽ primi carminis. ⁋Ordo verſiculoꝶ noſtroꝶ eſt. Septima ſup. Ecloga cẽſet. i. indicat Thyrſim & Corydona quos Daphnis audit cũ Meliboeo cantantes inęquales. ſ. in arte cantandi quia victoria confertur Corydoni.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN CORYDONA, SEV THYRSIM QVÆ EST ECLO. VT NVNC PONVNTVR, SEPTIMA.

Septima cantantes quos Daphnis cum Meliboeo
Audit inæquales Thyrſim Corydonaq́; cenſet.




## ECLO. VII. MELIBOEVS DAPHNIS CORYDON, THYRSIS.

FOrte ſub arguta conſederat ilice Daphnis, ME.
Cõpulerantq́; greges Corydon, & Thyrſis in vnum,
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.
Ambo florentes ętatibus, Archades ambo,
Et cantare pares: & reſpondere parati.
Hic mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipſe caper deerrauerat: atq; ego Daphnin
Aſpicio. Ille vbi me contrà videt: ocyus inquit, DA.
Huc ades ò Meliboee (caper tibi saluus, & hœdi)

SERVIVS.

FOrte ſub arguta cõſederat ilice Daphnis.) Ecloga hęc pene tota Theocriti eſt: nã & ipſam trãſtulit, & multa ad eã de aliꝭ congeſſit. ⁋ Arguta.) aũt modo canora ſtridula. Alibi argutũ, breue ſignificat: vt, Argutũq; caput. ⁋ Daphnis.) Diuinũ hunc inducit, qppe filiũ Mercurij: vt diximus ſupra. Nã hinc eſt quod paulo poſt dicturus eſt: Caper tibi ſaluus & hœdi. qſi diuinus. ⁋ Compulerantq́;.) Cõpellere proprie eſt in vnũ locum vel diuerſa, vel diuerſorum animalia cogere. ⁋ Arcades ambo.) Non re vera Arcades: nam apud Mantuam res agitur: ſed ſic periti, vt eos Arcades putares. Nam & paulo poſt dicturus eſt, Soli cantare periti Arcades. ⁋ Et cantare pares, & reſpondere parati.) Hoc eſt, qui poſſent etiam continuum carmen dicere. Nã hoc eſt cantare: vt Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin. vel, Cãdidus inſuetum miratur lumen Olympi. Et Amœbæum referre, vt, Et me Phœbus amat, Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri. ⁋ Huc mihi.) Scilicet circa eam partem in qua Daphnis ſedebat. ⁋ Teneras defendo à frigore myrtos.) Varie hic locus exponitur. Nam aliꝭ ſimpliciter accipiũt.

Dum

Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra.
Huc ipſi potum venient per prata iuuenci,
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eq́; ſacra reſonant examina quercu.
Quid facerē? neq; ego Alcippē, nec Phyllida habebā,
Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.
Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Alternis igitur contendere verſibus ambo
Cœpere: alternos muſæ meminiſſe volebant.
Hos Corydon illos referebat in ordine Thyrſis.

Dum myrtos tego, & tueor, ne eas frigus exurat, Alij qui æſtatis illud fuiſſe aſſeritur tēpus, dicunt, Defendo à frigore, ideſt tego contra frigus futurum. Alij dicunt, Dum defendo .i. dum mihi ad defenſaculum præparo myrtos à frigore, ideſt quæ ſunt ſine frigoribus. Solent enim paſtores vendicare ſibi loca aliqua ꝓpter frigus futurum. ꝩ Vir gregis.) Abuſiue: nam tantum hominum eſt. Sicut alibi, Quem legere virum. Sic Horatius, Et olētis vxores mariti. Acyrologia eſt: quod tamen ad Theocriti imitationem dictum eſt: qui ait, ὦ τράγε τᾶν πόλιαν αὐγᾶν ἄνερ. ꝩ Caper tibi ſaluus, & hœdi.) Aut quia in capro eſt ſpes hœdorum: aut intelligimus iſtum etiam hœdos perdidiſſe, ſed neſcire: quod tamen ille quaſi diuinus indicat. Poteſt tamē etiam ſcire, ſed leuius damnum maioris contemplatione contēnere. ꝩ Et ſiquid ceſſare potes.) Si potes tibi breue otium perſuadere. Nam loquitur ad hominē amantē laboris. ꝩ Requieſce ſub vmbra,) Mecum ſcilicet. ꝩ Huc ipſi potum veniēt per prata iuuenci.) Ipſi, ideſt ſpōte ſua. Et intelligimus iſtum prꝑter capellarum gregē, iuuēcos habuiſſe peculiares. aut certe Ipſi referamus ad hœdos & caprum. vt, Per prata iuuēci. ꝩ Mincius.) Fluuius. intelligamus qui Venetiæ eſt. ꝩ E'que ſacra.) Et de ſacra: vt, E'que chao denſos diuum enumerabat amores. Ideſt à chao. ꝩ Neque ego Alcippen, neq; Phyllida habebam.) Has duas intelligamus amicas eſſe cantantium. Nam hoc dicit, Nec Alcippen habebam, vt ille: nec Phyllida, vt alter. ꝩ Certamē erat, Corydon cū Thyrſide, magnum.) Figurate locutus eſt, Magnum certamē, ille cū illo erat: ac ſi dicas, Magna cōtētio eſt, cum Cicerone Virgilius. ꝩ Mea ſeria.) Neceſſitatē capri inquirēdi, vel hœdorū. ꝩ Ludo.) Cantilena. vt, Ipſum Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. ꝩ Alternis igitur contendere verſibus ambo.) Hoc eſt quod ait ſupra, Et reſpondere parati. ꝩ Alternos Muſæ meminiſſe volebant.) Si volebant: ſenſus eſt, Muſæ vtriuſq; meminerant: vt, Amant alterna camœnæ. Sed multi volebam legunt: vt, ſit Optabam ò Muſæ meminiſſe alternos .i. omnia quæ dixerunt, tenere. Nam & in fine dicturus eſt, Hæc memini. ꝩ Referebat.) Amœbæi carminis lege, vt diximus ſupra.

MANCINELLVS.

Forte ſub arg.) Virg. imitatus eſt hoc loco: vt alibi Theocritū ipſum in Eclo. vj. vbi Daphnis & Damœtas amici, Polyphemi amorē in Galateam viciſſim canūt. Sed tum deuicit neuter, neuter ſuperatus abiuit: hic vero Thyrſis vincitur. Incipit aūt Theocritus ſic. Compulerant pecudes Daphnis formoſus in vnū, Damœtasq́; ambo dulces emittere cātus Edocti, alternasq́;, paratiq́; reddere voces. Ambo florētes ætate &c. Arguta, ſonora. ꝩ A frigore.) i. frigido vēto, ſolet enim martio mēſe potiſſimum, & aprilis initio, germina virere, quod quidē fere anno quoq; meis quibuſdam citreis arboribus etiam accidit. Id autē ſic exponendum, quoniam tunc teneræ ſunt myrtus, propter quod vere id actum eſſe, accipimus, non æſtu, quo duræ myrtus, vnde ait inferius. Solſtitium pecori defendite, iam venit æſtas. Torrida iam læto turgent in palmite gemmæ. ꝩ Contra.) ex oppoſito. ꝩ Ceſſare.) Vacare ab labore. ꝩ Requieſce, ſub vm.) Solet enim quādoq; martij tēpore & aprilis ſol eē calidior: nam ver eſt. ꝩ Mincius.) fluuius eſt qui præterfluit Mantuam, de quo ſuperius etiam. Viridis cœruleus, ꝗ etiam arūdines efficiunt foliorum copia. ꝩ Sacra.) Ioui, ſcilicet examina, hæc enim martio menſe incipiunt alueos exire, & arboribus inhærere. ꝩ Corydon.) pro Corydoni dixit per antiptoſim. ꝩ Poſthabui.) poſtpoſui. ꝩ Seria.) Ideſt grauia ac triſtia, hoc eſt amiſſum caprum, ſerium triſte, & quaſi ſine riſu dicitur authore Mar. ꝩ Ludo.) Ioco & cātilenæ. ꝩ Alternis.) ꝓ alternatim. ꝩ Alternos.) viciſſim & alternatim vtriuſq;. ꝩ Meminiſſe.) Recordari.

Micius.

ASCENSIVS.

Forte ſub arguta.) Hæc Ecloga videt̄ mere Bucolica ex Theocrito ſumpta. Non nihil tamen quod per allegoriam ad rem poetæ trahi poſſet continēs. Nā vt Seruius docet quidam per Daphnin Auguſtum intelligunt nec abſurde. nam is quoq; putabatur aut Apollo aut Apollinis filius, per Corydona autem Virgilium qui vicerat, quia agros recæperat, per Thyrſim victū æmulū poe

tæ,

tæ, per Melibœum aūt Mantuanum quēuis ſaltē ex agro ſicut in prima dictum eſt qui hic inducitur quærere caprum oberrantē: quia nondum agros ſuos recæperat, quos illi recipiēdos pollicetur Daphnis .i. Auguſtus. In hoc igitur principio Melibœus qui cuſtos boum dicitur gregē quærens dicit ſe inter quærēdum offendiſſe Daphnin, qui immoratus eſt ipſum ad certamen muſicum quod īter Thyrſim & Corydona erat audiēdum, pollicitus gregē Melibœi eo ſaluum venturum, quod quia filius Apollinis per diuinādi peritiam facile noſſe potuit. Ordo eſt. Daphnis paſtor ille diuinus Apollinis ex nympha filius per quē videtur Auguſtus intelligi, conſederat .i. quieſcēdi aut audiēdi locum (Sicut apud Ouidium & Iuuenalē Conſedere duces) Cæperat: forte .i. à caſu (non quia caſuale erat ipſum conſediſſe, ſed tunc conſediſſe cum ea Melibœus qui hæc recitat tranſiret) ſub ilice arguta .i. ſtridula & leni vēto crepitāte, Et Corydō, & Thyrſis paſtores illi compulerant .i. coegerant greges ſup. ſuos in vnū ſup. locum. Thyrſis ſupple compulerat oues, & Corydon compulerat ſup. capellas diſtētas .i. habētes hubera diſtenta lacte. Ambo ſupp. exiſtētes florentes ætatibus .i. per ætatem, & ambo arcades .i. tam periti vt arcades putentur parati pares .i. pariformia, & cantare .i. proponere carmē, & reſpondere, aut ſic, pares .i. pariforma periti & cantare & reſpondere. Dum ego defendo .i. munio quodam integumēto, hic .i. hoc tēpore myrtos teneras .i. recenter plantatas à frigore .i. à frigido vēto, vir .i. princeps & ductor gregis ipſe caper deerrauerat.) Placet ita potius interpretari quam intelligere per virum maſculum & progenitorem, tum quia caper dicitur à capiendo quia coleos non habet quibus captus eſt, tum quia dicturus eſt, caper tibi ſaluus & hœdi, vt videlicet per virum ductorē præuium intelligamus quē hœdi ſecuti erant, vnde ſatis fuerat dixiſſe viro oberraſſe: quod & Daphnis innuit dicēs caper tibi ſaluus & hœdi.) i. de loco ſtatuto errauerat, atq; ego, dum .ſ. caprum quæro, aſpicio Daphnin. Ille .ſ. Daphnis vbi .i. quo tp̄e aut qn̄ videt me cōtra .i. viciſſim aut ex oppoſito, inqt. O Melibœe ades .i. adueni ocius .i. cito & velociter huc .i. ad me, caper ſup. eſt ſaluus tibi, & hœdi, ſup. ſunt ſalui. Et ſi tu potes ceſſare quid .i. aliquātulum tp̄is, requieſce ſub vmbra .ſ. ilicis, iuuēci .i. iuniores pecudes, vt capri aut boues, venient ipſi .i. vt dicunt per ſe & ſua ſponte per prata potum huc .i. ad hunc locum ſecundūm quē Mincius fluuius errat vn̄ prius diximus ambos arcades fuiſſe .i. tam peritos vt arcades cenſeri poſſent: quia res iuxta Mantuam agitur. Nihil tamē prohibet etiam archades paſtores mercenarios illic tūc fuiſſe vbi & nūc aphricos plurimos videmus atq; æthiopas. Maior difficultas eſt, quomō illic Daphnis fuiſſe intelligatur niſi allegoricos per eum Auguſtus intelligatur, (vt dixi) Mincius .i. fluuius ille iuxta Mantuā incidens in padum, prætexit .i. abſcondit hic ripas tenera arundine, & examina .i. conuolatus aut fœturæ ſimul eductarum apum, reſonante quercu ſacra .ſ. Ioui, aut ob vetuſtatem religioſa & concaua. (In quercum autē concauam congerunt aliquando apes mella ſua, ſolet præterea res, vt vetuſtate ita religione, pollere apud ethnicos, vnde eſt, iuxtaq́; veterrima laurus Religiōe patrū multos ſeruata per annos, vetuſtas autem concauitatem generat.) Quid facerē .i. dubitabam quid facere deberem, quia ego neq; habebā Alcippem .ſ. coniugē, nec Phyllida .ſ. amicam quæ clauderet domi agnos depulſos à lacte .i. monebat, hinc quidē redire domum vt clauderē agnos ne matres infeſtarent. hinc vero inuitabar ad audiendum certamē cantantium, vn̄ ſequitur, & Corydon erat magnū certamē emphaticos .i. cauſa magni certaminis, aut magnopere certaturus cum Thyrſide. Tamē .i. tametſi vrgebat redire domum, tamen poſthabui .i. minoris feci, & poſtpoſui. Aut ſic tamen .i. tandem poſt longiuſculam deliberationem poſthabui mea ſeria .i. res ſerioſas .i. ſeorſum à riſu & anxias q̄ me vrgebant ire domū (quod potius dixero q̄; vt cum Mancinello ꝓpter caprum amiſſum dictum putem, ſic enim non haberet fidē Daphnidi qui eum ſaluum pronunciauit.) Igitur continuatiuum eſt aut cauſale, vt ſit ideo quia viderūt me & Daphnin interfuturos tanq̄; cenſores, ipſi cœpere .i. incœperūt ambo contendere alternis verſibus, hoc eſt amœbæis quia muſæ .i. camœnæ & opportu

nitates

nitates canēdi volebāt eos meminiſſe.i.ad memoriam reduxiſſe
verſus ſuos alternos.i.alternatim.Aut ſi ſit volebam legendum.
Volebā ℭOrdo eſt.O muſæ,ego volebā.i.optabam eos meminiſſe alter
legi do/ nos aut volebā meminiſſe.i.recordari alternos.i.alternatim ꝓ/
cet. latos.Corydon ſupple tulit ac propoſuit hos.i.ꝓxime ſequentes
& ſempꝛ priores verſus,& Thyrſis referebat.ſ.in reſponſionē il/
Regula. los.i.ſubſequētes verſus q poſt Corydonis ponunt. Regula eſt.
In zeugmate debet tertiū cōformari ꝓximiori cōſtructibili.Pro
ximus aūt eſt quod præcedit aut immediatius ſequitur,vt caper
tibi ſaluus & hœdi.Illic aūt.Cōpulerantq; greges.Thyrſis oues
Corydon diſtentas lacte capellas.Prolepſis eſt.

PIERIVS.

ℭA ſuperiori Ecloga vſq; ad eū verſum qui incipit.Naides indi
gno cum Gallus.a.p.deſunt omnes paginæ in codice illo anti/
quiſſimo maioris notæ.Quantum vero ad idilij pertinet inſcri/
ptionem animaduertendum in vita Virg.quę Donato aſcribitur
vbi ſingularum Eclogarum argumenta,& tituli recenſentur,hęc
corrupte legi.Septima Pharmaceutria.Octaua amores diuerſo/
rum ſexuum,& dicitur Damon.Ea tu ita reſtitue.Septima amo/
res diuerſorum ſexuum, & dicitur Corydon.Octaua Pharma/
ceutria,& dicitur.Damon.Sunt tamen qui pro Corydone Me/
libœum inſcribant.⸿Compulerantq; greges Corydon & Thyr/
ſis in vnum.) In antiquo codice manu ſcripto.Gregem.vnitatis
numero habetur:vt ſit Corydon,& Thyrſis compulerāt in vnū
gregem Thyrſis oues, Corydon capellas. Sed melius. Greges
vterq; ſuum.Eſt vero,vbi,ouis,legas.Sed hoc loco,oues per,es
dulcius ſonare videtur.⸿Hic mihi dum teneras.) In Mediceo,
Huc,ſcriptum eſt.Sed hic melius,hoc eſt eo tpe quo teneras de/
fendo à frigore Myrtos.⸿Eq; ſacra reſonant examina quercu.)
In Longobardico prius erat, atq; ſacra.prout etiā in citato hoc
eodē verſu ab Aruſiano.Sed.n.Seruius mauult.Eq; ſacra.In cō
mentarijs vero aliquot,Eq; caua reſonant,ſcriptum inuenias.

CO. Nymphæ(nr amor)Libethrides,aut mihi carmē,
Quale meo Codro,concedite(proxima Phœbi
Verſibus ille facit)aut ſi non poſſumus omnes:
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.

TH. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam
Arcades,inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut ſi vltra placitum laudarit,baccare frontem
Cingite,ne vati noceat mala lingua futuro.

SERVIVS.

ℭNymphę nr amor,Libethri
des.) Libethros fons ē vbi co/
lunt Muſę:& ſic ait Libethri/
des,ac ſi diceret Hippocreni/
des à fonte Hippocrene.Vt au
tē poetę iuocēt Nymphas(ſi/
cut hoc loco:Itē in fine,Extre
mū hunc Arethuſa mihi cōce/
de laborē)hęc ratio eſt,ꝙ ſm
Varronē,ipſę ſunt Nymphę q̃
& Muſę:nec immerito.Nam
aq̃ motus muſicā efficit:vt in
hydria vitrea videmus.Sane ſciēdū quod idē Varro tres tm̄ Mu
ſas eſſe cōmemorat:Vnā quę ex aquę naſcitur motu.Alterā:quā
aeris icti efficit ſonus:Tertiā quę mera tm̄ voce conſiſtit.Et mul
ti volunt in hac Ecloga eſſe allegoriam,vt Daphnis ſit Cęſar:Co
rydon Virgilius:Thyrſis vero qui vincitur,Virgilij obtrectator,
aut Bauius, aut Anſer,aut Meuius poetæ.⸿Proxima Phœbi.)
Subaudias carmina.⸿Aut ſi nō poſſumus oēs.) Secundū illud
dixit,Non omnia poſſumus oēs.Nā debuit dicere,Aut ſi ego nō
poſſum.⸿Sacra pinu.) Matri deum conſecrata.Sic ſupra. Sacra
quercu.ſ.Ioui dicata.⸿Naſcētē poetam.) Verecunde locutus eſt,
non iam poetam dicens, ſed naſcētem.Sane hoc loco carmē ex/
primitur Amœbæum.Nam cū Corydon petijſſet vt eſſet Codri
ſimilis:hic ſe adeo Codrum ſuperare dicit,vt in ſe eius inuidiam
poſſit mouere.Hedera autē coronantur poetæ,vel quaſi Libero
conſecrati,qui & vt Bacchæ inſaniunt(Sic Horatius,vt male ſa/
nos aſcripſit Satyris Faunisq; poetas) vel ꝙ ſemper virent hede
ræ,ſicut carmina æternitatem merentur.⸿Rumpantur vt ilia.)
Sicut etiam in Æneide diximus, hoc ile,& hæc ilia facit.Vnde
etiam Iuuenalis ait,Vis frater ab ipſis Ilibus?Nam Marylus mi
mographus contempſit artem,ad iocum mouendum: & para/
ſito dixit,Tu vt Hector ab Ilio nunquam recedis.Eſt autem.hoc
dictum per amaritudinem ruſticam.⸿Vltra placitum.)i.nimie.
Irriſorie,Vltra q̃ placeo & mereor.⸿Mala lingua.) Faſcinato/
ria,nocendi ſcilicet ſtudio.

MANCINELLVS.

ℭNymphę.) Muſas ipſas nymphas appellat,& Stra.li.x.ſcribit
Thracas fuiſſe bœotiæ accolas qui Libethridū nympharū antrū
Libethꝛ conſecrarunt.ſcri.itē Libethrum quendam fuiſſe Thraciæ locū,
libethra vbi muſæ cultæ ſunt. Libethrides Libethra fons eſt in magneſia,
regione quidem Theſſalię adiuncta vt ſcri.Pli.iij.Theſſaliæ item
bœotia iuncta eſt,Soli.inquit,Sed ne trāſeamus præſidium poe/
tarū,fons Libethrus & ipſe Magneſię eſt.⸿Nō.p.o.)ſup.carmi/
na facere ꝓxima verſibus Phœbi vti Codrus.⸿Hedera.)de hac
latius in Pollione vbi ēt de baccare.⸿Mala lingua.)de faſcino
lege in Palæmone.⸿Vltra placitum.) Vltra æquum.

ASCENSIVS.

ℭNymphę noſter amor.) Quaternis verſibus contēdunt vt in
Damœta binis,incipiens itaq; Corydon facit quādā inuocatiun
culam ad muſas petens ſibi tale carmē donari,quale Codro do/
nauerint,aut minans ſe non amplius cantaturū,ſed ad pinū fiſtu
lam cum arte ſuſpenſurum.Solēt.n.qui in quauis exercitatione
emeritos

emeritos ſe ſignificare volūt,
neq; illam amplius exercere;
illius arma hoc eſt inſtrumen
ta ad tolum ac poſtem numi/
nis quod illi pręeſt pēdere,vt
pueri prętextā laribus,puellę
puppā Veneri, pugiles ceſtus
Polluci.bellatores ſcutum &
enſem Herculi.nautæ remum
& cōtum Neptuno,muſici au
tē fiſtulā aut lyram muſis.Per
hoc aūt præfert Corydō fidu
ciā Codro æquari poſſe.Si.n.
dubitaret non ſe ad artis omiſſionē aſtringeret.Ad hoc reſpōdet.
Thyrſis & contrarium & plus dicens atq; ita legē ſeruans.Con/
trarium quidē dicēs quia Corydon optauit Codro amico ęqua
ri.hic aūt eum ad inuidiam prouocare contendit. Plus aūt quia
ſic Codrum ſuperare vult vt præ inuidia diſrumpatur. Signifi/
cat pręterea ſe & dignum hedera,& inuidia,contra quā vult bac
care cingi.ℭOrdo eſt.O nymphę libethrides.i.ò muſę Libethrū
fontem in Magneſia frequētare ſolitę,appoſitorie noſter amor,
ideſt quæ eſtis vnicum deſiderium, ſola voluptas & peculiares
deliciæ noſtræ,aut concedite mihi carmen ſupp.tale quale ſupp.
conceditis Codro meo,ſcilicet amico.Ille enim facit ſupp.car/
mina proxima verſibus Phœbi, ideſt accedentia q̃ proxime ad
artem Apollinis,qui princeps heroici carminis eſt(vnde in artę
flaccus.Lyrę ſolers & cantor Apollo &c.) Aut ſi non omnes poſ
ſumus ſupp.tale carmē facere,quia poetæ naſci cenſentur, eſtq;
poetica ars per quā paucis data,mea fiſtula arguta.i.ſonora aut
reprehenſa & deuicta,pendebit hic ſupp.de pinu ſacra.i.conſecra
ta matri deum.Ad quod Thyrſis etiam in hoc plus dicēs ꝙ non
inuocat:vt poeta ſit,ſed ſe iam poetam quidē eſſe verum ne im/
modeſte id dicat,adhuc creſcentē reſpondet.O paſtores arcades
qui.ſ.vt alibi dicetur ſoli pꝛiti eſtis cantare,& ita pro merito quē/
uis hedera donare poteſtis ac ſcitis, ornate poetam.ſ.me videli/
cet Thyrſim,& creſcentem.i.ſurgentem & nondum conſumma
tum hedera,ita vt ilia rumpantur Codro inuidia,ideſt præ inui/
dia,quia videbit ſe à me ſuperatum.Aut ſi tanta ſup.erit mihi in
cantilenis gloria vt inuidiam gloria ſuperauero,& ita ipſe lauda
rit vltra placitum.i.inuitus cum defamare non audeat, cingite
vati.ſ.mihi frontem baccare,ideſt illa herba quæ valet contra fa
ſcinum,ne lingua mala.i.nociua,& faſcinatoria,noceat mihi va/
ti futuro.hoc eſt ſi forte me coactus laudauerit contra placitum
ſuum,& tamen liuorem diſſimulauerit,ne lingua eius me faſci/
net cingite frontē baccare.Hęc potior ſententia viſa eſt q̃ vt di/
cta contra placitum.i.vltra ęquū.ſic.n.non plus diceret,ſed mi/
nus contra legē.ℭRegula eſt,efficiens naturalis ſępe regitur à
verbo in ablatiuo ſine prępoſitiōe.vt rumpor inuidia,rubeo pu
dore.algeo pauore.taceo pudore &c.

PIERIVS.

ℭCreſcentē ornate poetam.) In Lōgobar.& in Mediceo legere
eſt.Naſcentē:horum alterum Paraphraſis fuit.Creſcentem vero
omnino caſtior lectio exiſtimatur.⸿Aut ſi vltra placitum lauda
rit.) In Longobar.legitur placidū,quod minime admittimus.

CO. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramoſa Mycon viuacis cornua cerui.

SERVIVS.

ℭMycon.) Vel eius filius,vel
patronus.⸿Viuacis cerui.) Vt
enī Plinius dicit in naturali hi
ſtoria,Cum ſe cerui grauatos
ętate cognouerūt,ſerpētes re/
grūt,& eos flatu ad ſe tractos,
cum comederint,reuertuntur
ruſſus

Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.
**TH.** Sinum lactis, & hęc te liba Priape quotannis
Expectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus. at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

rurſus ad ætatem prioré. ¶ Si proprium hoc fuerit.) Quod ſupra petierat ſcilicet, vt talia carmina faceret qualia Codrus effecerat. ¶ Leui de marmore tota.) Solent enim plerunq; caput tantum, vel thoraca facere. ¶ Suras euincta cothurno.) Ideo ſingulari vſus eſt numero, quia hoc genus calceamenti vtriq; aptum eſt pedi. Sic in primo Æneidos, Purpureoq́; alte ſuras vincire cothurno. ¶ Sinum lactis.) Sinus, genus eſt vaſis: quod cum ſignificamus, ſi producitur. cum vero gremium ſignificamus, ſi corripimus. Sane notandum, haberi conſiderationem diuinarum perſonarum. Nam ille ſupra cum veneratione locutus eſt apud numen ſeuerum: contra hic iocatur, q̃a loquitur numini: quod iocis gaudere manifeſtum eſt. ¶ Priapus.) auté, deus Lápſacenus eſt Helleſponti, qui hortos tuetur. ¶ Liba.) placétas. ¶ Pro tempore.) Pro neceſſitate. ¶ Si fœtura gregem ſuppleuerit.) Si tot agnos habuero quot oues: hoc eſt enim gregem ſuppleri per fœturam. Fœtura enim eſt prouentus. i. ipſe fœtus.

MANCINELLVS.

Ceruoꝝ vita. ¶ Tibi.) ſupple vouit vel tradit, ac tuo templo affiget. ¶ Viuacis cerui.) vita ceruis in confeſſo longa: vt inquit Plin. lib. viij. poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat: adopertis iam cute in magna obeſitate. ¶ Ramoſa cornua.) cornua mares habent, indiciaq́; ętatis in illis gerunt. ſingulis annis adijcientibus ramos: vſq; ad ſexennes ab eo tempore ſimilia reuiuiſcunt: nec poteſt ætas diſcerni. Plin. libro. viij. ¶ Si proprium hoc fuerit.) proprium, ideſt priuatum mihi, nec ad alios pertinés, hoc ſcilicet. vt carmen, quale Codrus componam, Ad id autem Dianam inuocat. quoniam Bucolicũ carmen Dianæ conſecratum ſcribunt. Nam vt Diodorus ait, tradúnt Daphnin Dianam fiſtula, & cantu Bucolico apprime oble-
Sura. ctaſſe. ¶ Suras.) Sura dicitur poſterior pars tibiæ. ¶ Puniceo.) rubicundo quaſi phœniceo. ¶ Cothurno.) Cothurni ſunt calciamétorum genera venatorum, quibus crura etiam muniũtur, cuius calciamenti effigies eſt in ſimulachris liberi, & Dianæ, Prob. author. ¶ Sinum lactis.) Sinum vas eſt ſinoſum vt ſcribit Marcel.
Liba. Sinum autem vas vinarium grande teſte Varrone. ¶ Liba.) ſunt placentæ, de farre, & melle, & oleo ſacris aptę, dicta vero liba, teſte Varrone, quod libarentur. prius q̃; eſſent cocta. Cato autem
Priapꝰ. capite. lxxv. docet latius quo pacto libum fieret. ¶ Priape.) hic deus non ſolum in vrbium templis, ſed in agreſtibus quoq; locis tanq̃; vinearũ, atq; hortorum cuſtos colebatur fructuum fures caſtigans, ei ſacra cum riſu, & ludo fiebant, fabulantur antiq Dionyſij ac Veneris filium fuiſſe, aſſeruntq́; nonnulli priſcos illos, cum vellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixiſſe. Diodorus author libro quinto. ¶ Fœtura.) ideſt genitura ex ouium prouentu.

ASCENSIVS.

¶ Setoſi caput hoc apri &c.) A muſarum inuocatiõe ad paſtorale numen laudandũ tranſit ad Dianam videlicet: quę quia venatrix canibus quorum paſtoribus ſumma cura eſt præficitur. vñ in Damœta Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris. Dicit autem Myconem puerum ſuum Dianæ iam nunc afferre caput apri. & cornua cerui quibus ſe venationi deditum & eius deditiꝰ tium ſignificat, pollicetur'q; ei vt Apollinis ſorori ſi carmina qualia Codrus hoc eſt proxima Phœbeis facere poſſit, ſtatuam marmoreá facere euinctam, quia venatrix eſt ſuris cothurno purpureo, Ad quod Thyrſis in ſimili plus dicens reſpondet, ſe iam Priapũ marmoreum feciſſe, facturum autem aureum, quia ergo plus eſt feciſſe q̃; facturum eſſe, & plus aureum q̃; marmoreum nimirum plus dicit. ¶ Ordo eſt. O Delia, ideſt Diana venatrix ante Apollinem ſed ex eadem matre eodemq́; puerperio in Delo inſula genita: paruus Mycon, ideſt puer meus humilis (niſi idem ſit qui & Corydon) ſupple offert ac dicat tibi. hoc caput apri ſetoſi, ideſt ſetis multis quod feritatis ſignum eſt obſiti, & hęc cornua ramoſa, ideſt multis ramis ornata, vſq; enim ad ſextum annum dicũt vnum accreſcere, & ideo bene dicit. cerui viuacis, aut quia omnes diu viuunt, aut quia præcipue diu vixerit, vnde munera ſua prudenter commendat, primo quia hic dicit ſe aut puerum ſuum paruum quo ſignificat ſe velle maiora dare ſi poſſet deinde q̃a caput & cornua quæ à venatoribus aſſeruari ſolent in laudem & gloriam: tum quia caput apri quod difficile acquiſitu eſt, & potiſſimum ſetoſi, ideſt adulti iam & ferocis, Tum quia viuacis cerui, & nouiſſimo, quia ramoſa vt annoſum ſignificet ceruum, & ita fugę peritum fuiſſe & aprum ferocitate munitum, à difficultate ergo munera ſua commédat. Addit autem. Si hoc ſcilicet facere carmina qualia Codrus (niſi ad artem venandi referas.) Non enim ab Diana videtur expectanda ars poetica, & præterea vt ſuperioribus reſpondet, non minoris facit habere proprium venandi ſtudium, q̃; faciendi carminis peritiam, fuerit proprium, ideſt mihi peculiariter datum, vt ſcilicet ſolus tali carmine, aut tali venandi arte excellam, tu ſtabis. i. erigeris in ſtatua tota de marmore leui, ideſt leuigato & polito, euincta ſuras, ideſt habens euinctas ſuras cothurno, ideſt alto calciamento genuũ tenus fere protenſo, puniceo, ideſt purpurei coloris, eo auté gaudent venatores. vnde Ænei. j. Venus venatrici ſimilis dicit. Virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram, Purpureoq́; alte ſuras vincire cothurno. Ad hæc Thyrſis. O Priape. i. deus hortoꝝ (qué forte inuocat quia hedera & baccare cingi cupiebat quæ in hortis naſcuntur.) ſat. i. ſatis eſt expectare quotannis. i. ſingulis annis à nobis ſinum. i. vas mulctrale (ſitellam per diminutionem vocát) lactis & hæc liba. i. placentas, quia tu es cuſtos pauperis horti. q. d. ſi plura poſſem plura darem. Nos fecimus nunc te marmoreum pro tempore. i. iuxta egeſtatem noſtram in qua ſumus hoc tépore, at. i. ſed ſi fœtura. i. propagatio & educatio ſuppleuerit. i. ęquauerit gregem: ita vt ſingulę matres ſingulam prolem educent, tu eſto. i. iubeo vt tunc ſis, aureus. i. ex ſolo auro formatus. Poteſt etiam Dianam tanq̃; Bucolici pręſidem inuocare.

PIERIVS.

¶ Sinũ lactis & hęc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt.) In pluribus quidem antiquis cod. legitur, te, Sed in Oblongo. Tibi, quippe ſatis eſt, vel oblata tibi. Sino, vero pro vaſe: vtitur, & Plautus ĩ Curguliõe. Inuergere in me liquores tuos Sino doctim. Quod vero Vergilius Liba genere neutro dixit. Nigidius libos genere maſculino dicere maluit. Quot annis vti ſępe dictũ, diſtinctis dictionibus ſcribitur in antiquis exemplaribus.

**CO.** Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ,
Candidior cycnis, hedera formoſior alba,
Cum primum paſti repetent pręſepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura: venito.
**TH.** Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.

SERVIVS.

¶ Nerine Galatea.) O amica q̃ talis es, q̃lis fuit Galatea quã Cyclops amauit. Nerine auté pronymicũ é gręcũ. Nã fœminina pronymica aut in ias exeũt, vt Pelias: aut in eis, vt Atreis: aut ĩ e, vt Nerine, Adraſtine. ¶ Thymo mihi dulcior hyblę.) Vel odore thymi hyblęi, vel melle hyblæo, vt à mãré ipſam dixerit. Nam apibus, nõ hoibus dulcis eſt thymus. ¶ Hedera formoſior alba.) Quia ſunt & nigræ hederę: vt, Aut hederę pãdũt veſtigia nigrę. Nigra aũt, vel alba hedera, non ex folijs, ſed ex ligno cognoſcitur. ¶ Tui Corydonis.) Plenum affectus eſt: vt, Si quis amatæ Tangit honos animũ. ¶ Sardois herbis.) In Sardinia enim naſcitur quædam herba, vt Salluſtius dicit, quæ ſardon dicitur, apiaſtri ſimilis. hęc ora hominum ictus dolore contrahit, & q̃ſi ridétes interimit. ¶ Ite domũ paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.) Qui ad paſcédũ auidiſſimi ſunt. Ideo aũt ĩcrepat tauros tarde redeũtes ad ſtabula, q̃a ſupius ille dixerat tunc amicã ſuã venire debere, cũ tauri ad pſepia fuiſſent reuerſi.

MANCINELLVS.

¶ Nerine.) Nerei filia, de quo ſupius. Thymo etiã ſupra patuit. ¶ Hyblę.) Vide in Tityro. ¶ Hedera alba.) non propter lignum alba hedera dicitur, & nigra, ſed propter folia, & ſemen, eſt enim alia fructu tantum candida: Hedera alia & folio, arbores autem necat candida, omnemq́; ſuccum auferendo tanta craſſitudine augetur, vt ipſa arbor fiat. brachia ſibi

ſibi maxime ramoſa, ac robuſta. Plin. lib. xvij. ¶ Sardois herbis.) herba ſardinia, quę in fluuiis prouenit iuſto largior, ſi edulio fuerit veſcentibus neruos contrahit, rictu ora deducit, vt qui mortē oppetunt, veluti ridentium facie intereant. Solinus author. ¶ Ruſco.) Ruſcum herba eſt ſponte naſcens, quæ in cibis vtuntur pleræq; gentes, Pli. li. xxj. ¶ Alga.) Marina herba tenuiſſima.

Ruſcū.

ASCENSIVS.

¶ Nerine &c.) Poſt vtrunq; numē & muſices & venationis q̄rum paſtores ſtudioſi, proxima cura eſt amicæ quam nunc Corydon inuitat: precaturq; vt veſperi ad ſe veniat. Idem fere reſpondet Thyrſis, ſed plus dicit: quia ſe vehementius amare, vtpote qui nequeat ad veſperam vſq; amorem differre, nec nihil contrarij interſerit, quia cum ille de dulcibus, hic de amaris loquit̃. Itaq; adhuc vtcunq; legem ſeruat. ¶ Ordo eſt. O Galatea Nerine. i. Nerei filia. (Eſt enim patronymicum in ne) exiſtens mihi dulcior thymo hyblæ. i. nato ad hyblam oppidū Siciliæ vbi ꝓpter eius copiam fragrantiſſimi mellis plurimum eſt, exiſtens ēt cādidior cycnis, ideſt oloribus, cum enim ſit quaſi lactis dea per lac ſignificatur albedinem cycnorum ſuperare, & cū ſit dea addere ſplendorem, & formoſior alba hedera quæ gemmis in fructu ſimillima eſt. Cum primum. i. vbi primum vel vt primum, tauri paſti repetent. i. iterum petent & adibunt præſepia. venito ſup. ad me ſi qua, ideſt aliqua cura tui Corydonis: habet, ideſt tenet & occupat te. Ad quod Thyrſis. Imo ego videar: ideſt volo vt videar tibi non vt ſim amarior herbis ſardois. i. quæ naſcuntur in ſardinia, & horridior. i. aſperior ruſco, ideſt herba illa horridiſſima, & vilior. i. abiectior, alga proiecta. i. herbis aut iuncis à procellis ad litus appulſis & proiectis, ſi hæc lux. i. hæc dies quo Nerinem expecto quæ mihi noctem promiſit, non ſit, ideſt non videatur mihi longior toto anno, ò iuuenci paſti. i. qui iamdudum ſatis paſti eſtis. ite domum, ite inquam ſi quis. i. aliquis pudor eſt vobis. i. ſi quicq̄; verecundamini vltra iuſtum paſti. Et ita monet iuuencos vt domum abeant quo poſſit amica potiri ac frui quā ſe ille patienter expectare ſignificauit.

PIERIVS.

¶ Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.) Oblongus codex ille antiquus, atq; alter peruetus expoſitus Sardiniis legūt. vt latina dictio ſit, neq; quid in ſyllabis deſideretur, cum receptū illud ſit, & in medio Tybure Sardinia eſt. Quod ideo dictū volui, quia in codice Lōgobardico, & in Mediceo, Sardoniis, legitur, qua forma poſſeſſiuum id nomen apud Gręcos effertur. Quod ſi admittas figura erit Synizeſis duorum, ii, cum dubio procul σαρδῷοσ per. ω. μέγα. ſcribatur, Niſi factum ſit ea rōne, qua Sidonium eiuſdem naturæ nomen corripimus. quanq̄; καὶ σαρδῷοσ Stephano obſeruatum eſt, & multis adeo locis Virgilius Græca declinatione & figura vtitur. ¶ Si mihi non hęc lux toto iam longior anno eſt.) Obſeruat Nonius Fœminino genere Lucem, hoc loco dictum à Virgilio, pro die à Plauto vero in Aulularia Luce claro virili genere. ita etiam à Varrone, & à. M. T. deniq; libro de offi. ij. & cum prior ire luci claro non queo.

SERVIVS.

¶ Muſcoſi fontes.) Lanugine viridiore coopti. ¶ Arbutus.) Genus arboris frondibus raris. ¶ Iam venit æſtas.) Iā aduenit, iam appropinquat: non enim dicit ęſtatē eſſe cum adhuc turgere gēmarū palmites dicat. Et bene tarde frondere vites cōmemorat in Venetia: q̄ eſt prouincia frigidior. ¶ Hic focus, & tedæ pingues.) Contraria iſte dicit. Pingues aūt tedas ait deſudantes picē. ¶ Numerum lupus.) Quia ſolam conſyderat lupus prędam. ¶ Torrentia flumina ripas.) Quæ aucta, riparum munimina ſpernunt.

Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba, CO.
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solſtitium pecori defendite. iam venit æſtas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
His focus, & tedæ pingues: hic plurimus ignis TH.
Semper: & aſſidua poſtes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

ſtant. Priſ. ¶ Torrentia.) Impetuoſe æſtuantia.

ASCENSIVS.

¶ Muſcoſi fontes &c.) Tandem ad gregem ſuum reſpicit Corydon cōprecans ne calore ſolſtitiali cōficiatur allegoricos Thyrſim eiuſq; amores taxans, quippe qui ſe impatiētiſſimum ſignificauit & totū ardere à quorum ardore ſe & ſuos defendi precatur Corydon. Cōtra quod Thyrſis reſpondet. Contrarium & plus. Contrarium quidem quia cum ille de calore locutus ſit, hic de frigore loquitur, plus autem quia cum ille ſe defendi precetur: hic ſe defenſum gloriatur ac ſic munitum: vt ne officere quidem poſſit. Nondum ergo victus eſt. ¶ Ordo autem eſt. O fontes muſcoſi. i. muſco tecti cum ſitis in vmbris, & herba mollior ſomno vos inquā & viridis arbutus q̄ vos tegit, ideſt cum viridi arbuto qua tegimini, defendite, ideſt arcete. pecori, ideſt à pecore meo, ſolſtitium, ideſt calorem ſolſtitialem, & qui eſt in ſolſtitio æſtiuali, quia æſtas torrida. i. omnia torrens, aut quæ à ſole torretur, venit iam quia gemmę. i. groſſi & propaginis nodi turgent, ideſt inflantur & exitum quærunt, iā in palmite (quod ſignum futuræ æſtatis etiam ſaluator noſter dedit.) Reſpondit Thyrſis, hic ſupp. eſt focus, ideſt locus ad ignē fouendum aptus, & tedæ. i. ligna picis ac reſinæ plena, vnde pingues dicit. ſunt hic. ſ. ad ignem extruendum apta materies, hic eſt ſemper plurimus ignis, & poſtes ſunt hic nigri aſſidua. i. cōtinua fuligine. i. nigredine pinguis fumi. nos curamus. i. conſideramus aut timemus hic tantum, ideſt intantum dūtaxat frigora borę illius venti ſeptentrionalis de quo in Georgi. & boreæ penetrabile frigus adurit, quantum aut lupus curat numerum, aut flumina torrentia. i. abundantia & eleuata tumoribus aquarum curāt ſup. ripas, quod nihil eſt.

MANCINELLVS.

¶ Muſcoſi.) Lanuginoſi. Et ſomno mollior herba. i. iucundior ſomno. ¶ Solſtitium.) Solſtitia duo ſunt, brumale, & æſtiuū. Nono cal. Ianuarij brumale ſolſtitium eſt. Æſtiuū vero. viij. & vij. & vj. cal. Iulias in quo fauonius, & calor, author eſt Colu. li. vij. ca. ij. plura etiam Pli. lib. xviij. ca. xlj. ¶ Defendite.) i. auertite atq; depellite. Nam vt Gel. ſcri. li. viij. cap. j. Offendere proprie & latine ſignificat incurrere in aliquid & incidere. Defendere vero auertere atq; depellere. Hinc Quinti. Claudius ait à pinis hoſtes defendebat facillime, Æſtas: ea incipit. vij. idus Maij. Autūnus. vij. idus ſextilis hyems. iiij. idus Nouembris. Ver. vij. idus Februarij, Varro. li. j. de re ruſtica author. ¶ Iam læto palmite.) Palmes dictus vt Feſtus ait, ꝙ in modum palmarum virgulas quaſi digitos edit, eſt autem, vt aiunt, vitis materia mollis: qui per nouella brachia emiſſus fructus affert: propterea læto palmite poeta dixit. ¶ Gemmæ.) Hæ oculi vitis dicūtur per metaphoram, ideſt tranſlationē, q̄ teſte Fabio. li. viij. copiā auget ſermonis permittēdo mutuari, q̄ non habet, vnde neceſſitate ruſtici dicūt gemmas in vitibus, quid. n. dicerent aliud? ¶ Tedæ.) Teda reſinam fert, vñ ſucco eſt abundantior flāmis, ac lumini ſacrorum etiā grata. Pli. li. xvj. ¶ Focus.) Var. ſcribit focos dictos, ꝙ foueant ignes, quicquid aūt ignem fouet, focus vocatur, ſeu ara ſit, ſiue quid aliud in quo ignis fouetur. Sunt qui dicant à græco phos, qđ eſt ignis, ſeu lux, ſeu lumen. ¶ Poſtes.) A poſt dicti videntur, ꝙ poſt fores ſtant.

Offendo. Defendo. Quatuor tēpora anni. Focus.

PIERIVS.

¶ Turgent in Palmite gēmæ.) In Longobardico. Turguent, u, poſt g, inſerta, ita ſemper in Romano, Vrguet tinguit, & ſimilia, omnia Attiano more, quem reprobat Caper. Sed de hac ratione ſcribendi latius in. vj. Æneidos dictum, eo loco, Quibuſue Vrgentur poenitus.

SERVIVS.

¶ Stant & Iuniperi.) Modo, plenę ſunt: alias, horrent, vt. Stāt lumina flāma: Alias vero ſtant: vt, Stant manibus aræ. ¶ Caſtanee hirſutæ.) Adhuc inter ſuos echinos locatæ. ¶ Ridēt.) Lęta ſunt: vt, Mixtaq; ridenti coloſaſia fundet acantho.

Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ: CO.
Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.
Omnia nunc rident. at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat: videas & flumina ſicca.
Aret ager: vitio moriens ſitit aëris herba: TH.
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

Horatius, Ille terrarū mihi præter oēs Angulus ridet. ¶ Flumina ſicca.) ὑπερβολικῶσ. ēt iuges aquas & perpetuo fluentes ſiccari cōſpicias. ¶ Aret ager.) Ordo eſt, aret ager & ſitit herba moriēs vitio aeris. i. peſtilētia corrupti aeris affligitur. ¶ Liber pāpineas inuidit

Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne virebit:
Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.

inuidit collibꝰ vmbras.) Exiccatę ſunt vites nimio æſtu, & folia amiſerunt. ¶ Inuidit collibus vmbras.) Vt, Te ne inqt miſerande puer, cum læta veniret, Inuidit fortuna mihi? Nã inuideo tibi illam rem dicimus. Sane ſciẽdũ, has pampinos nunq̃ Virgilium dicere: ſed Varronẽ fœmineo vti frequẽtius. ¶ Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.) Sic alibi, Coniugis in gremium lætæ deſcendit. Aer enim in pluuias ſoluitur.

MANCINELLVS.

¶ Stant.) Plenæ ſunt, inquit Nonius hoc loco Siſenna, cœlum caligine ſtat. ¶ Iuniperi.) Iuniperus autem cætera omnia excalefacit, extenuat cedro ſimilis: accenſa ſerpentes fugat, ſemen ſtomachi, pectoris, lateris doloribus vtile, tuſſes cõcoquit, illitum tumores ſiſtit, Plin. lib. xxiiij. ¶ Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.) Iup. ideſt aer, is enim Iup. eſt, vt dixit Ennius, quẽ græci vocant aerem: qui ventus eſt, & nubes imber poſtea, ſic enim Varro docet deſcendet autem in terram læto imbri, ideſt fœcunda pluuia.

Iuniperus.

ASCENSIVS.

¶ Stant & iuniperi &c.) Corydon hic vt eundẽ cẽſeas qui ſe in ſecunda Alexim adamare confeſſus eſt in gratiam Alexidis dicit omnia eius pſentia plena eſſe, atq; læta, quæ eius abſentia, & inania & arida mœrore fiãt. Cõtra Thyrſis dicit omnia triſtia atq; arida eſſe, ſed aduẽtu Phyllidis amicæ ſuæ, læta atq; plena fore; in qua re pro parte vincitur: quia licet contrarium dicit non tamen plus imo minus eſt quod futurum promittitur quã quod præſens eſt: nec tam efficax eſt ratio mali quã boni. ¶ Ordo eſt. Et. i. ſimul iuniperi. i. frutices illi quarũ acinis veſcuntur ficedulæ, ſtant. i. plenæ ſunt vt ſaccus turgidus, & caſtaneæ hirſutæ. i. quæ in calicibus hirſutis naſcuntur, ſtant ſup. (Eſt aũt ſpondaicus artificij plenus: nam iuxta regulam prius poſitam ſpondeũ pręcedit dactylus, & pondus eſt in ſentẽtijs ac languor quodammodo in arboribus quæ pondere fatiſcunt. Nec abijcitur vltima vocalis in caſtaneæ propter adſpirationem vim literæ obtinentem) & poma. i. fructus arborũ q̃cunq; mollem corticem habent iacent ſtrata paſſim. i. per aliquid interualli: ſub arbore q̃q; ſua. i. propria. ſ. ipſi arbori: eſt aũt ſua nominatiui caſus, quia corripitur. Omnia rident. i. lætitiam præſe ferunt, nunc quia. ſ. Alexis adeſt. At. i. ſed ſi formoſus Alexis abeat his montibus. i. diſcedat hinc, tu videas. i. quilibet videre poſſit, &. i. etiã flumina ſicca. Ad hoc Thyrſis, ager aret. i. iam aridus & ſiccus atq; exuſtus eſt, & herba moriens vitio. i. corruptione & infectione aeris, ſitit. i. deſiccatur, & ſiccitate cõficitur. Liber. i. Bacchus qui quarum inuentor eſt vitium amator eſſe debet, inuidit, ideſt per inuidiam abſtulit collibus (quos tamen amare deberet: qa dicitur in Georgicis deniq; apertos Bacchus amat colles.) i. mõticulos, vmbras pampineas. i. pampinorum quæ vitium frõdes ſunt, hoc eſt etiã vites frondibus propter ariditatem ſpoliatæ ſunt: ſed omne nemus virebit aduentu noſtræ Phyllidis, & Iuppiter, ideſt iuuans aer & rerum naturalium pater, deſcendet plurimus, ideſt abundantiſſimus ſup. cum imbri, læto, ideſt omnia lætificante & vegetante.

CO. Populus Alcidę gratiſſima: vitis Iaccho:
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.
Phyllis amat Corylos, illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet Corylos, nec laurea Phœbi.
TH. Fraxinus in ſyluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas,
Fraxinus in ſyluis cedet tibi, pinus in hortis.
ME. Hæc memini, & victũ fruſtra cõtẽdere Thyrſim.
Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.

SERVIVS.

¶ Fraxinus in ſyluis cedet tibi, pinus in hortis.) Non ſic erunt pulchræ arbores in ſuis locis, hoc eſt ſibi aptis creatę: ſicut tu, ſi ad me frequẽter venire curaueris. ¶ Hæc memini.) Et memini illã rẽ dicimꝰ, & memini illius rei: vt, Nec veterũ memini, lætorve malorũ. Itẽ numeros memini. ¶ Ex illo Corydon Corydon eſt tpe nobis.) Victor, nobilis ſupra omnes: quam rem quaſi ruſticus implere non potuit.

PROBVS.

Alcides ¶ Populus Alcidę gratiſ.) Alcides Hercules ab Alcæo auo ſiue ἀπὸ τῆς ἀλκῆς. i. fortitudine, Pindarus initio Alcidẽ nominatũ poſtea Her. dicit ab Hera, quã Iunonẽ dicimus, q eius ĩperijs opinionẽ famãq; virtutis ſit cõſequutus. In huius tutela populus, Liberi vites, veneris aũt myrtus. Phyſici Herculẽ tp̃s dicunt interpretãtes, ideoq; populũ ei adſignari allegoricos, vt quia bicolor ſit, partes temporis accipere poſſimus. i. noctis, atq; diei.

MANCINELLVS.

¶ Populus.) De hac lege Pli. li. xvj. & lib. xxiiij. eſt autẽ populus in tutela Herculis, qui, vt aiunt, ad inferos iens populea frõde ſe coronauit. ¶ Alcidæ.) i. Herculi, fuerat enim Alcæus Amphitrionis pater, vt Euripides oſtẽdit, à quo Hercules ipſe Alcides dicitur. ¶ Iaccho.) De hoc ſuperius patuit. ¶ Laurea.) Laurus ipſa. ¶ Phœbo.) Phœbus dicitur lucidus, vel purus, quaſi phobios à phos & bios. i. lux vitæ epitheton eſt Apollinis, vnde legit. Mihi Phœbus Apollo prædixit. ¶ Eſt nobis Corydon.) Ac ſi diceret dulcis cantus, vel dulcis cantor, Corydos. n. auis dulce canit, vti aiunt dicitur etiam Coryalos.

Populꝰ Alcæus Phœbꝰ. Corydos.

ASCENSIVS.

¶ Populus &c.) Ne Phyllidis amore ſuperbiret Thyrſis docet Corydon ſe non minoris Phyllida facere, vt quæq; ei placerent omnibus præferenda cenſeret, non quia meliora ſint ſed quia illi placeant, nam populus inquit arbor eſt gratiſſima Herculi, eo q virtutis eius ſignificatiua eſt in frondium colore qua introrſum virides extrorſum albicant: eis quoq; coronatus inferos petiſſe dicitur. Vitis eſt gratiſſima Baccho, quia inuenit eam. Myrtus veneri, quia in litore naſcitur maris, e mari autem nata venus eſt, & laurus eſt gratiſſima Phœbo, in quã Daphne eius amica cõuerſa fingitur. Ea autem arbor in ſole naſcitur libenter, nec æſtu eius folia pallent aut decidunt, ſed quia Phyllis amat Corylos, quæ viles quidem ſunt arbores ferentes nuculas q̃s auellanas vocant, ſed dũ illas inquit Phyllis amabit nulla eas arbor ſuperabit. Ad quod Thyrſis cõſimile nec maius proferens plane vincitur, quia nõ ſeruat legem carminis Amœbæi, de quo in Damœta dictũ eſt q ſequens aut contrariũ aut plus afferre debet: hic aũt ſimile affert vt manifeſtũ eſt: nec plus imo potius minus, quia plus eſt quod Corydon dixit, videlicet Corylos viles quidẽ arbores propterea & Phyllidi placerent, & Herculi & Baccho, & Apollini maximis nimirũ apud gentiles numinibꝰ ſacras arbores vincere, q̃ quod Thyrſis dicit, videlicet q fraxinus, pinus populus & abies Licidę amico cedant, vnde parũ laudis Licidæ acquiritur. Videtur ergo effœtus animus eius, ita vt quod caneret, non haberet, quod intelligens Melibœus hoc eſt poeta dicit, hęc memini, & victum fruſtra contendere Thyrſim. Et Corydon eſt nobis ex illo tempore, ſubaudit Seruius victor nobilis quod per ruſticam ſimplicitatem Melibœus exprimere non potuit, aut vt Mancinellus innuit. Corydon eſt nobis Corydon, ideſt dulcis cantor hoc eſt vt nomine ita re comprobatus eſt mihi Corydon eſſe. Et ideo bis ponitur quaſi alludat ad nominis interpretationẽ, ſicut Bernardus dicens. O Ieſu eſto mihi Ieſus, quid eſt enim Ieſus niſi ſaluator &c. Corydon ergo eſt nobis Corydon, ideſt dulcis cantor approbatus ex illo tempore. Quia autem dicit Melibœus hęc memini videtur ſuperius legẽdum, alternos meminiſſe volebam, vt ibi tactũ eſt. ¶ Ordo eſt, Populus, ideſt arbor illa gratiſſima Alcidę, ideſt Herculi qui aut ab Alcæo auo ſaltem putatiuo dicitur, aut eſt ab alce. i. virtute. Vitis eſt gratiſſima iaccho, myrtus eſt gratiſſima formoſæ Veneri, & Phœbo eſt ſua. i. ꝓpria laurea. ſ. arbor aut corona: hoc eſt laurus arbor eſt gratiſſima ſed ſup. Phyllis amica mea amat Corylos. i. illas arbuſculas alioqui viles: ſed dum. i. quãdiu Phyllis amabit illas, nec myrtus quãq̃ ſit gratiſſima Veneri, vincet Corylos, nec laurea. i. laurus Phœbi vincet. i. ſuperabit in æſtimatione mea Corylos. Non dicit de vite, ſed per argumentũ quod à fortiori vocant facile conuincitur q nec vitis eas vicerit. Non enim ſic Bacchus vitem vt Phœbus laurum amare videtur: cũ in eam verſa ſit amariſſima puella. Reſpondet Thyrſis. Fraxinus eſt pulcherrima in ſyluis, pinus eſt pulcherrima. ſ. arbor i hortis populus eſt pulcherrima in fluuijs, & abies. ſ. quã ſapinũ vocant: eſt pulcherrima in altis montibus. (Eſt aũt & alia ſpecies abietũ quæ in paludibus potius naſcuntur.) At. i. ſed ò formoſe lycida ſi tu reuiſas me ſæpe, fraxinus cedat tibi. i. vincatur in pulchritudine, pinus cedet tibi in hortis, dura ſane & iepta cõparatio. Vñ addit

addit Meliboeus. Ego memini.i.memorię cōmēdaui hęc & memini Thyrſim victū.i.ſuperatum contendere.i.eniti fruſtra, quia licet fateri nolebat manifeſte tamen victus erat, Corydon eſt nobis.i.reputatus eſt à me ex illo.ſ.tpe.i.poſt illud tempus ſeu ꝓpter eam victoriam. Corydon.i.dulcis, & aptus cantor.

PIERIVS.

¶ Formoſæ myrt⁹ veneri.) Imperite nōnulli huic nomini Myrthus adſpirāt, ea vero arbor Veneri, Ea de cauſa ſacra dicitur, Authore Plinio, qa littora amat, & venus orta mari fertur, vel qa prodeſt multis mulieꝝ neceſſitatibus. ¶ Fraxinus in Syluis cedet tibi.) In Longobardico. Cedat. ¶ Hæc memini, & victum fruſtra contendere Thyrſim.) In Oblongo codice dictionum ordo hoc habet numero. Hæc memini victum & fruſtra cōtendere Thyrſim. Vulgata tamen lectio reijcienda non eſt.

SEPTIMÆ ECLOGÆ FINIS.

ASCENSIVS.

MVſam Octaua, &c. In.viij. Eclo.q̃ aut Damō, aut Pharmaceutria inſcribiť recitātur carmina duorū paſtorum Damonis, & Alpheſiboei. Quoꝝ ꝑor deflet indignū amoré Niſæ, q̃ Mopſo nupſerat, & poſterior reuocat Daphnin ab vrbe ad rura, vbi cōiux degit & id qdē magica arte, vnde Pharmaceutrię nomē ſumpſit. Quia vero ars magica romanis ſemꝑ diſplicuit vetitaq; fuit. vñ in.iiij. Ænei. dicit ſe Dido magicas inuitā accingier artes, arguta vtitur fantaſia Virgilius q hic carmen Alpheſiboei à muſis expetit, q̃ſi ipſe ignoret. Alpheſiboeus autem interpretatur quæſitor aut inueſtigator boum. vnde ei conuenit qui Daphnin ab vrbe reuocat.i.per allegoriam Auguſti gratiā ad agros cū bobus recipiēdos implorat. Damon vero is videtur quem Damoetas ſe viciſſe gloriatus eſt & Alpheſiboeus. de quo in Daphnide dictū eſt Saltantes ſatyros imitabiť Alpheſiboe⁹. Eſt aūt hic mixtū poematis genus. Nā & poeta loquiť, & ꝑſonę introductę. Loquitur aūt ad Auguſtū cuius gratiam in principio captat vt illic vidimus. ¶ Ordo verſiculorū meoꝝ eſt. Octaua ſupp. Ecloga refert.i.recenſet, recitat, muſam.i. cantilenā muſicam Damonis & Alpheſiboei: illorum paſtorum. Quorum hic.i.prior dictus. hoc eſt Damon flet.i.conqueritur Niſam.ſ.quam procatus erat alteri nuptā, & ille poſterior.ſ.Alpheſiboeus vocat, ſcilicet domum, hoc eſt ad agros Daphnin morantem, ſcilicet in vrbe, dicturus enim ſæpe eſt Ducite, ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Alpheſiboeus.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN PHARMACEVTRIAM, SEV DAMONA, QVÆ EST ECLOGA. VIII.

Muſam octaua refert Damonis, & Alpheſiboei.
Quorū hic flet Niſam, Daphnin vocat ille morantē.




SERVIVS.

PAſtorū muſam Damonis.) Apud Theocritū eſt vna Ecloga: q̃ appellatur φαρμακεύτρια: In q̃ inducitur mulier q̃dā ſacris quibuſdā peruertens mētem amatoris à quo ſpernebatur: quā Virgilius trāſtulit ad hui⁹ Eclogæ vltimā partem. Prima.n.eius ps conqueſtionem ſolā habet amatoris decepti: quē nubendo alteri, antiqua ſponſa feſellerat. ¶ Muſam.) Cantilenā amorū quos inter ſe cecinerūt. ¶ Immemor herbarū quos eſt mirata iuuēca.) Qui cātilenæ ſuauitate coegerunt etiā ea animalia obliuiſci paſcuorum, quæ ſunt paſcēdi auidiſſima. Nam ſupra ait, Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci. ¶ Stupefactæ carmine lynces.) Paulatim ad augmenta procedit, dicēs, Iuuencæ oblitæ ſunt paſcuorū: ſtupuerunt feræ: flumina etiā ſenſu carentia curſus ꝓprios tardauerunt. ¶ Requierunt flumina curſus.) Curſus ꝓprios retardauerunt, & quietos eſſe fecerunt. Sic Salluſtius, Paululum requietis militibus. Quieſco ego.n.aliter: & aliter quieſco ſeruum.i.quieſcere facio. ¶ Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui.) Vbi vbi es ò Auguſte, ſiue Venetiæ fluenta trāſcendis (nā Timauus fluuius Venetiæ eſt) ſiue prope Illyricum

DAMON VEL PHARMACEVTRIA QVÆ EST ECLOGA. VIII. IN QVA LOQVVNTVR POETA, DAMON, ET ALPHESIBOEVS. POETA.

PAſtorum muſam Damonis, & Alpheſiboei.
Immemor herbarum, quos eſt mirata iuuenca
Certanteis, quorum ſtupefactæ carmine lynces.
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.
Damonis muſam dicemus, & Alpheſiboei.

Tu mihi,ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris,en erit vnquã
Ille dies,mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit,vt liceat totum mihi ferre per orbem,
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
A`te principium,tibi deſinet,accipe iuſſis
Carmina cœpta tuis,atq; hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Illyricũ nauigas mare.i.per Dalmatiã:putas vnq; erit tẽpus quo mihi liceat tua facta deſcribere? En erit.)Ecce iam aderit.Nam en vnũ optantis eſt,aliud confirmantis.¶Sola Sophocleo tua carmĩa digna cothurno.)Ac ſi diceret,Quã quã impar ſit ingeniũ meum laudibus tuis.nã tuæ laudes merẽtur exprimi Sophocleo tm̃ cothurno.Sophocles autẽ tragœdiographus fuit altiſonus.¶A te ꝑncipiũ,tibi deſinet.)Sic & Home,ἐν σοὶ μὲν λήξω,καὶ ἄρξομαι.Horatius,Prĩa dicte mihi,ſumma dicende camœna.¶Iuſſis carmina cœpta tuis.)Supra enĩ dixerat,Non iniuſſa cano.¶Atq; hanc ſine tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.)Allegoricῶs dicit. Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triũphos. Nã victores imperatores,lauro:hedera coronantur poetæ.Verecunde autem ait.¶Serpere.)Hoc eſt humiliter procedere.

MANCINELLVS.

¶Paſtorum muſam.)Theocri.Eclo.ij.ſcribit Simethã cum Theſtyli Delphidi amatori magicũ carmen exercere.Id autẽ Maro vltima parte huiuſce Eclogæ imitatus eſt,At hic Daphnidi.ibi Delphidi carmina fiũt.Ibi item ſæpius repetitur.Ducite ſacra domum mea carmina ducite Delphin.hic ſępius.Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnin.Pharmaceutria prętera dicitur venefica.Pharmacia venenatio.medicina Pharmaceyomę incanto.Pharmaceyo veneno,incanto.Pharmacum venenum, medicina,pigmentũ.pharmacos veneficus.Non ab re igitur præſens Ecloga Pharmaceutria,dicitur,cum in ea carmina & veneficia fiãt.¶Alpheſibœi.)De hoc late Eclo.v.¶Muſam.)cantilenã. ¶Lynces.)In Æthiopia naſcũtur,vt ſcribit Plinius.ſunt aũt timidę,& variæ,& maculoſæ,iunguntur'q; etiam currui Bacchi. de quibus Ecloga qnta diximus.¶Requierunt.)Quieſcere fęcerunt.¶Tu mihi.)Sup.faueas Auguſte.eũ ſiquidem per apoſtrophen alloquitur,ideſt per auerſionem ad ſecundam perſonam. Apoſtrepho enim auerto ſignificat.¶Magni timaui.)Timauus fluuius eſt:qui per Aquileiæ agrum labitur,de quo Plin.iiij.& Strab.lib.v.meminerunt,vt'q; Mela ſcribit Timauus nouem capitibus exurgẽs,vno oſtio emittitur.Strabo autem inquit ſeptẽ eſſe Timaui fontes,mare mox irrumpẽtes,lato & profundo ſane fluuio,locum'q; ipſum maris fontem,& matrem ab indigenis vocari.Saxa.i.montes,nam Timauus,vt ait Poſſidonius è montibus delatus decidit in profundum,quod Strabo refert.& Maro libro.j.Æneid.inquit.Et fontem ſuperare timaui Vnde,ꝑ ora nouem vaſto cum murmure montis:It mare præruptum, & pelago premit aura ſonanti.¶Illyrici æquoris.)Illyris adriatici maris latus occupat,teſtibus Mela & Dionyſio.Plinius itẽ libro.iij.inquit.Quæ pars ad mare adriaticum ſpectat appellatur Dalmatia,& Illyricum,Siue oram illyrici:hoc dicit quoniã Auguſtus adoleſcens adhuc per ſe Dalmaticum bellum geſſit, in quo vulnera etiam excæpit;idem vt quibuſdam Pannonicis atque Germanicis,aut interueniret,aut non longe abeſſet:Rauennam,vel Mediolanum,vel Aquileiam vſq; ab vrbe progreſſus eſt.Author eſt.Suetonius,ſcribit etiã Appianus latius in li.q Illyrius dicitur.Propter hæc igitur ait Maro.Superas iam ſaxa timaui.is enim per Aquileię agrum labitur,quæ regio ab Venetia diuiditur flumine,Natiſone,Strabõe teſte.¶En erit vnq;.) Optat prius:deinde confirmat.¶Sophocleo.)Sophocles tragœdiarum ſcriptor fuit,teſte Euſebio.Fuit autẽ Athenienſis,quem Cicero diuinum poetam lib.j.de diuinatione vocauit,vbi mira quędã de Herculis ſurrepta aurea patera,& illius viſiõe in ſomnis meminit.¶Sophocleo Cothurno.)i ſublimiori ſtylo,& Sophoclis boatu:de hoc latius Eclo.vij.diximus:ponitur'q; interdum pro alio dicendi genere apud poetas.vnde hinc,vtuntur'q; cothurno tragœdi,ſicut comœdi ſocco.¶Tua carmina.)Tua geſta continentia:non enim de carminibus ipſius Auguſti intelligit,cum ait.A te principium tibi deſinet.Quod verum extitit, nã & in Bucolicis,Georgicis,& Æneide eũ celebrauit.Atq; hanc ſine tempora circum inter victrices,&c.ſenſus eſt,concede hæc mea carmina eſſe Inter triumphos,& laudes,dignitates'q; tuas. ¶Hanc hederam.)Ad illud retulit.Accipe iuſſis Carmina cœpta tuis.Ergo hanc hederam hęc carmina,nam vt diximus,hedera poetę coronabantur,victrices lau.quibus quidem victores,& triumphantes ipſi coronabantur.

ASCENSIVS.

¶Paſtorum muſam,&c.)In hac Ecloga quę propter carminum differendorum:difficilẽ relationem non nihil difficultatis habet,poeta quattuor facit.Primo proponit dicẽs Damonis muſam dicemus & Alpheſibœi.deinde loco inuocationis captat beniuolentiã ab Auguſto,cuius egregia facinora inuit ſe velle deſcribere vbi exercitatior erit dicens.Tu mihi &c.Tum proponit carmen Damonis,& nouiſſimo,vt Alpheſibœi muſam recitent muſas inuocat.Vt vero in regula dicam quia multa interiecta ſunt poſt primum carmen,non addit nudum verbum quod defuerat,ſed repetit dicens Damonis &c.Facit autem auditorem attentum,beniuolum.& docilem.Attentum quia rem miram ſe dicturum dicit:quia certantes quorum ſtupefactę carmine lynces &c.Beniuolum,qui rem tam iocoſam narraturũ vtpote immemor herbarum,quos eſt mirata iuuenca.Et docilem quia quę & quo ordine dicturus eſt proponit.¶Ordo eſt.Nos dicemus muſam, ideſt cantilenam,Damonis & Alpheſibœi paſtorum,quos iuuẽca eſt mirata,exiſtens immemor herbarum,& quorum carmine Lynces certantes.i.quę prius certabant ſup.ſunt ſtupefactæ, & ita à certamine deſiuerunt.(Sunt qui ſic conſtruant quos certantes.i.contendentes:ſed in his carminibus non videtur ęmulatio nec contentio.Pręterea maior vis atq; proprietas eſt ſi lynces certantes dixeris)& quorum carmine flumina mutata.ſ.in natura quę ſtare & quieſcere neſcit.Eſt autem mira vis aperta'q; auxeſis in ſermone.Nam cum iuuenca à iuniore ætate dicatur & paſturæ auidiſſima ſit.vnde ſupra dictum eſt.Ite domum paſti ſi quis pudor,ite iuuẽci,mirandum eſt ꝙ immemor facta herbarum eos mirata ſit.Plus tamen mirandum:ꝙ lynces animalia pernicioſa & ferocia tunc cũ certarẽt ſtupefactæ ſint,multo autẽ maxime,ꝙ flumina à fluẽdo dicta retinuerunt curſus ſuos, quod qa pręter naturam eſt,dicit ea mutata:hoc eſt quaſi aliam naturam induiſſe)flumina ergo mutata:requierunt.i.quieſcẽdo retinuerunt ſuos curſus,nos inquam dicemus muſam Damonis & Alpheſibœi.Tu ò Auguſte,mihi ſup.numẽ ſis,aut faueas,aut aſpires,vbicunq; es,ſeu.i.ſiue ſuperas iam ſaxa magni Timaui illius fluuij per Aquileiam labẽtis,ſiue legis.ſ.nauigãdo orã.i.extremitatẽ ęquoris.i.maris ęqui & plani Illyrici.i.quod pertẽditur ad Illyricũ vſq; littus.En hęc optantis eſt erit ille.ſ.optatiſſimus mihi dies vnq;:cum.i.quo liceat mihi dicere tua facta.en.i. certe erit vt liceat mihi ferre.i.efferre per totũ orbem tua carmina ſola digna,ideſt quę ſola digna ſunt cothurno ſophocleo.i.vt agantur in cothurno altiſſimo quo ſophoclea carmina agi meruerunt,cũ pręſtantiſſima ſint.diximus alibi quia verſus pedibus conſtant eorum qualitatem diſtingui pedum ornamẽtis,vt cothurno,ſocco,& planis.i.nõ ſublatis pedibus.Principiũ ſupp. poeſis noſtrę aut carminum noſtrorum erit ſup.aut exorditur, à te.i.à laude tua,& deſinet tibi,ideſt in laudẽ tuam(vnde hic videtur conſtituiſſe eo ordine quo pręceſſit ꝓcedere,vt ſup.iuxta ſtyli & exercitationum qualitatẽ ſurgat opus,nam Bucolicũ vt dixi primo agreſtũ officio competit.Georgicũ medio,& heroicũ in quo pręlia canuntur iam durato,& malis aſſueto,deſinit aũt poeſis Virgiliana in laudem Auguſti vt notum eſt.Sunt tamen qui niſi hoc hic poneretur ad Pollionem referre velint,q & Dalmatas vicerat,vnde & per Illyricũ redire poterat,& tragœdiã ſcripſit,vnde dictũ eſt.Pollio & ipſe facit noua carmina.Seruio autem videtur ſententia eſſe,ꝙ ſola carmina tua,non quæ tu facis ſed quę de te fiunt,ſunt digna ſophocleo cothurno ſeu ſtylo, ſed Beroaldus cuius verba ſtatim ponam argutius cenſet Auguſtũ etiam carmina feciſſe,vnde duplex ei corona aſſignatur,laurea propter bellicã gloriam,& hederacea propter poeticam)accipe carmina ſup.cœpta.i.incœpta tuis iuſſis.i.propter iuſſa tua, atque ſine,ideſt permitte hanc hederam.i.coronam quæ poetis debetur,ſerpere circum tempora.ſ.capitis tui,inter lauros,ideſt laureas coronas,victrices,ideſt victoriæ & triumphi ſignificatrices,hoc eſt accipe carmina,quæ quia cœpta ſunt iuſſis tuis, tua ſunt,ita ſi hedera mihi ab ea debeatur ea quoq; tua ſit,aut accipe carmina,ideſt amplectendo rem poeticã permitte vt non ſolum lauro ob egregie facta,ſed etiam hedera ob egregie dicta coroneris,quia tua carmina digna ſunt ſophocleo cothurno.Beroaldi verba de qbus dixi ſunt hęc.Sola ſophocleo &c.Ego opi/ Beroaldus.

nor eo verſu à Virgi.laudari carmina Cæſaris Auguſti qui floruit in poetica, qui vt author eſt Tranquillus, reliquit librum exametris verſibus conſcriptum cuius titulus eſt Sicilia, & libellum epigrammatum. Præterea tragœdiam Aiacem exorſus eſt magno impetu, volens igitur poeta laudare Auguſti poema ſtylumq́ꝫ grandiloquum dixit, illius carmina digna eſſe ſophocleo cothurno, ideſt ſtylo & ſublimitate, qua vſus eſt Sophocles in tragœdijs ſcriptitandis, fuit enim apud græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod etiam memorat Plin. in.vij. hinc etiam illud in honorem Auguſti à poeta dictum eſt, Atque hanc ſine tempora circum, Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros, tanquam Auguſtus hederacea corona, hoc eſt poetica, non minus coronari mereatur, quàm laurea, hoc eſt triumphali. Celebratur à Macro. atque tranquillo locus Auguſti, qui cum interrogaretur: quid ageret Aiax tragœdia quam quod diſplicuiſſet, ipſe deleuerat, reſpondit Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe. Audiui qui dicerent ſe vidiſſe poema Sophoclis ab Auguſto donatum Romana lingua, quod ſi verum eſt poterit commodiſſime ad id etiam referri carmen Maronianum. hæc ille. ℂ Regula eſt quoties aliquam clauſulam ſemiplenam multis declaramus priuſquã principale verbum poſuerimus, poſt inter poſita

(Margin: Sephocles. Regula.)

interpoſita quæ à principali verbo determinari deberent eam repetemus, quod in oratione ſoluta ſæpe facimus addentes particulam inquam: aut dico, aut ſimilem, vnde hic poſt primũ verſum, paſtorum muſam, repetit Damonis muſam dicemus, & Alpheſibœi.

## PIERIVS.

ℂ Paſtorũ muſam Damonis & Alpheſibœi.) Seruius ait primã partem, ſolam Amatoris decępti habere cõqueſtionẽ. Sed enim in ea narratur etiã principiũ & origo amoris, qui locus à Theocrito circa finem tractatur. ⁋ Suos requierũt flumina curſus.) Verbum, Requierunt ea loquendi figura nonnullis negocium faceſſit. Et liquerunt, codices aliquot manu ſcripti legunt, Verũ exemplaria probatiora. Requierunt, habent, & eam lectionem agnoſcit Seruius. quæ multum venuſtatis pręſe ferẽs inter elocutionum exempla redigitur ab Aruſiano. ⁋ Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.) C. Iulius, & aliquot alij vete. grãmatici, laurus, loco hoc agnoſcunt, quãuis alibi declinatione ſecunda. Et vos ò lauri carpam. &, illum etiam lauri, etiam fleuere miricæ. &, Munera ſunt lauri. &, Faciemq́ꝫ ſimillima lauro. dictũ à Virgilio minime negent. Ablatiuum tamen ſingularem datiuo ſimilem non habere aſſerente Plinio, huic lauro, & tamẽ ab hac lauru, & lauruum facere.

Frigida vix cœlo noctis deceſſerat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt:
Incumbens tereti Damon, ſic cœpit, oliuę.
Naſcere, præq́ꝫ diem veniens age Lucifer almum: DA.
Coniugis indigno Niſæ decæptus amore
Dum queror, & diuos (quanq̃ nil teſtibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe mænalios mecum mea tibia verſus.
Mænalus, argutumq́ꝫ nemus, pinosq́ꝫ loquentes
Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaq́ꝫ, qui primus calamos non paſſus inertes,

## SERVIVS.

ℂ Frigida vix cœlo noctis deceſſerat vmbra.) Stati, ſimul atqꝫ deceſſerat. Et bñ oſtendit amatorem tota nocte vigilaſſe. Si quidem ortum luciferũ primus aſpexit: & ad eum, qp pe vt ad Veneris ſtellam, locutus eſt. ⁋ Cũ ros gratiſſimus.) Maſculini generis, ſecundum quod etiã in Æneide ait, Spargit rapida vngula rores Sanguineos. ⁋ Tereti.) Teres eſt rotundam & oblongum, vt columna, arbor. ⁋ Præq́ꝫ diẽ veniens age Lucifer almum.) Præueniens age diem clariſſimum. ſic alibi, Ducebatq́ꝫ diem. Et hoc dicit, Naſcere dum queror Coniugis Niſę indigno deceptus amore, & moriens alloquor diuos: quãq̃ mihi nihil profuerit qp ſum eos ſæpe teſtatus. Quã rem ſm Epicureos ait, qui dicunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ⁋ Coniugis.) Nõ quæ erat, ſed quę fore ſperabatur. Sic enim in quarto Æneidos, Quos ego ſum toties iá dedignata maritos. ⁋ Extrema moriens tamen alloquor hora. Ideſt paulo poſt moriturus. Sic in quarto, Incubuitq́ꝫ thoro, dixitq́ꝫ nouiſſima verba. ⁋ Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus. i. Arcadicos. Nam Mænalus mons eſt Arcadiæ. Dicitur autem hic verſus intercalaris, qui frequẽter poſt aliquot interponitur verſus: ſicut intercalares dies aut menſes vocantur, qui interponuntur, vt ratio lunæ ſolisq́ꝫ conueniat. Fecit autem hũc verſum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria. ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. O turbo maritum meum domum adducito. ſicut in ſequentibus, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. ⁋ Mea tibia.) Mea muſa. ⁋ Mænalus.) Ille mons. ⁋ Argutumq́ꝫ nemus.) Garrulum, ſtridulum, vt, Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis. ⁋ Pinosq́ꝫ loquentes.) Ideo hoc auſus eſt dicere, quia dicturus eſt. ⁋ Semper paſtorum ille audit amores.) Sic etiam in prima Ecloga, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Sic in Æneide, Dant ſonitũ rauci per ſtagna loquentia cygni.

## MANCINELLVS.

ℂ Frigida vix cœlo.) Peracta inuocatione ad narrationem deſcendit, exponit enim Damonis quærelas decepti amore Niſæ. ⁋ Diem almum.) Sicut enim luna nocturno temperamento, ita ſol diurno calore omnia moderatur, & nutrit. ⁋ Lucifer.) Infima eſt, quinqꝫ errantium, terræq́ꝫ proxima ſtella Veneris, quæ phoſphoros græce lucifer latine dicitur: cum antegreditur ſolem, cum ſequitur autem heſperos Tul. in libr. de natura deo. edocuit, coniugis indigno, inferioribus clauſulis adiungitur, nõ præcedentibus. ⁋ Coniugis.) Quam coniugem optabam. ⁋ Indigno amo.) Cũ enim illa me ſperneret, indigna erat amari mihi. ⁋ Mænalios.) Arcadicos. Mænalus enim Arcadiæ mons eſt, teſte Plin. & Stra. cuius tanta eſt altitudo, vt eius cacumen aſtris videatur inſertum, hinc Statius lib. ix. th. ait. Et in medijs frondentem

(Margin: Lucifer. Mẹnal°)

dentem Mænalõ aſtris. ⁋ Incipe mæ.) Figura eſt Epimone, quæ dici poteſt perſeuerantia, vel aſſiduitas, ſæpe enim eadem ſententiá repetitur, appellantur ij verſus intercalares. i. interpoſiti. ⁋ Argutum.) Sonorum.

## ASCENSIVS.

ℂ Frigida &c.) Adhuc ſũt verba poetæ deſcribẽtis, quo tpe Damon querelam ſuam fecerat de Niſa, quã miſere amatã amiſerat dicentis, quia primo mane ſub ipſo diluculo: quod tp̃s ſummo delectu ei datur quẽ ſpes de re vxoria fefellerat, quaſi impatiens amoris & ſecubitus excubias fecerit, vnde optat aduentum luciferi, vt q̃relas ſuas apud deos deponere rite poſſit. In qua re eſt non nihil veteris religionis, aut potius ſuperſtitionis quaſi non niſi præſente ſole ratæ ſint preces aut imprecationes. Vnde Dido. iiij. Æneid. Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Tuq́ꝫ harum interpres curarum, & conſcia Iuno Accipite hæc, &c. Eadem præterea vt ibidem dictum erat ante verba iam poſita. Teſtatur moritura deos & cõſcia fati. Sydera, tum ſi quod non ęquo fœdere amantes. Curæ numen habet iuſtumq́ꝫ memorq́ꝫ p̃catur. Ibi tamen ſequitur. Nox erat. vnde infœlicẽ habuit exitum. ℂ Ordo eſt frigida vmbra noctis vix deceſſerat cœlo. i. vix erat diluculũ cũ. i. qñ ros eſt gratiſſimus pecori in herba tenera ea. ſ. nocte creta cum ſup. Damon paſtor. ille cuius amica alteri nupſerat, incũbens pręægritudine. ſ. animi quia amore languebat ſe fulciens incumbendo oliuæ. i. arbori illi tereti. i. oblongæ & rotundę cœpit ſic ſup. queri & lamentari. O lucifer. i. ſtella matutina quę Veneris eſt. Venus aũt dea amoris, naſcere. i. orire, & p̃ueniens age i. impelle diem, dum, ideſt donec & interea dum ego decæptus indigno amore. i. eius quæ indigna fuit amari: quia non redamauit, videlicet Niſæ coniungis. ſ. ex affectione non quæ erat, ſed quã coniugẽ eſſe volebam (ſicut lib. ij. Æneid. dicitur de Chorebo. Qui gener auxilium Priamo phrygibusq́ꝫ ferebat) dum ergo ego decæptus indigno amore Niſæ coniugis q̃ror. i. querelas meas depono, & dum ego diuos (quãq̃ nil ꝓfeci illis teſtibus. i. qp eos teſtatus ſum, aut qp eos teſtes fecerim, fidei mihi à Niſa datæ) tamen moriens alloquor extrema hora. Qui quo leguntur ordine dictiones conſtructas velit, debeat non nihil ſubaudire atqꝫ repetere ſic. dum moriẽs alloquor diuos, quãq̃ nil profeci illis teſtibus. i. illorũ teſtimonio, tamen alloquor ſuper. illos extrema hora. O mea tibia incipe mecum verſus Mænalios. i. verſus Arcadicos, hoc eſt quales arcades faciunt qui ſoli cãtare periti, vt aũt ſignificet quid ſit arcadicos verſus dicere ſubiũgit, Mænalus mons ille in arcadia, hàbet ſemper nemus argutũ. i. ſtridulum & ſonorũ in eo canentium ſonitu crepitans, & pinos loquẽtes, aut hyperbolicos dicit ſicut in Sileno. Iuſſitq́ꝫ edicere lauros aut loquentes. i. loquẽtes ac loquelas eorũ referentes, ideo autẽ habet pinos loquentes, quia ille audit ſemper amores paſtoꝝ, & pana

(Margin: Gryphes. Dam:)

Pana qui primus nõ eſt paſſus calamos ſup. eſſe inertes. i. ſine arte factos, hoc eſt ſimplices & vniſonos, vnde in Alexide Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit, hęc autem quaſi ꝑludia ſunt & fere inuocatoria. Quæ lucis egent à Mancinello præter Seruianam lucernam elucidantur.

PIERIVS.

❡ Deceſſerat vmbra.) Ita antiqua plurimum legunt exẽplaria. Sed in Oblongo cod. Diſceſſerat, habetur, magis tamen placet à Decedo ductum, vt illud. Et ſol decedens, quãq; ibi quoq; variũ. ❡ Cum ros, in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.) In Longobardico, in Mediceo, & alijs antiquis nõ habetur, eſt, quod quidem hoc loco præteritum, neſcio quid gratius habere videtur. ❡ Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.) Cœpit, varie ſcribitur in exemplaribus antiquis tam à capio q̃; ab incipio. Sed enim Caper in libello de elegantijs, Cœpit, per, œ, diphth. ab incipio, cæpit vero per. æ. à capio deduci monet. Quam vero differentiam idem inter oleam, Oliuam, & Oleum ponit, iam hic minus re recæptam videmus, vbi oliua pro arbore dubio procul poſita eſt.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes?
Iungentur iam gryphes equis: æuoq; ſequenti:
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopſe nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
O digno coniuncta viro, dum deſpicis omnes,
Dumq; tibi eſt odio mea fiſtula, dumq; capellæ,
Hirſutumq; ſupercilium, prolixaq; barba,
Nec curare deum credis mortalia quenq̃.

SERVIVS.

❡ Mopſo Niſa datur.) Honeſta turpiſſimo, pulchra deformi. ❡ Non ſperemus.) Difficile eſſe putamus, qui aliqd amamus, vt ea quę amamus aſſequi poſſimus? ❡ Iungent iam gryphes eqˀuis.) Hoc genus ferarum in Hyperboreis naſcitur montibus. omni parte leones ſunt, alis & facie aqlis ſimiles, eqs vehemẽter infeſtę. Apollini conſecratę. ❡ Æuoq; ſequẽti.) Ideſt acceſſu temporis non ſolum pulchrę deformibus nubent, ſed etiam contrariæ naturę animalia iungentur. ❡ Cum canibus timidi veniẽt ad pocula damæ.) Ideſt non ſolum pulchræ deformibus coniungentur: ſed etiam contraria animalia alterius naturæ animalibus ſociabuntur. Et hic alludit ad perſonas. Nam Mopſum q̃ſi canem, Niſam quaſi damã vult. Et damas maſculino genere poſuit. ſic alibi, Timidi damæ, ceruiq; fugaces. Horatius fœmineo ait. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ. ❡ Mopſe nouas incide faces. ❡ Quę ſolent præire nubentes puellas. Sane Varro in nuptijs dicit ideo faces pręire, ꝙ antea non niſi per noctem nubentes ducebantur à ſponſis. Quas etiam ideo limen ait non tangere, ne à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ virginitatẽ, calcent rem Veſtæ. i. numini caſtiſſimo conſecratam. ❡ Tibi ducitur vxor.) i. ſub tuo nomine alijs ducitur; vt eam non ipſi, ſed alijs ſeruituram ſignificet eſſe. ſ. eius corruptoribus. ❡ Sparge marite nuces.) Idem Varro ſpargendarum nucum hanc dicit eſſe rationem, vt Iouis omine matrimonium celebretur, vt nupta matrona ſit ſicut Iuno. Nam nuces in tutela ſunt Iouis. Vnde & iuglandes vocantur, quaſi Iouis glandes. Nam illud vulgare eſt, ideo ſpargi nuces, vt à rapientibus pueris fiat ſtrepitus: ne puellæ vox virginitatem deponentis poſſit audiri. Modo tamẽ ideo ait, Sparge marite nuces, vt eum culparet infamiæ. Nam meritorij pueri. i. catamiti, quibus licenter vtebantur antiqui, recedentes à turpi ſeruitio, nuces ſpargebant, ideſt ludum pueritiæ: vt ſignificarent ſe puerilia cuncta iam ſpernere. Vnde & illud eſt, Tibi ducitur vxor, ideſt ſub tuo nomine alijs ducitur. ❡ Tibi deſerit Heſperus Oetam. (Montem Theſſaliæ, in quo ſtellę videntur occidere, ſicut de Ida naſci: vt, Iamq; iugis ſummæ ſurgebat lucifer Idæ. Et hoc dicit: tibi, ideſt per te nox aduenit. ❡ O digno coniuncta viro.) Iam inſultat puellæ. ❡ Viro.) Mopſo ſcilicet ruſtico & deformi, qualem tu quæſiſti. ❡ Dum deſpicis omnes.) Et iracunde dicit eam omnes deſpicere, cum ſe ſolũ deſpiciat. ❡ Mea fiſtula.) Cantilena. ❡ Dũq; capellæ.) Scilicet tibi dum ſunt odio. ❡ Hirſutumq; ſupercilium.) Per incultum corpus oſtendit fortitudinem ſuam. ❡ Prolixaq; barba.) Demiſſa barba. ❡ Nec curare deum credis mortalia quenq̃.) Superbia tua damnata eſt turpi marito, dum credis nullum deorum curare mortalia. Quam rem ſecundum Stoicos dixit.

PROBVS.

Gryphes. ❡ Gryphes.) Feræ quæ habent capita aquilæ, cætera membra leonis cum alis ingentis magnitudinis, in tutela Apollinis. ❡ Mænalios.) paſtorales à Mænalo monte arcadiæ, quæ regio plurima paſcua habet.

MANCINELLVS.

❡ Gryphes.) Gryphoſis curuatio dicitur, gryphos habens naſum aduncum, inde grypes dicuntur latinorum aliqui addito h, gryphes dixerunt. ſunt autem in ſcythia alites ferociſſimę, teſte Solino. cap. xvj. & vltra omnem rabiem ſæuientes, meminit etiam de his Mela. libro ſecundo. ❡ Damæ.) Dama genus eſt capræ ſylueſtris, cui fel deeſſe notatum eſt ſicuti ceruo, equo, mulo, aſino, & vitulo marino, vt ſcribit Philoſophus lib. ij. de animalibus,

Damæ.

malibus, & Plin. libr. viij. inquit ꝙ damæ manſueſcunt raro, cum feræ dici iure nõ poſſint. ❡ Nouas faces.) Patrimi, & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptijs, vnus qui facem præferret ex ſpina alba, quia noctu nubebãt, duo qui nubentem tenerẽt, author eſt Feſtus. Plutarchus in problematibus ſcri. ꝙ quinq; faces in nuptijs accendebant, quas Cereos appellabant. ❡ Incide.) Vt in nuptijs adhibeas. ❡ Nuces.) Honor nucibus naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinari primum calicis, mox lignei putaminis, quæ cauſa eas nuptijs fecit religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt veriſimilius, q̃; quia cadendo tripudium, ſonumve faciant Plin. lib. xv. ſcri. ❡ Tibi deſerit heſperus œtam.) Ideſt in tuam gratiam occidit heſperus, olim nanq;, & nunc quoq; maritus primo ſponſę non in luce, ſed in tenebris iungitur, de quo Plutar. problema extat, hęc omnia tamen Ironicos dicta accipiantur. Poſſes item hoc pacto accipere, Tibi deſerit heſperus Oetam, ideſt te propter e cœlo fugit heſperus, tanq̃; id ægreferens, melior tamen ſenſus prior. Nam noctu nubebant, vt diximus. ❡ Oetam.) Oeta mons eſt in Theſſalia, qui ab oriente Thermophylis in occidentem vſq; in ſinum ambracium extenditur. aſperitatis & celſitudinis non mediocris. hæc, & plura Strabo. lib. ix. ❡ O digno cõ. vi.) ironicos loquitur vt iam diximus. ❡ Nec curare deum.) Ex epicurei ſententia id erat. Is enim vt Cicero ſcri. in li. de natura deo. Ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum dijs immortalibus, & opem, & gratiam ſuſtulit, ita ſit vt nõ modo homines à deis, ſed ipſi dei inter ſe ab alijs alij negligantur. Stoici vero optime dicebant, eorum prouidentia mundum adminiſtrari & regi.

ASCENSIVS.

❡ Incipe Mænalios.) Eundẽ verſum ante ſingulos verſus quibus vniformis ſentẽtia complectitur repetit, vnde quia materias diſcernit, aut potius quia in muſico inſtrumẽto intercapedinẽ facit intercalaris dicitur, dicit ergo, Mopſo Niſa datur. quid non ſperemus amantes? cuius propter verbi ſperemus æquiuocationem duplex poteſt eſſe ſententia. Altera quæ minus placet mihi quidem eſt hæc ſi Mopſo turpiſſimo viro datur. ſ. nuptum Niſa pulcherrima puella: quid non ſperemus amantes. q. d. nihil, & ita omnes bñ ſperare debemus: cum tãtum boni forte pręter ſpem Mopſo contigerit. Altera eſt cum Mopſo quod minime verearis (eſt enim turpiſſimus) Niſa detur quid non ſperemus. i. timeamus amantes, quaſi dicat omnia nobis timẽda ſunt, vnde recte dicit Oui. Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Nec caret exemplo ꝙ ſperare pro timere accipiatur, nam. j. Ænei. dicitur. At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Eſt ergo manifeſtus ſenſus omnia amantibus timenda eſſe, cum etiam Mopſo Niſa nupſerit, quod priuſq̃; fieret tam (ſi ita dicam) impoſſibile videbatur: quàm ſi gryphes iungantur equis & cum canibus timidi veniãt ad pocula damę. Quod autem dicit Mopſe nouas &c. in irriſionem eius dicit, cum nõ virum ſed effœminatum innuat: vnde poſtea animum ſuum aperiẽs dicit ad Niſam. O digno coniuncta viro. q. d. ei qui non virilia agere: ſed muliebria pati ſoleat: vñ nuces eum ſpargere monet, aut vt Iouis omine nuptiæ ſecũdentur, & id per Ironiã, aut vt fides nuptialis firma & munita ſit, vt nucleus in iuglande, aut vt puellę dum deuirginetur ploratus nõ ꝑcipiat, & id quoq; irriſorie, aut quia catamitus eſt Mopſus & iam puerilẽ turpitudinem vnà cum nucibus relicturus eſt iuxta illud Perſianum, Cum ſapimus patruos & nucibus facimus quæcunq; relictis, aut ſimul propter hęc omnia. Nam Mopſum

Spero.

puerum turpem eſſe nec plane virum oſtendit ex contrario. docet.n.ſe diſplicere ꝙ virilis eſſet; hoc eſt quia hirſutus & barbatus innuens ineptum imberbem & leuem ob id placere. quo errore dignam cenſet Niſam quę per ſuperbiam deos nedũ ſe contẽpſerit. ¶ Ordo eſt. O mea tibia incipe mecum dicere aut canere verſus Mænalios.i.arcadicos. Niſa formoſiſſima videlicet mulier datur ſup.nuptum, Mopſo ineptiſſimo & turpiſſimo homini qd nos amantes, non ſperemus.i.timeamus? quaſi dicat, nihil non timere debemus ſed omnia; cum etiã turpiſſimus mihi pſeratur. Gryphes aues illę adũcis naribus, & leonibus in poſteriori parte perq̃; ſimiles & equis infeſtiſſimi iungentur iam.i.poſtq̃; Niſa Mopſo iuncta eſt: equis & damę timidi.ſ.naturaliter veniẽt æuo ſequenti.i.proxime venturo ad pocula cum canibus. O Mopſe incide nouas faces.i.tedas vxor ducitur tibi.i.à te, aut tibi.i. ſub tuo nomine. ſed ad alium. O marite.ſ.turpiſſime & turpiſſima paſſe ſparge nuces. oſtende te velle relinquere pueritiã & turpitudinem puerilem nuces ſpargendo, aut ad bonnm omen nuptiarum ſparge nuces, quia heſperus.i.ſtella veſpertina deſerit tibi, aut in perniciẽ tuam quia inſtat tempus vt nouę nuptæ debitum perſoluas, quod non poteris aut ironice ad cõmodum tuũ, quia habiturus es pulcherrimam coniugem, œtam montem illũ Theſſalię quẽ ab occidente habebat qui hæc dicit. Incipe mea tibia mecum verſus Mænalios. O ſup. Niſa coniuncta viro digno ſ.te.i.qualem digna es habere, cum turpis & effœminatus ſit, dũ i.quandoquidem tu deſpicis.i.aſpernaris & vilipędis omnes, & dum mea fiſtula.i.cantilena mea (quæ tamen plurimum valere ſolet ad conciliandos amores) vnde Corydon, Canto quæ ſolitus ſi quando armẽta vocabat Amphion dircæus &c. & dum capellæ ſup. meę ſunt ſup. tibi odio.i.moleſtię & diſplicentiæ. p capellas aũt vult ſignificare diuitias ſuas ſicut Corydon per oues dicẽs, deſpectus tibi ſum nec qui ſim quęris Alexi Quã diues niuei pecoris q̃; lactis abundans, & dum odio eſt tibi hirſutum ſupercilium.ſ.meum & barba prolixa.i.forma mea virilis quę tibi cordi eſſe debebat, vñ & Corydon. Nec ſum adeo informis &c. A tribus ergo ſe vt ille cõmendat à muſica ſeu cantu, à diuitijs & à forma,

à forma, quæ tamen illa deſpexit, at ne id merito feciſſe putetur docet ꝙ per petulantiam fecerit. cum etiam ea quę nemo parui facere debeat, videlicet fidem & religionẽ contẽpſerit: vnde ſubdit, nec credis quẽq̃; deum.i.deorum curare mortalia.i.credis ꝙ deus non aſpiciat facta mortalium & ita nõ puniat piuria, vnde & ab alio dictum eſt, quia Iuppiter periuria ridet amantum. Per hæc autem innuit ſibi datam ab ea fidem, quam non ſeruauerit: in cuius punitionem dij eam Mopſo coniunxerint. Eſt aũt Epicureorum ſententia deos non curare mortalia, quã ſecutus Flaccus dicit in primo ſermonum. Nãq; deos didici ſecurum agere æuũ, didicit aũt ab Epicuro cuius ſectator erat. vnde primo epiſtolaꝝ, Me pinguẽ & nitidum bene curata cute viſes. Cum ridere voles epicuri de grege porcum. Epicurus vero iactabat ſe leuaſſe mortalium genus duobus maximis malis, religione.ſ. in præſenti vita cum dij non curent mortalia, & timore futuri cum docuerit animos cum corporibus interire: quorum vtrũq; maxime erroneum eſt. vnde & hic propter eam falſam fidem dicit Damon Niſam in eam miſeriam incidiſſe vt Mopſo nuberet.

PIERIVS.

¶ Incipe Mænalios mecũ mea tibia verſus.) Menalios ideo dixit, quia q̃ canunt hic, in Arcadia ſe aliqñ audiuiſſe inferius oſtendent. ¶ Sparge marite nuces.) Lege cauſam huius inſtituti apud Pliniũ. L.xv. ¶ Cum canibus timidi venient ad pocula Damæ.) Soſipater cariſius, vbi agit de Solœciſmo, eum etiam fieri per genera nominum ait vt, Timidi veniẽt ad pocula Damæ. pro timidæ, ex quo Horatium proprium protuliſſe genus conſtat, & ſuperiecto pauidæ natarunt æquore Damæ. ¶ Promiſſaq; barba.) Quãuis, Promiſſa, minime diſpliceat. quod eo ſignificato frequenter apud latinos authores inueniatur, in antiquis tamen omnibus cod. quotquot habui. Prolixa, legitur, eadẽ autem varietas dictionis eiuſdem in cod. liuianis habetur li.vij. de ſecũdo bello punico. Ad hoc prolixa barba & capilli efferauerant ſpeciẽ oris, noſcitabatur tamen in tanta deformitate, vetus codex Promiſſa, legit, & p Noſcitabatur, Noſcebatur. Sed loco hoc frequẽtatiua illa verbi ſpecies ſententiam auget.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala,
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam cæperat annus,
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Nunc ſcio, quid ſit amor, duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus:
Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

SERVIVS.

¶ Roſcida mala.) Matutini roris humore perfuſa. ¶ Dux ego veſter eram.) Aut dux p̃ibam, Aut capellas alloquit̃. ¶ Alter ab vndecimo tum me iam cæperat annus.) i. tertius decimus. Alter enim de duobus dicimus. Et vult ſe ſignificare iam tunc vicinum fuiſſe pubertati, vt vnus ab vndecimo, ſit duodecimus: alter, tertiusdecimus. Nam pubertati vicinum ſe fuiſſe ſignificare vult, quod de duodecimo anno procedere non põt. ¶ Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.) Nec dum magnos & altos. & hoc dicit, Tãtæ altitudinis erã iam, vt poſſem attingere minores & fragiles adhuc arboris ramos. Et bñ cum annis iungit habitum corporis. Nã iure pubertas ex vtroq; colligitur. ¶ Vt vidi vt perij.) Vnum eſt temporis, aliud qualitatis. Nam hoc dicit, Mox vt vidi, quẽadmodum perij. ¶ Malus error.) Diffinitio amoris. Nam amor errare plerũq; compellit. ¶ Nunc ſcio quid ſit amor.) Vel quaſi iam iuuenis, vel quaſi ſpretus. Grauior enim amor fit ex deſpectione, vel ex deſperatione. Terentius, Perij: quanto minus ſpei eſt, tãto magis amo. ¶ Iſmarus aut Rhodope.) Montes ſunt Thraciæ aſperrimi. Et perite vituperat amorẽ ab origine. Item à geſtis rebus. vt, Sæuus amor docuit. Nam de exitu circa deũ vituperatio non cadit. ¶ Extremi Garamantes.) Populi ſunt Africæ. Extremi autem, ſæui, quaſi à conſortio humanitatis remoti. vt, Extremiq; hominũ Morini, Rhenusq; bicornis. ¶ Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.) i. nihil habentẽ in ſe humanitatis. Nam non dicit, non mortalẽ. ¶ Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrẽ Cõmaculare manus.) Quaſi nouam artem inſinuauit, & infudit. ¶ Natorũ ſanguine.) Bñ fabulam omnibus notã per tranſitum tetigit. Quis.n. ignorat Medeam ab Iaſone cõtẽptã ſuos filios interemiſſe? ¶ Cõmaculare.) Polluere. ¶ Crudelis

delis tu quoq; mater.) Vtitur optima moderatione, Nã nec totum amori imputat, ne defendat parricidiam: nec totũ matri, ne amorem eximat culpæ: ſed & illam quæ paruit, & illũ qui coegit, incuſat. ¶ Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.) Nõ eſt ſupflua hæc verborum iteratio. Nam ſyllogiſmus eſt plenus, q conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione.

MANCINELLVS.

¶ Roſcida.) Rore infuſa. ¶ Alter ab vndecimo.) i. ſecũdus, Alter enim de duobus dicitur ergo. xiij: nam pubertati ſe vicinũ oſtendit: quod recte Seruius enodauit. ¶ Vt vidi, vt perij.) i. quando vidi quando perij quando me malus abſtulit error, poteſt enim vt pro temporali aduerbio etiem accipi, vt hoc loco, de quo & Priſcia. meminit lib. xv. Perij. vt nulla ſit Sinalœpha. ¶ Vt me ma. abſtu. er.) Simeta ait de Delphide. ij. Theo. me morbus flamminifer vſſit, Me penitus totam, & ſenſum malus abſtulit ignis. Nunc ſcio qd ſit amor, Theocri. ait in. iij. Noui quid ſit amor tandem: deus improbus acer Difficilis diræ quẽ lactauere leænæ. Mõtibus hircanis nutriuit, & improba mater. Obſidet inſidijs qui me molleſq; medullas Vrit, & igniferis figit mea pectora telis. ¶ Extremi garamantes.) Hi enim ſunt vltra Getulos teſte Dionyſi. ¶ Edunt.) Generant. ¶ Sæuus amor.) Oſtendit amoris crimina & ſæuitiã. Medea.n. Iaſonis amore capta illum à colchis in Theſſaliam ſecuta eſt: Cũq; decẽnium Corinthi cũ eo fuiſſet, filioſq; etiam peperiſſet, ſpreta ob nouam nuptam Creuſam.ſ. vel Glaucam Creontis filiam, furore ducta domũ incendit radice quadã à Circe inuẽta, ea virtute, vt incenſus ignis nequiret extingui, Iaſon tñ euaſit, Glauca, & pr̃ igni abſumpti ſunt. Quidam tamen ſcriptores volunt Medeę filios dona q̃dã ſpõſæ attuliſſe venenis illita, quibus tactis ſponſa, & pater cõſumpti ſunt. Irata autem Medea ꝙ Iaſon

ſon euaſerat,eamq́ꝫ ſpreuerat in eius calamitate omnes iugula/
uit natos excæpto vno qui fugit.Theſſalus ſcilicet.de qbus om/
nibus plura Diodo.libro.v.

ASCENSIVS.

¶Incipe &c.Sepibus.docet qũo eius amore primũ captus ſit:
ꝑmus aũt amor feruẽtiſſimus eſt ad quod ſignificãdũ dicit ama/
ſius poeta:Delia me primũ cupidis decępit occellis,Contactum
nullis añ cupidinibus. ¶Ordo igitur vt ſimul ſnias explicẽ hic
eſt.Incipe mea tibia mecũ verſus Męnalios,Ego vidi(erã.n.dux
i.cõductor veſter.ſ.mr̃is,& filię,quod potius dixero q̃ꝫ vt capel/
las alloquatur)te paruã.i.cũ adhuc paruula eſſes legẽtẽ cum ma
tre.mala roſcida.i.rore ꝑfuſa,in nr̃is ſepibus.i.intra pomeria nr̃a
ſepibus munita.annus alter.i.ſecũdus:ab vndecĩo.i.decimuſter/
tius cæperat.i.accæperat me ingredientẽ ſe:iam tum.i.tũc ꝑmũ,
& ego poterã iam contingere ramos fragiles.i.inferiores q ſole
deſtituti propter interpoſitionẽ fragiles fiunt,vt.i.poſtq̃ꝫ vidi te,
vt.i.qualiter perij.q.d.miſerrimus,& vt.i.q̃liter malus error ab/
ſtulit me.Aut ſic,vt.i.quãtũ cito vidi,vt.i.tm̃ cito malus error.i.
inſanus amor abſtulit me Incipe &c.Declarat quis ſit malus er/
ror quia amor dicẽs ego ſcio nunc qd ſit amor.q.d.deus impien
tiſſimus.quia Iſmarus & Rhodope montes illi Thraciæ aut Ga/
ramãtes extremi.i.remotiſſimi à nobis,vt qui vltra getulos ſunt
edunt illum.ſ.amorem exiſtentẽ puerum non noſtri.i.humani
generis nec noſtri ſanguinis.i.nihil habentem humanitatis.Inci/
pe &c.vt aũt oſtendat ſęuitiam amoris adducit exemplũ Medeę
quę per impatiẽtiã amoris filios abſumpſit aut gladio aut igne,
vt Mancinellus recitat.Sęuus igitur amor docuit matrẽ.ſ.Me/
deã cõmaculare manus ſanguine natorũ.i.ex ea genitorũ,ò mr̃
ſ.Medea.tu quoqꝫ.i.ẽt tu crudelis ſupp.es.q.d.niſi & natura cru
delis & impia fuiſſes,non potuiſſet te amor ad tm̃ facinus indu
xiſſe.vt filios occideres,eſt ergo mater ẽt crudelis,ſed an mater
ſ.Medea q̃ facinus peregit eſt magis crudelis? an puer.i.amor.ſ.
cupido cui eſt perpetua iuuenta aut pueritia(nam ſæpe amorem
ſeu cupidinẽ puerum legimus vocatum,vnde de venere & ipſo
dicitur.iiij.Ænei.Tuq́ꝫ puerq́ꝫ tuus)eſt ſup.magis improbus?q.
d.id quidẽ neſcio,ſed ſcio quod ille puer.ſ.cupido,qui,perſuaſit,
aut te ò Medea ad hoc induxit extat impius, ſed tu ò mr̃.ſ.Me/
dea tu quoqꝫ.i.etiam tu ſup.es crudelis.¶Prima regula eſt ver/
ba ad loquelã ſpectantia qñ obſcuritatẽ nullam pariunt,venuſte
omittuntur vt hęc Damon ſup.dixit aut cecinit aut ꝓpoſuit.Se/
cunda.A ſubſtantiuis ſapiẽtibus naturam adiectiuorum formari
poſſunt formę diminutiuæ adiectiue tentę,vt à mas maſculus,
la.lum.vt hic Maſcula thura.Nã mas quodãmodo adiectiue po/
nitur apud Hora.Thyrrenusq́ꝫ mares animos.i.viriles.Et apud
Perſium marẽ ſtrepitũ.i.virilẽ. hinc maſcula Sappho dicitur,&
maſculus animus dico formæ diminutiuæ non tamen ſunt ſic
vera

vera diminutiua,quia ſignificatio deeſt.At cum hic dico hic pu/
ſillus nõ mas,ſed maſculus eſt cẽſendus,iam verum eſt diminu/
tiuum,Sicut & maſculus animus aut ſonus ſi non plane virilem
ſed aliquo mõ intellexeris.Tertia ſm̃ diuerſam originẽ eſt ſæpe
diuerſa ſcriptura,nã Tus ſi à tundẽdo vt Var.vult dicatur ſine h
ſcribatur ſin a thyoo θυόω quod eſt odorem facio aut θύω thyo
quod eſt ſacrifico,per h ſcribetur thus:Quarta.Vel tam apud po
ſteros q̃ꝫ apud Ciceronẽ ponitur pro ẽt,potiſſimũ vbi emphati/
cos loquimur,vt Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunã, Nã
vtrũqꝫ mirum,& quod de cœlo quicq̃ꝫ deduci põt, & ꝙ luna q̃
ſuũ habet cœlum.i.orbem ac ſphæram.Quinta.De prępoſitio in
his quę ad locũ deorſum ſpectãt venuſte deorſum ferri cõnotat,
vt deducere lunam cœlo,eſt ipſam deorſum ducere,ſed deduce/
re lanam eſt ipſam extenuare & in ſubtiliores partes carptim di
ſtrahere.Sexta.Vt prius patuit gerundium in do qñ abſolute po/
nitur venuſte paſſiue ſignificat,vt cantando dum incantatur.

PIERIVS.

¶Tum me iam cæperat annus.) In Lõgobardico cod.Tum iã
me cęperat.In aliquot alijs,accęperat,& adcæperat,habet.¶Po
terã à terra cõtingere ramos.) In Lõgobardico exẽplari Cõiun
gere,habetur,quod à nemine recæptũ obſeruaui. ¶Iſmarus aut
Rhodope aut extremi Garamãtes.)Sunt politioris huius elegã/
tiæ viri ſtudioſiſſimi,q locũ hunc antiquo cod.legi aliter obſer/
uarint.Quippe,Aut Tmarus aut Rhodope, vt duorum mõtiũ
aſperitate amoris ſęuitiam probet,& à loci demũ longinquita/
te,dum infert,aut extremi Garamãtes.nam Iſmaron vrbẽ eſſe
manifeſtum,de qua ſic Harpocration. ἔστι μέν τοι καὶ πόλις
ἐν θράκῃ μαρωνεία ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ᾽ ὁμήρου ἴσμαρον κα-
λουμένην.Tmarus aũt,q & tomarus Straboni, mons Dodoni:
eſt aſperrimus atqꝫ ſęuiſſimus non minus q̃ꝫ Rhodope Thraciæ,
vulgatã tñ lectionẽ Valerius Probus ſummæ diligentię grãma/,
ticus,in inſtitutis agnoſcit,& inter ea q apud latinos quoqꝫ,os
breuẽ finalẽ ſyllabã habent,ex eo quoqꝫ verſu exẽplũ citat Iſma
ros aut Rhodope aut extremi garamãtes.Neqꝫ.n.quid ꝓhibeat
Iſmaron tam ꝓ monte q̃ꝫ ꝓ vrbe poni,quod ſi volunt pro vrbe
tm̃ accipi,nihil quicq̃ꝫ ſentẽtiam immutabit.Iſmaron ſane Cico
nes gens immanis & inhoſpitalis,Homero dãnata coluerũt, ad
quos Vlyſſes Ilio digreſſus primũ appulſus eſt à quibus male ac
cęptus,coactus eſt magna trepidatione ſocios in naues cogere,
& quã maxima potuit feſtinatione ſeſe in altũ ſubducere,vñ Vir
gi.cum velit immanitatẽ feritatemq́ꝫ amoris oſtendere,illũ ac/
colis Iſmari inhoſpitalibus comparat.Qui alibi etiam duas eas
locutiones in vno verſu ponit,nec tantũ Rhodope mirantur &
Iſmarus Orphea.¶Nec noſtri generis puerũ.) In Long.in Medi
ceo,& aliquot alijs cod.manu ſcriptis numerus in hunc dictionũ
ordinem mutatus eſt.Nec generis noſtri puerum, qui ordo etiã
apud Seruium eſt.

Incpie Mænalios mecum mea tibia verſus.
Nunc & oues vltro fugiat lupus,aurea duræ
Mala ferant quercus,Narciſſo floreat alnus,
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.
Certent & cycnis vlulæ:ſit Tityrus Orpheus:
Orpheus in ſyluis,inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Omnia vel medium fiant mare:viuite ſyluæ.
Pręceps aerij ſpecula de montis in vndas
Deferar:extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios iam deſine tibia verſus:

SERVIVS.

¶Oues vltro fugiat lupus.)
Optat omnia fieri cõtra natu/
ram: vt.ſ.quia illa pulcherri/
ma turpiſſimo marito nupſit,
quod bene cõtra naturã vide/
batur,cũ eſſet ipſa honeſta:cõ
ſequẽs ſit vt ſint & alia cõtra
naturã:vt fugiat lupus oues,
vt ferant q̃rcus aurea mala,&
reliqua quę dicit.¶Electra pin
guia.)i.ſuccinæ gẽmę.¶Myri
cæ.)Arbuſta viliſſima.¶Cer/
tent & cycnis vlulæ.) Aues
ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.i.à fletu,
vel vlulatu nominatæ.¶Sit
Tityrus Orpheus.) Viliſſimus ruſticus,Orpheus.ſ.putetur in ſyl
uis,Arion vero inter Delphinas.Hic aũt Leſbius à Leſbo cytha/
rœdus optimus fuit:qui cum Tarento Corinthum cum multis
opibus peteret:& videret ſibi in mari tẽdi à nautis inſidias: pe/
tijt vt cythara paululum caneret:ad cuius ſonum cum Delphini
conueniſſent,excuſſit ſe ſupra vnum:& ita imminẽs vitauit pe/
riculum.¶Delphinas.) Nas ideo breuis eſt,quia gręca declinatio
eſt,ſicut Arcadas accenſos monitu. Nam omnia græca nomina
quę nominatiuũ pluralẽ es terminãt,vt Arcades,Delphines,Na
iades,accuſatiuũ pluralẽ corripiunt.¶Omnia vel medium fiant
mare.)Aut omnis terra operiatur fluctibus maris,aut medium:
optat.n.confuſionem elementorum. ¶Viuite ſyluæ.) Ideſt va/
lete.Nam non bene optantis eſt,ſed renunciantis.Ordo eſt.Prę/
ceps

ceps deferar in vndas de ſpe/
cula aerij mõtis.¶Extremum
hoc munus morientis habe/
to.) Ideſt moriar in inuidiam
tuam.Nam amare ait.¶Mu/
nus.) Sic Mezentius. Et hæc
tibi porto Dona prius.

PROBVS.

¶Ariõ.) Methymnęus cytha
rędus cũ in pyratas ĩcurriſſet
ĩpetrauit, vt ſub eodẽ habitu
quo in ſcænã ꝓdire adſueſſet,
canere ei liceret,q cũ cãtu Del
phinas elicuiſſet,& in mare ſe
pręcipitauiſſet, excæptus ab
ipſis:ꝓlatus dicit̃ in terrã eſſe.

MANCINELLVS.

¶Nunc & oues.) Contraria fore optat,cũ pulcherrima turpiſſi
mo iuncta fuerit.¶Electra.) Ferunt Heliades ſorores Phaethõtis Electrũ.
fratris interitũ tãdiu deploraſſe vt mortuę oẽs in alnos tandem
arbores lachrymantes adhuc conuerterentur,earũq́ꝫ lachrymas
à Celtis ipſis qui ea circũ habitant loca ſępenumero emungi,cũ
in aureũ vertantur electrum & tanq̃ꝫ lapidẽ dureſcant.id Diony
ſius ſcri.Dicitur ꝑterea ꝓprie electrũ,teſte Pli.lib.xxxiij.vbicũqꝫ
quinta argẽti portio ineſt auro mixta.De electro etiã li.ij.Geor.
latius dicet̃.Electrum ſine h ſcribitur,cũ pſilen ante,e,græce ha
beat.¶Myricę.)De his late Eclog.iiij.¶Cycnis.)Eſt cycnus auis
vndiqꝫ plumis albis conferta & dulce canens latine olor dicit̃.
Scribit aũt Ci.lib.j.tuſcu.quod cygni non ſine cã Apollini dicati

ſunt,ſed quod ab eo diuinationẽ habere videantur: quia prouidẽtes quid in morte boni ſit cũ cãtu & voluptate moriãtur. Meminit & Pli.li.x. ¶ Vlulæ.) Aues ſunt nocturnæ ab vlulatu dictę, de qbus ét Pli. Certẽt & cycni vlulę. Conatas ait in Theocri.v. Luſcinię dulci raucos cõtẽdere turdos. Nec fas eſt,epopas cycnis obſtare canoris. ¶ Orpheus.) De hoc iam dictum eſt. ¶ Arion.) Is fuit citharedus quãoptimus,de quo late Ouid.lib.ij.ait, Quod mare non nouit,q̃ neſcit Ariona tellus? Carmine currẽtes ille tenebat aquas, Protinus in medias ornatus deſilit vndas, Spargitur impulſa cęrula pupis aqua. Inde fide maius,tergo Delphina recuruo. Se memorat oneri ſuppoſuiſſe nouo, Ille ſedens,citharamq; tenens preciumq; vehendi Cantat,& ęquoreas carmine mulcet aquas, hęc & plura Ouid. ſed latiſſime Hero. circa principium primi libri quod repetit ét Gel.lib.xv.c.vlti. ¶ Extremum hoc.) Ordo eſt, hoc habeto extremum munus morientis.

ASCENSIVS.

¶ Nunc &c.) Optat oĩa contra naturã immutari p̃ impatientiã amoris ſibi exitiũ deſtinãs, vt ex ordine aperiet qui talis eſt Lupus fugiat nunc vltro.i.nõ fugatus à canibus aut paſtoribus,ſed ſua ſpõte oues imbelles. fugiat dico nũc.i.poſthac ex quo me Niſa decępit & mori cupio,& q̃rcus durę feriat aurea.i.aurei coloris mala.i.poma q̃ in tenerrima arbore naſcunt. Alnus arbor amaro vt dictũ eſt cortice & frõde deferẽte, floreat Narciſſo ſup. flore myricę.i.arida & humilia virgulta aut humillimi frutices ſudẽt i.ſudãdo emittãt & diſtillẽt corticibus ſup. ſuis, electra pinguia.i. ſuccina. Et vlulæ aues ab vlulatu dictę certẽt.ſ.in cantu cycnis.i. cum oloribus quibus moribundis præcipue eſt ſuauiſſimus cantus. Tityrus.i. Bucolicus & paſtoralis,& ob id rudis cantor ſit.i. reputetur Orpheus, idest optimus muſicus, ſit inq̃; Orpheus in ſyluis quas.ſ.ad ſe traxiſſe fingitur, quia vt dicit Hora.in arte. Syl ueſtres homines ſacer,interpresq̃; deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus. Dictus ob id lenire tigres rabidosq; leones &c. ſit Arion.i.qualis Arion Leſbius ille citharœdus pitiſſimus, iter delphinas piſces illos marinos (declinatur hic Delphin huius delphinos, vñ fit nominatiuus hic delphinus delphini. In accuſatiuo habet hunc delphina, vnde pluralis hos delphinas) inter delphinas aũt modulatus dicitur tam dulciter Arion, vt eũ ſaluum in dorſo ſuo ad litus perueheret. Incipe &c. Omnia fiant vel.i.etiam medium mare: hoc eſt tam altis aquis obruantur, vt quę ſunt in medio mari, vos ſyluę viuite.i.valete, & diſcedite.q.d. nolo amplius inter vos conuerſari &, id quidẽ ſm mẽtẽ Seruianam quam Landinus approbat. Sequitur ergo, Ego deferar præceps.i.p̃cipitabor de ſpecula.i.alta rupe, vñ ſpeculari liceat, montis aerij in aera multum exaltati, in vndas.i.ſubmergar, habeto.ſ. Niſa hoc extremum munus.i.donũ inuidioſum morientis.ſ.q̃a in inuidiã eius mori conſtitui. Deſine iam mea tibia Mænalios verſus, p̃ hunc finẽ ſignificatur carmẽ hoc amatorium eẽ compoſitum non ab amatore vero, ſed nomine eius, vñ non intelligemus Damona ſe pręcipitare deſtinaſſe, ſed ceciniſſe carmẽ nomine eius qui id deſtinauerit, vñ & Alpheſibœus nõ ſuas, ſed coniugis alicuius partes agit in carmine. Sunt tñ qui ad Damonis perſonam applicẽt, propterea quod dictum eſt eum diluculo ceciniſſe, quod non oportuiſſet ſi alterius rẽm ageret. Sunt ét qui intelligant illud, viuite ſyluæ in gratiam ſyluarum dictum, quaſi cum omnia obrueda optet: ſolas ſyluas recipiat: ſed tutius eſt ab authoritate non diſcedere, niſi ratio vrgeat.

Hæc Damon. vos, quæ reſponderit Alpheſibœus:
Dicite Pierides: non omnia poſſumus omnes.
Effer aquam: & molli cinge hæc altaria vitta: AL.
Verbenasq; adole pingues, & maſcula thura,
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus: nihil hic niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

SERVIVS.

¶ Hæc Damon.) Subaudi dixit, vel cecinit. ¶ Dicite Pierides.) Bñ animos erigit auditorũ: dicẽdo, Superiora vtcũq; dicta ſunt: ſequentia, nõ niſi à numinibus poterunt explanari. Sane id debemus accipe paſtores hos referre, quod aliqñ in Arcadia audierunt. Vñ & ſuperius ait, Incipe Mænalios mecũ mea tibia verſus.i. Arcadicos. ¶ Non oĩa poſſumus oẽs.) Sic Cicero, Vnũ ſuſtinere vix pauci p̃nt: vtrunq; nemo. ¶ Effer aquã.) Hic inducit mulierẽ ſacris quibuſdã puertentẽ mentẽ amatoris à quo ſpernebat. ¶ Adole.) Incẽde, ſed κατ' εὐφημισμὸν. nã adole eſt auge. ¶ Sanos ſenſus.) Non amantes. Vnde contra amantes inſanos vocamus. ¶ Auertere.) aũt, à ſanitate mutare. aut auertere ait, p̃ cõuertere, vt ſit mutata præpoſitio. ¶ Experiar.) Coner, probem, incipiam. ¶ Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.) Vel.i. ét: vt, vel Priamo miſeranda manus. Eſt aũt argumentum à maiore ad minus, Si hęc poſſunt facere carmina: cur non etiã facilia impleantur? quid.n. facilius q̃s vt Daphnis ex vrbe rus redeat, vt ciuitatẽ deſerat ruſticus? ¶ Frigidus in pratis.) Nocens: vt, Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet. ¶ Cãtando.) Dũ ei incantatur. Nã gerundiuus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur. Vñ modo. ¶ Cantando.) à paſſiuo ait, cum ſupra ab actiuo dixerit: vt, Cantando tu illum? Tale eſt illud in Salluſtio, Cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur.i. vt ei imperaretur.

MANCINELLVS.

¶ Dicite pie.) Hic verſus totus eſt Furij ex.x.lib. Lucre. itẽ lib.v. ait: Maior erat natu, non omnia poſſumus oẽs. Macro. author li.vj. ¶ Verbenas.) Verbena Iouis ab ara verrebatur, domus purgabatur luſtrabaturq; ſerebatur aũt domeſtica flore albo in ortis, ſacerdotes eum purificationibus adhibere conſueuerunt ſicq; medicus viſitando infirmũ ipſam portauerit, ęgroto neſciẽte, & dicet ægroto ipſi q̃liter es? ſi dixerit bene, æger ſanabitur, ſi male, morietur. Hæc alij Pli. aũt ſcribit li.xxij.ca.iij. Verbenam dici gramen ex ara cum ſua terra euulſum, &c. Propterea igitur pingues verbenas dici putarim, nam & aræ pingues dicuntur eſſe. ¶ Adole.) i. vre, teſte Nonio. Alibi adolere ſignificat, augere honorare, propitiare, vt lib.j. Æneidos. Et flammis adolere penates. ¶ Maſcula thura.) Maſcula thura aliqui putant à ſpecie teſtium dicta, ſunt enim rotundiora, & religioni tributa ne ſexus alter vſurparetur, author Pli.lib.xij. ¶ Sanos.) idest non amantes, qui enim amãt, nõ ſani ſunt. Hinc illud Maro.li.iiij. Cũ ſic vnanimem alloquitur male ſana ſororẽ. ¶ Magicis ſacris.) Maximę queſtioni, & ſemper incertæ eſt inquit Plin. xxviij.c.ij. valeant ne aliquid verba, & incantamenta carminum. Veſtales noſtras hodie credimus, nondum egreſſas vrbe mancipia fugitiua retinere vi ſola precationis. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantari credunt, Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, Marcus varro podagris. Cæſarem dictatorem poſt vnum ancipitẽ vehiculi caſum ferunt ſemper vt primum conſediſſet.id quod pleroſq; nunc facere ſcimus carmine ter repetito ſecuritatẽ itinerum aucupari ſolitum, hinc & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus, & impares numeros ad omnia vehementiores credimus. Idq; in febribus dierum obſeruatione intelligitur. Scribit itẽ Theo. apud grecos. Catul. apud nos, & Virgi. amatoria incantamẽta imitati ſunt, Magia præterea incantatio dicitur. Mageno magicam exerceo. Circe, ſolem ferunt duos procreaſſe pueros, Æta ac Perſen. Æta in cholcho regnauit, in taurica Perſes. Crudeles ambo, efferiq;, e Perſe Hecate orta eſt, quæ poſtea Ætę nupſit, genuitq; liberos tres, Circẽ, Medeam, & Ægialũ. Circe ad omnis generis venenorum curã verſa multarum herbarũ, radicumq; varias vires, mirabilesq; reperit. Venit demũ ad Italiã, inq; eo promontorio, quod nũc quoq; ab illa circeũ vocatur reſedit. hęc ex Dio. lib.v. Quo aũt Vlyſſis ſocios carminibus verterit in feras, legito Oui.li.xiiij.meta. Cice. aũt in li.de na.de. ſcribit Cyrcẽ ſolis fuiſſe filiam ex Perſide Oceani filia.

Thura maſcula q̃ dicat.

ASCENSIVS.

¶ Hæc Damon. Vos quæ reſponderit Alpheſibœus, dicite Pierides, non omnia poſſumus &c. Argutã vt dixi phantaſia qua carmen quod ad magicam artem ſpectet non potuiſſe aut noluiſſe memorię ſuæ cõmendare, ſignificat muſas vt ipſæ id recitẽt cohortans. Nam ſic & paſtoralis perſonę decorum ſeruat cui difficile nimis fuiſſet tot carmina ex vna recitatione edidiciſſe, & ſe quibus Romanis interdictum erat magicis artibus nõ implicuiſſe ſignificat. Sunt p̃terea carmina quæ Alpheſibœus cantaſſe dicitur non ſuo nomine (non enim illi Daphnis coniunxerat cum vterq; mas eſſet) ſed eius quę cum ruſtica eſſet habebat maritũ in vrbe morantem. docet ergo eam primo pręcæpiſſe, vt omnia rite ad magicam ſeu incantationem diſponerentur, deinde magica carmina

ca carmina poſtulat,ſperans eis maritũ poſſe ab vrbe reuocari, quibus ẽt luna de cœlo deduceretur,& ſerpentes necarent̃.vnde argumentatur à fortiori,quia ſi carmine difficilius poſſunt,poterunt etiã,Ad quod facilius eſt. ℂ Ordo eſt.Damon ſup.cecinit aut recitauit à paſtoribus archadicis audita hæc.ſ.iã dicta carmina,vos ò Pierides dicite,ſup.ea q̃ Alpheſibœus reſpõderit.i.cõntra recitauerit,dicite inquã.i.recenſete,& narrate nobis:quia nõ oẽs poſſumus oĩa.i.non oĩbus datum eſt oĩa poſſe,& tam præſtantem memoriã habere,vt oĩa audita memorẽt. Incipitur autẽ carmen quaſi à muſis recitantibus verba vxoris ad ancillam fidelẽ Amaryllida,videlicet quam vnicam ad eã rem adhibet dicens.O ſupp.Amarylli,effer.ſ.ẽ loco vbi hactenus occulta fuit: aquã.ſ.ad magica ſacra aptã,& cinge hęc altaria molli vitta.i.ſertis ex herbis,aut floribus,& adole.i.icẽde & vre,verbenas.i. herbas ſacras,pingues.i.oleo vt incẽdi poſſent ꝑfuſas,& thura maſcula.i.teſtes maſculoꝝ habentiũ,vt ego experiar.i.experiẽdo coner,auertere.ſ.ab vſu rõnis,ſanos.i.non amãtes ſenſus coniugis i.mariti mei Daphnidis,auertere inquam ſacris magicis.i. incantatoriis. Et qa videt oĩa diſpoſita dicit.Nihil ſup.deeſt hic niſi qđ carmina deſunt.(Retulit aũt verbum ꝑ zeugma ad vicinius ſuppoſitũ.)Et ideo qa carmina deſunt,quaſi vocãs ea dicit. O mea carmina ducite Daphnin maritũ.ſ.meũ,domũ ab vrbe.q.d. id facillimũ erit vobis,cũ nihil ſit facilius q̃ ruſtico ꝑſuadere aut eũ inducere,vt ab vrbe domũ redeat,qđ autẽ id poſſent carmina ꝓbat à fortiori dicens. Magica vis in lunam. Carmina poſſunt deducere.i. deorſum ducere & ducere de cœlo,vel.i.ẽt lunam.(Id aũt credebat antiqua ſuꝑſtitio,vnde in Theſſalia vbi plurima veneficia & icantamenta fieri ſolebant,quoties lunã laboratẽ,& ad eclipſim tendentẽ videbãt ærea tintinabula ac pelues pulſabãt,vt videlicet crepitu vis verboꝝ impedireť ne lunam ꝑtingeret,ad quod alludens dicit Iuuena.ſaty.vj.Tot pariter pelues & tintinabula dicas Pulſari,iã nemo tubas nemo æra fatiget.Vna laborãti poterit ſuccurrere lunæ.Vnde Tibullus.Cãtus & ẽ curru lunam deducere tentat,Et facere ſi nõ æra repulſa ſonent. Leges aũt vetantes ne quis meſſem pelliciat aut magicis artibus traducat,aut grandine concutiat,docẽt nõ nihil eis aliqñ factũ.) Circe venefica illa ſolis filia q̃ verbis & potentibus herbis diciť ſocios Vlyſſis in varias feras mutaſſe,vt ad principiũ ſeptimi æneι.latius diceť.vnde dicit hic Circe mutauit carminibus.i.icãtamẽtis ſocios Vlyſſis,nõ aũt Vlyſſem,qa abſtinuit à poculis eius q̃ amatoria ſeu Philtra cõtinebant.i.potionẽ magica arte confectam & ad amoris inſaniã impellentẽ. Anguis frigidus.i.nocens ac veneni qđ frigidum eſt plenus,aut frigore.i.morte afficiens,rumpitur in pratis cantãdo.i.ꝑ incãtamenta qđ ſentiens aures occulit,alterã cauda,alterã terra ad quã eã applicat,ducite &c. ℂ Regula ẽ. Gerũdia in do ſæpe ponunť abſolute ĩ ſignificatione paſſiua,vt hic cantando.i. dũ incantať.& in Geor.vritq; videndo. Fœmina.i.dum videť. Regula.

PIERIVS.

ℂ Tinge hæc altaria vitta.) In oblõgo vaticano codice. Victa ꝑ ct,& ita in aliis qbuſdam habetur. In aliquot,vitta tt,geminato, hoc quidem ex conſuetudine,alterum illud ex analogia. ⸿ Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.) In antiquis aliquot exemplaribus legere eſt. Carmina & ẽ cœlo poſſunt deducere Lunam.

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo:terq; hęc altaria circum
Effigiem duco.numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina,ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo,& Veneris,dic,vincula necto.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina,ducite Daphnin.
Limus vt hic dureſcit,& hæc vt cera liqueſcit
Vno:eodemq; igni:ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam:& fragileis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit:ego hãc in Daphnide laurũ.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina,ducite Daphnin.

SERVIVS.

Licia. ℂ Licia circũdo.)Bene vtitur liciis,quæ ita ſtamen implicãt,vt hæc adoleſcẽtis mentẽ implicare cõtendit. ⸿ Effigiem duco.)Amatoris dicit effigiẽ. Sic Dido,Effigiẽq; viro locat,haud ignara futuri. ⸿ Numero Núerus impar deus impare gaudet.) Aut quẽcunq; ſuperorum:aut Hecatẽ dicit:cuius triplex poteſtas eẽ perhibetur:Vnde eſt.Tria virginis ora Dianę.Nam vt ſupra dictum eſt,ſuperi dii,ipari numero:iſeri,pari gaudẽt. ⸿ Impare)autem ꝓpter metrũ ait. Nam ab hoc impari dicimus. ⸿ Necte.) Coniũge:vt ita ĩplicetur mens amatoris,ſicut implicantur & connectuntur illi colores inuicẽ. ⸿ Tribus nodis.)Alligationibus. ⸿ Amarylli.) Vocatiuus Græcus.Hic Amaryllis eſt ea quam Græci σύμμυσιν dicunt. ⸿ Veneris,dic,vincula necto.) Anapæſticus eſt trimeter hypercatalecticus.Hoc autem metrum eſt Cupidini conſecratum. ⸿ Limus vt hic dureſcit.) Fecerat illa duas imagines,alteram ex limo,qui ex igne fit durior:alteram ex cera quæ igne ſoluitur: vt videlicet mens amatoris ita dureſceret ad illam,quam tunc amabat,omneſq; alias,ſicut ad ignem limus:& ad ſe ita molliretur & ſolueretur amore,vt cera ad ignem liqueſcit. ⸿ Sic noſtro Daphnis amore.) Subaudi dureſcat & liq̃ſcat:vt ſcilicet quã appetit deſerens,me potius amet. ⸿ Sparge molam.) Far & ſalem. ⸿ Et fragiles incende bitumine lauros.) Id eſt lauros diuino Bitumẽ igne conſume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam,quia frequentia cadunt fulmina,hac re lacus redũdat:adeo vt inde fabricaſſe muros Semiramis dicatur. ⸿ In Laurus. Daphnide laurum.) Aut Archaiſmos eſt,pro in Daphnidem:aut intelligamus ſupra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter nominis ſimilitudinem.

MANCINELLVS.

ℂ Licia.) ꝙ ea vim in carminibus haberent,innuit etiam Plin. lib.xxviii.quum ait inguinibus medentur aliqui licium telæ detractum alligantes nouenis,ſeptenis ve nodis ad ſingulos nominantes viduã aliquam.atq; ita inguina adalligantes licio. ⸿ Cantando.)Dum cantatur. ⸿ Numero deus impare gaudet.) Impares numeros ad omnia vehementiores credimus inquit Plin.li. xviii.ca.iii.& Macro.lib.ii.ſat.ſcribit ꝙ impar numerus mas & par fœmina vocatur. Item arithmetici imparem patris & parẽ matris appellatione veneranť. Plin.item lib.vii.inquit ꝙ maſculũ genus religioni tributũ eſt. ⸿ Cera liqueſcit.) Simeta in Theo. ſecũda ait,Vtq; meis pallẽs digitis bene cera liqueſcit, Mindius ex templo ſic noſtro Delphis amore. Molã.)erat mola ex ſale & farre molito,vt ſcribit Varro. Bitumẽ eſt terrę gleba,q̃ à calore liquefacta afflať atq; diffunditur,rurſumq; in glaciẽ fortiſſimã ab aqua frigida imutatur qualis eſt lacuum aqua,vnde & ſectione & inciſione opus eſt. Id poſtea in ſũmo fluitat. Stra.author li.xvi. Plin.aũt lib.xxxv.ca.xiiii.ſcri. ꝙ bitumẽ alibi limus alibi terra. Limus ab Iudeę lacu emergẽs. Terra in Syria. Eſt vero liquidũ bitumen ſicut,& zacyntiũ & qđ a babylonę inuehiť ibi quidẽ & cãdidũ gignitur,& pingue,liquoriſq; oleacei in Sicilia. vtũturq; eo ad lucernaꝝ lumina. Item ad ſcabiẽ iumentoꝝ. Vis bituminis,q̃ ſulphuris,ſiſtit,attrahit,diſcutit,glutinat,ad lepras,prurituſq; corporum efficax. hæc ex Plin. Lauros,lauro in ſuffimẽtis,& purgationibus vtebãtur. Non tñ fas erat in ꝓfanis vſibus pollui laurum,vt Plin.lib. xv.meminit. ⸿ Daphnis me malus vrit.) Simeta ĩ ſecũda Theo. ait. Comburit me Delphis,ego hanc in Delphide Laurum.

ASCENSIVS.

ℂ Terra &c. Tangit modũ quo ſacra magica peregerat adhibẽs illis ternarium numerum quem ad ſacra aptum eſſe etiã Philoſophus in de cœlo & mundo docet,& vt Mancinellus recitauit: Plinius impares numeros ad omnia vehementiores credit. Imparium autem numeroꝝ primus eſt ternarius. Nam vnitas non eſt numerus:ſed principium numeri. Ternarius autem nobis in ſancta trinitate venerabilis eſt. ℂ Ordo eſt. Ego circundo primũ tibi ò Daphni ſupp.ideſt ad irretiendum te,hæc terna licia.ſ.ad quæ implicanť ſtamina,diuerſa.i.diſtincta triplici colore & ego duco effigiem.i.imaginem ad viuum effictam circum hæc altaria,duco inquam ter,quia deus præcipue ſuperus gauder numero impare. Ducite ab vrbe,& O Amarylli necte ternos colores q̃ ſunt in liciis tribus nodis,necte inquam modo & dic ego necto vincula Veneris.i.conciliandę Veneris atq; amoris. Ducite &c. vt.i.quemadmodum hic limus.i.terra pinguis & lutoſa,dureſcit.i.fit dura,& vt hæc cera liqueſcit,ꝑ liquefit.i.fit liquida vno & eodem igni.(Notanda eſt ſyllabæ correptio,nam eodem deberet ſecundam producere quã tamen corripit ſicut & ille. Non eodem curſu reſpondent vltima primis. Verum vt illic ſubitam rerum mutationem ſyllabæ correptione depictã volunt,ita hic dicere liceret ſubitam ignis operationem ſignificatam ſic ſupple Eodem.

dureſcat aut liqueſcat aut potius vtrunq; faciat, Daphnis noſtro amore.i.igne noſtri amoris, quo.ſ.ipſum amo (vnde dixit noſtro nō noſtri. Sanè ad diuerſa referunť hæc in Daphnide. Nā vult eū dureſcere.i.ſtabilē fieri in amore ſui, & liqueſcere in amore vrbis aut mulieris vrbanæ: Vtrunq; autē fit ab igne amoris. Qui enim queuis ardenter amat nec facile alium amat, vnde dureſcit vehemētia amoris & amore lāguet. vñ liq̃ſcit ac diffluit virtus eius.) O Amarylli ſparge molā.i.cōfectionem ex farre & ſale molito ſine qua nullum rite fiebat ſacrificium. & incende bitumine.i.illitas bitumine lauros fragiles.i.deſiccatas quia Daphnis malus.i. pernicioſus aut iniuſtus cum ſit ſine redamatione, aut dic amor Daphnis malus. (Indifferenter ergo dicitur huius Daphnis & huius Daphnidis.) Ego ſup. cōburo hāc laurū in Daphnide.i. ſup effigiē Daphnidis de q̃ dictū eſt. Terq; hęc altaria circū, Effigiem duco, & ita nō erit arcaiſmos. nec antiptoſis, aut ſi ſenſus eſt, ego cōburo in perniciem Daphnidis aut cōtra Daphnin erit caſus ꝓ caſu in Daphnide proin Daphniden, aut Daphnin. Ducite &c.

PIERIVS.

Terq; hæc altaria circum.) In codi. Longobar. legitur. Hāc vt iungatur cū eo effigiē duco. Sed enim. Hęc melius. Necte Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto.) Cuperē ego maxime vetus exēplar, Vnde pleriq; modos, pro, modo, legendū pſuaderēt. Nā in his antiquiſſimis cod. quotquot prę manibus mihi fuere. Modo, paſſim ſcriptū animaduerti, q̃; q̃; huius generis figuratos verſus alibi ēt apud Virgiliū obſeruaui, de quibus ſuo loco dictū. Quod vero Seruium aiūt dicere verſum eſſe anapæſticū trimetrū hyhypercatalecticū, metrum Cupidini cōſecratū, nō intellexerunt eū de Tome loq, Veneris dic vincula necto, quibus tm̃ verbis id metri genus conſtat. quod Seruius adnotauit, qd̃ ſi nodos illos huc adnectas, ſupra ēt tetrametrū verſus exporrigetur, neq; anapæſticus erit. Et fragilis incende bitumine lauros.) In Oblongo codi. pueteri non lauros ſed, ramos, legitur, lōge magis tñ placet, lauros ex Theocri. πᾶμοι τὰ δάφναι & inferius, δέλφισ ἔμ᾽ ἀνίασεν ἐγὼ δ᾽ ἐπὶ δέλφιδι δάφναν αἴθω quod ita poeta noſter trāſtulit Daphnis me malus vrit. ego hanc in Daphnide laurum. Sed enim in Longobar. danis, ſcriptum eſt & danide, ſupra vero, a, apex quidam tremulus loco literæ, φ, ſitus eſt, vnde in codicibus aliis error eorum, qui notam huiuſmodi non intellexerunt.

Talis amor Daphnin: qualis, quum feſſa iuuencum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aque riuum viridi procumbit in vlua
Perdita: nec ſeræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta venena,
Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſępe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Mœrin, ſæpe animas imis excire ſepulchris,
Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.

SERVIVS.

Bucula.) Bouis eſt diminutio. Sanè Bos anomalū nomē eſt. Nā hic bos, & ò bos producit: ſicut his bobus, & ab his bobus. Nam reliqui oēs caſus breuem habent ſyllabā primā. Propter aquæ riuum.) Iuxta. Perdita.) Amore cōſumpta. Nec ſit mihi cura mederi.) Aut nolim ei magicis artibus ſubuenire: aut nolim cum ipſo cōcumbere, ab vtroq;.n. medicina amantibus venit. Perfidus.) Nunc ſcilicet perfidus. Limine in ipſo.) Loco ſacro, ſicut ſupra diximus, Veſtæ. Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes. (Magicis quibuſdam artibus hoc fiebat. Vnde eſt in. xij. tabulis, Ne ve alienam ſegetem pellexeris.

MANCINELLVS.

Propter.) i. prope. Perdita nec fere verſus integer eſt Varii de morte, vt edocet Mac. lib. ſat. vj. Ponto.) Menſura ponti à Boſphoro ad Meotidos lacum protendiť: vt ſcrib. Plin. lib. vj. Solin. autem ſcrib. in ponticis oris Aconem portum eſſe qui prouentu maloꝝ graminū vſq; adeo celebris eſt, vt noxias herbas aconita illinc nominemus, Lupum fieri Plin. lib. viij. ſcrib. quod in Italia quoq; creditur lupoꝝ viſus eſſe noxius, vocēq; homini quē priores cōtemplenť adimere ad præſens, homines autē in lupos verti rurſusq; reſtitui ſibi falſum eſſe cōfidēter exiſtimare debemus, aut credere oīa quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Euanthes inter authores græcos nō ſpretus, tradit Archadas ſcribere ex gēte, Antei cuiuſdā forte familia electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci, veſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta, transfigurariq; in lupum, & cū cæteris eiuſdem generis cōgregari per annos. ix. in quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reuerti ad idem ſtagnum, & cum tranauerit, effigiem recipere ad priſtinū habitum addito. ix. annoꝝ ſenio, addit quoq; Fabius eandē recipere veſtem inter auguria ad dexteram cōmeantium, precīſo itinere, ſi pleno id ore fecerit, nullum oīum pręſtantius, hæc ex illo. Aliò traducere meſſes.) quinetiam inquit Plin. lib. xxviij. ca. ij. & legum Ipſarum in. xij. tabu. verba ſunt, qui fruges excantaſſet, & alibi. Qui malum carmen incantaſſet,

Hoīes ī lupum verti.

ASCENSIVS.

Talis amor Daphnin.) Talis inquit amor teneat Daphnin qualis ſolet buculam tenere, nec ſit mihi cura mederi.i.nolim remedium amoris: tunc quia mutuus gratiſſimus fuerit. q.d. nūc quia ſola amo, nec redamor alterum expeto, aut eius amore diſſolui, aut potiri quod Dido de Ænea ſic dicit. Qui mihi reddat eū, vel eo me ſoluat amantem. In Seruianis verbis cum dicit aut nolim magicis artibus ſubuenire aut nolim ſecum concumbere, ſenſus eſt nolim amori Daphnidis ſubuenire per magicam artem, nec meo per concubitum quia ſatietas concubitus amorem ſedat, eſt autem mala reciprocatio vbi dicit ſecū concumbere pro cum eo. Deinde igreditur iterum aliud argumētū dicēs. has olim &c. quod ſic connecti poſſit ſuperioribus: vt ſit nolim quidem tunc remedium quærere amori, quod nunc q̃rendum eſt, ad id autē conducent exuuię eius quæ mihi Daphnin debēt. j. q̃ tali arte tractabo vt Daphnin venire compellant. Artem vero indicat dicens eas ſe in terra condituram, et herbas quas à Mœri ꝓbatas dicit & ad magicam multum valere periculoſo facto cognouit ſupiectura. Ordo eſt. Talis amor teneat Daphnin qualis ſupple tenet buculam.i.iuuencam cum.i.quando bucula feſſa.i.defatigata quærendo iuuencum, id eſt taurum iuniorem per nemora atq; altos lucos, procūbit.ſ.amplius ſtare aut currere nequiens & amore languens proſternitur in viridi vlua.i.herba paluſtri propter.i.iuxta riuum aquæ, vnde tamen refrigeriū ſi non amaret caperet, nec ipſa perdita.ſ.amoris impatiētia meminit decedere nocti ſerę.i.quāuis ſero & tarde aduentāti vt ſignificetur lōgitudo dieꝝ in qua vaccæ caleſcunt, aut ſeræ.i.aliquantulum ꝓgreſſę, hoc eſt quāuis plurimū nigreſceret & nox tota irrueret. Talis inquam amor teneat Daphnin nec cura ſit mihi mederi.i. & nolim tunc non amare qa reſponderet amori meo (& ita malim ītelligere vt loquatur de amore ſuo q̃; Daphnidis.) Ducite &c. Ille perfidus per inuidiam non nominat eū de Daphnide tamen loquitur, reliquit mihi olim.i.tēpore lōge ante acto & id ex affectione amantis, has exuuias.i.indumenta ſua quę exuit, Sic ēt Dido de veſtibus ab Ænea relictis, dulces exuuię dū fata deuſq; ſinebāt, appoſitorie pignora.i.monumēta cara ſui.i.vt me ſui admoneant. quę ſup. pignora ò terra ego mādo.i.credo & cōmitto tibi nunc in ipſo limine.i.in ingreſſu domus, quia hæc pignora debent mihi Daphnin ſup. reſtituere i.ita tractabo vt mihi eū reſtituāt. Ducite &c. Ipſe Mœris emphaſim habet ipſe. q.d. peritiſſimus in veneficiis & arte magica & in cōponendis Philtris dedit mihi has herbas atq; hęc venena.i.venenoſas herbas, lecta.i.collectas, ponto.i.in inſula pōtica, plurima ſupple venena naſcūtur ponto. Ego vidi Mœrim.ſ. veneficum fieri ſępe his herbis.i.per has herbas lupum.i.mutare effigiē lupi & condere ſe.i.abſcondere ſe ab incurſu hominū & canum ſyluis.i.in ſyluis, & vidi ipſum Mœrim exire.i.euocare ſępe his herbis animas.i.manes imis.i.profundis ſepulchris & traducere meſſes ſatas aliò.i.in alium agrum. Ducite &c. De mutatione in lupum ꝑter ea quę Manci. dixit addamus & hæc Landini ſic dicentis, Aug. in lib. de ciui. dei refert Marcum Varronem ſcribere de arcadibus quod illuſorie ducti tranſnatant quoddā ſtagnum vt ibi in lupos cōuertantur, & cum ſimilibus feris viuāt. Si vero in carne humana nō veſcātur rurſus poſt nouē annos remeato eodē ſtagno reformantur in hoīes, deniq; quendam

quendam Lemene parrhaſium tum guſtaſſe de ſacrificio quod archades immolato puero faciunt deo ſuo Lyceo in lupum cōuerſum &.x.anno in humanam effigiem reuerſum in Olympia pugilem victoria meruiſſe, nec propter aliam cauſam & Lyceū Iouem & Lyceum pana in Archadia vocari exiſtimat Varro niſi ꝙ ea non alia vi quam diuina fieri poſſe exiſtimat. Addit idem Augu. mulieres fuiſſe in Italia quæ dātes aliquid in caſeo homines in iumenta mutabant, quæ neceſſaria queq; portabant, deinde perfuncti opera ad ſe redibant, nec tamen ſenſus rationabiles in eis mutabantur. Hæc ille. Quod autem dicit animas imis exire ſepulchris, non diſſimile eſt illi quod legitur .j. Regum. xxviij. de pythoniſſa quæ animam Samuelis exciuit.

PIERIVS.

¶ Procumbit in herba.) In Lōgobardico legere eſt. in vlua, ſed herba vſitatius.

Fer cineres Amaryllida foras, riuoq; fluenti,
Transq; caput iace, ne reſpexeris, hic ego Daphnin
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe bonum ſit.
Neſcio, quid certe eſt: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina Daphnis.

SERVIVS.

¶ Ne reſpexeris.) Nolunt enim ſe videri numina, niſi ex nimia neceſſitate. Vnde ꝓ miraculo dictum eſt, Alma parens confeſſa deam, quod nō faceret, niſi in periculo filij. ¶ Nihil ille deos, nil carmina curat.) Satis eſt quòd putat artem magicā nil valere. ¶ Corripuit tremulis altaria flammis. Hoc vxori Ciceronis dicitur contigiſſe: cum poſt peractum ſacrificium libare vellet in cinere viſa eſt flamma quæ flamma eodem anno Cōſulem futurum oſtendit eius maritum: ſicut Cicero in ſuo teſtatur poemate. ¶ Bonum ſit.) Ideo dubitat, & optat, vt hoc ſignum bonum ſit: quia ignis medius eſt, & qui poſſit etiam nocere. ¶ In limine latrat.) In loco vbi amati veſtes obruerat. ¶ Ipſi ſibi ſomnia fingunt.) Omnia quæ ſuprà dixerat de arte magica, deſtruit dicendo, hæc vera deſyderantibus tantum videri: quod per prouerbium eſt locutus.

MANCINELLVS.

¶ Nil carmina curat.) Oſtendit per hoc Maro carminibus non eſſe pondus. ¶ Aſpice.) Verba ſunt amaryllidis. ¶ Bonum ſit neſcio.) Dubitat an bonum an malum cinis accenſus portendat. deinde certior ait. ¶ Quid certe eſt,) Ideſt aliquid eſt, nam & hylax in limine latrat. In limine autem vbi Daphnidis exuuiæ erant latrabatq; illlius aduentu. ¶ Hylax.) Melius per x, quàm per s, ſcribitur in fine, hylao autem, vel hylacteo latro, vel reſono ſignificant, hinc & hylactor nomen canis apud Oui. ¶ Credimus.) ſcilicet aliquid eſſe. ¶ An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.) ideſt vana componunt, ventura putantes quæcunque deſiderant. Qui amant, nulla hic Synalœpha eſt. ¶ Parcite.) hoc ait credens illum venturum eſſe. Parcite autem deſiſtite.

ASCENSIVS.

¶ Fer cineres Amarylli foras &c.) Significat per acta magica ſacra atque deportandos non ſine magica ſuperſtitione cineres: quod muneris Amaryllidis indit, quæ ſecundum Mancinellum dum cineres auferre conatur videt eos iterum inflammari, vnde dicit aſpice corripuit &c. vt tamen vniformis ſit contextus malint nonnulli omnia vxoris verba cenſere, vt ipſa dicat ad Amaryllida, aſpice Amarylli, dum moror, ideſt differo ferre, ideſt auferre cineres, vt humeris tuis imponam, ipſe cinis ſponte ſua corripuit hæc altaria tremulis flammis, quod cum nouum ſit addubitat quid portendat dicens, neſcio an bonum ſit. eſt certe aliquid, quod per hoc portenditur, & videtur ꝙ aduentum mariti ſignificet, ad hoc accæpit ꝙ hylax canis latrat in limine. & ita dicit, credimus ſup. id bonum, ſcilicet aduentum mariti portendi, ſed dubitamus, an ridiculum dicendum ſit: eo ꝙ qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt, vtcunq; tamen eſt, parcite mea carmina, ideſt nolite officeré marito meo, quia vt ſpero, ipſe venit ab vrbe. Qui vero dixerit ea verba, Aſpice &c. eſſe Amaryllidis vt etiam Landinus conſentit erit alius ordo. Eſt ergo duplex, alter, vt dixi, dando hæc omnia vxori ſic. O Amarylli fer foras, ideſt effer cineres, & iace. i. proijce eos riuo fluenti, ideſt in profluentum trans caput, ideſt vltra verticē capitis tui, & caue ſup. ne reſpexeris, Ego aggrediar. i. tāquam rerribilem & durum hominem inuadam his, ſcilicet ſacris amatorijs & magicis, quia ille nihil curat deos & nil curat carmina, quaſi dicat videtur omnia contēnere, & ideo aggrediar animoſius eum, latenter autem īnuit poeta magicis carminibus nullam eſſe virtutem, cū ne ruſticū quidē mouere poſſint. Ducite &c. Dum hæc ꝑcepiſſet domina volebat colligere cineres, vt eos ancillæ imponeret efferēdos, ſed nouū videt portentum, vnde dicit. Aſpice ò Amarylli dum ego moror. i. percunctor & differo ferre. i. extollere cineres vt tibi imponam ipſe cinis corripuit. i. celeriter rapuit ſua ſponte per ſe, & nullo inflāmante altaria tremulis. i. titubantibus & ſcintillantibus ac micātibus flammis, neſcio an ſup. ſit bonum aut precor vt ſit bonum, ſed neſcio quid ſit, certe eſt quid. i. aliquid, & . i. inſuper præter hoc portentum, hylax. i. canis noſter latrat in limine vbi, ſcilicet infoderat exuuias Daphnidis, & per quod venire debeat. Credimus ſup. ipſum venire, hoc eſt vtrum credam ipſum venire, an ipſi qui amant fingunt ſibi ſomnia. i. quę cupiunt in ſomnis vident, oſtēdit tamen ſe credere. vnde concludit. Parcite ò mea carmina parcite. i. abſtinete & cauete. ſ. violenter & hoſtiliter adducere Daphnin (quia dixerat his ego Daphnin aggrediar) nā Daphnis venit. i. redit (in præſenti. ſ. tempore quia priorem corripit) ab vrbe. Secundo modo ordo erit, vt cum domina pręcępiſſet, efferri cineres & ancilla paululum cunctata & poſtea cineres inflammantes cōſpicata redierit ad dominam dicens. Aſpice ò domina ignis corripuit ſua ſponte ipſa altaria tremulis flammis, dum ego moror & differo ferre, ideſt efferre ipſum vt iuſſiſti neſcio an ſit bonum certe. quid. i. aliquid ſupple portenditur, & inſuper hylax latrat in limine. Ad quod domina, Credimus. ſ. bonum portendi & Daphnin venire deinde quaſi ſe leuitatis argueret dicit. An ipſi qui amant fingunt ſibi ſomnia. i. an potius credā hæc quaſi ſomnia mihi cōtingere. Et innuit ꝙ nō, vnde ſubdit. Parcite ab vrbe venit, &c.

PIERIVS.

¶ Ne reſpexeris. (In oblongo codice vaticano, nec, habet. ¶ Parcite ab vrbe venit, iam parcite carmina Daphnis.) In Oblongo vaticano traſpoſitæ dictiones. Iam carmina parcite quod tantundem eſt. Sed ſtructura illa ſuauior. Parcite, ab vrbe venit, iā parcite. In Mediceo per verbi reticentiam legere eſt. Parcite ab vrbe domum. Iam parcite carmina Daphnis.

ECLOGÆ OCTAVÆ
FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM
IN MOERIM, QVÆ EST
ECLOGA NONA.

Nona refert obiter Mœrim Lycidamq; canentes.
Deflentesq; ſui deperdita rura Menalcæ.

ASCENSIVS.

Nona refert obiter &c. hac nona Ecloga, Lycida & Mœris caſu cōgreſſi ſimul in vrbem proficiſcuntur. inter eundum autē abrupta & ſemiplena quædā carmina enunciare conantur, ita, vt nimis graphice beniuolum eius animum depictum videas volentis videlicet nunc iulij nunc Auguſti laudes canere: ſed mole triſtitiarum oppreſſi: nec efficere quod maximopere cuperet valentis. Multa præterea in Menalcæ, ideſt poetę noſtri commendationem dicuntur, cuius agrorum iniuſta occupatio defletur.

tio defletur. Nam poſt recuperatos agros fuerat vi ab Arrio extruſus, & niſi ſe ꝓcipitem in Mincium fluuium dediſſet interfectus fuiſſet. Agit, ergo id pricipaliter poeta, & vt agros ſuos recipiat, & Auguſto rem gratā faciat Iulij Cæſaris patris eius putatiui honeſtā mētionem faciēdo. Ordo verſiculorum noſtrorum eſt. Nona ſup. Ecloga refert. i. recitat Mœrim & Lycidam canentes obiter. i. inter eūdum ad vrbē, & deflentes rura Menalcæ ſui. i. quem, & laudabant, & amabant. deperdita i. amiſſa per occupationem iniqui militis.




ECLOGA NONA, QVÆ MOERIS INSCRIBITVR, INTERLOQVVNTVR LYCIDAS ET MOERIS AMICI.

LYCI.

Quò te Mœri pedes? an, quò via ducit: in vrbem? MOE.
O Lycida viui peruenimus, aduena noſtri,
(Quod nunquam veriti ſumus) vt poſſeſſor agelli
Diceret, hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.
Nunc victi triſtes: quoniam ſors omnia verſat:
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.
Certe equidem audierã: qua ſe ſubducere colles LY.
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſq; ad aquã, & veteris iam fracta cacumina phagi:
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.
Audieras, & fama fuit, ſed carmina tantum! MOE.
Noſtra valent Lycida tela inter martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

SERVIVS.

Quò te Mœri pedes? an, quò via ducit, i vrbem?) Hæc Ecloga cõtinuum nõ habet carmen, ſed de diuerſis locis Theocriti aliqua ad eam cõtulit. Sanè hoc continet, Virgilius poſtquã penè occiſus eſt ab Arrio centurione, Romam reuertens, mandauit procuratoribus ſuis vt tuerent̃ agros, & ad pſens obſeq̃rẽtur Arrio. Modo ergo Mœris ꝓcurator eius, ſecundũ pc̨ẽptum patroni portat hœdos Mantuam: quos Arrio offerat. Sequitur alter paſtor, & eũ quò pergat interrogat: ille deflet ſuas miſerias: & hinc iam variè præſtatur occaſio cãtilenæ. ¶ Quo te Mœri pedes? Subaudi, ducũt. & ẽ zeugma à poſterioribus. ¶ Viui peruenimus.) Ideſt diu viuendo ad iſta peruenimus. Et oſtendit plerũq; obeſſe hominibus vitæ lõginquitatem, quæ interdum cauſa eſt miſeriarum. ¶ Quod nunquam veriti ſumus. (Quia inopinata grauiora ſunt mala. Vnde ait Dido, Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero. ¶ Nunc victi. (Id eſt impotes voti. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: ſic victos ecõtrario voti impotes, qui non poſſunt facere quod volunt. Cęterum quomodo victi ſunt Mantuani, qui nec bella geſſerunt? ¶ Sors omnia verſat.) Niſi hoc ad perſonam ruſticam redigas, aſpere contra Auguſtum dictum eſt, cuius felicitatem, ſicut omnia, dicit poſſe mutari. ¶ Illi.) Arrio centurioni. ¶ Quod nec bene vertat.) Quæ res eius in perniciem vertatur, id eſt vt malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc eſt ab Hectore & Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladium: quo ſe Aiax poſtea interemit. Hector vero Baltheum accæpit ab Aiace: quo circa muros patrios tractus eſt. Poſtea inde & illud comicum ortum eſt, Dii bene vortant quod agas. Plerunq; enim bona in peius: mala mutantur in melius. ¶ Subducere colles incipiunt.) Ex alto in campos diſſolui. ¶ Vſq; ad aquam.) Mincii fluminis ſcilicet. ¶ Omnia.) Quæ ſupra dixit. Intelligamus autem, aut Virgilij tantum agrum: aut totius Mãtuæ ſitum eſſe deſcriptum. ¶ Seruaſſe.) Recuperaſſe. ¶ Audieras & fama fuit.) Beneuolentiam quidem Auguſti etiam fama vulgauit: ſed eam belli neceſſitas impediuit. ¶ Veſtrum Menalcã.) Id eſt Virgilium. ¶ Sed carmina tantum, noſtra valẽt Lycida tela inter Martia quantum.) Hoc etiam Cicero ait in Miloniana, Silent enim leges inter arma. ¶ Chaonias dicunt aquila veniente columbas.) Minora enim auguria maioribus cedũt, nec vllarum ſunt virium: licet priora ſint. Chaonias autẽ Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuiſſe: in quo reſpõſa dabant columbę. quod ideo fingitur, qa linguã Theſſala Peliades & columbę vaticinatrices vocantur.

PROBVS.

¶ Chaonias. c.) qm̃ columbæ in Chaonia regione Epiri in quercu arbore ſediſſe dicũtur, & humana voce dediſſe reſpõſa, & ita bonum auguriũ erat ſi coruus dextra, cornix ſiniſtra volaret, vt Cice. diuinaꝝ. Quorum à dextris coruus ſiniſtra cornix facit augurium.

MANCINELLVS.

¶ Quò te Mœri.) Argumentum patet carminibus. ¶ Viui.) peruenimus. n. vita longior plurima incõmoda videtur afferre, vnde Iuuenalis de Priamo inqt, Satyra. x. lõga dies igit̃, quid contulit? oĩa vidit euerſa, & flãmis Aſiã, ferroq; cadentẽ. ¶ Victi.) i. ſuperati, violentia militũ. Eſt aũt ordo: Nunc victi, nos qm̃ ſors oĩa verſat. ¶ Triſtes.) i. inuiti mittimus. ¶ Illi.) i. aduenæ poſſeſſori hos hœdos, quod nec bene vertat. i. in bonũ cõuertat. ¶ Sors oĩa verſat.) Sed profecto fortuna in omni re dominatur inquit Salluſtius in Catilinario, & Laberius teſte Macrob. lib. ij. Fortuna ĩmoderata in bono æque, atq; in malo. ¶ Qua ſe ſubducere colles.) Deſcribunt̃ hic Maronis agri. ¶ Subducere.) deſcendere. ¶ Demittere iugũ.) i. relinquere ſummitatẽ. ¶ Molli cliuo.) facili deſcẽſu, habebãt. n. Maronis agri iunctos colles, ius erat ei ad illoꝝ ſummitatẽ. Eſt & mihi agellus hmõi nam ad occidentẽ collis eſt, cuius mihi poſſeſſio ad ſummũ tantũmodo eſt: poſtea vero campus ineſt alterius coloni vſq; ad aquam, in Tityro dixerat, quamuis lapis omnia nudus, Limoſoq; palus obducat paſcua iunco. ¶ Fagi.) Propterea nõ ab re, ſub tegmine phagi recubans

bans dixit. Meliboeus. ¶ Carminibus ſeruaſſe me.) Hoc loco nõ paſtor Menalcas: ſed Virg. intelligẽdus per allegoriam, vt ſcrib. Fab. lib. viij. ¶ Aquila veniente.) Minora. n. auguria maioribus cedunt. ¶ Chaonias columbas.) In epiro erant primi chaones, à quibus Chaonia dicta, vt ſcrib. Plin. li. iiij. Aliter Maro lib. iij. refert autẽ Herodotus lib. ij. Euterpe. ſ. geminas ex Ægypto columbas euolaſſe, vtraq; nigram, vnam quidem in aphrica, alterã vero Dodonam Epiri, quę phago inſidens, humana voce elocuta ſit, eo loco Iouis oraculum condi debere. Eam vero quæ ad aphros abijſſet, columbã iuſſiſſe Aphris, vt Ammonis oraculum conderent, quod oraculum & ipſum Iouis erat. Refert demum Hero. ipſe columbas illas fuiſſe re vera fœminas ſacerdotes, & ſorores à phœnicibus his locis venditas &c.

ASCENSIVS.

¶ Quo te Mœri pedes. Mœris (quod nomen à mœrore nõ inepte deductum putes) mercẽnarius olim aut potius (vt ſtatim dicam) pater Virgilij, nunc vero poſtq̃ Virgilius agros ſemel recuperatos iterũ amiſerat extruſus ab Arrio milite, eius Arrij mercẽnarius & villicus Mãtuam proficiſcitur ad dominum occupatorem: videlicet agrorum aſſerens illi hœdulos, ad quẽ accedẽs, & eo etiam iter habens Lycidas inter eundum multa conquerũtur de iniqua conditione Mantuanorũ, variaq; ad leuandas curas incœptãt carmina in laudem potiſſimum Cæſaris & Augusti, & in cõmendationem Maronis, quę oĩa eo tendunt vt occupatos agros ſibi iterum vendicet Maro & gratiam Aug. mereatur inire. poſſet forſan Mœris dici non mercẽnarius Virgilij ſed vicinus & hœdulos ad alium ſuorum agrorum ĩcubatorem ferre: ſed quia Lycidas ad illud veteres migrate coloni, reſpondet de Virgiliano agro. Certe equidem audieram &c. et quia Mœris Virgiliana carmina quaſi ſua cenſet, dicens, ſed carmina tantum noſtra valent &c. videtur Virgilij mercẽnarius. Aut certe pater. cui & augurij peritiam attribuit, & qui ſe Menalcæ pręponit dicens. Nec tuus hic Mœris nec viueret ipſe Menalcas. Annoſum autem ſe innuet vbi dicet. Omnia fert ætas &c. Primo ergo verſu accedens Lycidas inqt. Quo te Mœri pedes ſup. ducunt? & qa fruſtra queritur quod videtur. poſſetq; dicere Mœris vides quo me ducat via ſubiungit? an quo ducit via in vrbẽ, Miratur enim quid diligẽs ruſticus, & agrorum cultor in vrbem proficiſcatur, ¶ Ordo igitur eſt. O Mœri quo ſupple ducunt te pedes. i. quo proficiſceris? (Niſi ſignanter ita dictum cenſeas. vt ſignificetur animus eius alio diſtractus, ita vt non ab animi ratione, ſed à pedum vſu & viæ directione in vrbem proficiſcatur) an ſupp. ducunt eo quo via ducit te, videlicet vrbem, vel an ducunt te in vrbem. quo. i. ad quã ducit te via. Reſpondet Mœris ad id quod ille mirabatur, ꝙ videlicet inſolens, in vrbem proficiſceretur. O Lycida nos viui. i. diu viuendo, peruenimus ſup. ad id quod nunq̃ veriti ſumus (vnde maior eſt calamitas quia mala præuiſa minus lædunt.) Eſt ergo pathos ab eo quod eſt pręter opinionem. Eſt pręterea ſeuera ſententia. quia vita diu beata hic eſſe nequit, vnde qui diu viuunt in calamitatem aliquam neceſſe eſt incidant: quod Iuuenalis, vt Mancinel. recitat graphice docet, & Cherea Terentianus in eunucho qui in beatitudine præſenti, mori optat, dicens. Nunc eſt tempus profecto interfici, cum perpeti me poſſim ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. Probat item per hoc ſe annoſum eſſe, vnde poetæ patrem cenſeam (vt videlicet aduena, & forte Gallus, aut externus miles, effectus. ſ. poſſeſſor noſtri agelli) quia mercẽnarij res herorũ ſuas vocant, ſed potius noſtri quia pater & filius vnius rei poſſeſſores ſunt, diceret hæc ſunt mea. i. hæc arua hæc domus, & poſſeſſiones & omnia quę hic ſunt, ſunt mea, vos coloni veteres migrate. i. traducite alio habitationes veſtras & euacuate noſtras. Nos ergo victi. i. violenter extruſi, quoniam ſors verſat omnia. i. quia nulla certa hic poſſeſſio nec firma rerum conditio (vt Ofellius ruſticus apud Horatium ſecundo ſermonum ſic docet.) Nã proprie telluris herum natura neq; illũ, Nec me, nec quenq̃ ſtatuit nos expulit ille: Illum autem nequicies aut vafri inſcitia iuris. Poſtremum expellet certe viuacior hęres. Nunc ager vmbreni ſub nomine nuper Ofelli. Dictus erit nulli proprius ſed cedet in vſum. Nunc mihi, nunc alij, quo circa viuite fortes. Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus. eſt autem dictum iſtud ꝑ amaritudinẽ ruſticanã nõ quidẽ reſpiciẽdo ad Auguſtum. Nã qui ſua ꝑdiderunt, cenſent oĩa ꝑdita. vnde Dido cui fides ſeruata nõ erat inquit, nuſq̃ tuta fides (nos ergo victi mittimus nunc exiſtentes triſtes) cõſtruẽda enim ſunt ea epitheata victi triſtes, diuiſim niſi forte legendum ſit. Nũc victi & triſtes, aut nunc victi triſtes qm̃ ſors. vt ſit triſtis ſors, illi. ſ. aduenæ, videlicet Arrio, qui nos migrare fecit hos hœdos, quos. ſ. in humeris portabat, quod. i. quæ res nec bene vertat ſup. ſe. i. non vertatur illi in bonum ſed in ꝑniciem quaſi optet vt poſt eos hœdos nõ amplius edat. Reſpondet Lycida oſtẽdens vt dixi Mœrim eſſe mercẽnarium aut potius patrẽ Menalcæ per quẽ poeta intelligẽdus eſt. Equidẽ. i. ego quidẽ certe audieram Menalcã veſtrum. ſ. herum aut potius herilẽ filium, & ita ꝓpter vtrunq; parẽtẽ pluraliter loquatur, aut quia Virgilio fuerant plures mercẽnarij, ſeruaſſe. i. recepiſſe ſibi, carminibus. i. per carmina ſua oĩa ſup. loca vt arua & paſcua, ab ea ſup. parte qua colles. i. mõticuli incipiunt ſubducere ſe. i. diſſolui in æquor, hoc eſt planos campos, & demittere. i. deorſum mittere, & relinquere iugũ. i. ſummitatem molli cliuo. i. facili deſcẽſu, nec ſaxoſa, vſq; ad aquã. ſ. Mincij fluminis & vſq; ad cacumina. i. ſummitatẽ fagi veteris (de qua dictum eſt. Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi. vnde dicit iam fracta, quaſi tunc cum ſub vmbra iaceret non eſſent fracta, innuens ꝑ allegoriam nunc poſſeſſiones eſſe fractas quæ ꝑ fagum vt illic dictum eſt recte intelliguntur) iam ergo fracta. ſ. vi ĩuaſoris potius q̃ vetuſtate. Nã qd̕ dicit veteris pathos habet ſicut ibi. Veteres migrate coloni, durum. n. eſt diu habita derelinquere. Reſpondet Mœris. Audieras. ſ. Menalcã hoc eſt Virgilium ea omnia ſeruaſſe, & fama fuit, Sed ò Lycida, noſtra heri aut filij mei & mea (nam & ipſe canit) carmina valent inter tela Martia. i. bellica & militaria ſigna tantũ. i. in tantũ. ſ. ꝑciſe, hoc eſt & nõ amplius, quãtũ dicũt. ſ. hiſtoriarũ aut augurij periti, colũbas chaoniias. i. epiroticas, valere ſup. veniẽte aquila. i. dũ aquila inuolat in eas quod nihil eſt, aut aquila veniẽte. i. dum aquila conſpicitur ab auguribus, quia vero ruſticus licet augurij nõ imperitus, quia dictum eſt ipſum etiam mage peritũ fuiſſe, tamẽ quia tali augurio fidẽ non adhibet, aut quia non ſuæ ſed augurũ authoritati innititur, bene addit dicũt. Sẽſus aũt ſm̃ Mancinellum eſt ꝙ minus auguriũ per maius vincitur. Sed eſt nõ inepta nec extorta allegoria. Nam ꝑ chaonias colũbas Iouis ſacerdotes ſignificantur, per aquilã vero Romanorũ ſigna, ſed colũbæ Iouis quæ oracula dabant. i. mitia rñſa Augu. Vnde dictum eſt, hic mihi reſpõſum pri. dedit &c. Parum valẽt contra aquilã. i. militarẽ violẽtiam. quod nimirũ prætendit.

PIERIVS.

¶ Quoniã ſo. om. ver.) In anti. aliquot codi. ſors, legitur, quod oĩno tantũdẽ eſt. ¶ Quod. n. b. v.) In Oblongo cod. numerus hic iãbicus hemiſtichius ẽ. Quod nec vertat bene. ¶ Molliq;. i. d. c.) In antiquis aliquot cod. dimittere. Sed hoc ex viciſſitudinaria illa mutatione, qua. i, in. ę, & e, in. i, paſſim abire videmus. Nam hoc loco ſentẽtia poſcit demittere, legatur per e. ¶ Vſq; ad aq. & v. i. fr. ca. pha.) Citatur à Quint. verſus, apud quẽ non vno in codi. ſcriptum animaduerti. veteris Cõfracta c, ſ. Sed minime diſplicet, veteris iam aut Iam fracta, vtriq; enim ea particula adcommodari poteſt.

Quod niſi me quacunq; nouas incidere lites
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix:
Nec tuus hic Mœris: nec viueret ipſe Menalcas.
Heu cadit in quẽquã tantũ ſcelus? heu tua nobis LY.
Penè ſimul tecum ſolatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? qs humũ florẽtibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper,
Quum te ad delitias ferres Amaryllida noſtras.
Tityre dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.

SERVIVS.

¶ Quacunq;.) Subaudi ratione. Et bene augurij peritiam dat ei de quo ſuprà ait, His ego ſæpe lupum fieri, & ſe cõdere ſyluis Mœrim, ſæpe animas imis excire ſepulchris. ¶ Nouas lites.) Magnas, ideſt militaria iurgia. ¶ Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.) Hoc ad auguralem pertinet diſciplinam. Augures enim deſignãt ſpatia lituo: & eis dãt noĩa: vt prima pars dicatur antica, poſterior poſtica: itẽ dextra & ſiniſtra. Modo ergo cornicẽ de nulla harũ parte veniſſe dicit, ſed ab antica ad ſiniſtrã partẽ volaſſe: & in caua ilice conſediſſe: quæ res agroꝝ dãnum ſignificat, Ilex enim, glãdifera arbor eſt: quæ quoniam vitioſa eſt, vitium poſſeſſionis oſtendit fore per milites clamore gaudentes & litibus, ſicut Cornix. Nam hæc auis & clamore lætatur: & alias frequenter inuadit.

Hoc

Hoc ergo nunc dicit, augurio ſe eſſe admonitum vt abſtineret ab occurſu litigioſi militis, qui retenturus fuerat poſſeſſionem. ¶ Tuus Mœris.) Tuus amicus. ¶ Heu cadit in quenquam tantum ſcelus?) Poſtquã audiit occidi potuiſſe Virgilium, quaſi obſtupuit.

Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.
Immo hęc, quę Varo nec dũ perfecta canebat. MOE.
Vare tuum nomen (ſuperet modo Mantua nobis:
Mantua ve miſeræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes ſublime ferent ad ſydera cycni.

Hoc generaliter dicit, Poteſt in quenquam tantum ſcelus venire, vt Virgilium necare contendat? ¶ Pene ſimul tecum ſolatia rapta Menalca?) Cum ſuis enim ſolatiis periit poeta, qui nec dum editis carminibus moritur. Virgilius autem illo tempore nondum aliquod opus ſcripſerat. Et dicendo. ¶ Solatia.) latenter tẽpora carpit Auguſti, quibus carmina non oblectamento fuere, ſed ſolatio: quod infelicium eſſe conſueuit. ¶ Quis humum florentibus herbis ſpargeret.) Sic eſt dictum, vt, Tunc Phaetontiadas muſco circundat amaræ Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos. ¶ Fõtes induceret vmbra.) Tegeret, cooperiret. ¶ Vel quę ſublegi tacitus tibi carmina nuper.) Ruſtica affectione reminiſci ſe illorum carminum fingit, quæ aliquando à Virgilio, licet inuito Romam eunti abſtulerat. nam. ¶ Sublegi) eſt furatus ſum. Vnde & ſacrilegus dicitur, qui ſacra legit id eſt furatur. ¶ Delitias noſtras.) Id eſt communem amicam. ¶ Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.) Theocriti ſunt verſus, ad verbum tranſlati: ſed tamen Virgilii negotium continentes. nam allegoricõs imperat ſuis, vt rem tueantur: nec tamen audeant contra Arrii præceptum venire. τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰσ αἶγασ καὶ ποτὲ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν, τὸν λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μὴ τὺ κορύψῃ. ¶ Inter agendum.) Dum agis. Et honeſta locutio eſt, ſi dicamus inter cœnandum hoc ſum locutus. ¶ Nec dum perfecta.) Nimiæ familiaritatis eſt ſignum, quòd ei recitabat carmen nondum ad limam redactum. Dicit autem carmen, quod quaſi cœperat in honorem Vari componere: & per tranſitum ponit diuerſa ſchedia. ¶ Superet modo Mantua nobis.) Superſit, reddatur. Et hoc dicit, Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam vt te celebrent omnes poetæ. ¶ Mantua ve miſeræ nimium vicina Cremonæ.) Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem: quibus ſola obfuit vicinitas Cremonenſium. Nam Caſſii Bruti & Antonii copias Cremonenſes ſuſcęperant: quos etiam ipſos mire excuſſat, dicens, miſeræ Cremonæ: quæ etiam ſi vellet, minime tantis copiis poſſet reſiſtere. ¶ Nimium vicina.) Id eſt vſq; ad periculum. ¶ Vare tuũ nomẽ.) Ordo eſt, Vare tuum nomen ſublime ferent ad ſydera. ¶ Cantantes cygni.) Id eſt poetæ. ſic Horatius de Pindaro, Muta Dircæum leuat aura cygnum.

MANCINELLVS.

¶ Quacunq;.) quomodocunq;. ¶ Nouas lites.) Probus ſcribit, ꝙ vbi Maro amicorum beneficio promeruerat, vt agros ſuos reciperet, concitauit in ſe veteranos adeo, vt à Milone Torone primipilari pene ſit interfectus, ni fugiſſet, hinc ait: Quod niſi me, &c. Siniſtra. diximus in Tityro cornicem à ſiniſtra facere ratum,
Induco coruum vero à dextra, vt refert Cice. propter cornicem igitur monitus Maro ab lite abſtinuit. ¶ Fontes induceret.) ideſt delectaret, inducere enim quãdoq; delectare ſignificat, vt etiã Nonius edocet. ¶ Viridi vmbra.) plantando, ſcilicet arbores iuxta. Poteſt & per hypallagem legi, vt dicat quod induceret viridem vmbram fontibus. ¶ Vel.) ſup. quis caneret carmina, &c. ¶ Tityre dũ redeo.) hæc carmina Menalcas amicam petiturus cecinerat, quę poſtea Lycidas ei ſublegit. ¶ Occurſare capro.) Theocritus ait in. iii. Tityre laſciuas virgultis paſce capellas, Poſt age muſcoſos fontis has Tityre paſtas. Interea occurſare capro, qui venerat oris, Puniceo lybicis, cornu ferit ille caueto. Immo hęc immo potius quis cecinisset hæc carmina, &c. ¶ Ve miſeræ.) ideſt valde miſerę ob amiſſos videlicet agros. Vę autem particula in aliis vocabulis auget, in aliis minuit, hinc vehemens, & vegrãde dicimus & veſanos, & vecordes, Gellius author eſt lib. v. ca. xii. ¶ Superet nobis.) viua ſuperſit ad noſtra cõmoda non aliena.

ASCENSIVS.

¶ Quod niſi me, &c.) Multa quę habentur inducunt me vt per Mœrim patrem Virgi. intelligam. rurſumq; in eorum ſentẽtiam incidam quæ quod in prima dictum eſt. Fortunate ſenex ad eundem referunt eo quòd cum vterque Maro etiam vterque Tityrus dici poſſet, vnde etiam illic inducitur augurii peritus dicẽs, Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non leua fuiſſet. De cœlo tactas memini prædicere quercus. Vbi etiam ſecundum nonnulla exemplaria habetur hic verſus, Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix, vt ſcilicet eundem agnoſcas. Sed vt illum locum prætermittã quæ hic dicuntur manifeſtiſſime patri ipſius poetæ conueniunt, non enim mercẽnarii videntur litem dirimere, nec ſe (vt dicam) domino præponere ſicut hic faciet. Mœris dicturus. Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas. Præterea longe alienum videtur à mercennarii officio habere augurii peritiam, quæ patrifamilias vt homini libero optime competit. Cæterum ſi qua expoſitionis egent ex ordine patebunt quem priuſquam poſuero Beroaldi in Seruium annotationem, præmittam, quæ talis eſt. Virg. vtpote omnium diſciplinarum particeps omnis expers erroris legerat in augurũ libris cornicẽ à ſiniſtra parte ratũ facere auſpicium. Ideo ſiniſtrã cornicẽ appellauit quaſi à ſiniſtra ratum facientẽ, nãq; vt Cicero ſcrib. in libris de diuinatione. Aliis auibus dextra, aliis lęua datũ eſt vt ratum auſpiciũ faciãt, & alibi. Cur à dextra inquit coruus à ſiniſtra cornix faciat ratũ. Illud quoq; Plautinum in aſinaria huic ſentẽtiæ cõuenit Picus & cornix eſt à lęua. Coruus porrò à dextra, quod diligẽter videtur Maro obſeruaſſe, & facũdiſſime tranſtuliſſe. Et hoc idẽ fortaſſis reſpexit Hora. ſic ſcribens in carminibus. Teq; nec ſęuus vetet ire picus, Nec vaga cornix. Nõ eſt hoc in loco prætereundũ id quod à Plin. tradit lib. x. videlicet Cornicẽ eſſe alitẽ inauſpicatę garrulitatis à quibuſdã tñ laudatam, hęc omnia à curioſo interprete fuerãt iueſtigãda, & ad narrationẽ Virgiliani carminis publicãda. In eadem quoq; Ecloga. illud frigidiuſcule exponit. Quis humũ florẽtibus herbis Spargeret, cũ poeta, clanculum alludat ad carmen cõpoſitũ in Daphnidis laudationem vbi iſte verſiculus legitur. Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras, hæc ille. ¶ Ordo eſt. Quod ſi cornix ſiniſtra. i. à ſiniſtra parte à qua ratum facit augurium volans nõ monuiſſet me, ante. i. prius ab ilice caua, in qua. ſ. ſedebat ĩcidere lites nouas. i. magnas & ruſticis inſuetas, quia cum militibus, nec hic tuus Mœris hoc eſt nec ego, nec ipſe Menalcas. ſ. filius meus dulciſſimus muſicus viueret. Ad quod Lycidas, heu cadit tm̃ ſcelus in quẽq̃, i. an fieri poteſt vt quiſq̃ tam ſceleſtus viuere poſſit qui te & Menalcam interimat? heu ò Menalca, fuerãt ne ſup. tua ſolatia. i. carmina ſolatioſa, pene. i. quaſi, rapta. i. ablata tecum. Quis (ſi tu raptus eſſes) caneret nymphas: vt Galateam Amaryllida, &c. quis ſpargeret herbis humum florẽtibus, aut quis induceret. i. delectaret aut cooperiret fontes vmbra, hoc eſt, quis caneret carmina quibus ea fierent ſicut Menalcas cecinit dicẽs. Spargite humum foliis inducite fontibus vmbras &c. quaſi dicat, alius nemo id poſſet, in quo conſiſtit laus poetæ, & ideo à Lycida non à patre dicitur, vel quis ſup. caneret carmina quæ ego tacitus, ideſt occultus, & ſecretus, cum tu, ſcilicet modulans carmina tua notares ſublegi, ideſt ſuffuratus ſum tibi cum tu ferres te ad Amaryllida appoſitorie noſtras delitias. i. cum tu profecturus ad Amaryllida, hoc eſt Romam, dicebas ad mercennarium tuum, Tityre paſce capellas dum redeo, redibo autẽ propediem, quia breuis eſt via, id autem dicere ſolent heri abeuntes ne abſentia eorũ ſeruos aut mercẽnarios negligentes efficiat, & ò Tityre age, id eſt ĩpelle ſup. capellas, paſtas. i. poſtq̃ paſtę ſũt: potũ. i. ad aquas vt potent, eſt enim ſupinum à poto, & caueto inter agen. ideſt dum ages tu eas potum occurſare, ideſt obuiam currere capro Theocrito dicit, coleato vt Aulus Gellius atteſtatur ſed qui vertit Maronem ſecutus caprum etiam dicit. Immo ſup. potius dic quis caneret ea carmina quę Menalcas canebat Varo nec dum perfecta, ideſt q̃uis nondum perfecta eſſent, per quod oſtẽditur magna amicitia inter vtrũq;, cum etiam imperfecta ei recitaret carmina. Ea autem ſunt. O Vare cycni cantantes. i. poetæ, habet tamen neſcio qd veneris ac gratię plus q̃ ſi poetas diceret, ferẽt ſublime. i. in altum vt cycni volant, ad ſydera tuum, nomẽ, modo. i. ſi modo aut dũmodo Mãtua ſuperet. i. voti ſui cõpos fiat Mantua inq̃ nimium vicina Cremonę, ve miſerę. i. nimium miſerę & miſerabiliter afflictę, vnde videtur hic vna eſſe dictio ve miſeræ quod & Mancinellus ſentit. Si quis duas cenſuerit. Ordo eſt. O Mantua nimium vicina Cremonę. ve tibi ſup. miſerę: ſed concinnior eſt ordo prior.

PIERIVS.

¶ Necdum perfecta.) Codices aliquot antiqui. Nondum perfecta, legunt ſed necdum, magis accęptum.

Sic tua Cymeas fugiant examina taxos: **LY.**
Sic cythiſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ,
Incipe, ſiquid habes. & me fecere poëtam
Pierides, ſunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
Vatem paſtores, ſed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.
Id qdẽ ago, & tacitus Lycida mecũ ipſe voluto, **MOE.**
Si valeam meminiſſe: neq; eſt ignobile carmen.
Huc ades o Galatea: quis eſt nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades. inſani feriant ſine littora fluctus.

SERVIVS.

ℭSic tua Cymæas fugiant examina taxos.) Taxus venenata arbor eſt, quę abundat in Corſica. hęc autem inſula grę ce Cyrne dicitur. Vnde fecit hanc deriuationem Cyrneas taxos, quibus paſtæ apes, mel amariſſimum faciunt. ℙDiſtentent vbera.) Plurimum lactis reportent. ℙMe quoq; dicunt vatem paſtores.) Magna vere cundia ſuum meritum extenuat. Nec enim ait, probât, ſed dicunt: nec docti, ſed paſtores: quibus tamen ipſe non credo. ℙVario videor.) Varius poeta fuit. de hoc Horatius, Varius dicit molle atq; facetum. Itẽ, Scriberis Vario fortis, & hoſtium Victor. Nam Varus dux fuit, cui ſuprà blanditur. ℙCinna digna.) Etiam Cinna poeta optimus fuit, qui ſcripſit Smyrnam: quem libellum decem annis elimauit. ℙSed argutos inter ſtrepere anſer olores.) Argutos canoros: vt, Forte ſub arguta conſederat ilice cornix. Et alludit ad Anſerem quendam Antonij poetam, qui eius laudes ſcribebat: quem ob hoc per tranſitum carpſit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit, Ex agro Falerno anſeres depellantur. ipſum enim agrum ei donarat Antonius. ℙId quidem ago.) Id eſt vt carmẽ in memoriam poſſit redire. ℙSi valeam meminiſſe.) Vt etiam in Æneide diximus, ideo iſta iunxit tempora, quia defectiuum eſt verbũ memini. ℙHuc ades ò Galatea.) Theocriti verſus ſunt, ἐξέλθοισ γαλάτεια, καὶ ἐξελθοῖσα λάθοιο. quibus inducit Cyclopem vſum, cum in ſcopulo ſedens, amicam ſuam Galateam de fluctibus inuitaret ad terram. Cyclops enim dicitur Nymphã amaſſe Galateam: quæ cum quendam Acin paſtorem amaret, & Polyphemum ſperneret: ille iratus Acin necauit: qui poſtea Galateæ miſeratione in fontem mutatus eſt: qui hodie latine Acilius dicitur. ℙQuis eſt nam ludus in vndis?) Hic ver perpetuũ, varios hic flumina circum. Fundit humus flores. Ad maiorem terrarum laudem dicit in mari nullam eſſe voluptatem. nã hæc eſt plena laus, quæ contrariarum rerum continet vituperationem. ℙInſani fluctus.) Ideſt magni: vt, Inſano iuuat indulgere dolori.

MANCINELLVS.

ℭCymæas.) In liguſtico mari eſt Corſica, quam græci Cyrnũ appellauere, ſed tuſco propior à ſeptentrione in meridiem projecta Plin. ſcrib. lib. iij. Plura tamen meminit. Diodo. lib. vj. ℙTaxos.) De taxo legito Plin. lib. xxvj. ℙCytiſo.) vide ſupius. ℙCynna.) Sueto. etiam meminit in libello de grammaticis, de Cynna poeta, referens quoq; hoc illius carmen. Sæcula permaneat noſtri doctrina Catonis. Ser. addit illum compoſuiſſe Smyrnam & Tranquil. in dicto libello ſcribit Craſſitium commẽtario Smyrnæ edito adeo inclaruiſſe, vt hæc de eo ſcriberẽtur. vni Craſſitio ſe credere Smyrna probauit. ℙId quidem ago.) vt incipiam, ſ. dixerat enim Lycidas, incipe, ſi quid habes. ℙHuc ades ò galatea.) Fuit hæc maris nympha Nerei & Doridis filia à Cyclope Polyphemo adamata, de quo late apud Ouid. lib. xiiij. vnde eam vocans apud illum ait. Iam modo cœruleo nitidum caput exere ponto. Iam Galatea veni, nec munera deſpice noſtra, Theocritus autem Eclog. vi. id omne prius deſcripſerat. Appianus autẽ in li. qui Illyrius inſcribitur ait, è Polyphemo Cyclope, & Galatea tres filios extitiſſe Celton, Illyrium & Gallum, eosq; ex Sicilia progreſſos, Celtis, & Illyrijs et Galatis ab ipſis cognomẽ aſſumentibus imperitaſſe. ℙInſani.) furentes.

ASCENSIVS.

ℭSic tua &c. Lycidas illectus fragmẽto carminis in laudem Vari decantat & Mœri nunc recitãti ardet deſiderio plura ab eo audiendi vnde precatur ſuppliciter dicens cum obſecratione. Sic tua &c. Sic autem particula precantibus aptiſſima eſt, vt apud Flaccum in primo carminum, Sic te diua potens Cypri, ſic fratres Helenæ lucida ſydera. Ventorumq; regat pater. & Eclog. ſequenti. Sic tibi quum fluctus ſubter labere ſicanos, Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Obſecrat præterea per ſummam ruſticorum ſpem & ne ille cauſetur ſe nolle indigna canere aut tam aurea carmina recenſere dicit, & me fecere poetam &c. Plus autem eſt vatem eſſe q̃ poetam, quia omnis vates poeta, ſed nõ ediuerſo, qui enim ſine diuino furore ac diuinandi dono elegãtia carmina facit poeta vt cunque dici poteſt, ſicut Comicus dicens Poeta cum primũ &c. nõ tamen vates, vnde fatetur ſe factum poetam, dictumq; vatem. ſed nõ credere dicẽtibus timide ſe. Quibus inductus Mœris conatur ad memoriam reuocare carmina. adducitq; fragmentum carminis amatorij quod ſumma arte fit ne ex compoſito omnino poeta rem ſuam agere videatur. ℭOrdo eſt. Sic ſup. precor vt tua examina. i. fœturę apũ tuarum fugiant taxos. i. amariſſimas arbores Cyrneas. i. corſicę è quibus quę non necentur mel inſipidum referent, & precor vt vaccæ ſup. tuæ paſtę cytiſo. i. frutice ſuccoſo & dulci, diſtẽtent. i. multum impleant, vſq; ad diſtentionẽ videlicet ubera ſupp. ſua, ſic ſup. vt canes, ſed malim vt cõprecatiua ſit particula, incipe ſi quid habes ſup. carminis ad manũ quia ne me forte putes indignũ qui carmina tua audiã Pierides. i. muſę fecerunt, &. i. etiã me poetã & carmina ſunt mihi. i. & habeo etiam carmina, & paſtores dicunt me quoq; vatem. i. diuinũ poetam: ſed ego non ſupp. ſum. credulus illis. Nam ego neq; videor adhuc dicere digna Vario, nec Cynna, ideſt quæ comparentur illis optimis poetis: ſed videor ſtrepere anſer. i. vt anſer poeta, aut potius auis, inter argutos. i. canoros olores. i. cygnos. hoc eſt ſuauiſſimos poetas. Reſpõdet Mœris. Quidẽ. i. certe ego ago. i. conor & meditor incipere, & ꝓ. i. ò Lycida. ipſe. i. ego tacitus. i. tacens voluto. i. reuoluo: & agito mecũ ſi valeam meminiſſe. i. ad memoriã reducere carmen. ſ. quod incipere paro, neq; eſt ignobile. i. aut dignum quod noſcatur quia inſigne, aut ſatis notum: deinde quaſi iam eius in mentẽ venerit incipit carmen Poliphemi ad Galateã. O Galatea ades. i. accedas huc. i. ad me, nã quis ludus. i. quæ voluptas. (Intelligit autem Veneream) eſt in vndis? q. d. nulla, & cõtra hic. i. in terris eſt ver purpureum. i. tempeſtas verna purpureis floribus ornata & humus fundit hic circum flumina varios flores. & populus cãdida. ſ. in cortice. ĩminet hic antro. i. in antrum declinat, vnde & placidũ congreſſum habere poſſet in vmbra populea, & rem Venereã in antro & vites lentæ. i. flexibiles.) Dixit alibi Aſpice vt antrum Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis) intelligit ergo labruſcas, texũt. i. cõtextę aut eſt cõtextu ſuo efficiunt vmbracula. i. vmbrarũ recęptacula. Huc inquã ades ò Galatea, & ſine. i. permitte, vt ſup. fluctus. i. aut magni aut rabidi & furentes. aut ideo inſani quia litora percutientes ſe potius illidunt, nec quicquam cõmodi aut ſibi aut littoribus faciunt. aut inſani. i. inſenſati, nõ abſurda tamen eſt Seruiana expoſitio. i. magni quia vehemens ſenſibile aut obiectum corrumpit ſenſum, & ideo quia pro voluptate dictũ eſt in Daphnide. Nec percuſſæ iuuant fluctu tã littora nec quæ Saxoſas inter decurrũt flumina valles, ne tẽperati fluctus voluptatẽ pariant. dicit ſine vt inſani fluctus. i. magni & vehementes feriant. i. percutiãt littora, hoc aũt dicit quaſi Galatea nympha eos ĩpediret, & ita triſti miniſterio addicta ſit. Bona eſt fantaſia, quia ſenex difficulter meminerit eius carminis. aut quia adoleſcentiæ potius quadrat cum de amoribus ſit ad quos ſenectus inutilis eſt, quia Frigidus in Venerẽ ſenior. aut quia vt dicet omnia fert ætas animum quoq; &c.

PIERIVS.

ℭDiſtentent vbe. vac.) Sunt codi. ant. in quibus Diſtendant legitur. Sed diſtentent pleniorem oſtendit ubertatem.

SERVIVS.

ℭPura ſub nocte.) Serena. ℙNumeros memini.) Metra, rhythmos. ℙDaphni, quid antiquos

Quid? quæ te pura ſolum ſub nocte canentem **LY.**
Audieram? numeros memini ſi verba tenerem.

quos ſignorũ ſuſpicis ortus? Ecce Dionæi proceſſit Cęſaris aſtrũ.) Cũ Auguſtus Cæſar ludos funebres patri celebraret,

Daphni, qd antiquos ſignorũ ſuſpicis ortus? MOE.
Ecce Dionęi proceſſit Cæſaris aſtrum:
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Inſere Daphni piros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas: animum, quoq; ſæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles.
Nunc oblita mihi tot carmina vox quoq; Mœrin
Iam fugit ipſa: lupi Mœrin videre priores.
Sed tamen iſta ſatis. referet tibi ſępe Menalcas.

die medio ſtella apparuit: illę
eam eſſe confirmauit parẽtis.
Vnde ſunt verſus iſti compo/
ſiti. ¶ Dionæi) autem, longe re/
petitum eſt, à matre Veneris
Dione. Sanè aſtrum græce di/
xit: nam ſtellam debuit dice/
re. ¶ Quo ſegetes gauderẽt fru/
gibus.) Ad mẽſem alludit Iu/
lium: qui dictus eſt in hono/
rem Cæſaris: quo & vuæ &
frumenta matureſcunt. ¶ Car/
pent tua poma nepotes.) Ac ſi
diceret, Nihil eſt quod poſſis
timere. nam illud reſpicit quod ſupra inuidioſe ait, Inſere nunc
Melibœe pyros, pone ordine vites: Ite meæ quondam felix pe/
cus, ite capellæ: Non ego vos poſthac viridi proiectus in an/
tro Dumoſa pẽdere procul de rupe videbo. ¶ Omnia fert ętas.)
Id eſt auferet. nam ĩtelligamus eum ſubito obticuiſſe: nec quod
cæperat, implere potuiſſe. ¶ Animum quoque.) Etiam memo/
riam. ¶ Longos ſoles.) Id eſt æſtiuos dies finire: vt, Tres adeo
incertos cæca caligine ſoles. ¶ Condere.) Finire, vſque ad occa/
ſum ducere. ¶ Lupi Mœrin videre priores.) Hoc etiam phyſi/
ci confirmant, quod voce deſeratur. Is quem prior viderit lu/
pus. Vnde etiam prouerbium hoc natum eſt, Lupus eſt in fabu/
la: quoties ſuperuenit ille de quo loquimur, & nobis ſui præ/
ſentia amputat facultatem loquendi.

MANCINELLVS.

rhithm⁹ ¶ Quid?) Cur non memoras. ¶ Numeros.) Ideſt rhithmos te/
ſte Fabio libro nono. Eſt autem rhithmus authore Diome. ver/
ſus imago modulata ſeruans numerum ſyllabatum poſitio/
nem ſæpe, ſublationemq; continens. ¶ Si.) i. vtinam. ¶ Signo/
rum.) Ideſt ſyderum nam vt ſcribit Var. libro tertio. Signa di/
Signa. cuntur eadem & ſydera, ſigna vero, quod aliquid ſignificent, vt
libra æquinoctium, ſydera quæ inſidunt. ¶ Dionæi Cæſaris.) id
Dionę⁹ eſt Venerei, ex Venere enim ortus eſt Æneas, inde Aſcanius, à
Cæſar. quo Iulus, cui regni loco apud Albam ſacra eſt poteſtas attribu
ta, atque honor, cuius familia fuit maxima. atque clariſſima om
nium, author eſt Diony. libro primo. Ex eadem familia Iulius
Iulius Cæſar eſt, vnde & Maro ait Iulius à magno demiſſum nomen
Iulo, quod non de Aſcanio intelligendum eſt, ſed de Iulo Aſca
nii filio, qui magnus fuit quantum ad ſacram poteſtatem, & ho/
norem vt oſtendimus. vtq; Cicero in libro de natu. deo. ſcribit.
Venus tertia filia fuit Iouis & Diones. ¶ Cæſaris aſtrum.) Cæ/
ſar in deorum numerum relatus eſt. Siquidem ludis, quos ei hę/
res Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem continuos dies
fulſit, exoriens circa vndecimam horam. Creditumq; eſt ani/
mam eſſe Cæſaris in cœlum recæpti. & hac de cauſa ſimulachro
eius in vertice addebatur ſtella author eſt Tranquil. ¶ Aſtrum.)
De aſtro ſydere & ſtella legito Macrob. libro primo de ſom.
¶ Gauderent frugibus.) Alluſio eſt ad Iulium menſem in Iulij
Cæſaris honorem ſic appellatum, cum eſſet Quintilis, eo au/
tem menſe, & fruges maturæ ſunt, & vuæ matureſcunt. ¶ Pro/
ceſſit.) apparuit. ¶ Segetes.) de his & frugibus in principio Geor
gi. videto. ¶ Animum quoque.) mentem ipſam, quod in ſeniori/
ribus apparet. hinc Iuuena. ait ſaty. x. Sed omni membrorum
damno maior dementia, quæ nec Nomina ſeruorum, nec vul/
tum agnoſcit amici. Orbilio idem beneuentano. vt ſcrib. Tran/
quil. euenit. Nam vixit prope ad centeſimum ętatis annũ, amiſ/
ſa iampridẽ memoria, quod verſus Bibaculi docet Orbilius, vbi
nam eſt literarum obliuio. ¶ Condere.) abſcondere. ¶ Lõgo ſo.)
tardius occidentes, hinc longos dies accæpimus. ¶ Priores.) de
lupis videto Ecloga præcedenti.

ASCENSIVS.

¶ Quid? quæ te pura. Lycidas familiaris ipſius Mœris iuueni/
li memoria præditus, reducit ſeni ad memoriam carmen Me/
nalcæ hoc eſt Virgilij, quod dicit Mœrim aliquando ſub nocte
ceciniſſe aſpiciendo videlicet ſydera, In qua re mira eſt ſubtili/
tas quaſi vero non iam ſolum ex compoſito, ſed etiam do/
mi cum ocioſus eſſet ſolitus eſſet decantare carmina in laudem
Cæſaris à Virgi. confecta. Reductus ergo ad memoriam repetit
carmen de Cæſare nec perficit & ſenij & mœroris præſentis mo
le confectus. Vnde non valens plura meminiſſe, dicit omnia fert
ætas &c. Vbi dicit Ser. fert, ideſt aufert. Hora. tamen accæpit fe/
Ferre runt pro eo quod eſt afferunt dicens in arte. Multa ferunt anni
venientes commoda ſecum.
Multa recedentes adimũt & ꝙ
verum ſimplex neque affert,
neque auferre per ſe ſignificat;
ſed vtrunque per reſpectum;
verbi gratia ferat ruſtic⁹ agnũ,
& ſit in medio viæ donec ad
me peruenerit, afferre dicet;
& vbi pertrãſierit auferre. ſem
per tamen vniformiter feret;
ſic tempus fert omnia quæ in
eo fiunt, quia tempora labun/
tur more fluentis aquæ, vita
autem noſtra virilis eſt quaſi
in medio curſu noſtro perſiſtens. eo vſque ferunt anni, ideſt affe
runt nobis & animi & corporis vires, ſed pertranſeuntes aufe/
runt eas quia ergo medium vitæ tranſgreſſus eſt Mœris dicit
omnia fert hoc eſt ſecum fert, & ita quia vita me deſerit, aufert
mihi omnia commoda iuuentę, etiam animum in quem tamen
mirum eſt quomodo tempus habeat imperium niſi quia orga/
nis pellucet, & ſecundum eorum diſpoſitionem, aut perſpicit,
aut caligat. Vox quoque Mœrim. Nã fugit ipſa. Contra Cicero
de ſenectute. Defendi legem voconiam magna voce, boniſq; la/
teribus. Et videtis annos meos. ¶ Ordo eſt. Quid, ideſt cur & ad
quid ſupple non memoras ea quæ ego audiueram te canentem
ſolum, ideſt cum tu caneres, & eſſes ſolus, ſub nocte pura, ideſt
ſuda & ſerena contemplans, videlicet aſtra, & ita memor factus
aſtri Cæſarei, ego memini numeros, ideſt modulos cantus ſi,
ideſt vtinam aut ſi tenerem verba ſupple vt numeros dicerem
tibi, hoc audito incipit Mœris idem carmen repetens memorãs
videlicet quid ſub nocte ſolebat canere. Canebat autem ò Daph
ni quid, ideſt ad quid ſuſpicis, ideſt ſurſum inſpicis, ſicut illic.
(Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo) antiquos or/
tus ſignorum, ideſt ortus ſignorum antiquorum, aut antiquos,
ideſt ſolitos ortus ſignorum cum ſit nouus ortus admirandus.
vnde addit. Ecce (quod in re ſubita & miranda poni ſolet. Aſtrũ,
ideſt ſydus Cęſaris Dionęi, ideſt à Dionę orti. vnde Venus cuius
ſydus clariſſimum proceſſit orta eſt.) Aſtrum inquam quo ſe/
getes, ideſt herbæ ſatæ gauderent frugibus, ideſt ĩplerentur gra
nis (id autem fit in Iulio) & quo vua, ideſt botrus, racemus du/
ceret, ideſt attraheret colorem, ſcilicet purpureum. hoc eſt matu
reſceret in collibus apricis, ideſt ſoli expoſitis nihil vmbræ ha/
bentibns. O Daphni inſere piros, quia nepotes, ideſt poſteri tui
carpent poma tua, ideſt arboris per te inſitæ: volebat plura dicẽ
re, ſed nequibat oblitus præ ſenio & curis, longe autem plus eſt,
quàm ſi multa caneret: omniaq; repetiſſe confireretur: tũc enim
non videretur tot carmina Virgi. in laudem Cæſaris & Auguſti
ceciniſſe. Videtur enim hoc ſecundum ad laudem Auguſti perti/
nere, qui agros reddiderat quibus habitis cum ſpe perpetuę poſ
ſeſſionis dixerit Maro. Inſere Daphni piros, ſicut contra Meli/
bœus in prima profugus per amaritudinem dicit. Inſere nunc
Melibœe piros: pone ordine vites &c. Sciet autem lector impe
ritus verſuum iſtius & aliarum Eclogarum quoſdam vocari can
tilenas quia ſunt mera carmina, vt Tityre dum redeo. & Huc
ades, ò Galatea & Daphni quid antiquos. Et Inſere Daphni &c.
quoſdam autem rem narrare: qui pro ſe orationis munere fun/
guntur: vt ſequentes. omnia fert ætas non enim eos vt cantile/
nam recitat: ſd intercæptus obliuioni. docet ſe non amplius poſ
ſe dicens quia ætas, ideſt longæuitas vitæ fert ſupple ſecum hoc
eſt aufert nobis omnia, ſcilicet iuuentæ bona quoque, ideſt
etiam animum, ideſt memoriam & mentem ipſam nedum cor
poralia. ego memini me puerum, ideſt cum eſſem puer con/
dere, ideſt abſcondere cantando, ſoles longos, ideſt diu ſuper
hemiſperium noſtrum apparentes, & tarde occidentes, hoc eſt
cantaſſe donec ſol in longis diebus occideret & conderetur per
interpoſitionem terræ, vt Seruius dicit. Condere, ideſt fini/
re (ſicut in primo Æneid. Antem diem clauſo componet veſper
Olympo, vtrunque enim tractum eſt à fabris, qui dum compo Cõd
nunt aut condunt, materiam paratum opus abſoluunt: vnde &
carmina componere & condere dicuntur qui ea abſoluunt) lon
gos ſoles. i. dies æſtiuos, & id quoque in gratiam Iulij & Augu Com
ſti quaſi tunc lætior cecinerit quando magni menſes illi proceſſe nere
re. Nunc tot carmina. ſup. ſunt oblita mihi, ideſt à me aut in dam
num meum. Et quoque, ideſt etiam ipſa vox fugit, ideſt deficit &
deſerit Mœrin, ideſt me ſed plus põderis eſt in proprio nomine,
quaſi

quaſi dicat,illũ nobilem cantorẽ,& id emphaticos. Lupi videre Mœrin priores,ideſt priuſq; ab eo viderentur,& ita(vt eorum dicitur eſſe natura) fecerunt Mœrin rauceſcere,hoc eſt credo ꝙ lupi viderint me priores,quia ſic rauceſco vt qui ab eis prius viſi dicuntur. Sed tamen,ideſt quamuis ego amplius non poſſim: Menalcas referet tibi ſatis ſæpe.iſta,ſcilicet quæ deſideras carmina,aut ſic ſed tamen iſta ſatis ſupple ſint,quia Menalcas referet ſæpe tibi ſupple ea. Patet manifeſte,ꝙ ſub etiam temporis nõ ſemper accuſatiuum poſtulat,vbi,ſcilicet eſt ſtatio & quies, vt hic ſub pura nocte,ideſt in ipſa nocte. Addi poteſt regula. Quia plurima deponentalia actiue ſignificantia olim communia fuerunt,vnde hic paſſiue dixit. Oblita mihi tot carmina.

Cauſando noſtros in longum ducis amores. LY.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor:& omnes
(Aſpice)ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeo media eſt nobis via.nanq; ſepulchrum
Incipit apparere Bianoris.hic.vbi denſas
Agricolæ ſtringunt frondes:hic Mœri canamus.
Hic hœdos depone:tamen veniemus in vrbem.
Aut ſi nox pluuiam ne colligat ante vremur,
Cantantes licet vſq;(minus via ledet)eamus.
Cantantes vt eamus:ego hoc te faſce leuabo.
Deſine plura puer:& quod nũc inſtat,agamus. MOE.
Catmina tum melius,cum venerit ipſe,eanemus.

SERVIVS.

℄ Cauſando noſtros in longum ducis amores.) Cauſas nectendo,differs noſtra deſyderia. ℽ Tibi.) In tuam gratiã. Et hoc dicit, Vt poſſis canere, cuncta ſiluerunt. Quod quidem ex Theocrito ſumptum eſt. τὰ δὲ νιν καλὰ κύματα φαίνει ἄσυχα καχλάροντα. ℽ Bianoris.) Hic eſt q & dictus Ocnus ẽ:de quo ait in decimo, Fatidicæ Mantus & Thuſci filius Amnis, Conditor Mantue dictus eſt Bianor: quaſi animo et corpore fortiſſimus, ἀπὸ τῆσ βίασ καὶ ἀνορέησ. ℽ Striugunt frondes.) Amputant'decutiunt. Ipſe in Georgicis, Sed tamen & quernas glandes tunc ſtrigere. ℽ Tamen veniemus in vrbem.) Etiam ſi paululum quieſcentes dederimus operam cantilenæ. ℽ Nox pluuiam ne colligat ante, veremur.) Aer enim cum occaſu mutatur frequenter:quod in Æneide etiam ſæpius indicatur. ℽ Vſque eamus.) Iugiter eamus,ſed. ℽ Cantantes:) ita enim minorem itineris ſentiemus laborem.) Hoc te faſce leuabo.) Si cantantes ierimus,hœdorum te onere ipſe releuabo. Nam faſcem ait onus. Sic in Georgicis, Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. ℽ Deſine plura puer.) Ac ſi diceret, Nimij deſyderij es. ℽ Quod nũc inſtat agamus.) Nos centurionem placemus: nam canere, ocioſum eſt. ℽ Cum venerit ipſe.) Vel Virgilius,cuius aduentu ſperabat ſecuritatẽ:vel ipſe Auguſtus,qui Actiacis bellis erat occupatus.

MANCINELLVS.

℄ Cauſando.) Cauſas nectendo. Bianoris is aliter Ocnus dictus eſt,filius autem Mantus fatidicæ, quia matris nomine Mantuam appellauit authore Virgi. libro decimo dicens. Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab Oris Fatidicæ Mantus, & tuſci filius amnis. Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomen. Dicitur autem Bianor à bia,quod eſt Vis ſeu violentia,& aner vir. Stringunt excidunt,authore Nonio. Minus via lędet. Comes facundus in via pro vehiculo dicebat Pub. vt Gel. & Macrob. ſcri. ℽ Deſine plura.) Lycidam arguit tanquam leue voluptatiſq; vanæ cupidum. ℽ Puer.) & diaſtole figura,in er. ℽ Inſtat) vrget imminet.ſ.vt.ſ.noſtrorum agrorum poſſeſſori hœdos iſtos mittamus veniæ gratia. Ipſe Menalcas.i. Virgilius vt agros recipiat.

ASCENSIVS.

℄ Cauſando puer auidus cantilenę quo Mœrin minus poſſe videt eo vrgentius inſtat. Ea enim eſt hominum natura:quia nitimur in vetitum ſemper cupimuſq; negata. Moleſte ergo patitur ꝙ ille ſenium ſuum excuſat. vnde dicit. O Mœri tu ducis in longum,ideſt protrahis & differs. noſtros amores, ideſt res quas ſumme amo cauſando, ideſt annectendo cauſas in excuſationem, aut excuſando quia reus dum cauſas dicit purgat ſe. Aut ſenſus eſſe poteſt: vt quia puer non audet dicere eum odioſum, ac moleſtum eſſe cauſationibus ſuis dicat verecunde tu ducis in lõgum noſtros amores,ideſt non pateris vt te nunc amem quia excuſationes tuæ diſplicent, & is quidem ſenſus argutior eſt. Et,ideſt tamen quamuis canere recuſas omne ęquor, ideſt locus æquus ſiue in mari ſiue in terra ſtratum,ideſt ſedatum & æquatum, ſilet tibi,ideſt in gratiam tuam,ideſt quia nullus eſt ventus:certum eſt ęquor ſterni,& tta tam in mari quàm in terris eſt amœnitas. Aut enim padum æquor vocat reſpectu Mincii,aut ex tranquillitate padi indicat tranquillitatem maris adriatici quod illinc videre non poteſt,neq; de alia vrbe quam de Mantua loquitur cum dicat ſepulchrum Bianoris apparere. & pro,ideſt omnes auræ ventoſi murmuris,ideſt procellæ aut commotiones quas ventus facere ſolet cecidere,ideſt ſedatæ ſunt. Hinc eſt adeo, id. ſt omnino & ad id quod expetitur vt fit:media via nobis,ideſt nos peregimus medium itineris cum ſimus in media via:nam ſepulchrum Bianoris:ideſt Ocni filii fatidicę Mantus incipit apparere,& agricolæ ſtringunt,ideſt abſtrahunt aut excidunt tibi, ideſt ad ſolamen tuum:hic frondes denſas,ideſt luxuriantes,vnde poſſet in prima dictum intelligi de ruſtico. (Hinc alta de rupe canet frondator ad auras) ò Mœri canamus hic,depone. hic hœdos, ſcilicet quos ad Arrium fers. tamen,ideſt tametſi requieueris modicum nos veniemus in vrbem,ſupple tempori,ac ſatis tempeſtiue aut ſi nos veremur ne nox colligat ante,ideſt priuſquam peruenerimus ad vrbem pluuiam quæ vehementem ſerenitatem ſequi ſolet:licet,ideſt licitum eſt vt eamus vſq;,ideſt ſemper cantantes:quia via lędet.ideſt offendet & fatigabit nos minus,ſcilicet quàm ſi triſtes incederemus quia vt eſt in mimis Publii. Comes facundus in via pro vehiculo eſt,vt autem eamus cantantes.i.vt tu cantes,ego leuabo te hoc faſe.i.portabo hœdos tuos, Ad hoc Mœris reprimẽs auiditatem pueri. O. puer deſine plura, ſup. expetere à me,& agamus quod nunc inſtat.i.vrget nos.i.ꝓficiſcamur ocyus. Nos canemus melius carmina, tum.i.tunc cũ i.quando ipſe.ſ.cuius mentionem fecimus aut nobiliſſimus muſicus,aut caput lętitię noſtræ,aut author carminum noſtrorũ, Menalcas.ſ.venerit videlicet ab vrbe Romana, quo profectus eſt pro recuperandis iterum agris ſuis.

ECLOGÆ NONÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN GALLVM, QVÆ EST DECIMA ET VLTIMA ECLOGA.

Vltima (quæ decima eſt)canit Ecloga depereuntem
Ah miſere,& fœde nimium te Galle Lycorim.

ASCENSIVS.

Vltimãquę &c. In hac vltima Ecloga canit Maro amores Galli poetæ eximii in Cytheridem quam hic Icorim vocat: quã immutatã permiſit Auguſtus licet Gallum oderit:quia in decus Galli cedit ꝙ tam miſere amauit libertinę conditionis mulierem Antonium poſtea ſecutam. De Gallo autem Seruius & Mãcinellus ad principium Eclogę ſatis dicent quidem eſt ex parte in laudem Galli in re poetica: quem & muſis curæ & ſibi cordi eſſe poeta predicat. ℄ Ordo verſiculorum meorum eſt. Vltima Ecloga quæ decima eſt. canit te Galle depereuntem,ideſt amãtem vſque ad deperditionem ah nimium miſere, ideſt afflictim. & fœde,ideſt turpiter Lycorim, puellam illam libertã olim Volumnii. quę & Cytheris vocata eſt,ſed ſolent puellis amatis nomina mutari, vnde ſunt Delia, Corynna, Leſbia &c.




DECIMA ET VLTIMA ECLOGA QVÆ DICITVR GALLVS, LOQVITVR POETA, SED NOMINE PASTORIS.

POETA.

EXtremum hunc Arethuſa mihi conce-
de laborem.
Pauca meo Gallo, ſed quæ legat ipſa Ly-
coris:
Carmina ſunt dicenda. neget quis car-
mina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus ſubter laber Sicanos.
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.
Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.
Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ.

SERVIVS.

EXtremum hunc Arethuſa mihi cõcede laborẽ.) Gallus ante oẽs primus Ægypti præfectus, fuit poeta eximius: nã & Euphorionem (vt ſuprà diximus) tranſtulit in latinum ſermonem: & amorum ſuorũ de Cytheride ſcripſit libros quatuor. Hic primũ ĩ amicis Auguſti Cęſaris fuit. poſtea cũ veniſſet in ſuſpicionem quod contra eum coniuraret, occiſus eſt. Fuit autem amicus Virgilij, adeo vt quartus Georgicorũ à medio vſq; ad finem eius laudes teneret: quas poſtea iubente Auguſto in Ariſthæi fabulã cõmutauit. Hic Gallus amauit Cytheridẽ meretricẽ libertã Volumnii. q̃ eo ſpreto, Antonium euntẽ ad Gallias eſt ſecuta: ꝑpter quod dolorem Galli nunc videtur conſolari Virgilius. Nec nos debet mouere, quòd cũ mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc Eclogam ſic reliquit. Nam licet conſoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio eſt. nã & in Gallo impatientia turpis amoris oſtenditur: & aperte hic Antonius ĩcarpitur inimicus Auguſti, quem contra Romanũ morem Cytheris eſt in caſtra comitata. ¶Extremum laborem.) Non quod mihi laborioſum eſt (nam ſcribere, apud poetas luſus eſt: vt, Et ipſum Ludere quæ vellẽ calamo permiſit agreſti) ſed rem tibi laborioſam, ſcilicet vt Nympha virginitate gaudẽs præſtes de amoribus cantilenam. Vnde & rogat dicens. ¶Concede.) Et verecunde pauca poſtulat, & eam adiurat etiam, ¶Sic tibi cum fluctus ſubter labere ſicanos.) Per Arethuſam autẽ Muſam ſiculã. i. Bucolicum Theocritiũ inuocat carmẽ. Sane Arethuſa ſecundum latinitatem in penultima habet accentum: ſecundum rationem græcam, in tertia à fine, ſic vt Creũſa, & Créuſa.

¶Pauca

¶Pauca meo Gallo.) Non ad cæterarum Eclogarum cõparationem: ſed pauca quantum ad Galli pertinet ſcripta, quæ (vt ſupra diximus) de ſuo amore compoſuit. ¶Sic tibi cum fluctus ſubter labere ſicanos.) Varia enim opinio eſt. Nã alij dicũt Arethuſam nympham Siciliæ, Alpheum de Elide venire per maria: ſecũdum quos alibi dixit, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem. Occultas egiſſe vias ſubter mare. Alij dicunt ipſam Arethuſam iam in fontem mutatam Alphęum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nũc eſt ſecutus. ¶Doris amara.) Mater Nympharũ eſt: quam pro mari poſuit. ¶Solicitos.) Solicitatos, plenos ſolicitudinis poſt Cytheridis abſceſſum, quã Lycorim vocat. Fuerunt autem vno tpe nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuſcula. Horatius, Exploſa Arbuſcula dixit. Idẽ, Vt quondã Marſeus amator Originis, ille Qui patrium mimę donat fundumq; laremq;. ¶Simæ) Gręcum nomẽ eſt: id eſt preſſis naribus. Vnde & ſimias dicimus: quod epitheton Theocritus dat præcipue apibus. ὡσ τένιν ἀσιμοῖ λειμωνόθεν φέρβον ἰοῖσαι κέδρον ἐσ ἀδεῖαν μαλακοῖσ ἄνθεσσι μέλισσαι. ¶Reſpõdent omnia ſyluæ.) Per Echo, ideſt vocis imitationem nos ſolamur.

PROBVS.

¶Arethuſa, Fons in Sicilia, à quo muſam videtur cognominare quoniã Bucolica carmen ſiculum, vel quia amoris cauſa Alphęus Piſæ fluuius per mare defluens in eam conuenit.

MANCINELLVS.

¶Extremum hũc.) De Gallo poeta ſatis Ecloga. vj. iã diximus ſecundum Euſebium, Strabo etiam lib. xvij. ſcri. Cornelio Gallo

Ægypti

ægypti prouinciam à Cęſare Auguſto primum cõmiſſam fuiſſe. Suetonius quoq; meminit, Cornelium Gallum ad pręfecturam ægypti ex infima fortuna fuiſſe ab ipſo Auguſto prouectum, quẽ poſtea res nouas molientem damnãdum ſenatui tradidit, itaq; & accuſatorum denunciationibus, & ſenatuſconſultis ad necem compulit, Scribit Euſebius, vt ante etiam narrauimus ꝙ Gallus anno ætatis ſuæ quadrageſimotertio propria ſe manu interfecit. addit Seruius hunc ſcripſiſſe libros quatuor de Cytheride olim Volumnij liberta, & à ſe amata, quam alio noīe Lycorida appellauit, demum eo cõtempto Antonium in Galliã ſecuta eſt, hinc eum Maro ſolari pſenti carmine voluit, nam ſibi iunctus amicitia fuerat, cum vt ante dixi Cæſari cõmẽdatus ab illo, agrum receperit. ¶ Arethuſa.) Fons eſt ſyracuſius teſtibus Plinio, Soli. & Strabone lib. vj. quæ in pelagus fluuium ſtatim emittit, hunc ipſum Alpheum eſſe traditum eſt in fabulis, qui cum in peloponneſo ſumat originem, per mare ſub terram vſq; ad Arethuſam flueta perducit, deinde hoc ex loco emergens rurſus excurrit in pelagus, hæc & plura Strab. Naſo ét li. v. met. multa. & Diodo. li. xxj. Arethuſam, propter Theocritum nympham inuocat, qui ſyracuſius fuit vti Eclog. iiij. & vj. narrauimus. ¶ Extremum laborẽ.) Extremum carmen ꝑ quod inuit toto opere Arethuſam ꝓfuiſſe ſibi, quod quidẽ ita eſt: nã vbiq; Theo. vt patuit imitatus eſt. ¶ Doris amara.) Hæc nympha fuit Oceani filia & thetyos, vt ſcri. Heſio. quæ Nereo fratri, iuncta eſt vxor, à quibuſdam interpretatur amaritudo, q̃ Nereum, hoc eſt mare à Nereos, quod eſt aqua, dictum ſemper conſequitur, hinc ſæpe à poetis Doris pro mari ponitur, vt etiam hic. ¶ Simæ.) Simos vox græca eſt, dicitur autem quis preſſas nares habens.

Arethuſa vbi locoꝝ.

Doris.

Simus.

ASCENSIVS.

¶ Extremum hunc &c. Decãtaturus poeta miſeros amores Galli amici,

li amici, & impoſiturus extremam manum operi ſuo deprecatur culpam ab Arethuſa nympha ſicilienſi: per quam eam muſam. i. gratiam infuſam ĩtelligemus quam Theocritus ſiculus in deſcribẽdis Bucolicis carminibus habuit, vnde prius dictum eſt. Sicelides muſæ paulo maiora canamus. Sicelidum autem princeps eſt Arethuſa. Inuitat ergo eum ad extremum laborem. i. cõpoſitionẽ amorum qui nymphę caſtę laborioſi ſint. Et ideo ponit obſecrationem dicens. Sic tibi &c. Oſtẽditq; Gallum dignum eſſe, cui carmina fiant. ¶ Ordo eſt. O Arethuſa nympha ſicula cõcede mihi hunc extremum laborem. i. qui tibi extremus labor erit (quia non plura Bucolica carmina conficere ſtatuit) pauca carmina ſunt dicenda meo. ſ. familiari, & amico Gallo, ſed ſup. talia quæ legat ipſa Lycoris. i. quę ſint in deteſtationem perfidię & inconſtantiæ eius, quam Gallus tot carminibus laudauerit, & tamen alium ſecuta eſt, quis neget carmina Gallo? q. d. nemo cũ ſit poeta eximius & homo ſuauis ac beneficus. Sic, comprecatiua eſt hæc particula. Aut ſic mihi carmina dictabis, & incipies: Doris. i. aqua marina, amara. i. ſalſa, nõ intermiſceat tibi. i. aquis dulcibus: ſuam, ideſt marinam & ita amaram vndam, cum ideſt quando ſubterlabere, ideſt flues fugitans Alpheum fluuium, ſubter fluctus ſicanos. ideſt maris ſicani ſeu ſiciliẽs. (Noris puer ſubterlabere penultima lõga proferre, quia futuri indicatiui eſt) Incipe igitur. dicamus. i. dicta: vt dicam ſollicitos amores Galli. i. quos Gallus in Lycorim ſeu citherida confert, dum. i. donec capellæ ſimę. i. naſum depreſſum, & incuruum habentes, attondẽt tenera virgulta, & ita erit paſtori canendi locus, nos non canimus ſurdis, quia ſyluæ reſpondent omnia, quod non facerent, ſi ſurdę eſſent, vt viſum eſt paſtori, loquitur enim poeta nomine paſtoris. alios ſubinde loqui faciens. vnde mixtum poematis genus eſt. Reſpondent autem ſyluæ per echo. i. reſonantiam, & redundantiam vocis.

Quæ nemora, aut qui vos ſaltus habuere puellæ  
Naiades? indigno quum Gallus amore periret?  
Nam neq; Parnaſi vobis iuga, nam neq; Pindi  
Vlla moram fecere, neq; Aoniæ Aganippe.  
Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ:  
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem  
Mænalus, & gelidi fleuerunt ſaxa Lycæi.  
Stant & oues circum, noſtri nec pœnitet illas.  
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.  
Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

SERVIVS.

¶ Quę nemora.) Eſt quędam Theocriti ecloga, in qua ſuos amores deflere Daphnis inducitur. huius omnem ordinem ad hanc eclogam tranſtulit. ¶ Saltus habuere puellæ Naiades.) Nymphas ſimpliciter accipiamus. nam ſi proprie loqueretur, Oreades diceret. Naiades enim, fontium: Oreades montium Nymphæ ſunt. Sane quia diximus eaſdem eſſe Nymphas quas etiam Muſas: videtur hoc dicere, Quia ſi cũ ipſo fuiſſent muſæ, ideſt ſi dediſſet operam ſcribendis carminibos: non incidiſſet in tantas amoris anguſtias. ¶ Indigno.) Vel meretricio, vel magno. Nam & Ennius ait, Indignas turres, ideſt magnas. ¶ Neq; Parnaſſi vobis iuga: nam neq; Pindi.) Montes Theſſaliæ ſunt Parnaſſus & Pindus, Apollini & Muſis conſecrati. ¶ Aonia Aganippe.) Nominatiui ſingulares ſunt. Aganippe autem fons eſt Bœotiæ, q̃ & Aonia dicitur. Aonia aũt breuis fit Ni: quia ſequitur vocalis vocalem. ¶ Sola ſub rupe deſerta.) Mę nalus autem & Lyceus ſunt Arcadiæ montes. ¶ Stant & oues circum.) Scilicet circa Gallum, eius amorem ſtupentes, Senſus autem eſt, ſicut oues ò Galle circa te ſtare non pœnitet, ita nec te illarum pœniteat. nam etiam Adonis quondam ouium extitit paſtor. Et ꝙ ait. ¶ Noſtri,) miſcuit ſuam perſonam: vt frequenter facere conſueuit: nam erat integrum, Tui nec pœniteat illas. ¶ Nec te pœniteat pecoris diuine poeta. Allegoricῶs hoc dicit, Nec tu erubeſcas Bucolica ſcribere. ¶ Adonis,) A habet accentum, quia græcum eſt nomen: tamen & latine ſic dicimus. nam adon nuſquam lectum eſt.

PROBVS.

¶ Adonis.) vt Heſiodus ait phœnicis, & Alphœſibeæ Agenoris Thoãtis, qui Syriam, Arabiamq; tenuit imperio, vt Antimacus ait regnauit cypro, vt & Philoſtephanus libro quo quæſtionis poeticę reddidit cauſas, ex Ioue ſine vllius fœminæ accubitu ꝓcreatum, hunc venandi ſtudioſum fuiſſe, & ab apro iteriiſſe, atq; ita plurimis cognitum. Paſtorem non inueni fuiſſe, ſed amatoriã Veneris induxit hiſtoriam.

MANCINELLVS.

¶ Quæ nemora.) Interrogatio eſt. ¶ Saltus) campi. ¶ Naiades.) per has muſas intelligit: vt ſequentia indicant. ¶ Indigno.) turpi. ¶ Pindi.) Pindus Theſſaliæ mõs eſt, vt ſcri. Solin. ex cuius vertice, teſte Strab. lib. vj. fluit Inachus amnis Aonię. i. bœotiæ, eſt. n. genitiuus caſus, non autem noīatiuus, de Aonia latius, Eclog. vj. ¶ Aganippe.) fons eſt Bœotiæ, vti Solinus edocet, ſic etiam Hippocrene: quos fontes Cadmus literarũ primus repertor dum rimatur, & quænam adiiſſet loca: quoniam equeſtri exploratione deprehendiſſet, Incenſa eſt licentia poetarum, vt pariter vtrunq; vulgarent. ſ. ꝙ eorum alter alitis equi vnguicula ſollicitatus foret, alter potus facundia animas irrigaret. Aganippe demum dicitur ab agan, quod eſt valde, & hippos equus, Hippocrene vero ab hippos, & crene. i. fõs Lycęi arcadię mõtis de quo plura. ¶ Pœnitet.) pudet, pœniteat, pudeat. ¶ Pecoris.) ideſt Bucolici carminis Adonis. Theocritus quoq; ait in prima. ſ. Vade, age, carpe, vias: puer eſt formoſus Adonis. Et timidos figit lepores, nec parcere nouit, Ille feris trucibus: paſcit dum montibus agnas, Fuit autem Cinyrę Cypriorum regis filius ex Myrrha filia, quem ardentiſſime Venus adamauit, tandẽ ab apro vulneratus interiit, de quo latius li. x. met. fuerat aũt rex, hortorũq; nobilium poſſeſſor. Vnde Pli. lib. xix. inquit, & quoniam antiquitas nihil prius mirata eſt, q̃ & heſperidũ hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, de Adoni. & Venere multa Macro. lib. j. latur.

Aganippe.

Adonis.

ASCENSIVS.

¶ Quæ nemora aut qui vos ſaltus habuere puellæ, Incipit igitur cantare alloquens primum muſas, rogansq; vbi fuerint, cum Gallus ſic deperiret, quaſi vero muſarum præſentia amores cohibuiſſet. Nam, vt in. ij. æneid. diuinus poeta docet, numina caſta cum Venere non habent commercium, vnde non potuit ea videre Æneas, donec Venus abierat, ſed hic amantem cõueniunt numina amatoria: vt ex ordine patebit qui talis eſt. O Naiades, ideſt fontium deæ, hoc eſt muſæ quæ & fontibus præeſtis: nam ſecundum Varronem eædem ſunt muſæ & nymphæ, puellæ, ideſt caſtæ & perpetua virginitate florentes. (vnde vt Catullus inquit: Caſtum eſſe decet Poetam ipſum) quæ nemora, & qui ſaltus habuere, ideſt tenuerunt vos tanquam rem charam (vnde potius habuere quàm tenuere dixit, quanuis dictum ſit. Tenui eum nec dimittam) cum, ideſt quando. Gallus periret amore

amore indigno,ſcilicet tali viro, quaſi dicat certum eſt ꝙ tunc non reſpexiſtis ad Gallum poetam:nam neque iuga Parnaſi mōtis,muſis ſacri in Bœotia , neque iuga Pindi montis Theſſaliæ, etiam muſis ſacri,fecere vobis vllam moram , ideſt non detinuerunt vos,quo minus ad Gallum vobis chariſſimum venire tis,neque Aganippe ſupple fons Aoniæ illius regionis in Bœotia,ſupple fecit vobis moram.(Attende puer Seruius dicit nominatiuos ſingulares quaſi Aonie Aonies dicatur.Mancinellus vult genitiuos eſſe:tunc autem diceretur Aganippes niſi latine dicatur in recto hæc Aganippa:nos vero conſtruximus,vt alterum ſit caſus genitiui ſubſtātiue tenti,alterum nominatiui,hoc eſt neque Aganippe fons ille Aoniæ,ſcilicet regionis in Bœotia, ſupple fecit tibi moram.Non autem fit ſinalœphe , ſicut nec ibi in acteo aracintho.)Etiam lauri,quaſi dicat non ſolum nymphę & homines,ſed etiam lauri.Et etiam myricæ,ideſt ſi ad allegoriam reſpexeris,& ſummi quiq; & infimi fleuere,ideſt fleuerunt illum ſcilicet Gallum,& Męnalus mons ille Arcadiæ pinifer, ideſt in cuius vertice plurimæ pinus naſcuntur , & ſaxa Lycei montis etiam in Arcadia:gelidi,ideſt vento horrentis:fleuerunt etiam illum,ſcilicet Gallum iacentem ſub ſola,ideſt deſerta rupe quod deſperantes amatoris eſt:vnde de Corydone.Ibi hæc incōdita ſolus,Mōtibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.Et oues ſtant circum,ideſt in circuitu vbi Gallus amore languēs decubabat,nec pœnitet , ideſt pudet illas.ſ.oues,noſtri,i.tui & mei amantium, vt quod Gallo fit ſibi fieri cenſeat,niſi dicere malis, nec pœnitet illas noſtri pecoris,ſed malo ſic , nec pœnitet oues noſtri.ſ paſtorum amantium nec te pœniteat ò diuine poeta pecoris.ſ.ouium quas noſtri non pœnitet.i.non pudeat nos Bucolica & paſtoralia tractare:quanuis tu ſis diuinus poeta:quia Et, ideſt etiam Adonis puer ille Veneri dilectiſſimus : quia formoſus,pauit oues,ad,ideſt iuxta flumina.Credo poetam feciſſe carmen illud etiam ſic.Illum etiam lauri:illum etiam fleuere myricæ,quomodo maior eſt gratia,q̄; vt mutatum eſt,necnon &c. Sed nos à veteri nihil mutare conſtituimus.

PIERIVS.

¶ Naiades.) Ita quidem exemplaria quædam habent.Sed in p/ueteri expoſito codice,& in Romano,& in Longobardico,Naides,& id recte.Valerius enim Probus,vbi de nominibus.Is,pura terminatis agit:eodem modo poni dicit Lais Laidis : Thais Thaidis:

Thaidis:Nais Naidis.Virgilium tamen poetice Naiadis declinar ſe eo loco.Ægle Naiadum pulcherrima.¶ Indigno cum Gallus amore periret.) In Romano codice,Peribat legit, quod Theocritianę reſpondet figuræ.πᾶ ποκ' ἄρ' ἦθ' ὄκα δάφνισ ἐτάκετο πᾶ ποκα νύμφαι. In longobardico tamē eſt,Periret. Recte vero Poeta argumētū hoc accōmodauit Gallo,quod de ſpōte mōriente Daphnide Theocritus decantauit.Cornelium enim Gallū primū Ægypti pręſidem,poſt eā in prouinciā ab Auguſto redactam ipſum ſibi mortem cōſciuiſſe ſuperius oſtendimus ex Euſebio:quanuis Seruius eū ab alijs occiſum dicat,Accedit Euſebi. Oui.etiam teſtimonium ita dicentis in Epitaphio Tibulli.

Tu quoq;,ſi falſum eſt temerati crimen amici,
Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Quod vero Cornelius Gallus paſſim ſcribitur , obſerues apud Strabonem libro tertio, Ælium Gallum trunca dictione ſcriptum.¶ Nam neque Parnaſi vobis iuga . ) Quanuis παρνάσσοσ duplici σσ paſſim apud græcos ſcribatur , antiqua tamen omnia exemplaria, Parnaſi,legunt vnico,ſ,quod nemo mirabitur,ſi legitur apud Vel.Longum . Veteres neque quidem in his fuiſſe,iuiſſe,abeſſe & ſimilibus,ſſ geminaſſe,adeo putabant eam literam,vel vnicam ſatis per ſe ſonare.. ¶ Neque Aonia Aganippe.) In Longobardico.Aoniæ,cum diphthongo in vltima.In altero perueteri codice abraſa eſt vltima ſyllaba.Sane Aonia Aganippe,vtrunq; Seruius nominatiui caſus eſſe dicit. Quibuſdam vero tametſi non improbent,Aonia nihil abſurdum videtur:vt qui dixerat: Iuga Pindi & Parnaſi,dicat etiā eadem figura.Aganippe Aoniæ , ſitq; hoc genitiui caſus ne verſus adeo elangueſcat.Sed.n.Aonię Aganippes,legendum eſſe indicat Probus,qui loco hoc dicit geminas vocales ab vna excipi,adeoq; ſyllabam vltimam in Aoniæ:non elidi ſed communem fieri,produci vero ſubſequente vocali breui corripi ſi longa excipiat,vt eo loco. Inſulæ Ionio in magno.Huius ſententiæ Soſipater etiam ſubſcribit.¶ Illum etiam lauri etiam fleuere myricæ.) In Romano codice,legitur. Illum etiam lauri illum fleuere.In longobardico,vna plus dictione pleniore verſu eſt.Illum etiam lauri illum etiam fleuere myricæ , idq; ter repetitum cum , Pinifer illum etiam,maiorem habere mouendi vehementiam videtur,quamuis non diſpliceat.Illum etiam lauri,etiam fleuere:ꝙ ea exilitas proprię ſit,& Bucolici caracteris , & perſonæ miſerabiliter aliquid deplorantis.

Venit & vpilio,tardi venere ſubulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes,vnde amor iſte,rogant,tibi venit Apollo.
Galle quid inſanis?inquit tua cura Lycoris
Perq; niues alium,perq; horrida caſtra ſecuta eſt.
Venit & agreſti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas,& grandia lilia quaſſans.
Pan deus Arcadiæ venit,quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis,minioq; rubentem.
Et quis erit modus inquit?amor non talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor,nec gramina riuis,
Nec cytiſo ſaturantur apes,nec fronde capellæ.

SERVIVS.

¶ Venit & vpilio.) Propter metrum ait vpilio : nā opilio dicimus.& gręco vſus eſt ſchemate:ſicut illi dicunt ὄυρεα ꝓ eo quod eſt ὄρη,& ὄυνομα ꝓ eo quod eſt ὄνομα. ¶ Tardi venere bubulci.) Id eſt ſtulti. Terentius in ἑαυτὸν μωρουμένῳ, Tardus eſt,id eſt ſtultus. Nā porci cito ambulant.¶ Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.) Pinguis.Et humidum eſt quod extrinſecus habet aliquid humoris:Vuidū vero quod intrinſecus . vnde & vuę dictę ſunt,quod tamē plerunque confundunt poetæ. ¶ Amor iſte.)Tā impatiens,tā turpis.¶ Tua cura Lycoris.) Pene irriſorie dictū eſt.¶ Tua cura.) i.pro qua tu ita es ſolicitus,te reliquit.Et bene cū alij īterrogēt,quaſi deus Apollo diuinat.¶ Perq; horrida caſtra.)Hic tāgit Antonium,vt diximus ſupra . ¶ Quaſſans.) Cōcutiens.¶ Quem vidimus ipſi.) Solent numina plerūque ſe ruſticis offerre.Vnde eſt, Satis eſt potuiſſe videri. Notandum ſane ꝙ ea numina quę plerunq; amauerunt,dicit ad amatorē venire.Nā Apollo amauit Daphnem, Pan Syringam, Syluanus Cupreſſum.¶ Sanguineis ebuli baccis , minioq; rubentem, Facile enim rubea pingitur Pan:propter ętheris ſimilitudinem. Æther autem eſt Iupiter.Vnde etiā triūphantes habent omnia Iouis inſignia,ſceptrum palmatam togam,qua vtebantur illi q palmam merebantur.Vnde ait Iuuena.In tunica Iouis.Faciem quoq; de rubrica illinunt inſtar coloris ętherei.¶ Amor non talia curat.) Quaſi expertus loquitur.

MANCINELLVS.

¶ Vpilio.)nō opilio,per omicrō in principio,ſed Vpilio, per v, legendum

legendum authoritate etiam Priſ.qui dicit,o , breuē in hoc noīe eſſe conuerſam in ,v,lōgā ex literarum affinitate.Seruius vero exiſtimauit Maronem feciſſe diphthōgon græcam propter metrum , vt ounoma pro onoma:ſic oupilio pro opilio,eſt autem ouiū cuſtos.¶ Vuidus.) Pinguis.¶ Alium.) Antonium ſignificat,vti iam diximus. ¶ Agreſti honore.)cum agreſti corona,quod ipſe declarat dicens. Florentes ferulas &c.Syluanus amauit Cypariſſū,Pan Syringā. Apollo Daphnem . Idcirco hos ad Gallum veniſſe poeta ait.¶ Ferulas.)De ferula legito Plin.libro.xiij.& libro.xx.¶ Pan deus.) Latius ſupra diximus.Videto etiam Macro.libro primo ſat.vbi leges.Pana Solem eſſe.¶ Ebuli.)Ebulum,herba eſt alto caule,in ſummitate ſemen habens vti ſambucus.Ebuli fumo fungantur ſerpentes.vt Plin.li.xx.¶ Minio,) Inuenitur in argentariis metallis minium quondam apud Romanos maxime authoritatis ſacrę religionis,vnde Iouis ſimulachri facies diebus feſtis minio illini ſolebat,triumphātumq; corpora,& ſic Camillum triūphaſſe Plin.lib.ix.ca.xxxiij.author eſt.

ASCENSIVS.

¶ Venit & Vpilio.Docet ergo(vt dixi) qui ad Gallum ſic præ amore decumbentem peruenerit,& primo loco ponit Vpilionem,ideſt ouium paſtorem,deinde ſubulcos tum Menalcam, tum numina paſtoralia & agreſtia quæ amaſſe leguntur. Apollinem videlicet qui Daphnem puellam adamauit,is autem quia diuinus & ſummus rerum occultarum index , ſignificat Gallo Lycorim ſecutam eſſe Marcum Antonium.Item Syluanum qui

qui Cypariſſum adamaſſe legitur, & Pana ſyringæ amatorem quem ſe vidiſſe dicit: innuens ſe in perſona paſtorali loqui. ℂ Ordo eſt: Vpilio, ideſt ouium paſtor venit, &.i. etiam cum pecore.ſ. nam dictum eſt. Stant & oues circum. ſubulci.i. ſuum hoc eſt porcorum cuſtodes, tardi, ſtulti & ſtolidi ſecundum Seruium qui vult porcos cito ambulare, aut qa dum paſcuntur tardius eunt, ſunt etiam inceſſu tardi, & Menalcas paſtor ille, venit vuidus, ideſt pinguis & intrinſecus pingui perfuſus, de glande hiberna.i. iam matura (niſi forte Menalcam velit eſſe porcorum cuſtodē qui glandem collegerit hiberno tempore atque inter legendum humefactus ſit, vt ſit vuidus pro humido.) Omnes.ſ. iſti, vt ruſtici & rerum ignari nec diuini rogant, ideſt interrogant, vnde iſte.ſ. tam vilis, tam indignus amor ſupp. ſit tibi, venit ſup. etiam Apollo, & ſupp. inquit ò Galle: quid, ideſt ad quid, inſanis, ideſt furis amore? quaſi dicat, id fruſtra facis quod ſciuit qa diuinus, Lycoris tua cura.i. quę cor tuum vrit, ſecuta eſt alium.ſ. Antoniū in Galliam per niues, ſcilicet alpium, & per horrida caſtra. Venit &, ideſt etiam Syluanus, ſup. cum agreſti honore, ideſt ornatu capitis quaſſans, ſcilicet ferulas, ideſt ramalia ferularum quę ſunt leuiſſimi frutices: florentes, ideſt iam flores emittentes, & lilia grandia, pro modulo, ſcilicet capitis, & Pan deus arcadiæ venit, ſupp. ad Gallum: quem ipſi, ideſt nos paſtores. (quaſi dicat Gallus non vidit cæcus amore numina, vnde non eis: ſed paſtoribus reſpondet) vidimus rubentem, baccis, ideſt acinis ebuli, illius herbæ, ſanguineis, ideſt ſanguinei coloris, qui color Pani totam rerum naturam præſentanti congruit, propter ætheris colorem,

lorem, & rubentem minio, ideſt illo metalli genere, quod terra rubra videtur, & ſacris rebus aptum eſt. Et.ſ. Pan, quia deus paſtorum, & ita curam habens de ſalute Galli inter paſtores iacentis inquit, quis modus.i. quis finis aut quæ moderatio amoris erit, amor non curat talia.i. non mitigatur afflictionibus aut lachrymis miſere amantium. Vnde dicit. Nec crudelis amor ſaturatur lachrymis, nec gramina ſaturantur riuis, nec apes ſaturantꝰ cythiſo.i. flor. cythiſi fruticis dulciſſimi & ſucci pleni: nec capellę ſaturantur fronde præcipue cythiſi.

PIERIVS.

ℂ Venit & vpilio.) Quāuis Seruius poetā græco ſchemate vſum dicat, vt apud Home. οὔλυμπον, pro ὄλυμπον. & ſimilia. Antiquiſſimus tamē codex Longobardicus, neque non Mediceus, Opilio legunt per o, ſyllaba prima. Idq; caprum grammaticum ſollicitum habuit, qui dictionem hanc per o, vocalem quartam non per v, ſcribēdam eſſe pręcipit. ¶ Tardi venere bubulci.) In Romā. codice, in Mediceo, & aliquot alijs, Subulci, legitur. Sed enim ſi figura reſpondet Theocritianæ ſententiæ, quæ eſt, ἦνθον τοὶ βοῦται τοὶ ποιμένεσ ὠ πόλοι ἦνθον. dubio procul. Bubulci. legendum eſt, quibus & epitheton tardi conuenit, cum præcipue ingreſſus boum tarditate notetur. ¶ Vuidus hiberna venit de glande Menalcas.) In Roma. codice, Vmidus, & abſq; aſpiratione, vti mos eius eſt in pleriſque alijs: nam & humor, in eodem codice ſine adſpiratiōe ſcribitur, quod ſiue ab Humeo ſiue ἀπὸ τοῦ ὕω deſcendat, adſpirationem omnino recipit. Loco vero hoc. Vuidus, caſta lectio.

Triſtis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc veſtris: ſoli cantare periti
Arcades. ò mihi tum quam molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
Atq; vtinam ex vobis vnus, veſtriq; fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certe ſiue mihi Phyllis, ſiue eſſet Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tum, ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ violæ ſunt, & vacinia nigra)
Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret,
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo.
Nunc inſanus amor, duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul à patria (nec ſit mihi credere tantum)
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me ſine ſola vides: ah te ne frigora lędant:
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

SERVIVS.

ℂ Triſtis at ille tamen, Cantabitis.) Alij Tamen ſuperioribus iungunt: ſed melius vt ſic legamus. Tamē cantabitis: vt ſit ſenſus, Licet ego duro amore conſumar, tamen erit ſolatium, quia meus amor erit veſtra cātilena q̄nq;. ¶ Oſſa quieſcant.) Nam ſe dicit eſſe moriturum. ¶ Olim.) Futuri tēporis eſt modo. ¶ Aut cuſtos gregis.) Ac ſi diceret, Quid mihi cum vrbibus, vbi ſunt meretrices tam pulchrę q̄; perfidę? ¶ Quicunq; furor.) Omnis.n. amor plenus furoris eſt. ¶ Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.) Ac ſi diceret, Quid te iuuat inter frigoria Gallicana demorari? ¶ Nunc inſanus amor.) Hinc vſq; ad finē, amatoris, inconſtantia exprimitꝰ: cui electa diſplicent ſtati. ¶ Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes. Ex affectu amātis ibi ſe eſſe putat, vbi amica eſt. vt. Me. ſit meum animum. ¶ Nec ſit mihi credere, tantum.) Ordo eſt, Tu tantum procul à ciuitate, quæ ſolebas ſolis vrbibus frui. & per parentheſin dictum eſt, nec ſit mihi credere.i. quod vtinam non credam. Hi aūt omnes verſus, Galli ſunt, de ipſius tranſlati carminibus. ¶ Ah dura.) Quæ amatorem ſpernis, & Gallicana potes frigora ſuſtinere. ¶ Me ſine ſola vides.) Hinc eſt, Sola domo mœret vacua.

MANCINELLVS.

ℂ O mihi tū.) Ordo eſt. O ſi olim veſtra fiſtula dicat meos amores, q̄; molliter mihi tū oſſa q̄eſcent. ¶ Vinitor.) Vineæ cuſtos dr̃. ¶ Furor.) Amor. ¶ Tu ꝓcul à patria.) Ordo eſt, tu ꝓcul à patria ſola ſine me, ah dura, vides niues alpinas, & frigora Rheni. ¶ Nec ſit mihi credere tm̃.) Nec poſſim credere talia, optat.n. non fore vera. ¶ Rheni.) Rhenus fluuius eſt, qui Germaniā à Gallis, & Pannonis ſeparat, vt ſcribit Tacitus. Strabo aūt lib. iiij. ſcribit ꝙ Rhenus magnas in paludes lacumq; magnum effundit, quem Alpinorum pleriq; contingunt, & tranſalpinorum nonnulli.

Rhenus

ASCENSIVS.

ℂ Triſtis at ille tamen. hic ponitur reſponſio miſeri Galli reputantis pro magno beneficio à paſtoribus ſe, & amorem ſuum diffamari; optatq; illorum ſimilis eſſe: quod ab hiſtoria depen-

det

det, nam ſi ſecūdum Euſe. ſibi mortem conſciuit poſtq̄; Auguſto ſuſpectus erat, potuit tunc merito optaſſe paſtoralem exercuiſſe vitam, nam per carmina argutiora ad eā dignitatem peruenit vnde Auguſto ſuſpectus eſt. Si vero paſtoralem vitam egiſſet facile amores inueniſſet comparabiles modica re: quibus ſaturatus reſipuiſſet, habuiſſetq; vt ſentit Lycorim amicam ſuam in ſumma tranquillitate: quam nunc animo quidem nō pedibus ſequitur inter tela hoſtium: inter quæ illa diuerſari & ſummo frigore affici conqueritur. ℂ Ordo eſt. Ille. ſcilicet Gallus triſtis, ideſt amore languēs: inquit.i. reſpōdit nō vt dixi deis quos excæcatus amore non vidit, ſed paſtoribus & ſubulcis rogantibus, vnde amor iſte quo circa neceſſe eſt Gallum putaſſe verba Apollinis & Panos fuiſſe paſtorum quibus inquit: attamē.i. q̄uis indignus ſit amor meus. nec lachrymis ſaturatur: tamen vos Arcades cantabitis hęc, veſtris montibus.i. erunt vobis argumenta carminum, vos, inquam Arcades ſoli periti cantare, ò quàm.i. quantum molliter quieſcent. tum.i. tunc mea oſſa (de molli ſepultura in Daphnide diximus) ſi veſtra fiſtula dicat olim meos amores. (Hic patet cęcitas eius qui diffamari cupit amores fœdos, & miſeros, qa vix cuiq; ſua vitia ſordent, quod ſi eſſet iam reſipiſceret.) Atq; vtinā ego fuiſſem vnus ex vobis.i. paſtor, agreſtiſq; muſicus (non caret hæc optatio futuri mali pręſagio, nam ſicut Iuuenalis de Cicerone dicit, ꝙ facile vitaſſet gladios Marci Antonij, ſi non diſertius locutus fuiſſet, q̄; cum dicebat ò fortunatam natam me conſule Romam, non enim ad conſularem dignitatem euectus fuiſſet, ita & Gallus facile Auguſti indignationē, qua ad mortē compulſus eſt euitaſſet, ſi per elegantiam ſermonis, & morum ad magiſtratum non fuiſſet promotus. Gallus autem optat id vt amoribus eximatur) & vtinā fuiſſem aut cuſtos veſtri gregis aut vinitor.i. vindemiator maturę vuæ. Certe ſiue tunc Phyllis puella illa amaſia, ſiue Amyntas ſeu q̄cunq; ſupp. alius eſſet furor.i. amor vehemēs (cum autem hoc dixit, quin Amyntas deformis & niger erat, quaſi aut conſcientia, aut aſtantium quiuis dixiſſet,

atqui

atqui Galle, poſſes tam deformem amaſſe ad hoc reſpondet extenuans deformitatem Amyntę ſicut Horat. docet in .j. ſermo. morem eſſe amantium, & dicit, quid tum .i. tunc hoc eſt, quid tum poſtea, vt dicunt vulgares, ſi Amyntas ſupp. eſt, non dicit niger, aut deformis, ſed fuſcus, quia & violæ ſunt nigræ, & vaccinia ſunt nigra, & tamen leguntur, vt in Corydone dictum eſt) ſi ergo quicunq; alius furor eſſet, ipſe iaceret mecum inter ſalices ſub lenta vite. quia in Italia etiam ſalices vitibus maritãtur. præcipue iuxta Mantuam & Ferrariam, & Phyllis legeret mihi ſerta .i. flores & herbas ad conficienda ſerta, Amyntas cantaret (erat enim muſicę ſtudioſus vnde dictum eſt; nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. Hæc eadem vt ſciret quid non faciebat Amyntas) O Lycori hic ſup. ſunt fontes gelidi .i. refrigeratiui, & prata mollia, ideſt herboſa. hic nemus, ſcilicet vmbroſum ſupp. eſt: ego conſumerer .i. ego confici conſumi & mori velim hic tecum. Aut ego cõſumerer hic tecum ſi adeſſes, ipſo æuo .i. toto tẽpore vitæ meæ, per quod innuit ſe nunq; eam deſerturum ſicut ille Terentianus, hanc niſi mors mihi adimet nemo, aut innuit ſe tam ardenter amaturum vt cõſumeretur, quia fortis vt mors dilectio. Nunc amor inſanus .i. inſanum faciẽs aut vehemens, ſicut inſani feriant ſine litora fluctus, detinet me per imaginationem. ſ. quia vbi eſt theſaurus tuus .i. res dilecta, illic eſt & cor tuũ, vbi autem cor, ibi & tu quodammodo es. detinet ergo me nunc in armis martis: quæ longe abhorrent à mollibus pratis, & inter media tela, hoc eſt medium inter tela, quæ longe diſcrepant à gelidis fontibus, atq; inter hoſtes aduerſos .i. è regione vt nos inuadant poſitos, aut aduerſos .i. multum inimicos, qui ſane diſcrepãt à nemore amœno. Tu vides ſola (quomodo ſola ſi inter martia tela?) ideo ſola, quia ſine me, exiſtẽs ꝓcul à patria, vides inquã, ah exiſtẽs dura, q̃ a quę vix robuſtiſſimi, & malo aſſueti milites perferre poſſunt perfers, niues. ſ. alpinas .i. quæ ſunt in alpibus montibus Italiam à Gallis & germania dirimentibus, & frigora Rheni, illius fluuij Galliam à Germania dirimentis: ad quæ loca tunc Marcus Antonius agebat. vides inquam ſola, nec ſit mihi credere tantum .i. tantam duritiam de te hoc eſt vtinam nõ credam, vel nec .i. non tantum .i. tantum modo ſit mihi non credere. hoc eſt vtcunq; agere conſtituiſti id tantum velim vt non credam, quia quibus fidem non adhibemus non cruciant animũ noſtrum. diſcruciabatur autem Gallus quia credebat verum eſſe quod audierat Lycorim videlicet Marcum Antonium per alpinas niues & Rheni frigora ſecutam. vnde exclamat ah caue, ſupple ne frigora lędant te: ah caue ſupp. ne glacies aſpera ſecet .i. diffindat, & dilaceret aut diſrumpat tibi plantas teneras. Id autem nimis amatorie, vt miſerum Galli animum agnoſcas. vnde bñ dictum eſt, quæ legat ipſa Lycoris. Sunt .n. quaſi in deteſtationem perfidiæ Lycoridis, ſed non parũ taxant Gallum, nec minus Marcum Antonium qui pręter morem Romanum, vt Seruius ſupra dixit puellas in exercitu habuit.

PIERIVS.

❡ O mihi tum q̃; molliter oſſa quieſcent.) In codic. aliquot antiquis omnino quieſcent, Indicatiuo modo habetur. Sed quod in Ro. cod. & in Mediceo quieſcant, Optandi modo legitur, longe magis placet.

Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina, paſtoris Siculi modulabor auena.
Certum eſt, in ſyluis, inter ſpelæa ferarum
Malle pati: tenerisq; meos incidere amores
Arboribus: creſcent illæ, creſcẽtis amores.
Interea miſtis luſtrabo Mænala nymphis:
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare ſaltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosq; ſonanteis
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanq̃ hæc ſit noſtri medicina furoris:
Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
Iam neq; Hamadryades rurſus, nec carmina nobis
Ipſa placent, ipſæ rurſus concedite ſyluæ.
Non illum veſtri poſſunt mutare labores.
Nec ſi frigoribus medijs, Ebrumq; bibamus,
Scythoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ:
Nec ſi, cum moriens alta liber aret in vlmo:
Æthiopum verſemus oues ſub ſydere cancri.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

SERVIVS.

❡ Ibo, & chalcidico quę ſunt mihi condita verſu Carmina, paſtoris Siculi modulabor auena.) Eubœa inſula eſt, in q̃ Chalcis ciuitas eſt: de qua fuit Euphorion, quem tranſtulit Gallus. Et hoc dicit, Ibo, & theocritio ſtylo canam carmina Euphorionis. ❡ Spelæa.) Græce ait, ideſt σπήλαια pro ſpelũcis. ❡ Creſcẽt illæ.) Quaſi ei iterum diſplicet: ne cum arboribus, eius creſcant amores. ❡ Parthenios canibus circundare ſaltus.) Parthenius mons eſt Arcadię, dictus à virginibus .i. ἀπὸ τῶν παρθένων, quę illic venari conſueuerant. ❡ Tanquam hæc ſit noſtri medicina laboris. Iam quaſi ad ſe recurrit: & illud quod ſupra audijt, reſpicit, Amor non talia curat. ❡ Hamadryades.) Nymphæ quę cum arboribus naſcuntur, & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυὸς, qualis fuit illa quam Eriſichthon occidit: qui cum arbores incideret, & vox inde erupit, & ſanguis. ſicut docet Ouidius. Dryades vero ſunt quæ inter arbores habitant. Hoc autem ad ſuperiora pertinet, quia dixerat, Miſtis, luſtrabo Mænala nymphis. ❡ Nec carmina nobis ipſa placent.) Quia dixerat, Carmina paſtoris Siculi modulabor auena. ❡ Ipſe rurſus concedite ſyluæ.) Propter illud, Iam mihi per rupes videor, lucosq; ſonantes Ire. ❡ Non illum veſtri poſſunt mutare labores.) Nec ſi frigoribus medijs Ebrumq; bibamus. Manifeſte hoc dicit, amore ſe carere non poſſe, nec ſi Ebrũ Thraciæ fluuium medijs frigoribus bibat: nec ſi æſtibus nimijs fuerit in ardenti prouincia. Dicit autem hoc ſecundum phyſicos, qui morbos à contrarijs aut à ſimilibus aſſerunt poſſe depelli. Sic Theocritus, εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν οὔρεσι χείματι μέσσῳ Ἕβρον παρ' ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου. Ἐν δὲ θέρει βυμάτοισι παρ' αἰθιόπεσσι νομεύοις. ❡ Sythoniasq; niues.) Sython mons eſt Thraciæ. ❡ Liber.) Corticis pars interior. ❡ Verſemus.) Paſcamus.

PROBVS.

❡ Chalcidico verſu.) εὐφορίων elegiarum ſcriptor chalcidenſis fuit, cuius in ſcribendo ſequutus colorem videt Cornelius Gallus.

lus. ❡ Hamadryades.) Nymphę q̃ ꝑiter cũ arboribus & creſcere & decreſcere traduntur.

MANCINELLVS.

❡ Chalcidico verſu.) De Euphoriõe ĩtelligit, de quo Fab. li. x. ſic. q̃d Euphorionẽ trãſibimus, quẽ niſi ꝓbaſſet Vir. idẽ nunq̃; certe cõditorũ. Chalcidico verſu carminũ feciſſet in Bucolicis mẽtionem, Seruius addit Gallũ trãſtuliſſe Euphorionis opus. Chalcis autẽ, vt ſcri. Stra. li. x. Eubœæ metropolis erat, in qua ẽt Ariſtoteles verſatus ẽ, quo ad vita functus. ❡ Modulabor.) Canã. ❡ Paſtoris ſiculi.) Theocriti. ❡ Parthenios ſaltus.) Parthenus Mons eſt Arcadiæ teſte Pli. li. iiij. Parthenos aũt virgo dr̃. Parthenia virginitas. Partho cornu, arcu ꝑthico. ❡ Cydonia, ſpicula.) Cydonia ciuitas vna eſt è tribus Cretę extimis, vt Stra. lib. x. ſcrib. In ea aũt calami ſpiculis aptiſſimi. ❡ Hamadryades.) Eæ dicũtur eſſe nymphę q̃ cũ arboribus naſcuntur, hama .n. aduerbium, vna vel ſimul ſignificat. Drys vero q̃rcus eſt. ❡ Ebrum.) fluuius eſt Ebrus ſub Rhodope Thracię monte niuoſo. Pli. lib. iiij. ❡ Sythonias niues.) Sython dicta eſt olim Thracia, vt docet Gel. lib. xiij. ca. vj. Sub ſydere cancri. xiiij. cal. Iulias ſol exit è geminis, & ingreditur cancrum, vt ſcribit Ouidius li. vj. faſt. ❡ Æthiopũ oues.) Strabo lib. xvij. ſcribit, ꝙ Æthiopes magna ex parte paſtoralem, ac inopem vitam degunt, tum propter ſolis tenuitatem, & aeris intemperiẽ, tum propterea, ꝙ longe à nobis ſepoſiti ſunt. ❡ Verſemus.) Paſcendo circumagamus.

ASCENSIVS.

❡ Ibo, &c.) Miſer amator varia, ſed nihil profutura ſuis erroribus quęrit remedia: dicit ſe modulaturum cantilenam ex Euphoriõe chalcideñ. traductã more paſtorali ad auenã. & ſi dicas quo modo generoſum animum ad paſtoralem vitam ſubmittere poſſet, atq; inter paſtores verſari, reſpondet, quia certũ eſt .i. omnino conſtitutum potius pati in ſyluis, & inter ſpeluncas ferarum q̃; tali amore diſcruciari. Verſando autem in ſyluis, vt miſer amator non oblitus amorum, dicit ſe inciſurum eos in teneris corticibus, quod ad ſummam dementiam pertinet, nam quãto accuratius

ratius amores vitant tanto magis vrgent, vnde ſummum remedium eſt nullum conari adhibere remedium atque quo ad fieri poteſt obliuiſci, vnde etiam ipſi diſplicet conſilium cœptum, quia cum arboribus ſic creſcerent amores, quocirca quaſi ſenior effectus oſtendit ſe velle, atq; anniti, vt eorum obliuiſcatur, ob quod dicit, ſe venationi operam nauaturum, ſed concludit ne eam quidem adhibituram remedium furori ſuo, vnde infert, neq; ſyluas, neq; ſyluarum numina, neq; venationem, neq; venatiōis arma ſibi, vt nihil profutura placere. Nihil autem profutura docet, quia neq; ſummo calore: neq; ſummo frigore extingui poſſit amoris incendium, cum tamen alios ignes, & ignis, & frigus expellat, vnde exuſti ſolēt ſe applicare igni, aut rei ſummę frigidę. Summū autem frigus eſt in niuibus thraciæ, & ſummus calor in ardore ęthiopiæ ſub ſydere cancri in ſolſtitio.ſ.æſtiuali, & quia neutrū mederi poteſt amori, infert Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. & ita miſer amator victū ſe fatetur, atq; herbam dat amori. Sunt qui vt quātitatem ſeruent legunt, Omnia vincit amor, nos &, ſed verior lectio eſt & nos. Nam Virgi. quoq; licet raro primam tertij pedis, ſi ſit vltima dictiōis, quāuis breuem, pro longa ponit, ſicut ibi. deſine plura puer, & quod nunc inſtat agamus. ❧ Ordo eſt. Ego (inquit Gallus) ibo & modulabor auena paſtoris ſiculi.i. Theocriti.i. modulis carminis Bucolici, carmina quæ ſunt condita.i. compoſita mihi.i. à me: aut quæ ſunt mihi.i. quæ habeo condita.i. compoſita Verſu chalcidico.i. Euphorionis chalcidenſis, nam certum eſt.i. decretū eſt mihi, malle.i. magis velle, & præeligere pati in ſyluis, inter ſpelęa.i. ſpeluncas, & luſtra ac latibula, ſeu latebras ferarum, q̄ ſup. in tali amore perſiſtere (hoc eſt non ſolum paterer nobile carmen ita degenerare, vt paſtorali auena decantetur, verum, & ipſe ego potius in ſyluis inter feras oberrem, q̄ hunc amoris ignem perpetiar. Innuit autē Gallum eſſe alti animi) & certum eſt, me malle incidere amores meos teneris arboribus.i. in corticibus tenerarum arborum (Valla docet recte dici. incidere in arboribus, ſed non in ære, cum ſolum dicatur incido in æs. Verum qui diligentius authores legerunt, etiam incidi in ære dictum inuenerunt) Illę.i. arbores tenerę creſcēt, & vos amores creſcetis. quod aut demens amans optat, aut iam ſenior effectus veretur, vnde conſilium diſplicet, quia nihil eſt incōſtantius, & ſui diſſimilius amāte. Ego luſtrabo interea.ſ. dum amores creſcent mænala.i. montem illū arcadię, mixtis nymphis.i. per nymphas, aut inter nymphas mixtus. aut ego mixtus nymphis luſtrabo.i. circumibo mænala, aut venabor acres.i. feroces, & acriter inuadentes apros, & vlla frigora non vetabunt me, circundare.i. obſidere canibus. ſaltus parthenios, qui ſunt in partheno monte arcadiæ. ego videor mihi iam ire per rupes, & lucos ſonantes.i. in Arcadia, in montibus dictis, & libet.i. voluptas, & libido eſt mihi. torquere cornu i. arcu partho.i. parthico, in cuius extremis angulis cornu eſt, ſunt autem parthi optimi ſagittarij. ſpicula cydonia.i. ſagittas creticas per modum ſpicarum factas. tanquam hæc, ſcilicet dicta, hoc eſt venatio, & ferarum ſectandarum defatigatio, ſit medicina noſtri furoris.i. inſani amoris, aut tanquam ille deus.i. amor, aut cupido diſcat miteſcere.i. mitis fieri malis, ideſt incōmodis & cruciatibus hominū. Rurſus nec hamadryades.i. deę ſyluarū: & per conſequens imo à fortiori nec ſyluæ, nec ipſa carmina placent iam nobis, ipſæ ſyluę quę.ſ. placuiſtis, concedite. ideſt ſimul cum nymphis, & feris veſtris cedite, quia noſtri.i. humani (aut de ſuis ſolius loquitur laboribus) labores.i. aut mala, aut conatus non poſſunt mutare, illum.ſ. deum, hoc eſt cupidinem. nec.i. non etiam ſi bibamus, Hebrum fluuium illum thracię continuis niuibus inundantem, medijs frigoribus, & ſi ſubeamus niues ſythonias.i. thracias, hyemis.i. tempeſtatis aquoſæ.i. quæ cadunt cum aquis, aut quę generant aquam, nec ſi verſemus.i. paſcendo circum agamus oues æthiopum ſub ſydere cancri, ideſt in ſolſtitio ęſtiuali, tunc cum, ideſt quando liber, ideſt cortex moriens aret.i. deſiccatur in alta vlmo, ſcilicet præ calore, & æſtu. quia amor vincit omnia, cedamus ergo, & ideſt etiam nos amori, & ita ſe victum fatetur Gallus.

PIERIVS.

❧ Inter ſpelea ferarū.) In Romano cod. abſq; diphthongo Spelea veluti etiam in veterum monumētis, non vno loco, neque vna ætate ſcriptum obſerues, vt illud Romæ in.b. Mariæ tranſpontinæ. Sacerdos dei brotontis & hecatæ hoc ſpeleum conſtituit. Huic, reliquis pręteritis illud addam, ex oppido ſiculi Dioc. Vrbeuētanæ Soli inuicto Mytrhæ Tiberius Claudius Tiberi filius Thermodorus Speleum cum Signis & Ara cæteriſq; Voti compos Dedit. ❧ Non illum veſtri poſſunt mutare labores.) In codicibus aliquot ant. Noſtri. ❧ Torquere cydonia.) In Romano Cydonea. & ita in Oblongo perueteri. ❧ Neq; carmina.) In Romano codice, & aliquot alijs, Nec habetur. ❧ Omnia vincit amor.) In Romano vicit. Sed pręſenti tempore plus dicit.

Hæc ſat erit diuę veſtrum ceciniſſe poetam,
Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas:
Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.
Surgamus: ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra:
Iuniperi grauis vmbra, nocent & frugibus vmbrę.
Ite domum ſaturæ (venit Heſperus) ite capellę.

SERVIVS.

❧ Hæc ſat erit.) Iam ad Muſas loquitur. ❧ Gracili fiſcellā texit hibiſco.) Ac ſi diceret, Niſi hac re occupatus, minime canerem. Allegoricos autem ſignificat ſe cōpoſuiſſe hunc libellū tenuiſſimo ſtylo. ❧ Quātum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.) Amo inquit Gallū, ſed latenter ſicut arbores creſcunt. Nam cōparatio iſta hoc ſignificat.ſ. propter Cæſarem. ❧ Et frugibus vmbræ.) Quanto magis hominibus? Vnde eſt in Georgicis, Et ruris opaci Falce premes vmbram. ❧ Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite capellę.) Verecunde ſe capellarum dicit eſſe paſtorem, ideſt viliſſimorum animalium. nam Bucolica ſcribens, debuit dicere boum eſſe paſtorem: ſed vitans arrogantiam, vltimum ſe eſſe voluit, non principem in ſcribendis Bucolicis.

MANCINELLVS.

❧ Poetam.) Maronē ipſum. ❧ Hibiſco.) De hoc & heſpero ſatis ſupra, p fiſcellam vero & hibiſcum tenuę carmē Bucolicū intelligit. ❧ Maxima.) Cum ſint minima. ❧ Capellæ.) Se Æpolū potius q̄ opilionē, aut bubulcum vitandæ arrogantiæ cauſa oſtendit, vt per id ſe in ſcribendis Bucolicis minimum fateatur.

ASCENSIVS.

❧ Hęc ſat erit diuæ &c.) Finiturus cantum alloquitur muſas & dicit ſe quidē pro modulis ingenij ſui ſatis ceciniſſe, pręcans, vt muſę cætera defleant: deinde quaſi ipſe dum paſtoralia canit paſtor eſſet monet capellas vt iam ſaturæ redeāt domū per quod innuit ſe non plures Eclogas quæ à capris dictæ ſunt decantaturum. ❧ Ordo eſt. O diuę Pierides.i. muſę in pierio antro genitę, & conuerſari ſolitæ ſat.i. ſatis erit veſtrum poetam.ſ. me, loquitur enim de ſe poeta, hæc, ſcilicet dicta carmina, dum ſedet & texit fiſcellam.i. vas vimineum. gracili.i. tenui hibiſco i. virgulto. hoc eſt dum de tenui argumento gracile carmē conficit, vos autē facietis Gallo hæc maxima, ſcilicet quæ nos poſſumus, facietis inquā hæc Gallo cuius amor creſcit mihi in horas, ideſt per ſingulas horas tantum, ideſt intantum. quantum alnus viridis ſubijcit.i. ſurſum iacit & ſurgit ſe nouo vere.i. in principio veris flante fauonio ſeu zephyro. Surgamus aut ſuos alloquitur aut muſas, vmbra ſolet eē grauis cantantibus. vmbra iuniperi.i. etiā minimi virgulti aut pręcipue iuniperi eſt grauis.i. moleſta, aut graues efficiens, & vmbræ nocent frugibus. & ita nunc impoſiturus finē muſæ ſylueſtri deteſtatur vmbras ò capellæ ſaturæ ite domū, ite inquam quia heſperus venit.i. aduesperaſcit: quaſi dicat iam opus ad extremum perduximus: ſatiſq; capellis vnde iam ſaturæ ſunt cecinimus.

PIERIVS.

❧ Surgamus: ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra: Iuniperi grauis vmbra: nocēt, & frugibus vmbræ.) In Codi. aliquot antiqs totus ille verſus. Iuniperi grauis vmbra no. & fru. vm. deſideratur. Sed.n. & numerus ipſe, & figura, & repetitio, collectioq; paſtoralis adeo videtur, vt non ſine inuidia demi poſſit.

BVCOLICORVM

FINIS.

## ANTONII MANCINELLI COMMENTARIVS IN GEORGICA MARONIS.

CVm duæ vitæ traditæ ſint hominum, ruſtica, & vrbana, antiquior eſt multo ruſtica. Prius enim rura coluerũt homines quàm vrbem haberent; neq̧ ſolum antiquior cultura agri, ſed etiam melior, vnde qui eam colerẽt, piam & vtilem vitam agere credebantur. omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Dirigitur ea ad duas metas & ad vtilitatem, & ad voluptatem, vtilitas quærit fructum, voluptas delectationem. Hinc Homerus Laertem lenientẽ deſiderium, quod capiebat è filio colentem agrum, & eũ ſtercorantem facit. Agro enim bene culto nihil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie quidem ornatius. Nec vero ſine cauſa olim præponebãt ruſticos Romanos vrbanis, quoniam qui in oppido ſederent q̃ qui rura colerent, deſidioſiores putabant. Romulus item: quo temperanter omnes viuerẽt, & iuſta potius q̃ lucroſa eligerent, tum ad tolerantiam laborum meditãdam, nullamq́; pecuniam precioſiorem virtute æſtimandã. deſides quidem, & ſordidas, cupiditatumq́; turpium allectrices artes, tanq̃ corrũpentes delentesq́; corpus, & animum exercentium, ſeruis, & aduenis tractãdas exhibuit. Durauitq́; diutiſſime ꝓbro habita eſſe apud Romanos hæc opera, neq̧ ea cuiquã Roma oriundo exercita. Duo vero tantũ ſtudia reliquit liberis, Agriculturam, & belli artes. Videbat.n.ꝙ hac vita homines temperatiores fierent, atq̧ Veneris illecebris minus caperentur, Imperfectamq́; putans vtranq̧ vitã alteram ab altera ſeparatam, eoſdem militarem ſimul & ruſticam vitam viuere inſtituit, vt pace & bello exercitio non carerent. Hunc autem viuendi morẽ apud etiam Sueuos legi germanorũ omniũ bellicoſiſſimos, qui centum pagos habere dicuntur. Ex quibus quotannis ſingula milia armatorum bellandi cauſa ex finibus educunt. Reliqui vero, qui domi manſerint, ſe atque illos alunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt, illi domi remanent ſic, neque agricultura, neq̧ ratio, atque vſus belli intermittitur. Sed priuati, atq̧ ſeparati agri nihil eſt. Numę quoq̧ Pompopilio non minori curæ quàm Romulo fuiſſe agriculturam legimus. Conſiderans enim vir idem ciuitatem neceſſaria affluentia abundare oportere, agrum omnem diuiſit in eos qui Pagi vocantur. Pręfecitq́; pagis ſingulis ſingulos magiſtratus, inſpectores, & cuſtodes ſuæ quoſq̧ partis. ij enim circumeuntes aſſidue bonoſq́;, & malos deſcribentes agricultores regi deferebant. Iſq́; laudibus proſequens diligentes agricolas, & comitate complectens, ſegnes autem, & ignauos opprobrijs inſectans ad colendos agros melius quenquam inuitabat. Itaq̧ ira liberati bellis, & vrbanis negocijs multum ocij nacti, coloni omnes fiebant, hinc ait ille, Paſcebatq́; ſuas ipſe ſenator oues. Vnde & Quintus Cincinnatus obſeſſi conſulis, & exercitus liberator ab aratro vocatus, ad dictaturam venit, ac rurſus faſcibus depoſitis ad eoſdem iuuencos redijt. Itẽ. C. Fabricius & Curius dẽtatus, alter Pyrrho finibus Italię pulſo, domitis alter Sabinis, accæpta quę viritim diuidebantur, captiui agri ſeptem iugera: non minori induſtria coluit, quàm fortiter armis quæſierat. C. autem Licinius Tri. pleb. primus populũ ad accipiendas leges, & ſeptem iugera forẽſia è comitijs eduxerat. Si quis prætera agrũ ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumq́; indigenter curabat ac neq̧ arauerat neque pugnauerat, ſiue quis arborem ſuam, vineamq́; habuerat derelictui, non is ſine pœna fuit, ſed erat opus cenſorium, cenſoresq́; ęrarium faciebant. Erat etiam cenſoria caſtigatio, minus arare quàm vrere. Demũ ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe manifeſtum eſt.

Agricul turę laudes.

### DE AGRICVLTVRÆ Scriptoribus idem Mancinellus.

Agricul turę ſcriptores.

SVnt qui de Agricultura ſcripſere ꝑmulti, Varro quinquaginta nominat, ſic etiam Columella vol. j. Pli. autem li. xviij. & Columel. lib. j. ſcrib. ꝙ Heſiodus princeps omnium de agricultura pręcępit. Apud Romanos autẽ de Agricultura primus Cato inſtituit. deinde duo Saſernę pater & filius eam diligẽtius erudierunt, poſt hos Scrofa Tremelius, deinde. M. Terentius Varro, expoliuit, mox Virg laude carminũ extulit. Nec minus ſtudium habuerũt, Iulius Iginius, Cornelius, Iulius Atticus, & Iunius moderatus Columella: Exinde Plinius maior q̃plurima ſcripſit.

### P. OVIDII NASONIS IN PRIMVM GEORGICON VIRGILII TETRASTICON.

Quid faciat lętas ſegetes: q̃ ſydera ſeruet  
Agricola, ut facilẽ terrã ꝓſcindat aratris:  
Semina quo iacienda mõ, cultusq́ locorũ  
Edocuit: meſſes magno cũ fœnore reddi.

### ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Scribit arãdꝰ ager, quo ſydere, q̃due ſerẽdũ  
Alternis annis, quid lęta & pĩguia reddat  
Arua ſimul, ſegetes quo tp̃e rite ſerendũ.  
Diuidit & cœli zonas, & tempora lunæ.

### ASCENSIVS.

¶ Scribit arandus &c.) vt etiam hęc Mancinelli carmina quibus primi libri materiam graphice ꝑ ordinem exequitur pueri intelligant volui eorum ordinem cũ explanationibus è regione annectere. Eſt igit̃ ordo. Scribit ſ. Maro in. j. li. Geor. aut primus liber: quo ſydere i. ſub cuius ſyderis ortu atq̧ occaſu, ager ſup. ſit arandus, & quid ſit ſerendum alternis annis, & q̃d reddat arua pinguia, & ſimul quid reddat ſegetes ſup. lętas & pingues, & quo

Sydera ſęua docet, Diuũq; ĩdicit honorẽ,
Hinc tẽpeſtatũ prognoſtica plura notant
Cęſaris hinc dirã portẽta notantia cędem.

& quo' tempore ſerendũ eſt rite.i.iuxta præcępta agriculturę:aut vt docet & diuidit.i. diſtiguit zo/nas cœli.i.quinq; regio/nes mundi, & ſigna etiã zodiaci,& diuidit tempora lunæ & docet tempora ſęua.i.noxia & inimica ac dira,& indicit honorẽ diuũ, ideſt diuorum ruſticorum hoc eſt ambarualia & alia ruſticorum ſolennia,& plura.i.ſatis multa prognoſtica,ideſt pręnotamenta tempeſtatum notantur.hinc ideſt poſt hæc dicta,& portenta,ideſt ſigna notantia diram cædem.i.occiſionem Cæſaris.ſ.Iulij notantur hinc.i.poſt hæc omnia in fine primi libri.

QVÆ SINT AGRICOLIS NECESSA/RIA, DEQVE MARONIS GEORGICIS.

QVicunq; ſe in Agriculturæ ſcientia perfectũ volet profiteri, authore Columella ſit opor/tet rerum natura ſagaciſſimus, declinationũ mundi non ignarus, vt exploratum habeat, q̃d cuiq; plagę conueniat, quid repugnet, ſyderum ortus, & occaſus, ſeu mauis emerſum, & occultationes memoria repetat, ne imbribus vẽtisq; imminentibus opera in/choet, laborẽq; fruſtretur, cœli & anni præſentis mo/res intueatur. quę quidẽ pręnoſcere ſine lumine anni & ſine exquitiſſimis diſciplinis quenq̃ non poſſe cre/diderunt. Hinc Maro in Geor. ſuis nõ ſolum poetica agriculturęq; præcępta quãplurima: verumetiã am/plam aſtronomiæ, atq; philoſophię copiã & parce, & ſobrie nuſq̃ reprehendẽdus aſperſit. opus itaq; ipſum elegantiſſimum eſt, & floridum teſtimonio quoq; Fa/uorini philoſophi, qui vt Gel. ſcri. lib. xvj. c. x. dicebat. ꝙ quę Virg. reliquit perfecta, expolitaq́;, quibuſq; im poſuit ſenſus, atq; delectus ſui ſupremam manũ om/ni poeticæ venuſtatis laude florent, Sed quæ procra/ſtinata ſunt ab eo, vt poſt recẽſerentur, & abſolui, q̃m mors præuenerat, nequiuerunt, nequaq̃ poetæ elegã/tiſſimi nomine, atq; iudicio digna ſunt. De Æneí. q̃/dem Fauorinus intellexit, vel potius de illius portio/ne, ſed Oui. aliter ſenſit, ait enĩ lib. j. de remedio, Tan/tum ſe nobis eligi debere fatentur Quantum Virgi/lio nobile debet opus. De triſtibus etiam lib. ij. ait. Et tamẽ ille tuæ felix Æneidos author &c. Statius quo/que diuinã Æneida appellauit. Et Symmachus apud Macrobium ſaturna. li. j. inquit. Hæc eſt quidẽ Euan/gele Maronis gloria, vt nullius laudibus creſcat, nul/lius vituperatione minuatur, Omnesq́; apud eum in li. v. Virgilium non minus oratorem q̃ poetã haben/dum pronunciant, in quo & tanta ornãdi diſciplina, & tam diligens obſeruatio rhetoricæ arti s oſtendere/tur. Notandum quoq; vt idem Macro. li. ſat. vj. inq̃t, Maronem poſt Agriculturæ pręcepta, vt legentis ani/mum vel auditum nouaret, & ſingulos Georgicon li/bros ſumma cum elegantia argumenti interpoſitione concluſiſſe. Primum de ſignis tempeſtatum. De lauda/tione ruſticæ vitæ. Secũdum, Tertius vero deſi/nit in peſtilentia pecorũ. Quarti finis eſt de Or/pheo & Ariſtæo ocioſa narratio. Scribitur autẽ opus ad Mecœnatem. Georgica vero interpretantur terræ opus ſeu officium. Gea. enim terra eſt, ergon opus, ſeu officium, georgia græce latine agricultura dicitur. georgos agricola, georgeo, agrum colo. Vo/luminis autem cuiuſlibet argumentum carminibus vij. patebit.

Georgicá quid notet.

## DE MECOENATE.

¶ Mecœnas Augu. tempore floruit, vir quidem & doctus, & inclytus, cui & chariſſimus, & fidiſſimus erat, Suet. enim de Augu. ſcribit. Æger autem in do/mo Mecœnatis cubabat, & paulo inferius, Exagita/bat in primis nonnũquam Mecœnatem ſuum. huic quantum Augu. confideret, quantumq́; tribueret, Ap/pianus etiam libro quinto bellorum ciuilium oſten/dit, ſcribit enim quòd gerente bellum Augu. in fre/to Siculo contra Sextum Pompeium Mecœnatem Romam ire monuit, vt eos qui ob magni Pompeij beniuolentiam elati fuerant, diligentia comprime/ret. Dicitur autem duxiſſe originem ab Ethruſcis Re/gibus, vnde Hora. ait Mecœnas atauis edite regibus, & Propertius libro tertio. ad Mecœnatem Mecœnas eques Ethruſco de ſanguine regum Intra fortunam qui cupis eſſe tuam. hinc Acro docet, eum contem/pſiſſe ſenatoriam dignitatem, manſiſſeq́; ſemper in equeſtri ordine. Scripſit autem inter alia librum, qui Prometheus inſcribebatur, vt Senec. epiſto. xix. me/minit. de quo etiam in epiſtola. cxxv. plura dixit, in/ter quæ illa quoque commemorat. Magni ingenij vir fuerat, ſi illud egiſſet via rectiore, ſi non vitaſſet intel/ligi, ſi non etiam in oratione, defluerat. Maxima laus illi tribuitur manſuetudinis. pepercit gladio, ſangui/ne abſtinuit, nec vlla alia re, quòd poſſet: quàm licen/tia offendit. Erat præterea ſtylo remiſſo, molli, & diſ/ſoluto, vt etiam Macro. ſatur. libro. ij. docet. Eius de/mum familiaritate vſus eſt, & Horat. multaq́; bona ab ipſo recæpere. hinc ait libro ſecundo Georgico. Tuq́; ades incœptumq́; vna decurre laborem. O de/cus ò famæ merito pars maxima noſtræ Mecœnas. Mar. item. Sint Mecœnates non deerunt Flacce Ma/rones. Quantum vero Horat. etiam illi debuerit in Odarum comentario præſenti anno elaborato oſten/dimus. Vbi ait. Mecœ. atauis edite regibus. adda/tur, & libro. iij. car. thyrrena regum progenies.

Mecœnas qui fuerit.

FINIS.


VIRGILIV
SILVANVS
PALLAS
NEPTVNVS
AVGVSTVS
TRIPTOLEMº

# P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER PRIMVS AD MECOENATEM.

QVID FACIAT lætas ſegetes: quo ſydere terram
Vertere Mecœnas, vlmiſque adiungere vites
Conueniat, quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori: atque apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. Vos ò clariſſima mundi

## MAVRI SERVII HONORATI IN PRIMVM GEORGICON COMMENTARIVS.

VIrgilius in operibus ſuis diuerſos eſt ſecutus poetas: Homerum, in Æneide: quẽ, licet lõgo interuallo, ſecutus eſt tamen: Theocritũ in Bucolicis, à quo non longe abeſt: Heſiodũ in his libris, quẽ penitus reliquit. Hic aũt Heſiodus fuit de Aſcra ciuitate, qui ſcripſit ad fratrẽ ſuũ Perſen librum quẽ appellauit ἔργα καὶ ἡμέρας .i. opera & dies. Hic autem liber cõtinet, quẽadmodum agri, & quibus tẽporibus ſint colendi: cuius titulũ transferre noluit, ſicut Bucolicorum tranſtulit: ſicut Æneidẽ appellauit ad imitationẽ Odyſſeæ: & tñ eum per periphraſim primo exprimit verſu dicens, Indicabo quo opere, & quibus temporibus ager colendus ſit. Ingenti aũt egit arte, vt potentiã nobis ſui indicaret ingenij coartãdo lata, & anguſtiora dilatãdo. Nã cũ Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatẽ collegerit vnũ Heſiodi librum diuiſit in q̃tuor, quod ratione nõ caret. nã omnis terra (vt ẽt Varro docet) quadrifariã diuidiẽ. Aut. n. aruus eſt ager. i. ſationalis: aut cõſitus. i. aptus arboribus: aut paſcuus, q̃ herbis tantum & aĩalibus vacat: aut floreus, in quo ſunt horti apibus congruẽtes & floribus. Male aũt quidam Georgicorum duos tm̃ eſſe aſſerunt libros: dicentes Georgicam eſſe. ſ. γῆς ἔργον. i. terre operã: quã primi duo continent libri: neſcientes tertiũ & quartũ, licet Georgicã non habeãt, tñ ad vtilitatem ruſticam pertinere. nã & pecora & apes habere, ſtudij eſt ruſtici: licet poſſumus agriculturã ẽt in his duobus ſequẽtibus inuenire. Nã farrago ſine cultura nõ naſcitur: & in hortis colendis non minorẽ, q̃ circa terras, conſtat impendi laborẽ. Et hi libri didaſcalici ſunt. Vñ neceſſe eſt vt ad aliquẽ ſcribantur. nam pręceptũ & doctoris & diſcipuli perſonã requiſit. Vnde ad Mecœnatẽ ſcribit: ſicut Heſiodus ad Perſen: Lucretius ad Memmium. Sane agriculturę huius pręcepta non ad oẽs pertinẽt terras, ſed ad ſolũ ſitum Italię, & p̃cipue Venetię, teſte ipſo Virgilio q̃ ait, Tibi res antiquę laudis, & artis Ingredior. cũ de Italia diceret. ¶ Quid faciat lętas ſegetes.) Quę res terras pingues efficiat. nã ſegetem mõ pro terra poſuit: ſicut alibi, Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus. Pingues aũt efficit terras (ſicut paulo poſt dicturus eſt) cinis, intermiſſio arandi, incenſio ſtipularũ, ſtercoratio. Vnde ẽt lętas ait. Nã fimus, qui per agros iacitur, vulgo letamen vocatur. ¶ Quo ſydere terram.) Quo tpe. ex ſyderibus. n. tpa colliguntur. Et ſciendũ quatuor primis verſibus textũ ſequentiũ quatuor librorũ per ordinẽ contineri. ¶ Vlmiſq; adiungere vites.) Secũdũ Italię ſitũ locutus eſt: in qua vites altius eleuantur. ſic alibi, Non eadẽ arboribus pendet vindemia nr̃is. ¶ Quę cura boum, qui cultus habẽdo ſit pecori.) Aut in ſequenti epexegeſis eſt: vt hoc ſit, Qui cultus habendo ſit pecori: quod eſt. q̃ cura bouũ. Aut certe κατ᾽ ἐξοχὴν ait boues, & poſtea intulit cętera pecora: vt maius aĩal ſepararet à minoribus: ſicut de hoĩbus facit, dicẽs, Reliquias Danaũ, atq; ĩmitis Achilli. ¶ Habẽdo pecori.) Hoc eſt vt habeatẽ pecus. ¶ Experiẽtia.) Vſu nata doctrina. ¶ Parcis.) Aut ſeruatricibus frugũ, aut frugi, q̃ mella cuſtodiũt.

## PROBVS.

¶ Prędiuiſione, quã gręci prodięreſin vocant, quid quoq; libro pręcipiat ſignificat. Hic. n. rationem aruorum cultibus agreſtibus neceſſariam ex ſyderũ obſeruatione relaturum ſe promittit. Secũdo demonſtraturũ, quẽadmodũ vitibus vlmi maritentur, & quæ cũ his oleaꝝ cura agi debeat. Tertio armentoꝝ, pecorumq; rõnem. Quarto apum indicaturũ. Dicturus quidem de aruis ait. ¶ Quid faciat lętas ſegetes, quo ſydere, terrã Vertere Mecœnas.) De arboribus, vlmiſq; adiungere vites Cõueniat, De pecoribus & armentis. Quę cura boum, quis cultus habẽdo, Sit pecori. De apibus, Quanta apibus, experiẽtia parcis, Vos ò clariſſima mũdi Lumina labentẽ cœlo, q̃ ducitis annũ, Liber & alma Ceres. Hoc loco vult intelligi Lunã Cererem, à creando dictã, quia maturet fruges. Solẽ Liberũ, quia libere peruageẽ per aera neq; ei fulgor alioꝝ ſyderum, lumina perſtringat, vel quia maturet vineas. Ceres. Liber

## MANCINELLVS.

¶ Quid faciat lętas ſegetes.) Quod principiũ latine vel exordiũ dicitur, gręci videnẽ procemiũ noĩaſſe, vt Fabius quarto, volumine ſcribit. Cauſa aũt principij nulla alia eſt, quã vt auditorẽ, quo fit nobis in cæteris partibus, accõmodatior p̃parem⁹. Id vero fieri tribus maxime rebus cõſtat, ſi beniuolũ attentũ, & docilẽ fecerimus. Non quin iſta per totã actionem ſint cuſtodienda, ſed q̃a initijs pręcipue neceſſaria. Virgilius itaq; beniuolũ Mecœnatẽ reddit à perſona eiuſdẽ, cũ ei potius q̃; alij opus dedicet, eumq; tm̃ appellet. Attentum vero & docilẽ, quia breuiter, & dilucide ſummã rei, de qua cognoſcere debeat indicat, Solent. n. latini poetę rẽ tractandã proponere, inuocare poſtea, exin, vero narrare, Proponit Maro dicens. Quid faciat lętas ſegetes &c. ĩuocat ibi. ¶ Vos ò clariſſima mundi Lumina &c.) Narrat aũt illic. Vere nouo gelidus &c. ſed cur poeta ab agrorũ cultura incipiat, & poſtea vitium, ratiõe, nõ caret. Quoniam apud Romanos, primo, vt neceſſe erat arua tantum coluere, multoq; ſerior vitium cultura eſſe cœpit, quod etiam Plin. lib. xviij. commemorat, Culturas autem vitium, & arborum Emolphus atheníenſis primus inuenit, authore Plinio lib. vij.

## DE PROPOSITIONE TOTIVS OPERIS.

¶ Quid faciat lętas ſegetes, quo ſydere terrã Vertere Mecœnas, id argumentũ eſt primi quidẽ voluminis. ¶ Vlmiſq; adiũgere vites. ¶ Conueniat.) Argumentũ ſecundi. ¶ Quę cura boũ, quis cultus habendo ſit pecori.) Tertij argumentũ. ¶ Atq; apibus quanta experientia parcis.) Quarti & vltimi voluminis Argumentum. Quid faciat. Ordo eſt, hinc canere incipiã. Quid faciat lętas ſegetes, &c. Caue dicas. vt ille hinc. i. poſt Bucolica, qd. n. ſtultius, Lętas ſegetes. i. pingues, feraces fertiles terras, vel lęta ſata. Eſt. n. ſeges frumenti fructus, vti Marcel. ẽt docet. Dicitur item teſte Varrone ſeges quod aratum, ſed nec dum ſatũ eſt, q̃nq; abſolute pro omni terra ponitur. Maro. li. iiij. Geor. Nec pecori opportuna ſeges. Diciẽ aũt ſeges à ſatu, vt Varroni placet. ¶ Quo ſydere.) quo aſtro, quo tpe, ex ſyderibus. n. tempora colligũtur, Vnde Macro. li. ij. ait, nihil aliud tempora, niſi curſum ſolis efficere, & Agricolis, ſyderũ cura neceſſaria, vt oſtendimus. De ſydere aũt aſtro, & ſtella q̃o differunt, vide Macro. lib. j. de ſom. ¶ Vertere.) effodere, arare. ¶ Vlmiſq; adiũgere vites.) vlmis, q̃m vlmorũ leuis eſt vmbra, etiã nutriens quęcunq; opacat, vt ſcribit Pli. xvj. ¶ Cura boum.) Cato ca. liiij. de re ruſtica inq̃t. Nihil eſt, quod magis expediat q̃; boues bñ curare, vtq; Varro li. ij. ſcribit à boue antiqui manus ita abſtinere voluerũt, vt capite ſanxerint ſi q̃s occidiſſet. ¶ Cura.) ſollicitudo dicta, vt ait Varro, ꝙ cor vrat. ¶ Qui cult⁹.) quę diligentia, q̃ cura, vel cuſtodia. ¶ Habendo.) vt habeatur, Iuſtinus li. ij. Spacium cõſummando operi quęrebat. i. vt conſummaretur. Pecori ouium multitudini vt ibi. Cuiũ pecus? an Melibœi? ¶ Experientia.) cognitio ſeu ars & doctrina, nullo docente, per vſum reperta. Manilius, li. j. Per varios vſus artẽ experientia fecit. Exemplo mõſtrante viam. Experientia eſt cognitio ſingularium. ars vero vniuerſalium, vt docet pĥs li. j. meta. qui etiam li. vij. phi. inquit, ab experientia particularium accipimus vniuerſalium ſcientiam. ¶ Parcis.) conſeruatricibus & tenacibus,

Seges. Cura. Experientia.

## ASCENSIVS.

¶ Quid faciat lætas ſegetes &c. Quandoquidem titulus operis per Mancinellum quem integrum appoſituri ſumus notus eſt,



BIBLIOTECA UNIVERSITA

nec de numero librorum ambigitur, authoriſq; vita ex Bucolicorum præambulis notiſſima eſt, multaq; per Ser. graphice & diſerte elucidantur, ne nihil dicam pauca in faſciculum collegero. Notum eſt ex Horatio de arte quòd aut prodeſſe volunt aut delectare poetæ, aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitę, quæ omnia vbiq; Maro noſter per quam anxie obſeruauit, nā vbiq; & prodeſt & delectat plurimum, ſic tamen, vt in quibuſdam plus ad delectationem in quibuſdam plus ad vtilitatem, in quibuſdam quaſi ęquis oculis ad vtranq; reſpexiſſe videatur. In Bucolicis enim tametſi proſit & priuatæ rei, nam agros ſuos recæpit, & publicę Mantuanorum, quibus commiſerationem impetrauit, potius tamen (vt carmen inſtitutum eſt) delectat hic contra, nam tametſi delectet maxime cum omnia iucundiſſime deſcribat & fabulamenta iucundiſſima vt de Ariſtæo inſerat, plus tamen prodeſt. Quia agriculturam cui ſecundam & ꝓximam diuinæ contemplationi contribuit gloriam, edocet, vt pote, qua nihil vtilius nihil ſalubrius, nihilq; laudabilius ad philoſophiam aſpirare non valentibus contingere poſſet, Eſt inquam, vtiliſſima, nempe quod ab ea tota vitæ noſtræ alimenta dependeant, nihilq; nec in ciuitatibus nec in agris, ſine ea ſubſiſtere poſſet. Eſt præterea ſaluberrima, vt quæ per honeſtam exercitationē corpus & animum vegetet, & incolumitate beet, quocirca Æſculapius ille medicinarum deus in agro ſibi ſedem delegiſſe putatus eſt. Eſt ad hoc apprime laudabilis, nam & egregie laudatum Priſci Romani putabant quem bonum agricolam cenſerent primoreſq; ſibi à leguminibus quæ optime ſeuerant, titulum comparabant, vnde, Cicerones, Fabij, Lentuli, atque alij multi. Quin adeo ſaluator noſter niſi agricolam laudandum cenſuiſſet, non dixiſſet, pater meus eſt agricola. Ego vitis vera: Ego paſtor bonus. Nec Noe Abraham, Loth, Moyſes, Dauid, cæteriq; laudatorum proceres, aut paſturæ, aut agriculturæ incubuiſſent ſi quid dedecoris, vt alijs multis adiectum vidiſſent. Sed ne in re nota laborem, perſpicuum eſt Maronē in hoc opere profuiſſe plurimum, in Æneide vero, vt illic dicemus ex æquo & profuiſſe & delectaſſe, videtur ergo conſtituiſſe, vt alibi potius delectaret, alibi prodeſſet, alibi vtrunque faceret.

**Propoſitum authoris.**

¶ Item, vt (ſicut. in Bucolicis dictum eſt) totam ruſticorum vitam deſcriberet, Paſtoralem, videlicet arualem & militarem. Præterea, vt grǽcorum gloriam in latium traduceret, eoſq; imitaretur, ſicut hic Heſiodum, quem longe omnium conſenſu ſuperat.

**Qualitas carminis.**

Qualitas carminis eſt doctrinalis in mediocri ſtylo, verſata, vnde & triplicem ſtylum obſeruare conſtituit, vt alibi quoq; diximus.

**Argumentū.**

Argumentum operis eſt agricultura. Atq; vt quadruplex eſt ager, ſationalis. ſ. quem quia aratur aruum vocamus, arboribus cōſitus, quem arbuſtum vocamus, paſcuus, & floridus, ita quatuor libros conſcripſit quos prælibauit in principio dicens. Quid faciat lætas ſegetes, quo ſydere terram Vertere, ſcilicet conueniat, vbi & aruum deſcribit & primi lib. argumentum tangit. Vlmiſq; adiungere vites Conueniat, vbi arbuſtum exprimit nam arbuſtum dicitur vitibus arboribuſq; cōſitus ager: vn̄ ſignanter dicit vlmiſq; adiungere vites. Quæ cura &c. vbi paſcua tanguntur, & tertij libri materiæ, Atque apibus, &c. quæ. ſ. in florido agro verſantur: vnde eſt quarti libri farrago. Proponit ergo more latinorum poetarum, & deinde inuocat, ibi, Vos ò clariſſima mundi lumina, captat beniuolentiam Mecœnatis ſtatim in principio compellans eum, vt cui opus nuncupet. Sed & Auguſtum Cæſarem inuocat ibi. Tuq; adeo &c. Deinde exequitur propoſitum, ibi. Vere nouo. Eſt ergo duplex pars procemialis, & executiua. Verum quia omnia ſatis declarantur binis commentarijs: ſatis erit ordinem poſuiſſe cum explanatione familiari. ¶ Ordo igitur argumenti Ouidiani eſt. Virg. ſup. aut primus liber Geor. edocuit, i. expreſſe, & dilucide docuit, quid. i. quæ res faciat ſegetes. i. ſecundum Seruium terras ſatas, aut ſegetes. i. herbas ſeminum ſatorum, lætas. i. pingues, ab vbertate lætitiam inſpicientibus afferentes, & quæ ſydera agricola ſeruet. i. ſeruare debeat, vt proſcindat. i. ante ſationem ſcindat & ſulcet terram facilem. i. paratam, conuenientem. & cito quod poſtulat facientem, aratris. i. vomere, & reliquis inſtrumētis arandi. & quomodo ſemina ſup. ſint iacienda. i. deijcienda in terra, hoc eſt quomodo ſeminandum ſit: & edocuit cultus. i. culturas, & vt imperitiores dicunt cultiuationes, locorum. i. tractuum, & regionum, hoc eſt quis cultus cuiq; loco conueniat, & docuit meſſes reddi. ſ. ſatoribus cum magno fœnore. i. excremento, & vſura. Ordo textus authoris eſt. O Mecœnas ego incipiam canere hinc. i. ab hoc loco deinceps. i. in hoc toto tēpore, quid faciat ſegetes. i. aut terras, aut herbas ſeminum ſatorum, lętas. i. pingues, & vbertate animum inſpicientium lętificantes, & quo ſydere. i. qua conſtellatione, aut in cuius ſyderis ortu conueniat. i. conueniēs, ac decens ſit. (Aliquando conuenire eſt congredi, & citare conuentū, & id cum accuſatiuo. aliquando in conſenſu eſſe, vt hic conuenit inter nos. i. in hoc non diſſentimus) vertere. ſ. arando terram, & id quidem in. j. lib. & quo ſydere conuenit adiungere vites, vlmis. i. arboribus illis raris frondibus: quibus conueniēter adiunguntur vites, & hoc in. ij. lib. & quæ cura, ſup. ſit boum, & qui cultus. i. quæ cura, & quę diligentia ſit pecori habendo. i. vt habeatur, quod ad tertium librum pertinet, & quāta experiētia. i. quātum experimentum ex induſtria naturali ſit apibus parcis quæ ſ. inuentis abſtinent, & in medium reponeūt, quæ res ad quartū librum reſpicit, cætera in ſequentibus explicabuntur.

## PIERIVS.

¶ Quo ſydere terram vertere Mecœnas.) Hoc primum obſeruatione dignum in hac parte viſum, quod Mecœnatis nomen (id. n. oculis ſtatim oblatum) varie ſcriptum apud authores fere omnes inueniebam. dum alij œ, diphthongon, alij æ, ſcribunt. neq; prima an ſecunda ſyllaba ſit diphthongus ea notanda inter eos conuenit. Sane vero in Ro. codi. paſſim prima ſyllaba per æ. diphth. ſcripta. In aliquot alijs per œ. vſus tamē nonnullorum ēt bene literatorum obtinuit, vt ſecunda per œ, ſcriberetur. Quod quidem qua ſit ab eis ratione factum, viderint ipſi, Ego. n. in veterum monumētis, quæq; in hortis Mecænatis eruta ſunt, nomen id per æ, diph. prima ſyllaba per e, ſimplex ſecunda ſcriptū obſeruaui. Sic. n. in eo fruſto, quod nunc in hortis Colotianis viſitur. habetur Permiſſu c, Mecœnatis. Quod ſi demum eo ventum eſt, vt noſtrorum quoq; nominum rationes à Grǽcis repetere cogamur, apud eos μαικήνας ſcriptum inuenimus p αι, prima ſyllaba, & per η media. Quare cum Ro. cod. Mecœnas, ego potius ſcripſerim. ¶ Quæ cura boum quis cultus.) In Ro. co. in Lōgobardico, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis. Qui cultus legitur. ¶ Sit pecori atq; apibus quanta experientia.) Antiquiores oēs co. quos viderim, Romanus quippe oblongus vaticanæ bibliothecæ, mediceus, & pleriq; alij verſum hunc abſq; cōiunctione atq;, ponunt, vt eo modo legatur abſq; ſynalepha, quo ēt verſus ille. Orchades, & alij & amara pauſia bacca. &, Ter ſunt conati imponere pelio oſſam. &, Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutę. ita in his cod. ſcriptum eſt. Sit pecori apibus quanta experiētia parcis. Tam & ſi nonnulli ſunt ex eruditis, qui loco hoc tolli, atq;, minime velint, ne ipſo ſtatim operis initio verſus incipiant (quod aiunt) elangueſcere, Sed. n. hos mihi futuros ęquiores puto, cum animaduerterint Virgilium dictionem hanc ipſam, pecori, abſq; ſynalępha ſæpius poſuiſſe, vt in Buco. Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. In hoc ipſo opere, Arcebis grauido pecori armentaq; paſces. Quibus fere omnibus in co. long. addita eſt q;, tantum particula, vt, hoc loco legitur. Sit pecoriq;. Quod qui legerunt, cum encleticæ non eſſe locū animaduerterēt, compoſitam coniunctionē illam inculcarunt, neq; tamen hoc ita dixerim, vt ꝓhibere velim, ne Vnuſquiſq; ſuo ſatis ingenio faciat.

Lumina, labantem cœlo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:
Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit vuis:
Et vos agreſtum præſentia numina Fauni:
Ferte ſimul: Fauniq; pedem, Dryadeſq; puellæ.
Munera veſtra cano. tuq; ò cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti,

## SERVIVS.

¶ Vos ò clariſſima mūdi. Lumina, Liber, & alma Ceres.) Stoici dicūt non eſſe niſi vnū deū, & vnā deam: eandēq; eē poteſtatē, quæ pro ratiōe officiorum noſtroꝝ, varijs nominibus appellatur. Vnde eundē Solē, eundē Liberum, eundē Apollinē vocant. Itē Lunam, eandē Dianam, eandem Cererē, eandē Iunonē, eandē Proſerpinā dicunt: ſecundū quos, ꝓ Sole & Luna, Liberū & Cererē inuocauit. ¶ Quę ducitis annum.) Quorū curſu tempora cōputantur. Nam per Lunā menſis: per Solē, annus oſtendit. ¶ Alma Ceres.) Alma ab alēdo: Ceres, à creando dicta. ¶ Si munere.) Si quidē. nam ſi cōfirmantis eſt. ¶ Chaoniam pingui glādē mutauit ariſta.) Epiroticā à loco in quo abundant

Neptune:& cultor nemorum,cui pinguia Cææ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

dāt glandes,quibus antea homines veſcebantur.Et modo ſpēm pro genere poſuit.nō.n. aut in Epiro tantū glandes fuerunt:aut de ſolo Acheloo homines potare conſueuerant. Sane Acheloia non præter rationem dixit:Nam ſicut Orpheus docet, generaliter aquam veteres Acheloum vocabant. Sed quia ſpāliter quidam fluuius Achelous dicitur,aut ſpēs eſt pro genere:aut ſecundum antiquitatem eſt locutus.¶ Pingui ariſta.) Ariſtā modo pro frumento poſuit.Et affectate ait pinguem ariſtam:cū ꝓprie ariſta ab ariditate ſit dicta.¶ Et vos agreſtum præſentia numina fauni.)i.propitia:vt, Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.quorum præſentia fauor eſt.Et bene de diuerſis rebus dicturus,diuerſa inuocat numina.¶ Ferte ſimul fauniq́ꝫ pedem.) Ferte,aut ſimul venite:aut date carmini meo facultatem, quod vtiqꝫ pedibus continetur:vt ſit,Ferte pedē,metricā præſtate rationem.¶ Cui prima frementē Fudit equum magno tellus percuſſa tridēti.) Fabula talis eſt,Cū Neptunus & Minerua de Athenarum nomine contenderēt,placuit dijs vt eius nomine ciuitas appellaretur,qui munus melius mortalibus obtuliſſet.Tūc Neptunus percuſſo litore equum animal bellis aptum produxit: Minerua,iacta haſta,oliuam creauit:quæ res eſt melior comprobata & pacis inſigne.Vt autem modo Neptunum inuocet:cauſa eius muneris facit,quia de equis eſt dicturus in tertio: alioquin incongruum eſt,ſi de agricultura locuturus numen inuocet maris.Equum autem à Neptuno progenitum alij Scythium,alij Syronem, alij Arionem dicunt fuiſſe nominatum. Et ideo dicitur equum inueniſſe:quia velox eſt eius numen,& mobile,ſicut mare.Vnde etiam Caſtor & Pollux,quia eorum velociſſimæ ſtellæ ſunt,equos in tutela habere dicuntur.¶ Et cultor nemorum, cui pinguia Cææ.) Ariſtæum inuocat,ideſt Apollinis & Cyrenes filium: quem Heſiodus dicit Apollinem paſtoralem.Hic(vt etiā Salluſtius docet)poſt laniatum à canibus Acteonem filium,matris inſtinctu, Thebas reliquit:& Cæam inſulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: poſt ea relicta,cum Dædalo ad Sardiniam tranſitum fecit.

PROBVS.

Chaõia quercus. ¶ Veſtro ſi munere tel.Chaoniā.p.g.m.a.)chaonia dicta à Chaonia regione Epiri,in qua Dodonęi Iouis eſt oraculū à loco dictū Dodone eius regionis. Itaqꝫ Colūbas exiſtimat ēt ab ea regiōe, chaonias dictas,Et in oraculo fuiſſe vocales,& reſponſa, dediſſe conſulentibus.Traditur etiā quercus arbor ſubiecta tutelæ Iouis,fuiſſe æqꝫ vocalis,vt Dodone. Et reſponſa dediſſe apud idē oraculum,quod teſtatur,Virg.dicens,Atqꝫ habitę graijs oracula quercus.Vnde dici chaoniam glandem,ipe declarat, cum dicit, Chaonijq́ꝫ patris glandes, Appellata aūt eſt ea regio à Troiano Chaone Chaonia(vt ipſe teſtatur)Chaoniaq́ꝫ omnē Troiano à chaone dixit.¶ Poculaq́ꝫ inuētis acheloia miſcuis vuis.) Ætolus paſtor ſtaphylus,cum Oenei capellas in pabulum deduceret,notauit vnam precipue ſedentem à grege lętiorem cæteris recipientem ſe ſerius in pręſepia,cuius rei,vt cauſam cognoſceret,Sequutus eſt eam clam,& in remota ſtirpe animaduertit vuam edētē, pomum ei incognitum,& ſuſtulit,regiq́ꝫ pertulit Oeneo,qui expreſſo humore delectatus,cum eum vetuſtate cognoſceret miteſcere, Libero patri appoſuit accępto à ſe hoſpitio,cuius rei cultum cum demōſtraret, Liber,vt perpetua inuentorum eſſet gloria,cōſtituit,vt ab Oeneo œnon appellaretur vinum,à ſtaphyle vua ſtaphyle.Achelous autem eſt flumē Ætoliæ. Ita quantū ad Acheloum pertinet,aqua intelligi,poterit,quē ideo potiſſimum nominauit,quod primus in gręciam videtur fluxiſſe, Vua autē ſignificauit vinum.¶ Et vos agreſtum pręſentia.n.f.)eundem pana,eundem Innuum,eūdem faunum,quidam interpretantur, quod ei in Italia quidam annuum ſacrum celebrant,quidā menſtruum,exiſtimatur autem Faunus fuiſſe rex aboriginum,qui ciues ſuos mitiorem vitam docuerit ritu ferarum viuentes,& primus loca certis noībus & ędificia quędam, Lucosq́ꝫ ſacrauerit,à quo & fana ſunt dicta,ipſe autem recæptus in deorum numerū creditur.Itaqꝫ,etiam oraculum eius in albunea Laurētinorum ſylua eſt,plures autem exiſtimantur eſſe etiam pręſentes,icciirco ruſticis perſuaſum eſt incolentibus eam partem Italię,quę ſuburbana eſt,ſępe eos in agris cōſpici.¶ Dryadesq́ꝫ puellę,Dryades puellas dicit,quas alij hamadryades vocant,& eas cum q̄rcu naſci,& interire,ſimul,ſed diuturnas eſſe,& inde hamadryadas dictas.Quercus enim grece appellatur δρῦσ ἅμα ſignificat ſimul. ¶ Tuq́ꝫ ò cui prima frementem Fudit.e.m.p.t.n.) Campi in Theſſalia ſunt Petrei.in quibus locus petra nomine percuſſus tridēte

Vini inventio.

Faunus Innuus Pan.

Neptuni

Neptuni equū, qui Scyphios vocatur. Romani autem Neptunum equeſtrē vocāt,græci hippicon poſſidona, quod ęſtimetur princeps originis equorū.Et icciirco ēt poetę tradunt ab eo Donatū equū Adraſto Ariona,& Iunoni Xanthum & Cyllaron,quos illa dederit Caſtori & Polluci.ſed harum fabularū, & opinionis huius initium eſt natura.Nā quia animaliū materia liquore conſtat,& ei pręcipue effuſa etiam in ſtudium cōſtat,& generatiōes,eſt naturę equeſtris adeo,vt equas certū ſit plerūqꝫ è vento concipere,aialiū vero ſeminis, hoc eſt liquoris vniuerſi deus exiſtimatur Neptunus,& equorū,eo magis quod planicies eis conueniens,ſit quę aquis accidit.¶ Et cultor nemorū cui pinguia cææ.Tercētū niuei tondent dumeta iuuenci.)inſula eſt cæa in ægeo mari,in qua ſunt vrbes quatuor Iulis,Carthea,Loepeſſa,Coreſos,ibi exiſtimatur fuiſſe peſtilentia pecorum,& armentoꝝ grauis propter interitū Actæonis.Ariſtęus monſtrāte Apolline patre profectus eſt in inſulā Cęam,& ibi ſacrificio facto arā Ioui icmæo conſtituit,qui placatis flatibus,& ęſtu qui necabāt. & armēta & pecora liberauit ea,ipſe aūt poſt exceſſum vitę,ipe rāte oraculo,ab imorātibus eam inſulā,relatus in numerū deoꝝ appellatus eſt Nomius,& ægotos,ꝙ & agreſti ſtudio,& cura pecoꝝ armentorūq́ꝫ non mediocriter ꝓfuerat hoībus,tradiť hæc hiſtoria de Ariſtęo in corpore Argonautarū à Varrone atacino. ¶ Dumeta.)& aſpera loca,& montuoſa dicuntur.

MANCINELLVS.

¶ Vos ò clariſſima mundi lumina.)Hęc noſtri poetę inuocatio tota fere ſumpta eſt è Marci Varronis prologo primi voluminis de re ruſtica,vbi.xiij.deos agricolaꝝ duces inuocat, primum tñ Iouē & Tellurē qui parentes magni dicuntur.Iuppiter.n.pater Tellus vero mater. Secundo Solem & Lunam,quorum tempora obſeruantur,cum quædam ſerantur,& condantur in tpe.Tertio Cererē & Liberum,ꝙ hoꝝ fructus maxime neceſſarij ad victum,ab ijs.n.cibus & potio venit è fundo.Quarto Robigū,&c. Mundi lumina,Solē & Lunam inuocat,pariter.n.fertilibus glebæ, & maturandis frugibus, vel nocturno temperamento,vel diurno calore moderantur:quod etiam Macro.lib.ſat.v.ſcribit, qui etiā lib.j.dixerat ꝙ poeta ſciens Romanos veteres ad lunæ curſum,& ſequentes ad ſolis,anni tpa digeſſiſſe,vtriuſqꝫ ſæculi opinioni reuerentiam ſeruans tam Lunam q̄ꝫ Solem duces anni hac inuocatione deſignat.¶ Labentem cœ.quæ duci.an.)hic fiet colon,non enim ſequētibus iungi debet,labentem aūt cœlo annum ait,quoniam vti etiam Macro.ſat.lib.j.ſcri.Eſt annus ſolis emenſio,quam luſtrando zodiacum efficit diebus.ccc.&.lxv.& quadrante,ſeu ſex horis.Annus vero lunaris menſis eſt,vt idē aſſerit li.ij.de ſomno,inter quem cœli ambitum luſtrat,nam & à Luna mēſis dicitur,quia gręco nomine luna mene vocatur.Varro etiam ca.xxvij.j.li.ait,Tempora duorum tempoꝝ eſſe: vnum annale,quod ſol circuitu ſuo finit.Alterum menſtruum,quod luna circumiens comprehendit.¶ Liber & alma Ceres.)ſm Varronis inuocationē non Sol & Luna,ſed ipſe Bacchus & ipſa Ceres intelligi debent,Dixerat.n.ille vt patuit.Secundo inuocabat Solem,& Lunam,quorum tempora obſeruātur,cum quędā ſerantūr & condātur in tempore.Tertio Cererem,& Liberum,ꝙ horum fructus maxime neceſſarij ad victum:ab ijs.n.cibus & potio venit fundo,Ecce Maro quoqꝫ Varronis inuocationē hic imitatus eſt,qua de re,vt dixi exponi debet nō aliter.Probus.n.quē Macro.& Serui.deinde velut agmine facto,cęteri fere oēs ſecuti ſunt,ſcribit poetam hoc loco voluiſſe intelligere, Lunam Cererem à creando dictam,quia maturet fruges.Solem Liberū,quia libere peruagetur ꝑ aera,ſed plura ſcribit Macrob.lib.v.ſat.Nec refert,ꝙ Apollinem & liberum patrem vnum,eundemq́ꝫ deum eſſe affirmet.Varro enim vt patuit apertiſſime indicat.Hic debere nos intelligere liberum ipſum Bacchum, & Cererem ipſam deam,quod etiam per ſequentia iamiam confirmauero. Liber, Pater.
Plutar.in proble.ſcribit Dionyſium liberum patrem appellatū, Liber.
vel ꝙ bibentibus libertatis cauſa ſit,vel ſicut Alexander dicit ꝙ pro Bœotiæ libertate pugnauit. Liberat præterea curis,& in agēdis ſecuriores facit.Macro.vero lib.j.ſat.ſcri.Næuium dixiſſe, Liberum ſolem à Romanis appellari,ꝙ liber & vagus eſt. Hic tñ, vt dixi de Baccho intelligendum non de Sole.¶ Alma.) Ab alen- Alma.
do dicta,quia nos alit.¶ Ceres.) Var.ſcri.quod terra Ceres dicit vñ dcã.
quod gerit fruges Tul.itē.lib.ij.de.n.de.ait ꝙ à gerendis frugibus Ceres tanq̄ꝫ geres dicta eſt.Hęc aūt,vt Pli.lib.vij.docuit,frumenta,cum antea glande veſcerentur,inuenit,& molere & conficere,in Attica,Italia,& Sicilia. Ob id dea iudicata. Sed de Ce-

rere plurima legito inferius ibi. Prima Ceres ferro mortales ver
**Ceres.** tere terram Inſtituit. Iuſtinus li.ij.ſcribit,ſub Erichtheo Athena
rum rege frumenti ſationem apud Eleuſim à Triptolemo reper
tam. At Diod.lib.vj.ait,quod Ceres prima adinuenit vſum fru/
méti,quod forte inter alias herbas naſcebatur ignotum cæteris.
Docuitq́ꝫ homines naſcẽdi ſeruandiq́ꝫ,& ferendi modum. ¶ Si.)
ſiquidem,eſt.n.confirmantis,numine munere,& numina in an/
**Chaõia** tiquis legitur. ¶ Chaoniam.) Chaonia pars erat Epiri dicta Troia
no à Chaone, Heleni fratre ſecundum Maronem. Plin. vero lib.
iiij.ſcribit quod in Epiro erant primi Chaones,à qbus Chaonia.
plura legito in Strabo.lib.vij. Chaoniam ergo glandẽ.i.Epiroti/
cam,ibi.n.glandium copia fuit propter Dodoneam ſyluam Io/
ui ſacram, poſuit autem ſpeciem pro genere.non enim in Epiro
tantum glandes fuerant:de glandibus autem latius legito Plin.
lib.xvj.cap.v. ¶ Glandem mutauit Ariſta.) Diodo.lib.j.ſcribit ho
mines à principio ſylueſtri & incondita vita vixiſſe,quibus her/
bæ,& arborum vltro victum ferebant. Deniq́ꝫ neceſſitatẽ ipſam
rerum magiſtram ſingulorum peritiã ingenijs mortalium ſub/
miniſtraſſe. ¶ Pingui ariſta.) per id ſpicam intelligit,inde triticũ
**Poculũ.** ¶ Pocula.) poculum vas eſt:potio,quod hauritur,ſæpe tamẽ v.
hic poculum pro potiõe ipſa ponitur à poetis. Pocula acheloia.t
Macrob.ſat.li.v.ſcribit. Cum vellet hoc loco poeta aquam intel
ligi, Acheloum Amnẽ potiſſimum nominauit, Antiquiſſimorũ
græcorum more elocutus,apud quos proprie in aquæ ſignifica
tione ponebatur Achelous, qui mos loquendi peruagatus fuit
**Achelo⁹** vt Acheloum pro quauis aqua dicerent, Hæc ille, vt autem Plin.
lib.iiij.edocet, Achelous amnis eſt è Pindo fluens,qui Acarnaniã
ab Ætolia dirimit. Sol.etiam è Pindo ortum aſſerit.addẽs cum
primis græce amnibus proditum veteri claritate. Miſcuit Pli.li.
**Staphy** vij.ſcribit.quod vinũ aqua miſceri Staphylus Sitheni filius pri/
**lus.** mus edocuit, inuentis vuis. Bacchus apud græcos primus do/
cuit vini vſum, vt teſtis eſt Capella libro de nuptijs. Euſebius ſcri
bit vitem inuentam à Dionyſio,ſed non Semeles filio,anno re/
gni Cecropis quinquageſimo,qui fuit vltimus: Lactã. vero lib.ij.
ca.xiiij.ſcri.quod Noe cum egreſſus eſſet ex arca, vt ſacræ literæ
docẽt,terram ſtudioſe coluit. Atq́ꝫ vineam ſua manu ſeuit, vnde
arguuntur ait,qui authorem vini Liberum putant,ille enim nõ
modo Liberum ſed etiam Saturnum multis anteceſſit ętatibus.
¶ Et vos.a.) quoniam poeta de varijs rebus dicturus eſt varia in/
uocat numina. ¶ Præſentia.) propitia,quorum quidẽ præſentia
fauor eſt. ¶ Fauni.) de his diximus in Sileno. ¶ Ferte pedem fau/
**Epana/** niq́ꝫ pe.) Epanalepſis figura eſt.i.cum maiore ſignificato facta re/
**lepſis.** petitio.ꝗ qdẽ,& ornat,& exauget orationẽ,epanalãbano aũt re/
peto ſignificat Macro.ſat.li.vj.notãs. Ferte pedẽ fauniq́ꝫ pedem
Dryadesq́ꝫ pu.dicit Virgiliũ id dicẽdi genus à gręcis ſumpſiſſe ſi/
cuti alia multa. Teſtimonio itaq́ꝫ Ma.male legũt.q dicũt, Ferte
ſi.ſatyriq́ꝫ pe. Ferte pe.adeſte venite. ¶ Dryades.) nymphę ſunt à
ꝗrcubus denoĩatę,qa ſyluas habitare dicebanť. nã quod græce
**Drya/** drys,latine ꝗrcus dr̃. ¶ Mune.) i. officia ac dona, Tuq́ꝫ ò cui prĩa,
**des.** Tractaturus de equis poeta Neptunũ inuocat.ſcri.n.Diod.lib.vj.
Neptunũ equos domuiſſe,artẽq́ꝫ eqtandi ab illo traditã,ex quo
hippicos ſit appellatus. Lactã.aũt li.iiij.th.ſcribit quod cũ adhuc
ignotus eſſet equoꝝ vſus mortalibus,& hoꝝ aĩaliũ natura egeret
**Neptu/** terra. Neptunus in Theſſalia terrã tridẽte ꝑcuſſit,ſubitoq́ꝫ ꝓſilie
**nus.** rũt duo eq, Scyphios,& Ariõ.quod itẽ Luca.li.vj.videť aſſerere,
inqt.n. Primus ab ęquorea ꝑcuſſis cuſpide ſaxis Theſſalicus ſoni
pes bellis feralibus omẽ Exilit. Oui.li.vj.met.ſcrib.litẽ fuiſſe de
terrę noĩe inter Mineruã,& Neptunũ,itaq́ꝫ ꝑ̃ſentibus dijs duo/
decim, Ioue medio, Neptunus lõgo tridẽti ſaxa ꝑcuſſit, qua de
re inde equus exilijt. Pallas inde ſua cuſpide terrã ꝑcuſſit,vñ oli/
ua,cũ baccis ẽt prodijt,ꝗ vt alij dicunt,qm̃ vtilior viſa ſit equo,
Minerua deoꝝ iudicio Ciuitatẽ ſuo noĩe nũcupauit Athenas,nã
**Miner/** Minerua à græcis athena dr̃ Iuſtinus vero lib.ij.ſcribit,qũo poſt
**ua.** gręcũ regẽ Athenarũ Amphitheon regnauit,qui primus Miner/
**Athena.** uæ vrbẽ ſacrauit,& nomẽ ciuitati Athenas dedit. ¶ Fremẽtẽ.) fre
mitũ,& hinnitũ excitãtẽ,vel cũ furore vociferantẽ.eſt.n.fremere
**Fremeř** magnũ ſonare, vt Non.ait. Frẽdere vero eſt dẽtẽ dentibus iraſcẽ
**Frẽdere** do quatere. Statius li.viij.th. Sic ait infrendẽs. ¶ Tridenti.) eſt tri/
**Tridẽs.** dens Neptuni ſceptrũ,ſeu fuſcina, Vir. Nõ illi imperiũ.pelagi &c.
¶ Neptune.) fuit Neptunus Saturni filius ex Rhea,q primus naui
gãdi arte inuẽta claſſem inſtituit,eiuſq́ꝫ ꝑ̃fectus eſt à Saturno fa
ctus,quapropter traditũ eſt poſteris Neptunũ ĩperaſſe mari,ſa/
craq́ꝫ ei,à nauigãtibus facta,author eſt Dio.li.vj. Equos ẽt ꝑmus
domuit, vti oſtendimus. ¶ Et cultor nemo.) Ariſtęũ inuocat,q q/
dẽ vt in li.xiij. Iuſtini legi.filius Apollinis fuit, & Cyrenes filiæ
Hiſpei regis Theſſalię, Sed Vir.lib.iiij.Geor.Penei dicit. Is aũt in
Arcadia late regnauit,primusq́ꝫ & apiũ,& mellis vſum,& lactis
coagula hoĩbus tradidit Plj.ẽt li.vij.docuit,quod Ariſtæus Athe
nienſis oleũ trapetis exprimere inuenit, Ideq́ꝫ Mella Dio.quoq́ꝫ
in fine li.v.cũ Iuſtino conuenit,addẽs,quod nymphis à mr̃e tra
ditus eſt nutriẽdus,à qbus cũ lac coagulare, mel atq́ꝫ oleũ con/
ficere didiciſſet,primus ea in vſum hoĩum traduxit, Vnde à po/
ſteris vt deus cultus eſt poſt Actęonis filij mortem, habitauit in
Chio inſula,in Libyam ad matrẽ redijt,poſtea in inſulã Sardoũ
ꝓfectus eã arboribus coſeuit,moratus eſt ẽt in Sicilia: vbi ꝓ deo
ſummo honore cultus, hęc & plura Diodo. ¶ Cultor ne.) hoc iõ
quia paſtor fuit. vnde lib.iiij.Geor.ait, Paſtor Ariſtæus. ¶ Cææ.)
Cæa teſte Pli.li.iij.inſula eſt in mari Ægeo.quæ tñ Cæos à græ/
cis dr̃. Stra.aũt li.x.plura ſcribit. ¶ Tondent.) paſcuntur. ¶ Dume/
ta.) inculta,ſunt.n. Dumeta loca, vbi dumi naſcuntur.

## ASCENSIVS.

¶ Vos ò clariſſima,&c.) Poſt ꝑ̃libationẽ ac propoſitionẽ rerum
deſcribendarum inuocat author diuerſa numina, Cererem pro/
pter ꝑmi libri argumẽtũ, Liberũ, Faunos, dryadas, & cętera nu/
mina ſylueſtria & Pallada ꝓpter ſecũdi. Liberum quidẽ propter
vites, & cętera ꝓpter arbores qbus maritanť: & Pallada ꝓpter
oliuas. Itẽ Neptunum ꝓpter tertij, ꝓduxit.n.equum & Ariſtæũ
propter quarti argumentum,ſed & nymphas propter oĩa, nam
omnibus pluuię conducunt. Cæſarẽ autem Auguſtum pręcipue
propter meſſem,quæ ad primum librum ſpectat. Inuocat præ/
terea Solẽ & Lunam,quæ in generationibus,& productionibus
rerum potiſſimum valent,efficaciuſq́ꝫ ꝗ̃ cauſæ particulares, vñ
primo loco inuocantur. ¶ Ordo itaq́ꝫ eſt. O vos clariſſima lumi
na mundi.ſ. Sol qui & Apollo,& Luna ꝗ & Diana, Sed Seruius
vult ex authoritate ſtoicorum Liberum eſſe Solẽ,ſicut & Apol/
linem, Cererẽ etiã Dianam,ac Lunam,iuxta quod,& ordo eſſet,
ò Liber & Ceres,appoſitorie,clariſſima lumina mundi quæ du
citis.i.viciſſim traducitis.(Fecit.n.deus duo luminaria magna,
alterum vt præeſſet diei,alterum vt nocti) annum labentẽ.i.de/
cidentem,& dependentẽ,cœlo.i.à primo motore,ac motu pri/
mi mobilis (ceſſante.n.motu non perciperetur tp̃s.) Sed melius
eſt ſm̃ Mancinellum, vt diuiſim conſtruas,& ò Liber deus vini,
& Ceres alma.i.altrix noſtra,quia dea frugum,ſi.i.ſiquidem aut
quia,tellus,quæ dea terræ ſed ponitur quodã modo pro terra,
mutauit munere.i.beneficio,& inuento veſtro, glandem Chao
niã.i.epiroticam.i.quę in ſylua Chaonia creſcente,homines ante
inuentum frumentũ veſcebantur,ariſta.i.fruge matura,pingui,
hoc eſt adipe frumenti:& miſcuit.i.diluit,ac temperauit pocula
acheloia.i.potum aquæ vuis inuẽtis.i.vino à ſe inuento. (Mire
& erudite hoc dicit,nam vt temperantiam priſcorum ſignificet,
dicit non vinũ aquis miſcuiſſe,ſed aquas vino, vt plus aquæ bi/
biſſe ſignificet,de priſcis aũt loqui ſe docet ẽt ex hoc,quod Ache
loum pro aqua ponit,quomodo priſci græci ſm̃ Macrobiũ lo/
cuti ſunt.debẽt aũt collectim cõſtrui.i.vt ſit propoſitio cathego/
rica de copulato extremo,nõ hypothetica copulatiua.nõ.n. Ce/
reris munere inuentum eſt vinum,nec Bacchi frumẽtũ, Bacchi
tamẽ & Cereris munere inuenta ſunt vinum & frumentum red
dendo vtriq́ꝫ ſuum,& ita dices coniunctim,ſi veſtro munere tel
lus mutauit glandẽ ariſta, & miſcuit pocula vuis &c.) Et vos ò
Fauni.i.dij ſyluarum & pecorum cuſtodes,appoſitorie numina
pręſentia.i.propitia,& ſcito quod conducit procurãtia numina
inquam agreſtum pro agreſtiũ (per ſyncopam Sicut apud Oui.
vltima cœleſtum terras aſtrea reliquit).i.agros colẽtiũ, vos in/
quam Fauni & puellæ.i.nymphę Dryades.i.arboꝝ potiſſimum
quercuum,quarum glande etiam nunc ſues veſcũtur,ferte pedẽ
i.conuenite in auxiliũ meũ,quia ego cano veſtra munera.i.inuẽ/
ta mortalibus à vobis collata.ſ.glandes & frondes quibus pa/
ſcũtur pecora. Et tu ò Neptune cui.i.ad cuius honorẽ & iuſſum,
aut cui.i.à quo tellus ꝑcuſſa magno tridẽti.ſ.ſceptro hoc eſt fuſci
na tris dentes habente (vt ſignificetur triplex Neptuni poteſtas
ſicut fulmen triſulcum triplicẽ Iouis poteſtatẽ,& Cerberus tri/
ceps Plutonis indicat) fudit primum.i.anteꝗ̃ cuiꝗ̃ alteri, equũ
i.animal illud humano vſui maxime accõmodatũ & ſupp.ò tu
cultor nemorum.ſ.ò tu Ariſtæe,cui ad cuius vtilitatẽ tercẽtũ.i.
trecenti iuuenci niuei.i.candidi ac relucentes eo ꝙ pingues aut
mundi,aut reuera albi vnde triumphales fieri poſſint victimæ,
tondent.i.paſcũtur,& paſcendo abrodunt,& carpunt dumeta.i.
loca dumis & ſpinis referta pinguia.i.ſuccoſa,& oues ac capras
pingues reddẽtia, Cææ.i.illius inſule in mari Ægeo ſup.ferte pe
dem huc. Vt gratiam ineat commendat eorum inuenta, potiſſi/
mum Ariſtæi à paſtura,quia tondent pinguia dumeta. Ab æta/
te quia iuuenci.à qualitate quia niuei.à numero quia tercẽtum,

dicimus autem tercentum ſicut ter quinquaginta aut declinabili ter trecenti tæ.ta.vtrunq; tantum pluraliter.

PIERIVS.

Vos ò clariſſima mũdi lumina la.cœ.q̃ du.an.liber.& al.ce.) In Oblõgo antiquo cod. Qui legit.ſ. Liber & alma Ceres. Quãuis non imperitos eſſe pleroſq; ſcio, qui Solẽ & Lunã, de qbus ait Virgilius. Vos ò clariſſima mundi Lumina labentẽ cœlo quę ducitis annum. ſeiungunt à duobus Dijs, qui ſubſequũtur, Liber & alma Ceres, in qua lectione prǽiectum eſſe punctum volunt, quod ideo crediderim ab eis aſſertum, quia forſan apud Varronẽ obſeruarint de dijs his factã ſeparatim mentionẽ. Apud quẽ ex duodecim Agricolarum dijs Iuppiter, & Tellus inuocantur primo, ſecundo Sol & Luna, tertio Ceres, & liber. Sed enim qui apud Orpheũ legerit ἥλιον ὃν διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. & apud Euripidẽ & Ariſtotelem eundẽ Solem & Bacchum eſſe. Id quod & Euſebius & Macrobius, & pleriq; alij qui ſaxũ hoc voluere conati ſunt, tradidere, dum Dionyſium eundem & Bacchum & Liberum nũcupant, igneam Solis vim quę fructus maturat, interpretantes, facile perſuaſum habere poterunt, intellectum à Virgilio, vt, liber & alma Ceres ea ſint clariſſima mundi lumina labentem cœlo quę annum ducũt, ſed vt ad rem noſtrã reuertamur, codices alij, q̃ legũt.ſ.lumina. Cui pinguia Cęæ.) Impreſſi omnes cod. quos viderim Cææ. ſcribunt. æ. diphthongo vtraq; ſyllaba notata. In Ro. ceę per, e, longam in pene vltiã ex mutatione diphthongi, ει, quę fuerat in dictione gręca κεῖος, κεῖα, κεῖον. vt in noĩe αἰνείας nos Æneas, & in κικόρειον. cicorea pene vltima longa. Hora. me cicorea leuesq; maluæ, qui verſus eſt Dactylicus Alcmanius, licet vero nomen hoc, de quo agitur, apud Gręcos multipliciter & ſcribatur & formetur, qppe reſoluta diphthongo κέιος κέως, κόος per geminum οο, & κόως vltimo in ω μέγα mutato, & κώοος, & κώιος biſyllabũ, quã inſcriptionem ex itinerario Vrbani patrui mei ita notatam excerpſi. κωίων πόλεος & alibi. Α βουλὰ καὶ λάμος τῆς λαμπροτάτης κωίων πόλεως & id argenteo nũmo, quẽ apud Lyciniũ Arnutium contubernalem meum vidi cancer eſt cum inſcriptione κωίων. Inferne λεύκιππος. Vbi tamen κάιος, aut κάια, per, αι, ſcribatur: apud Gręcos nondum inueni. Romanos vero ſolitos, οι, diphthongum impropriam in œ, vertere, multa indicant vocabula, Comœdia ex κωμῳδία, & ſimilia. Quare vel, cœę: per œ, diphthongum, vel per, e, longum, vt in Ro. habetur codice. ceæ. ſcribendum.

Ipſe nemus linquens patrium, ſaltusq; Lycæi
Pan ouium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ:
Adſis ò Tegææ fauens: oleæq; Minerua
Inuentrix: vnciq; puer monſtrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.
Dijq;: deæq; omnes, ſtudium quibus arua tueri:
Quiq; nouas alitis nonnullo ſemine fruges:
Quiq; ſatis largum cœlo demittitis imbrem.

SERVIVS.

Lycęi.) Mõtis Arcadię. Si tibi.) Si qdẽ. Mænala. Mons Arcadię: dictus ἀπὸ τῶν μήλων. i. ab ouibus, qbus plenus eſt. Tegææ.) Vocatiuus eſt, à deriuatione Tegei oppidi Arcadię, & Tegeum, tribrachus eſt: Tegææ Pæan tertius. Vnciq; puer monſtrator aratri.) Alij Triptolemũ, alij Oſirim volũt, quod magis verũ eſt. Nã Triptolemus frumẽta diuiſit. Bene autẽ tacuit de noĩe, & generaliter ait. Puer.) nã non vnus aratrum in toto orbe mõſtrauit, ſed diuerſi in diuerſis locis. Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.) Syluanus deus eſt ſyluarum. Hic amauit puerum Cypariſſum noĩe, q habebat manſuetiſſimam ceruam. Hanc cum Syluanus neſcius occidiſſet puer eſt extinctus dolore. quem amator deus in cupreſſum arborem eius nominis vertit, quam pro ſolatio portare dr̃. Dijq; deæq; omnes.) Poſt ſpecialem inuocationem, tranſit ad generalitatem: nequod numen prætereat. Quod autem dicit. Studiũ quibus arua tueri.) noĩa hæc numinum in Indigitamentis inueniuntur. i. in libris pontificalibus, qui & nomina deorum, & rationes ipſorum numinum continent: quæ etiam Varro dicit. Nã (vt ſupra diximus) nomina numinibus ex officijs conſtat impoſita. Verbi cauſa, vt ab occatione, deus Occator dicatur: à Sarritione, deus Sarritor: à ſtercoratione, Sterquilinius: à ſatione, Sator. Non nullo ſemine.) Ideſt aliquo. & hoc dicit. Qui à nobis iacta ſemina veſtris ſeminibus alitis. Semina autem dicit deorũ cœli temperiem, pluuias, temporem ſeu rorem. Satis.) Segetibus: vt, Sata læta, boumq; labores.

PROBVS.

Ipſe nemus linquens patriũ ſaltusq; Lycęi. pan. o. c. t. ſ. t. m. c. Adſis ò tegęe. f.) Pana Inuum latini iterpretant, cuius religionẽ Italiæ fertur intuliſſe Euander, ſed creditur ꝓpter duo argumenta ſub eius numine, & vocabulo Iuppiter coli. i. mundus, quorũ vnum eſt, ꝙ Pan ſignificat omne. i. vniuerſam naturã. Alterũ ꝙ hinnuli pellis qua tegitur, varietas maculis imitetur ſtellas. Mænalus & Lycæus montes ſunt Arcadiæ. Tegæa eiuſdem oppidũ cuius nomine eſt in thuſcia ab exulibus Arcadiæ vrbs condita. Oleæq; Minerua inuentrix.) Putant eam qdam, & Neptunum contentionem de Athenis habuiſſe, vtrius vrbs nomine appellãda eſſet. Neptunum tridẽte percuſſiſſe arcem, & inde proſiluiſſe aquam ſalſi hauſtus, & hodieq; fontem in ea arce Neptuni appellari. Mineruã ictu cuſpidis in idem oleam euocaſſe, quæ qa vtilior eſſet hoĩbus, ei ceſſiſſe Athenas. Vnciq; puer mõſtrator aratri.) Quidam putant Triptolemum atticum dici, quem in volucri curru tradũt poetę, fruges terrę reddidiſſe. Quidam Breſſer, q primus inueniſſe exiſtimatur arandi vſum: ſed conſtat multis annis ante & fruges in Ægypto inuentas eſſe, & araſſe primum Oſyrim bobus, quorum nomina nunc ſunt ſacra ſub eis, q religionis cauſa eodem vocabulo appellari videntur. Apis & Memphis, quorum alterum Memphitæ colunt Apim, rerum hieropolitæ μέμφιν. Et teneram ab ra. f. ſ. c.) Syluanum quidam ſic ortum ferunt. Crathis paſtor in Italia cum iuxta flumen aliquot paſceret capellas & vnam earum incurrere ſoleret, hoc eſt libidini ſuæ in eam ſæuire, & obdormiſſet in ripa ſedens, ſomniq; pondere caput, quaſi deiectum ſubinde nutaret, caper q ſoleret eã capellam ſalire, impetu in eum facto, crebroq; cum cornibus diſcuſſo, abiecit eũ in flumen, quod in facti noĩe Crathis eſt appellatum. Cum aũt ex capella puer eſſet natus, cuius pars inferior erat caprina, eumq; dominus educaret, augeretq;, ea re familiaritatem, vt animaduertit adultæ eſſe ętatis educator, timẽs ne feritas eius noceret ſuis, clam eum tollit in ſyluam & ibi deſtituit, quem qa in ſylua primum agreſtes conſpexere, vt deum venerati, Syluanum appellarunt.

MANCINELLVS.

Ipſe nemus linquens.) Ordo eſt, adſis. i. veni fauẽs. Ipſe. i. tu ò Pan tegææ cuſtos ouium linquens patrium nemus ſaltusq; Licæi ſi pro quãuis tua Męnala tibi curę. ſ. ſint. Eſt autem Lycæus Arcadiæ mons in quo Lycæi Iouis delubrum authore Plin. lib. iiij. & Stra. lib. viij. quem Iouem Lycæum aliq Pana volunt eſſe de quo in Buco. dictum eſt. Męnala.) Męnalus Arcadię mons, de quo late in Buco. Tegææ.) Tegæa vrbs eſt Arcadiæ, de qua Stra. lib. viij. ait. At tegæa mediocri adhuc ſtatu permanet, Tegęe vero eſt Pæon tertius, qui conſtat, vt Diomedes ſcribit ex pyrrhichio, & trocheo, hoc eſt duabus breuibus, & longa, & breui. Id autem Propertius oſtendit cum ait, Ergo muſarum & Sileni patris imago, Fictilis & calami Pan tegææ tui, ſicutiq; Næmea Næmeus facit, ſic etiam tegæa tegæus. Oleęq; Minerua inuẽtrix.) quo nam pacto oleam Minerua inuenerit diximus Diodo. præterea lib. vj. ſcrib. ꝙ Palladi olearum oleiq; educendi inuentionem tribuunt. Nam ante huius deæ ortum erat hæc arbor cum alijs ſylueſtribus immixta, olei vſus aberat, cum eſſet ignota. De Pallade plura etiam in Buco. Vnciq; puer monſtrator aratri.) Pli. lib. vij. ſcribit ꝙ bouem & aratrum inuenit, Briges Athenienſis, vt alij dicunt Triptolemus. Tibullus vero elegia. vij. dixit. Primus aratra manu ſolerti fecit Oſyris, Et teneram ferro ſollicitauit humum. Ceres autem lib. iiij. faſto. de Triptolemo ait, Iſte quidem mortalis erit, ſed primus arabit. Et feret, & culta præmia tollet humo. de quo paulo ante etiam diximus alia. Syluane cupreſſum.) Fuerat Cipariſſus puer pulcherrimus, Ceæ gentis, dilectus quidem à Phœbo, huic autẽ ceruus manſuetiſſimus gratus erat, quem imprudens iaculo fixerat, vtq; morientem vidit ſtatuit ipſe etiam velle mori, tandem egeſto ſanguine per immenſos fletus in arborẽ ſui nominis conuerſus eſt, author Ouid. li. x. meta. Poeta autẽ hoc loco à Syluano dilectum puerum indicat. Erat autem Syluanus non ſolum ſyluarum, ſed arborum etiam. & pecorum deus, quod latius hoc anno in epodis oſtendimus. Teneram ab radice.) Plantam intelligit propter cypariſſum puerum à ſe amatum & in hãc arborem verſum. Studiũ.) de hoc diximus in Alexi. Nõnullo ſemine.) i. aliquo in terra ſi

Tegæa. Lycæus

Oleæ inuẽtrix.

Triptolemus. Oſyris. Cypariſſus.

quidem fœcunda ſemina rerum ſunt, & in imbri & igni, hinc ait Oui. li. j. metamor. Cætera diuerſis tellus animalia formis. Sponte ſua pepit, poſtq̃ vetus humor ab igne Incaluit ſolis, cœnúq; hudæq; paludes Intumuere æſtu. fœcundaq; ſemina rerum. Viuaci nutrita ſolo, ceu matris in aluo. Creuerunt, faciemq; aliquã cæpere morando. Quippe vbi temperiem ſumpſere humorq; calorq; Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Lucre. item li. j. dixit Huc accedit vti ſine certis imbribus anni Lætificos nequeat fœtus ſubmittere tellus. Tulliusq; in lib. de na. deo. ſcri. q̃d terra grauidata ſeminibus omnia parit & fundit ex ſeſe, ſtirpes amplexa alit, & auget, & Varro vbi duodecim deos agricolarum duces inuocat inquit. Nec nõ precor lymphã, ac bonũ euentum, q̃m ſine aqua oĩs arida ac miſera agricultura, ſine ſucceſſu ac bono euentu fruſtratio eſt, non cultura. ¶ Fruges.) videto in Buco. Satis ſegetibus. ¶ Cœlo.) i. ab aere. ¶ Imbrem.) pluuiam.

ASCENSIVS.

¶ Ipſe nemus &c.) Cõtinuo inuocat ea numina quæ (vt dixi) alicui generi aruorum conducunt, nunc ergo Pana paſtorũ deũ inuocat Mineruam oleæ inuentricem, ac Syluanum ſyluarũ, ac pecorum cuſtodem, deinde ne prætermittendo quoduis numen iratum ſibi conſtituat omnia ſimul inuocat, quia vero nihil difficile eſt quod non declaretur in cõmentarijs. Ordinem habeto. O Pan tegææ. i. arcadice ex tegæa vrbe arcadiæ. ſi. i. tametſi Menala ſup. ſint tibi curę. i. licet Menalũ montem arcadię præcipue colas, & inhabites, tñ ſup. ipſe. i. tu linquens nemus patrium. i. quo natus diceris hoc eſt arcadicum, & pro. i. ſaltus Lycæi. ſ. montis ĩ Arcadia, adſis. i. auxilio & pręſens ſis, ſup. nobis fauẽs, & ò Minerua. i. Pallas inuentrix oleæ, ſup. adſis fauens & puer. i. Triptoleme, aut Oſyri, aut Briges monſtrator. i. inuentor aratri vnci. i. incurui, & vncũ in ſtiua habentis, ſup. adſis fauens, & ò Syluane ferẽs cupreſſum. i. arborẽ in quam Cypariſſus puer à te conuerſus eſt, ab tenera radice. i. pullulantẽ ex tenera radice. ſ. delicatiſſimi pueri, aut quã adhuc teneras radices habentẽ euelliſti ſupple adſis fauens. Et vos oẽs dij, & deæ, quibus eſt ſtudium. i. cura & diligentia, tueri. i. protegere arua, & qui alitis fruges nonnullo. i. quodã ſemine. i. natiuo alimento & ſecreta virtute naturæ, fruges nouas. i. paulo añ ſatas, & quæ demittitis. i. deorſum mittitis cœlo hoc eſt cœlitus, ſatis. i. ad vtilitatẽ ſatorũ (quia in Bucolicis dicitur. Dulce ſatis humor &c. eſt ergo datiuus caſus) imbrẽ largum. i. pluuiam fœcunditatem largientẽ, ita vt potius dicatur, largus à largiendo q̃ à largitate, nimius. n. imber noceret, vnde ſunt qui intelligant ſatis. i. cõpetenter largum & vt imber demittatur, non ſolũ in ſata. ſed & in arbores ſponte naſcentes.

PIERIVS.

¶ Quiq;, nouas alitis nonnullo ſemine fruges.) In Ro. codi. perperam eſt. Non vllo de ſemine. quod alibi, nullo de ſemine, habetur, vt ſui quoq; Genij ſtatuantur ijs, q̃ ſponte ſua veniunt, quarumq; ſemina nobis ſunt incognita. Nam de ijs quę feruntur ſtatim ſubdit. Quiq; ſatis largũ cœlo demittitis imbrẽ. Seruius, nõ nullo agnoſcit, & pro aliquo interpretatur, vtra cui lectio magis placuerit, non laboro.

Tuq; adeo, quem mox quæ ſint habitura deorum
Concilia, incertum eſt, vrbis ne inuiſere Cæſar,
Terrarumq; velis curam: & te maximus orbis
Authorem frugum, tempeſtatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immenſi venias maris: ac tua nautæ
Numina ſola colant: tibi ſeruiat vltima Thule:
Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.
An ne nouum tardis ſydus te menſibus addas:
Qua locus Erigonen inter, chelasq; ſequentes
Panditur. ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius: & cœli iuſta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec ſperent Tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quãuis Elyſios miretur Græcia campos:
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.)
Da facilem curſum: atq; audacibus annue cœptis:
Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſtes
Ingredere: & votis iam nunc aſſueſce vocari.

SERVIVS.

¶ Tuq; adeo quẽ mox q̃ ſint habitura deoꝝ Concilia incertum eſt.) Iam adulatur Auguſto: quem inter deos inuocat. Nec totum tñ dandũ eſt adulationi, ſed & veritati. nã cũ oẽs Imperatores poſt mortẽ ſint inter deos relati, Auguſtus viuus diuinos honores meruit. quod ẽt Horatius teſtatur dicẽs, Præſenti tibi maturos largimur honores: Iurandaſq; tnũ per nomẽ ponimus aras. Vnde male quidã culpãt Virgilium, dicentes eũ auiditate laudãdi citũ interitum Auguſto optaſſe: cũ eum conſtet ad rẽ, quę tunc fiebat, reſpexiſſe. ¶ Mox.) tñ poſſumus ꝓ poſtea, accipere: vt Horatius, Mox daturus Progenieẽ vitioſiorẽ. Ideſt poſtea. Poteſt tñ Mox ad vitę humanę breuitatẽ referri. Nam ipſe ait in decimo, Rhœbe diu (res ſi q̃ diu mortalibus vlla eſt) Viximus. Sane ſciendũ mire eum laudaſſe, ꝙ ait, Quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia incertum eſt. Ideſt, nondũ ſcimus quis deus eſſe velis. nã deum fieri maximũ eſt. in poteſtate aũt habere quis deus velis fieri: plus eſſe q̃ maximum, conſtat. ¶ Vrbeis ne inuiſere Cæſar.) Vtrum velis terrarũ, an maris, an cœli imperiũ poſſidere. ¶ Tempeſtatumq; potẽtẽ.) Aut bonaꝝ tempeſtatũ: vt, Vnde hęc tam clara repẽte Tẽpeſtas? Aut tempeſtatum ait tempoꝝ: ſicut vbiq; Salluſtius. ¶ Materna myrto.) Quæ in honore eſt Veneris, à qua Auguſtus originẽ ducit. ¶ Numina ſola colant.) Ideſt magna: quaſi melior ſit futurus & Neptuno & cæteris dijs marinis. ¶ Thule.) Inſula eſt Oceani inter ſeptentrionalẽ & occidentalem plagam, vltra Britanniam, Hiberniam, & Orchadas. eſt aũt inſula in Oceano vltima: in qua cum ſol in Cancro eſt, perpetui dies ſine noctibus eſſe dicũtur. ¶ Tethys emat omnibus vndis.) Tethys vxor eſt Oceani, nympharum mater. Quod autem ait. ¶ Emat.) ad antiquum nuptarum pertinet ritum, quo ſe maritus & vxor inuicem emebant, ſicut habemus in iure. ¶ Tardis ſydus te menſibus addas.) i. æſtiuis. ¶ Qua locus Erigonem inter, Chelasq; ſequentes.) Ægyptij duodecim eſſe aſſerunt ſigna: Chaldæi vero vndecim. Nã Scorpium & Libram vnum ſignum accipiunt. Chelæ. n. Scorpij Libram faciunt. Iidem Chaldæi volũt æquales eſſe partes in omnibus ſignis: ſed pro qualitate ſui, aliud ſignum. xx. aliud. xl. habere: cum Ægyptij tricenas eẽ partes in omnibus velint. Modo ergo ſm Chaldæos locutus eſt, dicẽs poſſe eum habere locum inter Scorpium & Virginem. nam Erigone ipſa eſt virgo. Sciendũ deinde eſt voluiſſe maiores in his ſignis eſſe deorũ domicilia: vt Solis eſt Leo: Lunæ vero Cancer. Cæterorum vero quinq; planetarum bina ſunt ſigna: prout ſe ratio ſyderum ſequitur. Nam primus circulus à terra, Lunę eſt, ſecundus Mercurij, tertius Veneris, quartus Solis, qntus Martis, ſextus Iouis, Saturni vltimus. Sed remotis Sole & Luna, quorum ſunt domicilia Leo & Cancer: hi quinq; ordine quo eoꝝ ſunt circuli, bina poſſidẽt ſigna, vnum à ſequẽtibus, & vnum à ſuperioribus vt Mercurij ſint Virgo & Gemini, Veneris Libra & Taurus, Martis Scorpius & Aries, Iouis Sagittarius & Piſces, Saturni Capricornus & Aquarius. Vnde per hęc loca ſyderum, Auguſtum & fortẽ ꝓpter Scorpium. i. Martis domicilium: & iuſtum, propter Libram: & prudentẽ, propter vicinam Virginem. i. Mercurij domicilium fore ſignificat. Bene aũt Auguſto inter Virginẽ & Scorpium. i. inter iuſtitiam & virtutem, locum tribuit. Nam Chelæ, Scorpij brachia ſunt: q̃ ſexaginta partes in cœlo ſunt: ſolum fore ſignificat. ¶ Panditur ipſe tibi.) Ordo eſt, Qua locus ipſe tibi panditur. Tibi autẽ, in tuum honorem & gratiam. ¶ Ardens Scorpius.) Ardens ad illud refertur, quia Martis eſt domiciliũ: nam Scorpij tempus frigidum eſt. quippe cuius Nouẽber menſis eſt. ¶ Iuſta plus parte.) Secundum Chaldæos qui Scorpium dicunt ſpatium duorũ ſignorum tenere. ¶ Quicquid eris.) Ordo eſt, Quicquid eris, da facilem curſum. Cætera. n. per parentheſin dicta ſunt. ¶ Nec ſperẽt tartara regem, Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.) Allegoricω̃s dicit illum nec debere mori velle, nec poſſe. ¶ Quanuis Elyſios miretur Græcia campos.) Licet pręferantur inferi à Gręcis poetis. ¶ Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.) Ceres cum raptam à Plutone Proſerpinam filiam diu quæſiſſet: tandẽ aliquando eam eſſe apud inferos comperit: pro qua re cum Iouis implorаſſet auxilium, ille reſpondit poſſe eam reuerti, ſi nihil apud inferos guſtauiſſet. Illa autem iam Punici mali in Elyſio grana guſtauerat: quã rem Aſcalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proſerpina ad ſuperos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus, Quæ te Detineant Ætnæa dapes. Quã neceſſitatẽ mõ Virgilius

gilius Proſerpinę tribuit volũtati. Sane Ceres à Ioue poſtea meruiſſe dicitur vt Proſerpina ſex eſſet cũ matre mẽſibus, ſex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proſerpina ipſa eſt quæ & Luna, quæ toto anno ſex menſibus creſcit, ſed deficit. ſ. per ſingulos menſes quindenis diebus: vt creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe videatur. ¶ Da facilẽ curſum.) Meo. i. poemati. ¶ Audacib⁹ annue cœptis.) Verecũde ſuas vires extenuat. ¶ Ignaroſq; vię mecũ miſeratus agreſtes Ingredere.) Aut mecum viæ (ideſt rõnis) ignaros intelligas: aut ruſticis ignaris faue mecũ. i. quibus & ego his ſcriptis collaturus ſum: aut mecũ ignaros agricolas miſerare: aut eis mecum faue. ¶ Iam nunc.) i. viuus adhuc. Nam (vt diximus) Auguſtus viuus diuinos honores emeruit.

PROBVS.

¶ Accipiat. c. m. t. m.) Myrtus eſt arbuſcula Veneris ſubiecta tutelæ. Cęſar aũt Iulius quia trahit ab Ænea genus, idcirco materna myrtus dicta eſt à Vir. ¶ Tibi ſer. v. t. t. q. ſ. g. Tethys. e. o. v.) Superior ſenſus declarat ambigi inter deos: vtrũ Ioui ſuccedere debeat Cęſar frugũ tẽpeſtatũq; arbiter futurus agreſtibus, & omnibus vrbibus venerabilis. Sequens ante etiã Neptuno qui ei det Amphitritem vxorem Neptuni futuram Cæſaris coniugem, Tethyn matrem ait dubitare generatam ex Oceano. Inſulę ſunt in Oceano ſeptentrionali iunctæ Britannię vltimis partibus Orchades: quarum vltima eſt Thule, ſignificat quoq; hanc ſeruituram Cæſari cõſecuturo honores cœleſtes. ¶ An ne nouum. t. ſ. t m. a. Qua locus. e. i. ch. q. ſ. Pandit. i. t. i. b. c. a. ſ. &. c. i. p. p. r.) Tardis mẽſibus ideo, ꝙ domiciliũ Saturni tradant aſtrologi librã, quod eſt ſignũ ęquitatis, cuius menſis eſt biennij, & ſex menſiũ, cuius loco futurum Cęſarem dicit, Chelas dicit ſcorpiõis brachia Erigonẽ dicit Virginem, cui iuſtitia Aſtrei filia, quę cũ morata eſſet auro, & argenteo ſęculo cũ hominibus, ferreo ſęculo ſe recępit in cœlum: quia vltra in terris ſedẽ non habuerit, nec ſuſtinuerit ſe hoĩum miſcere ſceleribus. Erigone aũt Icari fuit filia paſtoris attici: quę relata eſt in numerũ ſyderũ non ſignoꝝ. Sydera. n. extra ſigniferum circulũ ſunt, ſigna tñ. xij. placet eſſe aſtrologis. ¶ Iuſta plus parte reliquit.) à ſcorpione: quia ſcorpius duoꝝ ſignorũ ſpatium teneat, in cuius brachijs duobus poſita ſtatera ſignũ libræ, quem græci ζυγὸν vocant, hoc. n. ſpacium ab eo detineri. & Oui. teſtatur cũ ait. Eſt locus in geminos, vbi brachia concauat arcus, Scorpius & cauda flexis vtrinq; lacertis, Porrigit in ſpatiũ ſignorũ. ¶ Quicquid eris nam te. n. ſp. t. r. Nec tibi. r. v. t. d. c. q̃uis eliſios. m. g. c. Nec. r. ſ. c. p. m.) Tartarum ait Virgi. apud inferos locum præcipitem infinitę altitudinis, cũ ait, tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantũ tenditq; ſub vmbras. q. a. e. elyſios cãpos dicit apud inferos, in quos recipiantur prioꝝ animæ: quos alij putant eſſe inſulas fortunatorum. Nam quod negat Proſerpinam ſequi voluiſſe matrem contra Hiſtoriam refert: Cognito enim eius raptu Ceres, Ioui detulit querelam, qui permiſit matri filiam abducere, ſi nullum cibum ore apud inferos cõtigiſſet. Cum autem iudicium feciſſet Aſcalaphus Orphnes, & Acherontis filius, eã tria grana mali punici in horto ditis deuoraſſe: mutatus eſt in auem bubonem. Iuppiter autem permiſit ſex menſibus cum matre filiam eſſe totidem cum viro.

Erigõe. Aſcalaphus.

MANCINELLVS.

¶ Tuq; adeo.) Auguſtum Cęſarem inuocat. Nã vt latius in Buc. oſtẽdimus: viuenti ẽt diuinos honores impẽderunt. Tuq; adeo hyperbaton eſt, tendit. n. illuc vſq; Da facilem curſum, qdã tñ id publice interpretãdo cũ neſciret huic loco ordinẽ tradere, dixit legẽdũ eſſe. Tuq; adeo es, textus oẽs veteres, & poetæ venuſtatẽ deprauans. Erit igit̃ ordo talis, Et tu Cęſar, quẽ eſt adeo incertũ i. valde incertum, quæ deoꝝ concilia mox ſint habitura, Siue & tu Cæſar, quem adeo. i. ꝑfecto incertum eſt, quæ &c. ¶ Mox.) i. deinde vbi mortales reliqueris. ¶ Concilia. cõuentus ſocietates à concalando. i. vocando, vt ſcribit Feſtus, dicit aũt incertum eſſe, qui deus fieri velit, an terraꝝ & vrbiũ, an maris, an cœli, cum poſſit quodcũq; eligere. ¶ Vrbis ne inuiſere Cę.) vrbis accuſatiuus eſt non genitiuus, nã Gel. li. xix. ſcri. Probũ Valerium hoc loco vrbis per i, ſcriptũ legiſſe li. manu. Vir. collecto. Verte autẽ & muta, vt vrbes dicas, inſipidius neſcio qd facies & pinguius cõtra lib. iij. Ænei. vrbes dixit, per, e, literam Centum vrbes habitãt magnas hic. n. muta, vt vrbis dicas nimis exilis vox erit, & exanguis tãto quippe iuncturæ differẽtia eſt in conſonantia vocum ꝓximarũ. Probus idẽ ait, authore ꝓdicto diuerſis in locis Virgilium vrbis & vrbes dixiſſe, arbitrio, cõſilioq; vſum auriũ Sic turrem, & turrim, tres & tris, &c. ¶ Inuiſere.) viſitare. Cæſar ſcri. Suet. Octaui. Caij Cæ. & deinde Auguſti cognomẽ aſſumpſiſſe. Alterum teſtamẽto maioris auunculi, alterum Numacij planci ſentẽtia. ¶ Maximus orbis.) immẽſus terrę globus, nã dixerat, Terrarumq; velis curã. Pli. li. ij. inqt. Orbẽ certe dicimus terrę globum quẽ verticibus includi fatemur, & paulo inferius immẽſum terræ globũ appellat. Id qdẽ perplacet, ſed videtur ẽt de cœlo intelligendũ ꝓpter ſequentia. ¶ Authorẽ frugum.) i. ducẽ, & cãm, quod propter Erigonẽ ait, & libram q̃ Cereri dedicatæ ſunt. Manil. lib. ij. Spiciferę eſt virgo Cereris fabricataq; libra. ¶ Tẽpeſtatũ.) i. tẽporum, tẽpeſtas. n. authore Varrone, à tpe dr̃, vel ipſarum tempeſtatũ ꝓpter Scorpionẽ, quod ſydus Marti dedicatũ eſt, tempeſtatũ deo, ſed hoc modo carminum tranſpoſitio eſſe videretur: Illorũ ſ. an ne nouum & an deus immenſi, & ergo priora potius. ¶ Materna myrto.) i. Venerea. Auguſtus enim à Venere duxit originẽ nam filius fuit Acciæ natæ ex Iulia ſorore Iulij Cæ. Sueto. referente. Deinde Iulij Cæ. filius per adoptionem, quo autem pacto Iulius Cę. à Venere originem traxerit, late apertum eſt in Buco. Eclo. viij. Materna myrtho, in myrtho præeſt Venus inquit Pli. li. xv. & Gel. li. v. ca. vj. ait ꝙ oualis corona myrtea erat, eaq; vtebantur imperatores, qui ouantes introibant vrbem. Ouandi aũt hæc non triumphandi cauſa erat, cum aut bella non rite indicta neq; cum iuſto hoſte geſta erant, aut hoſtium nomen humile, & non idoneum fuerat vt ſeruorum, piratarumq;, aut deditiõe repente facta incruenta victoria obuenerat. Cui facilitati aptam eẽ Veneris frondẽ crediderunt, ꝙ non Martius, ſed Venereus quidam triumphus foret, hæc ex Gel. Pli. aũt lib. xv. edocet, authore Maſſurio, curru quoque triumphantes myrtea corona vſos. Maro itaq; propter triumphos Auguſti ait, Cingẽs materna tẽpora myrto, & ꝓpter libram Veneris domicilium. ¶ Tua numina.) tuas poteſtates, Numen eni authore Feſto dicitur quaſi nutus dei, atq; poteſtas. Varro inquit Numen dictum eſſe imperiũ dictũ à nutu. ¶ Colãt.) venerẽtur. ¶ Vltima thule.) apud Stra. & Diony. atq; Euſtachium, qui græce diligentiſſime orbis ſitũ conſcripſerunt θούλη thule legitur inſula in vltima ſeptentrionis parte, thula inq̃; per, th, &, u, ſequente, Strabo autem ſic ait de thule, item obſcura eſt hiſtoria propter eius in vltima loca remotionem, hanc ſiquidem ad ſeptentrionem expoſitam locant, Soli. quoq; de Britannia loquens ait. Multæ & aliæ Circum Britanniam inſulæ, e quibus thule vltima, Vltra thulem accæpimus pigrum, & concretum mare. ¶ Tethys.) tethys tethyos, vt Iginius ſcribit & alij fuit Oceani cõiunx, nympharumq; mater. ¶ Emat.) Romano more elocutus eſt, vbi dote adhibita generi comparantur. Iuſtinus aũt li. iij. refert Lycurguuı inter Lacedæmonioꝝ leges ſtatuiſſe virgines ſine dote nubere. iuſſiſſeq;, vt vxores eligerentur, non pecunia, quod ſeuerius matrimonia ſua viri coercet, cum nullis frenis dotis tenerentur, hinc optime Iuuenalis ait, Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues. ¶ Tardis mẽſibus.) i. tardis ſyderibus, vt Leoni, & Erigonæ mẽſes. n. à ſyderibus denominabãt naturales. ſ. de quibus latius videto ibi. Hoc metuẽs cœli, &c. Aduertendum tamen hic ſigna accipi pro duodenis cœli partibus æqualibus reſpectu primi mobilis, ſydera vero ipſas imagines in octaua ſphæra. Iulius præterea, & Auguſtus tardi menſes dici poſſunt. Iulius quidem à ſydere Leonis. Auguſtus vero à ſydere. Erigones,) Sol enim diutius ſub Leone moratur, atq; Erigone, q̃; ſub quouis alio ſydere, ſub leone ſiquidẽ. xxxix. diebus, vel circiter, ſub Erigone autem. xlvj. fere diebus, nam dũ ſol octauum ſigni leonis gradum noſtro æuo ingreditur, quod eſt circa. xxij. diem Iulij menſis quintilis, tunc ingreditur leonis ſydus, continueq; ſub eodem incedit ſydere donec. xvij. ſigni virginis gradum pertingat, quod eſt circa Auguſti finẽ, intra quod ſpatium intercipiuntur gradus. xxxix. dies quidem totidem conſtituentes, aut circiter, quoniam ſol die quoq; per gradum vnũ fere incedit. Erigones vero ſydus ſol ingreditur per diem fere, antequã leonis ſydus exierit, hoc eſt dum. xv. ſigni virginis gradum attigerit, inceditq; ſub eadem Erigone, donec ſecundum ſigni Scorpionis gradum attingat, quod quidẽ eſt circa. xvj. menſis octobris diem, intra quod ſpacium gradus. xlvj. fere intercipiuntur, tot enim diebus ſol Erigonẽ percurrit. Cum itaq; menſes à ſyderibus olim denõminauerint, vt & Chaldæi aſſerunt, iure tot dies habere deberẽt, quot ſub eiſdem ſol incedit, Libra deniq; vulcania cõtractis brachijs Scorpionis addita magnis mẽſibus Iulio, & Auguſto, hoc eſt ſyderibus Leoni & Erigonæ inter auctricem frugum Erigonẽ, & tempeſtatum potentem Scorpionem, collocata eſt gradus fere. xxj. in cœlo occupans, eos, videlicet, quia ſeptimo ſigni Scorpionis in xxij. intercipiuntur, & inde iuſta plus parte cœli ſcorpius contrahẽdo brachia relinqueret Cæſari, dum à ſecundo gradu ſigni Scorpionis in. xxv. eiuſdem locus Cęſari mortali aſſignaretur. Hi gradus qui Libram, &

Cõcilia. Vrbis in accuſatiuo. Orbis. Tempeſtas. Mirtus. Auguſti genus. Ouandi cauſa. Numen. Thule. Tethys. Erigõe.

Erigonem,ac ſcorpionẽ,& libram intercipiunt cum ſua libra,Cę
ſari adiungantur.quæ libra dum Romani imperij maieſtatẽ re/
ſpicit,teſte quoq; Manilio li.v.heſperiam ſua libra tenet,qua cõ/
dita Roma,orbis & imperiũ retinet,&c.Voluit Vir.ſi Cęſar cœ/
lum appeteret,inter ipſa ſydera vbi ſedes eſt Romani imperij,ſe
nouum ſydus adderet,tardis menſibus præcedẽtibus.i.tardis ſy
deribus Leoni,& Erigonę,vt dictum eſt.Hęc de ſyderibus à prę
ſtantiſſimo viro,& noſtri ſęculi ſummo aſtrologo Ioanne Theo
lopho Norico accæpi.Locus.n.erat obſcuriſſimus Erigonẽ.i.Vir
ginẽ de qua late apud Iginium.ꝛ Chelaſq; ſeq.)ſcorpius magni
tudine ſui corporis duorum locum occupat ſignorum.Ouid.li.
ij.meta.de ſcorpio. Porrigit in ſpatium ſignorum mẽbra duo/
rum, E quibus Iginio teſte prior chelæ, reliqua autem ſcorpio
vocatur.Eſt autem libra dimidia pars ſcorpionis,vt idem ait,che
læ autem à chelos,quod eſt vngula dicuntur.Qua locus Erigo/
nẽ inter chelaſq; &c.ſub libra Auguſtum Cæſarem collocari cu
pit,quod Libra domicilium eſt Veneris Martis,& Italia illi ſub
eſt ſigno vt diximus.Et Manilius lib.iiij.de natis ſub librę horo/
ſcopo,ait illum vrbes,& regna tremẽt nutuq; regentur, ꝑ librã
Scorpi⁹ igitur ſummum imperatorẽ deſignare cupit.Scorpius dicitur à
Scorpi/o. ſcorpizo,quod eſt ſpargo, ſpargit.n.brachia.i.chelas. ꝛ Ardẽs.)
i.pugnax,acer,trux, terribilis,ſcorpius.n.eſt Martis domiciliũ.
Mani.lib.ij.Vulcano pugnax mauorti ſcorpius hæret,& iterum,
Pectora & in chelis,& quæ dat ſcorpius acer.& lib.iiij.Scorpius
armata violenta cuſpide cauda.In bellum ardentes animos, &
martia caſtra,Efficit,& multo gaudentem ſanguine ciuem.Scor
pionum cauda ſemper in ictu eſt,nulloq; momento moueri ceſ
ſat,nequando deſit occaſioni,quibuſdam gemini ſunt aculęi,ma
reſq; ſæuiſſimi.Pli.lib.xj.ꝛ Iuſta plus parte.)ſcorpius.n.magni/
tudine ſui corporis duorum locum occupat ſignorum,vti oſten
dimus,adeo autem ſua retrahit brachia,vt relinquat pluſq; che/
larum locus, ſeu libræ ſignum occupat,quod & dictum eſt ſu/
Elyſij campi. pra.ꝛ Nec ſpe.)innuit eum cœlum aſcẽſurum. ꝛ Dira.) Triſtis,&
infeſta, & quaſi deorum ira miſſa. ꝛ Elyſios cam.) Maro lib.vj.
ſcribit Elyſios campos beatorum locum apud inferos eſſe. At
Stra.lib.iij.docet Homerum eo in loco piorum regionẽ,& Ely/
ſium campum finxiſſe,quo potẽs Mænalum tranſmiſſurum eẽ
dicit.Elyſium in campum,terrarumq; vltima tandẽ.Dij te tranſ
mittẽt,ſtat flauus vbi Rhadamanthus.Exiſtitq; viris,vbi vita fa
cillima durans.Non hyemis vis multa niuis,non incongruit im
ber.Stridula ſed ſemper & zephyro flumina mittit,Ingens ocea
nus.Aeris.n.ſalubritas,& ſuauis zephyri ſpũs eius regionis pecu
liaris eſt,quæ in occaſum vergẽs nunq; temperie caret.Tum ve
ro terrę terminus,vbi poeta infernũ eẽ fabulatus eſt.Macro.ve/
ro lib.j.de ſom.ait,quod in ſphæra quæ aplanes dicitur, Elyſios
campos eſſe puris animis deputatos antiqtas nobis intelligẽdũ
reliquit,quod quidẽ nullæ ẽt fidei conuenire videtur,in cœlo.n.
credimus beatoꝝ locũ,quẽ noſtri theologi paradiſum appellãt.
Proſer/pina. ꝛ Proſerpina.)fuit hęc Iouis & Cereris filia,quam Pluto infer/
nus rex rapuit in campo æthnenſi,qui floridus ſemꝑ eſt,nã ꝓpe
eſt demerſum foramen,quo ditẽ patrem ad raptum Proſerpinæ
exiuiſſe fama eſt,vti Soli.ſcribit,hanc mater Ceres totum per or
bẽ quæſierat,vt li.v.met.plene habetur.Audiuit tandẽ eſſe apud
Plutonẽ.Sed qa ieiunia ſoluerat ſeptẽ granis punicei pomi,ſtatu
tum eſt,vt ſex menſibus cũ matre, ſex vero cũ marito maneret,
poeta aũt hoc loco eius arbitrio redire tribuit.Quicquid,vel ter
raꝝ,vel maris,vel cœli numẽ.ꝛ Audacibus.)arrogantiam vitat.
ꝛ Annue.)aſſentire faue.ꝛ Viæ.)rationis,& conſuetudinis.ꝛ In/
gredere.)adſis,adueni.ꝛ Iam nunc.)dum viuis.

ASCENSIVS.

¶ Tuq; adeo quẽ &c.) Inuocat Augu.Cæſarem quem videlicet
deum in Bucolicis nuncupauit,dubitare aũt ſe ſignificat cum ad/
huc viuat in quem deorum cœtum ipſe volet aſſumi,vbi deceſ/
ſerit,Aſſignat aũt ei locum in cœlo conuenientẽ,quia vbi eſt Ro/
mani imperij ſedes inter Erigonem.ſ.hoc eſt Virginẽ, & brachia
Scorpij,quæ dicit ſe contractura vt Cæſari Auguſto locum relin
quant.Argutiſſime aũt à Mancinello locus elucidatur. ¶ Ordo
igiť eſt.Et tu,ò Cæſar.ſ.Auguſte adeo.i.oino da facilem curſum
quod inferius multo poneť,niſi dicas à ſuperioribus adſis ſup.
q.d.id facile(cum pſens ſis)poteris tu inquã quem incertum eſt
quæ cõcilia,qui cœtus,aut quę cõuenticula deorum ſint habitu/
ra:tanq;.ſ.decus & ſpecimẽ,an videlicet velis inuiſere.i.viſitare
vrbis.i.ciuitates,& velis curam.i.protectionẽ terraꝝ.ſ.aſſumere,
hoc eſt an velis coli in vrbibus ab his qui eas inhabitant tanquã
eorum protector,an ab omnibus in terris,hoc eſt in agris,degẽ/
tibus,& maximus orbis.i.totus mundus aut maxima pars mun
di accipiat te authorẽ frugum,& potentem.i.potẽtiam & domi
nationẽ habentem,tempeſtatum.i.temporum,aut tẽpeſtatũ quę
agris ingruere ſolent.An tu cingens tempora.ſ.capitis tui myrto
materno.i.qui in tutela Veneris Iulię domus genitricis eſt,& in
litoribus maris naſcitur,venias.i.efficiaris & euadas deus immẽ
ſi maris,& nautæ colant numina tua ſola.i.q̃ magna ſunt,& quę
ſine alterius acceſſione quod volent efficient,aut ſola.i.ſolũmo/
do tua:quia Thule.i.inſula vltima.i.extrema:hoc eſt etiam extre
mi hoium:vt qui ſunt vltra penitus toto diuiſos orbe Britanos,
ſeruiat tibi,& Tethys.i.magna maris dea:emat.i.cõparet te ſibi
generum,oibus vndis.i.dote vndarum omnium quarum domi
nus efficieris. An ne ſed nonne potius addes te nouum ſydus.i.
aſtrum,menſibus tardis.i.ſyderibus quibus tardi mẽſes compe/
tũt.ſ.Erigonę & Scorpioni,hoc eſt an potius imperij romani lo/
cum occupaturus es in cœlo,in ea.ſ.parte,qua locus panditur.i.
aperitur tibi inter Erigonen.i.virginem.(Scribitur aũt per n, à
nominatiuo Erigone. Nam per m,eſſet malus verius)& chelas
ſequentes.i.brachia ſcorpij ſubſequentia: quia ipſe ſcorpius.q.d.
vltro & volens,ardẽs.ſ.ardore quo mars cuius domiciliũ eſt,cõ
trahit.i.conſtringit,& prius extenſa ad ſe trahit iam tibi.i.ad ho/
norẽ,& cõmodum tuũ brachia.i.chelas ſuas,& reliquit.ſ.poſtq;
contraxit iã tibi plus cœli.i.de cœlo(aut conſtruať an licet poſt
regatur ſic reliquit tibi cœli.i.de cœlo,regitur.n.ex vi partitionis
vt dicũt)plus ꝑte iuſta.ſ.ad hoc vt nouũ ſydus recipiat. Quicqd
eris.i.quodcũq; numẽ.(Dubitabat.n.an cœli,an maris,an terrę:
ne tñ id dubitaſſe videatur ꝓpterea ꝙ neſciat an velit deus infe/
roꝝ eſſe ſubdit)nam nec tartara.i.obſcura inferoꝝ ſperent te re/
gẽ,nec tam dira cupido regnãdi veniat tibi vt.ſ.inferis domina/
ri velis:q̃uis gręcia.q.d.fabulatrix,& mẽdax, miretur.i.laudet
campos elyſios.i.beatorum ſedes apud inferos,nec.i.& nõ quã/
uis Proſerpina.ſ.filia Cereris & vxor Plutonis effecta repetita.ſ.
à mře Cerere,non curet ſequi matrem.i.nolit redire ad ſuperos
quod faceret tñ niſi beatiorẽ inferoꝝ locũ cenſeret(hoc aũt ꝑ pa/
rẽtheſim inſertum eſt.) Quicqd inquã eris da.ſ.aſpirando facilẽ
curſum & annue.i.faue annuẽdo,cœptis.i.orſis meis,audacibus
i.ſupra vires niſi arriſeris moliẽtibus,& tu miſeratus mecũ agre
ſtes ignaros vię.i.ratiõis colẽdi,ingredere.i.adſis vt numẽ & aſ/
ſueſce iam nunc.i.dũ adhuc in terris es,vocari votis.i.ꝑ vota tibi
facta,aut votis.i.ad vota noſtra perficienda.

PIERIVS.

¶ Quem mox quæ ſint ha.deorum Concilia.)Veteres pleriq;
codices conſilia per s,ſcribunt.Grammatici diſtinguũt & hoc ſi/
gnificato malunt concilia. Neque vero prætereundum videtur
quod loco hoc mox pro cito poſitum, ait Cniſo, Cariſio teſte.
Quod alij paulopoſt,volunt,vt Teren.Nam vt mox reuertare.
ꝛ Tibi ſeruiat vltima Thule. Sane nomen hoc per θ,& ου,diphth.
ſcribitur,nonnunquam tamen priore vocali ex diphthongo di/
ſpuncta,thyle, ſcriptum inuenies, vt habetur in Roma.codice.
De hac aduerte Strabonis verba male à quibuſdam interpreta/
ta,ita legi debere.Hanc ſiquidem ſuper oẽs fama vulgatas ma/
gis atq; magis ad Septentrionem expoſitam locant.ꝛ An ne no/
uum tardis ſydus te.mẽ.ad.) Sunt aliquot antiqui codices,in q/
bus atq; nouum,legitur, vt in Oblongo Vaticanę Bibliothecæ.
Sed longe melius,an ne.Quia poſita quæſtione,ſit ne terris im/
peraturus,an Deus immenſi veniat maris quærit demum an ter
tiam mundi ſedẽ,quippe cœlum ſit habiturus.Duos vero ſignat
in cœlo locos Cęſaris apotheoſi deſtinatos,vt noſtro illuceat or
bi,ſi quippe ſedẽ,aut ad Polum arcticum, aut ad æquinoctialẽ
ſtatuerit,minime vero vult eũ antarcticum incolere, quem po/
lum ſub pedibus Styx atra videt,maneſq; profundi.ꝛ Iam bra/
chia contrahit ardens Scorpius & cœ.iu.plus par.relinquit.) In
Ro.cod.Scorpios,ſcriptum eſt per os,voce græcanica. Nã & in
vocabulis græcis huiuſmodi deſinentiam Veteres adamaſſe oſtẽ
ſum ſæpius. Sane vero Probus, Valerius hic Scorpios agnoſcit
dum in artium inſtitutis,hoc ipſo loco teſte,corripi in nonnul/
lis nominibus os, In recto probat. In eodem Ro.codice reliqt,
eſt tempore præterito,quaſi olim numẽ illuc pręſenſerit acceſſu
rum.Sed melius præſens,vt contrahit.ꝛ Nam te nec ſperent tar.
re.) In Roma.Sperant. In Longobardico, Iam te. Quia.ſ.iam
decretum ſit te apud ſuperos futurum.Sed vulgata lectio.Nam
te nec ſperent. In longe pluribus habetur exẽplaribus.ꝛ Quam/
uis elyſios mi.græ.cã.) In Mediceo codice, In Longobar.& q/
buſdam alijs elyſeos, per, e,in pene vltima ſcriptum eſt, vt ex
αἰθέριοσ,æthereus,quæ mutatio Ionũ more placuit maioribus
noſtris.Nunc aũt & ætherius per i,ſcribitur à pleriſq;.& ab om/
nibus elyſios eadem vocali.

Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit:
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.
Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit:
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.

SERVIVS.

¶ Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor Liquitur.) Nouum Ver ideo ait, quia anni initiũ mẽſis eſt Martius. Et ſciendum decẽ tm̃ mẽſes fuiſſe apud maiores. Martiũ autẽ anni principium habere voluerũt, ꝓpter Martem ſuę gentis authorẽ. Aprilis dictus, quaſi terras tepore aperiens. Maius à Maia. Iunius à Iunone, quãq̃ alij à maioribus & à Iunioribus hos duos mẽſes velint eſſe nominatos. Nã ante populus Ro. in cẽturias iunioꝝ & ſenioꝝ diuiſus fuerat. Reliqui iã à numero noĩabantur. Quintilis, Sextilis, Septẽber, October, Nouember, & Decẽbe, & hi erant tm̃ decem menſes. Duo vero, propter rationem ſignorum anni, intercalabantur, qui poſtea à Iano & à Februo noĩati ſunt. Februus autẽ Ditis eſt pater: cui eo menſe ſacrificabatur. Quintilis & Sextilis mutati ſunt poſtea in honorem Iulij Cæſaris & Auguſti. Vnde ſunt Iulius & Auguſtus. Sic Ouidius in faſtis. Ergo. ¶ Vere nouo.) & anni initium accipimus, & primam partem Veris. Nam anni quatuor ſunt tempora, diuiſa in ternos menſes: quod ipſorum temporum faciunt diſcretionem: vt primo menſe Veris, nouum dicatur Ver: ſecundo, adultum: tertio præceps. Sicut etiam Salluſtius dicit vbiq;. Item noua æſtas, adulta, pręceps vel extrema. Sic Autumnus nouus, adultus, præceps. Item Hyems noua, adulta, præceps vel extrema. Vnde eſt, Extremæ ſub caſu hyemis. Sane ſciendum Xenophontem ſcripſiſſe vnum librum Oeconomicum: cuius pars vltima agriculturam continet: de qua parte multa ad hoc opus Virgilius tranſtulit, ſicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis qnoque l bro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus præcępta habet quemadmodum debeat mater familias domi agere. Secundus quemadmodum foris pater familias. Illud quoq; ſciendum eſt in his libris non eſſe obſcuritatem in quęſtionibus, ſicut in Æneide, niſi in paucis admodum locis. Sed in hoc tantum eſſe difficultatem vt res poſitas intelligamus, ideſt τὸ κείμενον, ſicut hæc prima quoq; eius præcępta ſignificant. Nam hoc dicit, agrum fertilem, ideſt pinguem & herboſum, bis debere arari: ſemel Verno tempore, vt & herbę adhuc tenerę & ſine ſemine auellantur: & æſtatis calore, vt ſuperfluus humor ſiccetur, vel glebarum putrefiat durities: & ſemel Autumnali cum ſeminibus, Agrum vero tenuem & ſterilem Autumnali tantum tempore arandum: ne ſi etiam Verno araueris, exiguus eius humor ſiccetur æſtate. ¶ Canis montibus.) Ideſt albis ex niue. ¶ Liquitur.) Liquor, cũ nomen eſt, Li breuis eſt: cũ ad verbum venerit, producitur: vt liquor liqueris liquitur: nam mutauit naturã, ſicut humus, u breuis eſt: humanus ꝓducitur. Item itur, i, producitur: iturus, corripitur. ¶ Liquitur.) Defluit. ¶ Et zephyro putris ſe gleba reſoluit.) Quo tempore Fauonij flatu arua laxantur, quæ fuerant præcluſa frigoribus. Ipſe alibi, Rura gelu tum claudit hyems. ¶ Putris gleba.) Solubilis. ¶ Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere,) Aliud pendet ex alio: nam altius impreſſum aratrum boues cogit ingemere: quod genus arationis, pingui conuenit terrę: nam contrà paulopoſt de infœcunda terra dicturus eſt, Tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. ¶ Mihi) aũt, aut vacat: vt Cicero, Qui mihi accubantes in conuiuijs. Aut. ¶ Mihi.) hoc eſt ruſtico amanti terras. Et. ¶ Taurum bouem fortiſſimum accipimus: nam tauri difficile ad aratra iunguntur. ¶ Attritus ſplendeſcere vomer.) A frequẽti aratione atteritur & decreſcit. Lucretius, Occulto decreſcit vomer in aruo. Dicimus aũt & hic vomer, & hic vomis: ſed ab vtroq;, huius vomeris facit. ¶ Illa ſeges demũ.) Seges modo terra. ¶ Demum.) aũt, nouiſſime, Vere ſpãliter. ¶ Votis reſpõdet.) Immane eſt qđ ait. ¶ Votis.) nam plerũq; plus optamus q̃ ſperamus poſſe cõtingere. ¶ Reſpondet) autem, conſentit: vt, Dictis reſpondẽt cætera matris. ¶ Bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit.) Quæ bis & dierum calorem, & noctium ſenſerit frigora. Per quod duplicẽ oſtendit arationẽ, Vernalem & Autumnalem, nec enim ad tempora æſtatis vel hyemis referre poſſumus quod ait, Bis ſolem, bis frigora: quia non ſunt in Italia in vno anno duæ æſtates, & duæ hyemes: ſicut geometræ dicunt eſſe in quadam parte Indiæ in inſula Taprobane. ¶ Ruperunt horrea.) Plus eſt quàm ſi diceret impleuerunt.

PROBVS.

¶ Illa ſeges, demũ votis reſpõdet auari Agricolę bis quę ſolem bis frigora ſenſit) De eo agro loquiṫ, quẽ noualẽ vocamus, alternis aũt ceſſat, Sed ſub exitu hyemis ſemẽte facta, ſequẽti ęſtate reddit fructũ. Ergo bis ſentit frigus, ſemel æſtate deficiẽte hyeme, initio veris iterũ poſt ſementẽ, bis ſolem, ſemel ęſtate. qua ceſſat iteꝝ qua fructus refert. Ipſe aũt ſubſtituet huius rei cauſa in ꝓgreſſu operis: quũ pręcipiet, vt ſub introitu hyemis ſterilis ager ꝓſcindaṫ. Illum.n. qui eſt fertilis, ſub exitu hyemis proſciſſum, ideo putat relinqui oportere ceſſantẽ, vt ſiccetṫ æſtu, ne ſi luxuriantis, ſoli natura fertilis efficiatur, iter fruges herbæ naſcantur. Rurſum eum, qui fertilis eſt, idcirco ſub hyemem proſcindendum putat, ꝙ humorem cœleſtem, hibernumq́ accipiendo eſſe fœcundior poſſit.

MANCINELLVS.

¶ Vere no.) veris principio, primo enim mẽſe ver nouum dicitur, ſecũdo adultum, tertio autem pręceps. ſic etiam de æſtate, & alijs. dies autem primus veris extat. vij. Idus Febr. ęſtatis. vij. Maij. autumni. vij. Idus Sextilis. Hyemis. iiij. Idus Nouem. author, Var. lib. j. ca. viij. Vere nouo, Col. lib. xij. ca. ij. ſic ait, ſup hoc loco. Noui aut veris nõ ſic principium obſeruare ruſticus debet vti aſtrologus, vt expectet certum diem illum, qui veris initium facere dicitur, ſed aliquid etiam ſumat de parte hyemis, quoniã cõſumpta bruma iam intepeſcit annus: permittetq́ clementior dies opera moliri, poſſit igitur ab idibus Ianuarijs, vt principẽ mẽſem Romani anni obſeruet auſpicia. i. culturarum officia. Satis aũt erit per dimidios mẽſes exequi quodcunq; negociũ, quia neq; pfeſtinatum opus nimiũ imature videri poſſit ante. xv. dies factum, neq; rurſus poſt totidẽ nimiũ tarde, hęc ille. ¶ Canis, niuoſis.) Gelidus humor. i. nix. ¶ Liquitur.) liquefit, diſſoluiṫ, zephyro, zephyrus latine Fauonius diciṫ, vt Pli. li. ij. oſtendit, ventus eſt, q ab occaſu ęquinoctiali flat, & tepidus eſt & ſiccus. Col. tamen ait, ꝙ. vij. Idus Feb. Fauonij ſpirare icipiunt. Pli. li. xviij. ſcribit, ꝙ Fauonius ver inchoat, aperitq́ terras, tenui frigore ſaluber. ¶ Putris.) i. humefacta, mollificata, & ſolubilis. vẽti. n. occidentales mollificant, & humectant, vt ẽt Ptole. in li. iiij. partium ſcribit. ¶ Gleba.) Terræ globus, nam terra ligata gleba eſt, ſoluta vero puluis. ¶ Reſoluit.) Arua enim hyemali rigore præcluſa, zephyri tempore laxanṫ. ¶ Depreſſo.) i. valde pſſo. quod pingui cõuenit terræ. Nam de ſterili dicet. Tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. ¶ Vomer.) eſt aratri ferrum, quod vomit terrã, vt ait Var. ¶ Illa ſeges.) i. terra. ¶ Votis,) deſiderijs. ¶ Reſpondet.) conſentit. ¶ Auari.) cupidi. ¶ Bis q̃ ſolem, bis frigora ſenſit.) Plin. lib. xviij. capit. xxxiij. ſic ait. Quarto ſeri ſulco, Virg. exiſtimatur voluiſſe quũ dicit optimam eſſe ſegetem, q̃ bis Solem bis frigora ſenſiſſet, ſpiſſius ſolum ſicut plerũq; in Italia. v. ſulco ſeri melius eſt. in Tuſcia vero. ix. pręodicta Plinij verba, vt. iiij. ſulco ſeratur ſm̃ Virgi. oſtendũt: Probi in hoc loco explanationem nõ cõuenire, quem multi alij ſecuti ſunt, non aduertentes Pli. verba, nec etiam Var. ſcribit enim Varro. lib. j. cap. xxix. ꝙ terram, quum primũ arant, proſcindere appellant, quum iterum effringere vocant, tertio cũ arant iacto ſemine boues litare dicuntur. capite vero ſequẽti ait idem Var. ꝙ inter vernum ęquinoctium, & virgiliarum exortũ & ſolſtitium boues terrã proſcindere dicunt. Et ca. xxxiij. ſcribit. inter ſolſtitiũ & caniculam, cum proſcideris, effringi oportere. i. iterare, vt franganṫ glebæ. Et capi. xxxiij. ait inter caniculam, & æquinoctium autumni oportere aratro effringi. Et ca. xxviij. inquit ab ęquinoctio autumnali incipere oportet ſerere, vſque ad diem. xcj. poſt brumam, niſi quę neceſſaria cauſa coegerit, nõ ſerere. Theophraſtus item li. iij. de cauſis plantarum ait, Cura noualium tempore vtroq; ſuſcipitur, æſtate & hyeme, vt terra ſolẽ ac frigora ſentiat. His omnibus verbis patet, quonã pacto ſeges bis ſolem, bis frigora ſentiat.

Zephyrus.

ASCENSIVS.

¶ Vere nouo gelidus &c. Hęc eſt pars executiua in q̃ author icipit docere agriculturã, & primo quo tp̃e terra ꝓſcindenda ſit dicens, ꝙ vere nouo, deinde quoto ſulco ſit aranda, docẽs ꝙ q̃rto ſulco, quẽ faciũdum dicit ſic, vt bis ſolem, & bis frigora ſentiat. Eum. n. maximus ſequereṫ prouentus. quõ aũt intelligendum ſit quod dicit bis q̃ ſolẽ &c. ſic docet Philippus Beroaldus i Seruiũ poſt Seruiana verba. Potior apud me eſt authoritas Plin. q Virgilianũ verſum ſecus q̃ Seruius interpretaṫ. in. xviij. ſic ſcribens. Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimaṫ voluiſſe, cũ dixit optimã eſſe

Beroal.

eſſe ſegetē,q̃ bis ſolē bis frigora ſenſiſſet. Futilis eſt me Hercle Seruii interpretatio vt de calore diurno,& frigore nocturno loquaṫ,cū poeta de Sole æſtiuo & frigoribus hybernis. Et Probus grāmaticus mihi videtur elegātius atq; eruditus enodaſſe nodū Maronianū ſcribens,poetā loqui de agro quē noualē vocamus, qui ſub exitu hyemis,hoc eſt initio veris proſcindiṫ,& ita æſtate q̄ ſequiṫ,ſiccatur,deinde ſub ītroitu hyemis ſemēte facta ſequēti æſtate reddidit fructū,& ita bis ſentit frigus ſemel ante æſtatem deficiente hyeme initio veris,iteꝝ poſt ſementē,bis Solem ſemel æſtate qua ceſſat. Iteꝝ,qua fructum refert. Hæc ille. De qua re diligentius adhuc loquiṫ Mancinellus docens terrā ꝓſcindi effringi,offringi,& lirari. Proſcindi quidē inter vernum ęquinoctium, & Virgiliaꝝ exortum & ſolſtitium. Effringi aūt inter ſolſtitium & caniculā,Offringi vero inter caniculā & æquinoctium autumnale. Porro ab æqnoctio autūnali lirari vſq; poſt brumam. Proſcindiṫ dum primū ſcinditur aratro,Effringitur dū ex tranſuerſo glebæ effringunṫ Offringiṫ (quod quidā occari vocat) dū quaſi dentalibus obſtātia plananṫ. Liratur aūt dum in liras.i.ſulcos finditur. ℭ Ordo eſt. Taurus incipiat mihi.i.cuiuis arāti (Sępe.n.datiuus pronominalis,vt Valla docet,nihil certi demōſtrat,aut refert,vt ſi dicas hic mihi ſemper dormit) ingemere.i.multum gemere aratro depreſſo.i.deorſum in terram ꝓfunde impreſſo,iā tunc.ſ.vere nouo,cū.i.qn̄ humor gelidus.ſ.niues diſſolutę liquiṫ i.liquendo defluit ſup. de montibus canis.i.niue adhuc in vertice tectis,& gleba putris.i.putrefacta zephyro.i.fauonio vento q vere flat,reſoluit.i.aperit ſe (Poſſet ordo eſſe ſicut iacent verba vere nouo cū humor liquitur canis montibus & gleba putris reſoluit ſe zephyro,iam tunc incipiat mihi taurus īgemere aratro depreſſo,& vomer qui.ſ.terram vomit,& etiam vomis dicitur,icipiat mihi iam tunc ſplendeſcere.i.ſplendens fieri attritus.i.propter attritionem & vſum arandi. Illa ſeges.i.ſatio frugum reſpōdet demum.i.tandem votis.i.deſideriis (quod magnū eſt) agricolæ auari,vt qui fœnus multum exigat,alibi videlicet trigeſimū, alibi ſexageſimnm,alibi cēteſimum,vocat etiam eum auarum, in fronte Ænei. dicens,Et quamuis auido parerent arua colono. Gratum opus agricolis: quæ.ſ.ſeges ſenſit priusq̄; videlicet feretur bis,ſcilicet vernum & æſtiuum,& bis frigora ſ.autumnale vſque ad brumam.i.quæ quarto ſulco ſcinditur. Ideo autem reſpondet.i.ſatisfacit,& correſpondet votis agricolæ: quia meſſes immenſę ruperunt horrea illius: hoc autem plus eſt q̄; impleſſet quia res arida & fragilis,dum vltra capacitatem impletur rumpitur vbi tenax & fortis vt corium diſtenditur.

Ac prius ignotum ferro q̄ ſcindimus æquor:
Ventos,& varium cœli prædiſcere morem
Cura ſit,ac patrios,cultuſq; habituſq; locorum:
Et quid quæq; ferat regio,& quid quæq; recuſet.
Hic ſegetes,illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi,atq; iniuſſa vireſcunt
Gramina,nónne vides,croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur,molles ſua thura Sabęi?
At Chalybes nudi ferrum,viroſaq; Pontus
Caſtorea,Eliadum palmas Epeiros equarum?

SERVIVS.

ℭ At prius, ignotum ferro q̄; ſcindimus ęquor.) i.anteq̄; faciamus veruactum. Æquor autem modo terrā accipe,ab æq̄litate dictum. Vnde & maria, ęquora dicunṫ. ⸿ Vētos.) Quia diuerſis locis diuerſi pręualēt venti. Et hoc dicit,Debes ſcire, ager cui vento ſubiaceat. ⸿ Varium cœli prædiſcere morē.) Id eſt aeris. Lucretius, In hoc cœlo qui dicitur aer. Et hoc dicit,Debes ēt cœli qualitatē noſſe,vtrū pluuiis gaudeat an tepore vel frigore. ⸿ Patrios cultusq;,habitusq; locoꝝ. Duas res dicit, Sciendum eſt,ager & quemadmodum à maioribus cultus ſit,& quid melius ferre conſueuerit. nāq; habitus locorum,poſſibilitates accipimus. ⸿ Veniunt.) Creſcunt. vt,Et pulchro veniens in corpore virtus. ⸿ Arborei fœtus alibi.) Ideſt poma. ⸿ Iniuſſa vireſcunt gramina.) Bene iniuſſa: nam frumenta ſtudio iuſſa naſcuntur. Vnde eſt, Atq; imperat aruis. ⸿ Nonne vides.) Argumētatur,quaſi hoc dicens, Si vna prouincia ferre non poteſt omnia: quanto magis vnus ager? ⸿ Vt Tmolus.) Mōs eſt Ciliciæ,in quo naſcitur crocum præcipue. nam loca cōmemorat,vbi plus prouenit & melius aliquid. Nā crocum & in Africa naſcitur,ſed non tale,nec tantum,vel quale in Cilicia. ⸿ India mittit ebur. Et in Africa fuerunt elephantes,ſed maiores in India. Hinc eſt quod ait Terentius,Elephantis quem Indicis præfecerat. Id eſt maximis. ⸿ Molles ſua thura Sabæi?) Sabęi populi ſunt iuxta Syriam & Arabiam: dicti Sabæi ἀπὸ τοῦ θύεσθαι.,ꝙ apud eos thus naſcitur,quo deos placamus. Molles autem ideo ait,aut quòd ſub aere clemētiore ſunt. (Nam vt ait Lucanus, Quidquid ad Eoos tractus mundiq; teporem Labitur,emollit gentes clementia cœli.) aut certe quia Alexander Macedo dicitur obſcœnos omnes de ſuo exercitu ſegregatos,illic condidiſſe. Sane thus modo ſine aſpiratione dicimus nam antiqui thus dicebant ἀπὸ τοῦ θύειν. quod diſplicuit: thura enim à tundendo dicta eſſe voluerunt, à glebis tunſis: cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. ⸿ At chalybes nudi ferrum.) Populi ſunt apud quos naſcitur ferrum. Vnde abuſiue dicitur chalybs,ipſa materies,vt Vulnificuſq; chalybs. Nudi autem,aut apud quos arbores non ſunt: aut vere nudi,ꝓpter ferri cædendi ſtudium. Nam legimus,Brōteſq; Steropeſq;,& nudus membra Pyragmon. ⸿ Viroſaq; pontus caſtorea.) Fibri,canes ſunt Pontici: quorum teſtes apti ſunt medicaminibus, propter quos vbi ſe requiri ſenſerunt, eos ſecant. De his Cicero,Redimunt ſe ea parte corporis,propter quā maxime expetuntur. Iuuenalis, Qui ſe eunuchum ipſe facit,cupiens euadere damno Teſticuli. Caſtores autem à caſtrando dicti ſunt. ⸿ Viroſa) autem,venenata. Nam licet ſint multis remedio,tamen prægnantes eorum odore abiiciunt & egerunt partum. Et viro a dicta ab eo quod eſt virus. Alij fortia accipiunt, à viribus. ⸿ Eliadum palmas Epiros equarum.) Hypallage eſt: nam hæc dicit,Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Sane Epeiros grece profertur: vnde etiam è habet accentum. Nam ſi latinum eſſet, Epirus Epiri,P.l haberet, quia longa eſt. Nec mireris equas currere, nam vt dicit Plinius, velociores ſūt ideo quòd in curſu vrinam faciunt.

PROBVS.

ℭ Nonne vides croceos vt Tmolus odores. India mittit ebur; molles ſua thura Sabæi, At chalybes nudi ferrum viroſaq; pontus Caſtorea.e.p.e.) Tmolus Lydiæ mons eſt, quem non idcirco nominat vtiq;.ꝙ ſolus crocum ferat,ſed ꝙ præcipue, Peluſianā lentē dicit & Sicyoniā Baccā oliuam,nō ꝙ Sicyone tm̄ naſcanṫ,aut Peluſii ſolum lētes,& India mittat ebur,ſed & Aphrica. Sed maiores ſunt in India elephanti, Sabæi natio eſt Arabiæ,quos molles vitio ſermonis quia parum viriliter loquātur,dicit. Chalybes natio pontica. in qua ſunt ferri fodinæ. Ibi autem à nudis ferrum quæritur: pontus fert & caſtorea: ſed non ſolus,fibri enim teſtes hoc nomine appellātur quod animal quū etiam in alijs regionibus q̄; in ponto naſcatur,non tamen tanta eſt vis teſtium,quanta pontícoꝝ fibrorum. ⸿ Eliadum palmas.e.e.) Copioſiſſimam eſſe palmis epirum ſignificat,nec tamen ſolū eas ferre,dicit enim & idumeas. Quæri ſolet quare equarum potiusq̄; equorum dicat,ipſe rationem conſilij ſui explicat, quum ait in lib.iij. Seu quis olympiacæ.m.p.p. Paſcit.e.ſ.q.fortis ad.a. i.corpora pręcipue matrum legat.

MANCINELLVS.

ℭ Ferro.) Vomere. ⸿ Æquor.) Campum ab æqualitate. ⸿ Ventos & varium cœli,&c.) Quæ ſunt agricolis,neceſſaria diximus iam circa principium huius commentarij,& quia huic etiam loco conueniunt,ibidem relegenda admoneo. Ventos,hoc dicit ne imbribus ventiſq; imminentibus opera inchoet agricola laboremq; fruſtretur vt Columella docet,& Plin. libro.xviij. capit. xlix. inquit in boream ponito arbores.viteſq;. ſed hoc flante, ne arato, frugem ne ſerito,ſemen ne iacito. ⸿ Varium cœli morem.) Idem Columella in prologo libro primo aperit, inquit enim cœli,& anni præſentis mores intueatur agricola ſcilicet: Neq; enim ſemper eundem velut ex præſcripto habitum gerunt,nec omnibus annis eodem vultu venit æſtas,aut hyems, nec pluuium ſemper eſt ver,aut humidus autumnus. ⸿ Patrios cultus.) Varró libro.j.capitulo.v. Agriculturæ inquit, quatuor ſunt partes ſummæ, è quibus prima cognitio fundi, parteſq; eius,quales ſint: ſecunda quæ in eo fundo opus ſunt,ac debeant eſſe culturæ,tertia quæ in eo prædio colendi cauſa ſint faciunda,quarta quoque tempore in eo fundo ferri. ⸿ Habituſq; locorum.) Varro libro primo capit. vj. ſcribit in terra eſſe ſimili vi, ac poteſtate partes permultas, in quibus lapis marmor, arena,puluis,creta,ignis,carbunculus,ideſt quæ ſole perferuet: ita, vt radices,ſatorum comburat: partim ſunt humidiores partim aridiores,

aridiores,partim mediocres,ſunt macræ,ſunt pingues. Habi/
tus,ideſt qualitates,diciturq; habitus ab habendo aliquid. ¶ Et
quid quæq; ferat regio.) Idem Varro libro.j.cap.vj.ait,non ea/
dem omnia in eodem agro eſſe poſſunt,nam vt alius eſt ad vi/
tem appoſitus,alius ad frumentum:ſic de cæteris,alius ad aliā
rem.Et ca.xxxiij.inquit.Alia loca appoſita ſunt ad fœnum,alia
ad frumentum,alia ad vinum,alia ad oleum.¶ Segetes.) ideſt ſa
ta.Hic ſegetes illic,&c.Plin.lib.xvij.c.iiij.inquit.Quippe non ea
dem terra arboribus conuenit,& frugibus.plerunq; nec puella,
qualem habet Campania,vbiq; optima vitibus,aut quæ tenues
exhalat nebulas.Virg.& quæ filicem ferat nō improba vitibus.
Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in Venafrano pinguiſſimū
in Betica,tanta eſt argumentorum,& ſoli varietas, ac differen/
tia.Capite vero.v.ait idem,Fruges alit tophacea alba,proxima
eſt ruffa.Et libro.xviij.Agri ipſius bonitas inquit:quibus argu/
mentis iudicanda ſit,ſubſignabimus Catonis maxime verbis.
Ebulum,vel prunus ſylueſtris,vel rubus,bulbus,minutus, tri/
folium,herba pratenſis,quercus ſylueſtris,pirus, malusq; fru/
mentarij ſoli notæ,veniunt,creſcunt.Arborei fœ.i.poma,De fœ
tu diximus in Bucoli. Iniuſſaq; gra.frumenta enim iuſſa naſcun
tur.Vnde eſt,atq; imperat aruis.¶ Nonne. v.c.) Exemplo quod
dixerat aperit,& loca narrat,vbi plus ac melius aliquid proue/
nit,Croceos odo.Plin.lib.xxj.ſcribit,ꝙ prima nobilitas cilicio
croco ineſt,& ibi in Corico monte,dein Lycio monte Olympo.
Mox centuripino Ciliciæ aliqui, Phlegreo ſīm locum dedere.
optimum vbicūq; ꝙ pinguiſſimum & breuibus capillis. ¶ Tmo
Tmol' lus.) Strab.lib.xiij.docet,ꝙ Tmolus ſatis coactus eſt: & ambi/
tum mediocrem habens,& in ipſis Lydiæ partibus terminatur,
imminetq; ſardibus,vbi mons ipſe felix,à quo Pactolus fluit.
Is vero Tmolus appellabatur,vt Plin.lib.vj.ſcribit, quod qui/
dem Ouid.quoq; libro.vj.meta.oſtendit.Deſeruere ſui nymphę
vineta Tymoli.At ſunt quidem,qui contendunt hic legendum
eſſe nymphæ vineta Tymoli,quod profecto abſurdum eſt,Pli.
authoritate.Eſt autem vino melle croco perfertilis.Vnde Solin.
India. ait.de Lydia,& Tmolus croco florentiſſimus.¶ India.) Ea ma/
xima eſt ad orientem expoſita,de qua multa Strab.lib.xv.Fauo
nij vero ſpiritu ſaluberrima eſt,bis in anno æſtatem habet:bis le
git fruges,author eſt Solin.¶ Ebur.) Plin.lib.viij.ſcribit.Elephan
tes fert Aphrica,ferunt Æthiopes,ſed maximos india: arma ha
bet quæ iuba,cornua appellat.Herodotus melius dētes:hos de/
ciduos caſu aliquo defodiunt,hoc ſolum ebur eſt quanquam nu
per oſſa etiam in laminas ſecari cœpere, pœnuria etenim rara
Saba. amplitudo iam dentium,præterq; ex India reperitur.¶ Molles
Sabęi. ſua.t.ſa.) Docet Plin.li.xij.ꝙ thura præter Arabiam nullis:ac ne
Arabię quidem vniuerſæ:regio eorum thurifera Saba appella/
tur,ſpectans ortus ſolis æſtiui.Mol.ſa.Strab.lib.xvj.docet ꝙ ſa/
bei felicem Arabiam incolunt quæ maxima natio eſt,apud hos
& thus,& myrrha,& cynamomum naſcitur,in ora etiam balſa/
mum,habent præterea palmas odoratas,homines propter ma/
ximam fructuum copiā ocioſi ſegneſq; viuunt,ſub rege ſunt,&
ipſe tum etiā ſui in delitijs muliebribus viuunt.Supellectilem ex
argento,& auro multam habēt:vaſa,lectos,tripodas, crateras,
cum operculis,domoſq; ſumptuoſas,nam & portæ, & parie/
tes,& tecta ex ebore,auro & argēto,lapidibuſq; incruſtatis ſunt
diſtincta:propter hos igitur mores,& tantam rerum copiā,poe
ta molles ſabeos ait.i.ocioſos:ſegnes,delitioſos.At Probus in/
quit.Molles vicio ſermonis appellat,quia parū viriliter loquan
tur.¶ Chalybes.) Iuſtinus lib.vlti.de Hiſpania loquēs ſcribit,ꝙ
Caly/ apud amphilocos Galatiæ portionem,pͨcipue ferri materia,ſed
bes. aqua ipſa ferro violentior,quippe temperamēto eius acrius red
ditur ferrū,nec vllum apud eos telum probatur: quod non aut
Byrbili fluuio,aut calybe tingatur.Vnde ēt calybes fluuii huius
finitimi appellati,ferroq; cęteris pſtare dicuntur.Nudi labore.f.
ac ignis æſtu.¶ Pontus.) mēſura pōti ab Boſphoro ad meotidis
lacum protenditur docet vt Pli.lib.vj.¶ Caſtorea.) Pli.li.viij.itē
li.xxxij.docet,ꝙ in terris,& in aqua victus eſt fibris:quos caſto/
res vocant,& caſtorea teſtes eorum,quos ſibiipſi amputāt peri
culo vrgente,ob hoc ſe peti gnari,efficaciſſimi autem ē pōto Ga
latiæ,mox Aphricę:ſternutamēta olfactu mouent,ſomnum cō
citant:cū roſaceo peruncto capite medentur,& vertigini, neruo
rū vitiis,ſic & cōtra comitiales.& ſumpti,poti vero contra inflā
mationes,tormina venena,aduerſus ſcorpiones ex vino bibun
tur,aduerſus aconitū ex lacte,aut aqua claritatem viſus faciunt
cū melle attico inuncti,cohibent ſingulis ex aceto.Soli. vero ſic
ait per vniuerſum pontum fiber plurimus,quem alio vocabulo
dicunt Caſtorem,teſticuli eius appetūtur in vſum, medelarum,

¶ Viroſa.) i.potentia,& multę virtutis ac virium,vt oſtēdimus,
Virus enim quādoq; pro naturali virtute legitur, Vt Noni.ſcrib. Virus.
& Pli.teſte.virus dicitur ꝙ græce pharmacon.i.medicina, hinc
etiā Iuue.ait in ſat.Natali coruine.Adeo medicatum intelligit in
guem.Virus pręterea dicitur quod diſtillat ab īguine equę,quo
tēpore agitatur amoris furore,vel quod diſtillat à coeuntibus
animalibus.Virg.lib.iij. Geor.hinc demum Hyppomanes vero
quod noīe dicunt,Paſtores lentum diſtillat ab inguine virus,&
Plin.lib.xxviij.c. xxj. ait ꝙ virus verrinum,& ſcrofæ ex coitu
exceptū priuſq; terrā attingeret,contra dolores valet:potes er/
go viroſa intelligere etiā propter id,nā cum caſtorea ſint teſtes,
recte viroſa dici poſſunt.¶ Eliadum equarū.) Elis vt Pli.ſcri.lib. Elis.
iiij.vrbs fuit Achaiæ per agrum vero Eleū vt ſcri. Strab.lib.viij.
Alphęus amnis perlabitur,apud quem Olympicorum ludorū
certamen agebatur gymnicū,atq; equeſtre teſte Herod.lib. viij.
vbi pmiū erat oleagina corona,qua donarent̄,nō enim pecunia
rū certamen agitabant,ſed virtutis:id autem Hercules inſtitue/
rat.Sed hęc oīa latius p nos habent̄ ode prima Horatij.Palmas
eliadum equaꝝ.i.equas aliarum victrices apud Elidem.Probus
aūt ait,ꝙ poeta copioſiſſimā eſſe palmis Epirū ſignificat qđ ali/
ter oſtendit ipſe Maro lib.iij.Geor.dicēs. Quāuis ſępe fuga ver/
ſus ille egerit hoſtis.Et patriā.Epirum referat,fortiſq; micenas.
¶ Palmas.) palma arbor eſt,de qua multa Pli.ſed propterea in/ Palma.
quit Plutar.in certaminibus palma ſignū eſſe placuit victoriæ,
qm̄ ingeniū hmōi ligni eſt,vt vrgētibus pmētibuſq; non cedat.
Plura ſcrib.Gel.lib.iij.c.vj.¶ Epiros.) ea vt Pli.li.iiij.docet:eſt in
tertio Europæ ſinu: atq; acroceraunijs incipiens montibus ad
Magneſiam,Macedoniamq; tendit.

ASCENSIVS.

¶ At prius &c.) Quia quarto ſulco ſerēdum docuit:primus au
tem fiat proſcindendo,docet quid attendendum ſit proſciſſuro,
æquor.i.campū æquū & planum,de quo nullum experimentū
habet dicens:quia proſpicere conuenit ventos & cœli varietatē
ne pluuia impeditus operam interrūpere cogatur. Deinde quis
cuiq; rei cultus adhibēdus,& nouiſſimo qua regione quęq; res
libētius naſcatur.Nam neq; terrę oēs ferre omnia pn̄t,quod exē
plis hic pbat.Seruius aūt in Tmoli montis deſcriptione reprehē
ditur à Beroaldo ſic Pli.in.v.refert Tmolū mōtē eſſe nō Cilicię Tmolus
vt Seruius opinat̄ ſed lydię qui ante Tymolus vocabat̄ & erat
vitibus cōſitus.Stra.quoq; & Soli.idē ſentiūt quod Pli.Tmolū
in lydia collocātes,de quo ſic ſcribit Oui.Riget aridus alto Tmo
lus in aſcenſu cliuoq; extenſus vtroq; Sardibus hinc illinc par/
uis finit̄ hypepis. Iuxta ſardis poſitū eē Tmolum indicāt Ouidij Sardis.
verſus.Sardis aūt vrbē eſſe i Lydia celeberrimā Herodoti & Pli
nii teſtimonio notiſſimū eſt.Pręterea nō abſurdū fortaſſis foret
illud Virgilianū Croceos vt Tmolus odores ad vinum referre.
Nam cum Tmoli vinera laudent̄ à priſcis tāq; generoſiſſima vi/
detur poeta appellaſſe croceōs odores.i. vinum Tmoli quod
odoris & coloris crocei ſit:quale vinū in primis laudatur à Pal
ladio vtpote ſaluberrimū,& in hanc ſententiam vadit Porphirio
dicens croceū pro vino poſitum eſſe à Virgilio,& allegat iſtud
hemiſtichion:hoc ideo dixi vt aliquid argutius recōditiuſq; me
morarē,non vt Seruij expoſitionem refellere vellem:quę Pro/
bi & Solini atq; Columellę authoritate corroborat̄,qui ſcribūt
Tmolū eſſe croco florentiſſimū.Sed quia interdū gratę ſunt ſtu/
dioſis argutiores interpretationes:hęc pauca libuit his cōmen/
tarijs intexere,ſequatur vnuſquiſq; quod velit.Hæc ille. ¶ Or/
do eſt.At.i.ſed cura ſit.i.curandum eſt nobis priuſq; ſcindamus
ęquor.i.campum æquum,ignotum.i.de quo nullū adhuc feci/
mus periculū ferro.ſ.arātri,cura inq; ſit prędicere ventos.i.aut
cui vento ſubiaceat aut qui venti pluuiam,qui ſerenitatem alla
turi ſunt,& pro.i.varium more cœli.i.aeris niſi dicas variam in
fluētiā cœleſtium corporum:ac cura ſit prędicere cultus patri/
os.i.qui quorūlibet patrię.i.loco natiuo conueniant & habitus
i.qualitates locorum.Et cura ſit prędicere quid quęq; regio fe/
rat,& quid quęq; recuſet,ſup.ferre qua ſegetes veniunt.i.naſcū/
tur felicius.i.fœcūdius & huberius,hic.i.hoc loco,& vuę veni/
unt felicius,illic.i.illo loco,fœtus arborei veniunt felicius,ali/
bi.Atque gramina vireſcunt iniuſſa, ideſt ſponte nullo ſerente
aut cogente,nōne vides vt.i.quemadmodum.Tmolus mōs ille
Lydię mittit odores croceos.i.crocū,& vt India mittit ebur &
Sabęi molles.ſ.in tepida ſemper regione verſantes mittāt ſua.i.
propria & peculiaria thura qa ſolis eſt thurea virga Sabęis.At.i.
ſed,calybes,populi illi aut in ponto,aut potius in Hiſpania nu/
di.i.nudis mēbris calybē:hoc eſt ferrū mulcentes:cum ſabęi te/
nerrim e veſtiti thura legāt epithetis ergo antitheſim facit ſup.
mittunt

mittũt ferrũ.ſ.calybem & pontus illa iſula, mittit caſtorea.i. medicaméta ex teſticulis Caſtoris facta, viroſa.i. viriũ plena, aut virus quoddá habétia Epiros.ſ.inſula mittit ſup. palmas equarum eliadũ.i. equas è quibus gignantur equi in elide vincere ſoliti, & ita palmas mereri. Elis aũt ciuitas eſt Achaiæ. vbi iuxta Alpheũ agitabanẽ olim ludi Olympici. Elias ergo patronymicũ eſt à patria deductũ. Et ita annotandũ eſt patronymicũ patriũ: nõ enim filiũ aut nepoté nec filiam, aut nepté, ſed rem in patria genitá ſignificat: videlicet equas ſicut in Bucolico muſæ dictæ ſunt ſicelides à patria, & alibi helyconides & caſtalides &c.

PIERIVS.

¶ Ac patrios cultusq; habitusq; lo.) In Oblongo vaticanæ Bibliothecæ cod. cultus habitusq; legitur, particula, q; ſemel tm̃ poſita, in Longo. q; poſt, cultus, adſcripta erat, abraſa eſt. Vetera exéplaria reliqua, cultusq;, habitusq;, legũt, & pticula illa vtriq; vocabulo adiecta, verſui decorum, & grauitatem addere mihi videtur. ¶ Et quid quæq; ferat regio quod quęq; recéſet. In nõnullis antiquis codicibus legere eſt. Quid ferre recuſet. Quod ergo crediderim ex Paraphraſi deſumptum. ¶ Hic ſegetes illic veniũt felicius vuæ. Antiquos admodum codices vidi, in quibus verſus hoc numero legitur. Hic ſegetes veniũt vuæ felicius illic. Sed enim vulgata lectio magis aures implet, & longe ſuauior videtur. ¶ Atq; iniuſſa vireſcunt gramina.) In Longob. exemplari abraſa eſt dictio Iniuſſa, eiusq; loco repoſitum, inuiſa: ſed iniuſſa, omnino lectio caſtior eſt, quam & Seruius agnoſcit. ¶ Eliadum palmas Epiros equarum.) In Lõgobardico, & pleriſq; alijs codicibus, epirus, per. us. legitur Latina terminatiõe. In Romano, epiros, per, os, vt græce, & ita legendum Seruius cenſet. Præterea cur equarum potius fœminino genere quàm equorum maſculino dixerit, quęrit Probus, Sed in reddenda ratione, quid ſibi velit difficulter intelligas, adeo omnia eius ſcripta mutilata ſunt, licet vero dicat corpora præcipue matrum legenda, ex quibus Sobolom tollas, non ſatis ad ſententiam facit. Quare legas apud Plinium de equis, ſcythas per bella fœminis vti malle, quod vrinam curſu non impedito reddunt, ad quos reſpexiſſe crediderim Virgilium quum hic preſertim de curſu & velocitate loqui videatur.

Continuo has leges, æternaq; fœdera certis
Impoſuit narura locis: quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age terræ
Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni
Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.
At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum
Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.
Illic officiant lætis ne frugibus herbæ,
Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.

SERVIVS.

¶ Continuo has leges.) Iugiter in æternum, ad perpetuũ: ſicut ſequentia indicant, ná dicturus eſt, Æternaq; fœdera. ¶ Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.) Iam tranſit ad fabulam: & poetice dicit. Iſta tum primum ſtatuta, quæ ab initio mundi conſtat fuiſſe. ¶ Vnde homines nati durũ genus. Expreſſit τὸ αἴτιον, ideſt cauſatiuum. Nam & græce populi λαοὶ dicuntur à lapidibus. λᾶοι enim lapides dicũtur. ¶ Ergo age terræ pingue ſolũ.) Iá redit ad cám. ¶ Primis à méſibus anni.) Hoc é (qđ dixit, Vere nouo. ¶ Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.) Quæ glebas ſoluit in pulueré. Et reddit cám cur hoc debeat fieri. ¶ Maturis autem ſolibus.) id eſt veheméter feruidis, magnis. ¶ Sub ipſum arcturum.) Id eſt autumnali tempore, quo Arcturus oritur. Et ſciendum ꝙ. ¶ Sub) præpoſitio, quando tempus ſignificat, accuſatiuo gaudet: vt hoc loco Sub arcturum, id eſt circa arcturum. Item, At ſub lucem denſa inter nubila ſeſe. Et, Sub noctem exportant calathis. ¶ Sulco.) Id eſt aratione. Et aliter, Arcturus, qui & Arctophylax, ideſt Bootes, poſt Vrſæ caudá locatus: quem alij Arcadem fuiſſe filium Caliſthonis & Iouis dicunt: qui cum matrem in figurá vſæ ira Iunonis transfiguratam vellet occidere, ambos à Ioue in cœlum eſſe tranſlatos, ille Arcturus, illa Elice dicta. Alij Icarũ hunc volunt eſſe: qui à paſtoribus, quos vino tũc primũ reperto ebrios fecerat, velut dato veneno, fuerat occiſus. Arcturus aũt, ꝙ poſt caudá vrſæ locatus ſit ἀπὸ τῆς οὐρᾶς τῆς ἄρκτου. Bootes, ꝙ boues cũ plauſtro agat, dictus eſt. Oritur aũt idem arcturus ante. xv. Cal. Octobris: atq; exinde pluuiæ incipiunt. quod ipſe aperuit dicédo. Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam. Arcturum autem pluuiarũ & tempeſtatũ eſſe authoré & Plautus oſtédit in Rudéte, cũ eundem ipſum dicenté facit, Increpui hybernũ, & fluctus moui maritimos. ¶ Illic.) In terra pingui. ¶ Hic.) In ſterili, & tenui, & infœcunda. & (vt ſuprà diximus) oĩa præcępta quæ cõmemorat, ad illud pertinét quod ait, Quid faciat lętas ſegetes. ¶ Arenam.) Aridam terram, quæ eſt ſicut arena.

PROBVS.

Deucalion.

¶ Cõtinuo has ſeges ęternaq;, f.c.i.n.l.q.t.p.d.v.l.i. in orbem.) Vnde hoĩes durũ nati genus, Deucaliona putát Promethei fuiſſe filiũ, & habuiſſe in matrimonio ſororé patruelé Pyrrhá Epimethei filiam, his tpibus, quibus Iouis mũdata græcia cataclyſmo, perdidit humanũ genus, qui quũ perlati eſſent in mõtem Parnaſum, cuius tm̃ duo vertices eminebát, & ibi eſſet oraculum Themidos, intrauerũt adorantes, quéadmodũ poſſent reſtitui homines, qbus reſpõſum eſt iactanda his eſſe parétis magnę oſſa poſt terga diſtinctis, capitibusq; velatis, interpretati aũt quum eſſent terrá parenté, oſſa eius lapides iecerunt poſt ſe, ex quibus hominum genus renatũ eſt, cuius etiá Ouidius meminit, quũ ait. Inde genus durũ ſumus, experiensq; laborũ. Et documenta damus, q̃ ſimus origine nati. ¶ At ſi nõ fuerit tellus. f.ſ.i. arcturũ. t.ſ.e.ſ.ſ.) Arcturus eſt ſtella in cauda maioris vrſæ: quam gręci elicem vocant, dicta à cauda & vrſa. Arctos. n. gręce, vrſa dicitẽ, cauda vra, cuius ortu hyems incipit. ¶ Hic ſterilé ex. n. d. hu. arená.) Quidá aſpirát arená qa hęreat cui. ſ. digámon adiunctum eſt, quod ét hauriat, hoc eſt i ſe receptũ humorem trahit, huius hanc eſſe naturá teſtatur Virg. dicens, Collectum humoré bibula deducit arena. Bibula. n. qa bibat diciẽ. Aut ibi, flaua ceres. m. ſ. ſ. vnde. p. l. ſ. q. leg. aut tenues. f. viciæ. t. q. l. ſ. fragiles c. ſ. q. ſ. putant non minus eſſe vtilé ad ſationé ſarris agrũ: ex quo alius fructus ſublatus ſit. q̃; eum, qui vicibus ceſſat, Lethęo perfuſa Papauera ſomno. Lethęum ſomnũ dicit, eo ꝙ excutiat memoriam ſopitis. Lethe enim eſt obliuio. Papauer auté quod in ſegete naſcitur facit ſomnum.

MANCINELLVS.

¶ Has leges.) Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria, Tul. libro primo de legibus. ¶ Fœdera.) Fœdus appellatum, quia inter fœdera interponebatur fides, vt ait Feſtus. ¶ Natura.) Ea vt aiunt, dicta eſt ab eo ꝙ aliquid naſci faciat, gignendi enim & faciendi potens, eſt igitur natura creatrix omnium etiam inuiſibilium rerum. Vnde Lucre. libro primo ait. Deſerere incipiam, & rerum primordia pandam. Vnde omnis natura creet res, auctet, alatq;. Sed de natura latius in Sileno diximus. ¶ Deucalion.) Quę conſtant à mũdi initio ſtatuta fuiſſe poeticæ, & fabuloſæ hoc loco narrantur. Sed de Deucalione latius, & plene diximus in Sileno. ¶ Ergo age terræ.) Ad cauſam reuertitur, docendo quid faciat lætas ſegetes, vt prædixerat pingue ſolum, Palladius libro ſecundo de menſe Ianuario ait. Pingues & ſicci agri proſcindi & apparari iam poſſunt, & libro tertio de Februario iquit, locis tepidis, aut ſi clemens tempus, & ſiccum fuerit, colles pingues vel hoc méſe proſcinde. & libro. vj. de menſe Maij ſcribit. Nunc quoque pingues agri & herboſi proſcindantur, & libro. vij. de méſe Iunij inquit. Nunc frigidiſſimis locis quæ maiora ſunt prætermiſſa faciemus, agros æque proſcindemus, Colu. ſcrib. libro ſeptimo capitu. ſecundo ꝙ idibus Ianuarijs quod habet, tempus inter brumam, & aduentum Fauonij, ſiccos, & pingues agros tempeſtiuum eſt proſcindere. Paulo inferius inquit, ꝙ ab ęquinoctio verno optime vliginoſa, & pinguia loca proſcinduntur. At quę méſe Ianuario veruacta facimus, nunc vltima parte Martii ſunt iteranda, poſtea docet, quòd circa ſextum Idus Iulias, optime iteratur proſciſſum veruactum. Primis à menſibus anni Ianuarium & Februarium intelligit, qui primi menſes anni Numæ Pompilij fuerunt de quo aperte loquitur Colu. vt oſtendimus ibi. Vere nouo Gelidus. Plin. etiam libro. xviij, capitulo. xxxij. inquit, Tepidioribus locis à bruma proſcindi arua oportet, ac frigoribus ab æquinoctio verno, & maturius ſicca regione quàm humida maturius denſa terra quàm ſoluta pingui quàm macra, altum & graue ſolum etiam hyeme moueri placet. ¶ Glebasq; iacentes.) Cauſam aperit quare id fieri debeat, vt calor in pulueré Glebas diſſoluat, Solis enim ardore ſiccatur liquor, & cuncta torrentur,

cta torrentur,& ſorbentur:quod Pli.li.ij.docet,quum vero pro ſcinduntur arua hoc vtilitatis habẽt,ꝙ inuerſo ceſpite herbarum radices necanẽ,quod idẽ li.xviij.edocuit.⸿Maturis ſolibus.) i. ardẽtibus,eſt enĩ à pomis metaphora,nã ſoles maturi dici poſ/ſunt quum ferueſcere cœperint.⸿At ſi nõ fuerit tellus fœcũda.) Plin.li.xviij.ca.xxxij.inquit,ꝙ tenue valde,& aridum ſolũ paulo ante ſationis tẽpus moueri debet.Col.vero lib.ij.c.iiij.docet ꝙ graciles cliui non ſunt in æſtate arandi,ſed circa ſeptẽbris kal. cum ſi ante hoc tẽpus proſcinditur,effœta,& ſine ſucco humus, æſtiuo,ſole peruritur.⸿Sub.)i.circa.⸿Arcturum.) Arcturus vt Pli.ſcri.li.ij.c.xlix.exoriẽ.xj.diebus ante ęquinoctium autumni. Eſt autem æquinoctium veris.viij.kal.Aprilis,vt docet Colu.li. vij.c.ij.Autumnale,ęquinoctium.viij.kal.Octobris.i.die Septẽ/bris.xxiiij.orietur ergo Arcturus die Septembris.xiij. Arcturus autem ſtella eſt,quæ vrſæ cauda interpretatur,eſt enim in cauda maioris vrſę locata,quam Bootes in zona habere dicitur clarius lucentem,authore Iginio.⸿Suſpẽdere.) Surſum agere.⸿Illic.) In pingui ſolo.⸿Hic in) Solo non pingui.⸿Sterilem.) Are/nam infœcundam & aridam terram.

*Arcturus æquinoctium.*

## ASCENSIVS.

⸿Cõtinuo has leges.Docet varietatem terrarum in producen/do naturalẽ eſſe,ac inſitã ab eo tpe,quo Deucalionis diluuium fuerat,vnde vt rigorẽ doctrinæ mitigaret per digreſſiunculã nõ ineptam fabulam inſerit,quæ à Lãdino ſic explicatur.Deucalio/nis diluuium nũ fuit vniuerſale,vt diluuium Noe,Fuit autẽ vt ait Varro regnante Crimao Cecropis ſucceſſore,vt Euſebius & Hieronymus nondũ defuncto Cecrope.Dictum autẽ Deucalio/nis,qm̃ maxime eius regionẽ oppreſſit,ad Ægyptum autem & eius vicina nõ peruenit.Factum eſt anno mundi ſeptimo ſupra tria millia,& ſexcẽtos ac ſeptuaginta,cum vniuerſale diluuium quod fuit tpe Noe fuerit anno.xxxij.ſupra duo millia ac ducen/tos.Dictus eſt autem Deucalion lapides in homines cõuertiſſe, quia qui ex diluuio ſuperfuerant timẽtes iterum diluuium ſe in montibus continebant aſpero & ferino modo viuentes.At il/le verbis paulatim emolliuit,& in planum deducẽs ad mitiorẽ, & humanum cultum traduxit.Deucalionis autẽ filium fuiſſe dicunt Hellenẽ à quo græci Hellenes ſunt dicti.Theſſaliæ autẽ imperauit Deucalion.Hæc ille.quia vero æternas docet naturæ le/ges:ita vt ſua cuiq; loco vis ſemel inſita perpetua ſit(nã & Por/phirius locum generatoꝝ prĩcipium & genus cẽſet) cohortatur vt ſecundũ eam rem terræ arentur,pingues,videlicet & cõden/ſæ à primis mẽſibus,,hoc eſt ab Ianuario & Februario vt ſole, & ventis inutilis humor qui nimiã luxuriã pariat exiccetẽ,& pingue ſuperfluũ abſumatur.ipſęq; terrę fiant putres ac puluerulẽtæ.Macræ vero & deſiccæ vſq; ad ſationis tp̃s nõ ſcindanẽ pro/fundius ſed ſuſpẽdantur tenui & quaſi(vt dicũt)ſuperficiali ſulco,ne hudum & pingue quod modicum habet & fertilitati ne/ceſſarium eſt penitus exudet.⸿Ordo eſt.Natura impoſuit certis i.ſuis qbuſq; locis has leges.i.vires legitimas & à virtute ſupio/re,hoc eſt cœleſti cõceſſas vt.ſ.aliæ alia ferãt & hæc ęterna fœdera.i.hæc pacta hunc cõſenſum quo inter ſe cõſentiunt,ita vt alię aliaꝝ munus nõ vſurpent,quinetiã per hæc homines quodãmodo fœdera ſeruãt,nã ſi ferat omnia tellus neq; aliis alioꝝ egerẽt longe maior eſſet inter mortales principes Faſtus ita vt qui optima quæq; haberent aliis nõ cõmunicarent,ſed potius aditum negarent,ſed rerum penuria etiã cum thurcis & ethnicis cõmer/cia nobis facit.Impoſuit ergo hæc fœdera cõtinuo.i.iugiter, & ad perpetuum,aut vt Galli dicunt incõtinenti,hoc eſt ilico & è veſtigio & ſine intercapedine tẽporis eo tẽpore quo Deucalion rex Theſſaliæ,iactauit in orbem.i.in mundum vacuum.i,vaſta/tum aquis & hominibus carentẽ,lapides.ſ.poſt tergum iactos. vñ.i.è quibus lapidibus nati hoĩes ſunt ſup.durũ genus,aut vniuerſos reſpicit,quia ferrea nunc dicuntur ſęcula, aut Theſſalos p̃cipue qui duri & ĩmites prædicantur.vbi Lapithę & cẽtauri.& Dolopes & Myrmidones,& id genus hoĩes duri & feroces.Er/go.i.qñquidẽ ęternę & incõmutabiles ſunt leges nec fruſtreris ſi ſecũdũ naturę exigẽtiã terrã colueris.⸿Age) Adhortãdi aduerbium,de quo Valla nõ recte cenſet ꝙ videlicet tm̃ ſingulare verbum expoſtulet & agite tm̃ plurale:ſed agedũ vtrunq;,nã & hic dicitur inuertãt) fortes.i.robuſti tauri:inuertant.i. proſcindant. extemplo.i. illico è veſtigio(tractum ab auſpicibus qui lituo tẽplum deſignabant ad cõtemplandum.i.inſpiciẽdum auium vo/latum,quo deſignato dicebant extemplo:eoq; dicto neqs obſit oẽs ſe proripuerunt) à primis menſibus anni.i.à Ianuario & Februario,ſolum pingue.i.terrã pinguem opimã quæ ſolum diciẽ quia oĩum ſuſtentaculum eſt à ſoliditate(vñ quidquid aliquid ſuſtẽtat illi ſolum eſt vt mare piſcibus,& aer auibus & ęſtas puluerulenta.i.plena pulueribus & quæ per rarefactionem & pu/trefactionem multos pulueres excitauit.coquat glebas.i.terras pingues iacentes.i.aut inertes niſi ſole matureſcant, aut graues & põderoſas.At.i.ſed ſi tellus non fuerit fœcunda.i.ſi ſolum fuerit macrum:ſat.i.ſatis erit ſuſpendere.i.ſuſpenſam tenere, ſcili/cet terram:ſub,ideſt vſq; ipſum arcturum, ideſt ortum arcturi ſeu Bootis qui oritur.xj.diebus ante ęqnoctium autumnale hoc eſt.xiij. Septembris quo tempore ſatio fit:tenui,ideſt modico & exili ſulco, ideſt non arabitur donec ſeminandum etit niſi vno & eo quidem tenui ſulco:ne herbę ſcilicet ſponte in ſolo pingui ſupercreſcentes officiant,ideſt noceant,lætis.i.pinguibus frugi/bus:illic.i.in prius dicto:hoc eſt in ſolo pingui,& ne humor exi/guus,ideſt qui in terra ſterili & macra,exiguus, ideſt modicus eſt:deſerat,ideſt penitus deſtituat,& derelinquat arenam, ideſt terram arenoſam,& quæ penitus in arenam exiccetur,hic,id/eſt in terra minus fœcunda & macra.Exiguum eſt quod qa mo/dicum facile exigitur.

*Deucalio qui fuerit.*

*Age.*

*Extẽplo*

*Solum.*

## PIERIVS.

⸿Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.) In Rom.co.le/gere eſt,maturis frugibus.Seruius,ſolibus, agnoſcit:cum aliis pleriſq; codicibus antiquis.⸿At ſi non fuerit te fœcun.) In Lõ/go.&,ſed,at,melius.

Alternis idem tonſas ceſſare nouales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flaua ſeres mutato ſydere farra:
Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen:
Aut tenues fœtus viciæ,triſtiſq; lupini
Suſtuleris fragileis calamos,ſyluamq; ſonantem.
Vrit enim lini campum ſeges,vrit auenæ:
Vrunt lethæo perfuſa papauera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor.arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola,néue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requieſcunt fœtibus arua.
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

## SERVIVS.

⸿Alternis.) Ideſt alternatim ⸿Idem.) ſ.agricola.⸿Tonſas nouales.) Agros meſſos.Dici/mus aũt & has nouales & hęc noualia.Proprie nouales ſunt primũ arua p̃ſciſſa, & primũ ſegetẽ ferentia.⸿Patiere.) Pa/tieris.⸿Situ dureſcere cãpũ.) Vt redeat in vires priores.Sa/ne ſciendũ & Ciceronẽ in dia/logis, & cęteros philoſophos tractare nõ qd debeat fieri,ſed quid potiſſimum fieri.quã rẽ nunc Virgilius ſequitur.Nam cũ dicat multa remedia agro/rum recreandoꝝ,ponit præ oĩbus intermiſſionẽ.Vnde eam rem frequenter iterat.⸿Aut ibi flaua ſeres mutato ſydere farra.) Si te terrarum cogit angu/ſtia,& non habes vbi intermiſſo agro rurſus ſeras:ibi frumen/ta ſeras,Vnde legumina ſuſtuliſti.Aut ſi tibi eſt opus frumento, ſtercora ſparge,& cinerem:vel ĩcẽde ſtipulas..⸿Sydere.)Modo anno.⸿Lætum legumen.) Fertile.Et.⸿Lætus) prout res fuerit accipimus:vt lætus homo,ideſt hilaris,lætum pecus,ideſt pin/gue,lætum legumen,vt diximus,fertile:& ſic in reliquis.⸿Sili/qua.) Theca leguminis.⸿Quaſſante.) Ideſt quaſſa.⸿Legu/men.) Legumen dicitur quod manu legitur, nec ſectionem requirit.Frumenta vero ſunt omnia quæ ex ſe emittunt ari/ſtas.Nã ꝙ ſupra ait.⸿Farra,) frumenta accipimus:ſpecies eſt enim pro genere.Far enim proprie genus eſt frumenti optimi.Dicitur frumentum à frumine, quod eſt gulæ pro/minens pars.⸿Aut tenues fœtus viciæ.) Mire ait tenues: nã vicia vix ad triplicem per/uenit fructum,cum alia legu/mina prouentum habeant fe/liciſſimum & fertilem.⸿Tri/ſtiſq; lupini.) Amari: nam incoctus amarus eſt.⸿Vrit enim lini campum ſeges.) Bene ex/cerpſit linum,auenas,papauer: & dicit poſt hæc, frumenta ſe/renda non eſſe.nam licet manu legantur, & ſint inter legumi/na: viribus tamen frumentis exæquantur.⸿Lethęo perfuſa papauera ſomno.) Plena obliuionis. Nam Ceres, Ioue admo/nente,dicitur cibo papaueris orbitatis oblita.( & re vera pa/pauer gignit ſoporem ) cum iam Proſerpinam raptam à Plu/tone

ſione ex inferno recipere non potuiſſet.¶ Alternis facilis labor.)
Redit rurſus ad præceptum quod ſcit eſſe præcipuum,id eſt ad
intermiſſioné.¶ Alternis.) Intermiſſis:ſubaudi agris. ¶ Facilis.)
Vtilis.¶ Ne.) Pro non.¶ Saturare.) Recreare & reparare . ¶ Pin/
gui fimo.) Vel humido,vel fertili.¶ Sola.) Terras. ¶ Effœtos per
agros.) Continua fertilitate laſſatos:ſicut etiam frequenti partu
effœta dicitur mulier.¶ Cinerem immundum.) Dicit ad diſcre/
tionem illius quo vtuntur puellæ:de quibus cineribus in Buco/
licis,Fer cineres Amarylli foras . ¶ Mutatis fœtibus.) Vt omni
anno proferunt,ſed diuerſa:nam eadem ferre ſemper non poſ/
ſunt,niſi intermittant.¶ Requieſcunt fœtibus arua.) Non etiam
roborantur:quod intermiſſio efficit arationis:quam rem rurſus
repetit,dicendo.¶ Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.) Nã
liptote figura eſt,ideſt maxima & pręcipua: vt, Munera nec ſper
no.¶ Inaratæ.) Intermiſſæ.

MANCINELLVS.

Situs ¶ Alternis.) viciſſim.¶ Tonſas nouales.) meſſos agros.De noua
libus videto in Tityro.¶ Segnem.) Infœcundum.¶ Situ dureſce
re.) Vt vires accipiat.Situs autem proprie dicitur lanugo quędá
humore proueniens,fit aũt in locis ſole carentibus. Situ ergo.i.
ſordibus,& ſqualore quodá,qualis intra opaca domus quę diu
non repurgatur eſſe ſolet.Vñ Marcus Fabius inquit . Excitanda
mens,& attolléda ſemper eſt,q̃ in huiuſmodi ſecretis aut lãgue
ſcit,& quendam velut in opaco ſitũ ducit,aut &c.Ponitur etiam
pro loci qualitate,vt de ſitu orbis,&c.¶ Aut ibi flaua ſeres muta
to ſydere farra.) Pli.li.xviij.cap.xxxvj.inquit.Si fuerit illa terra
quam appellauimus tenerã,poterit ſublato hordeo milium ſeri,
eo condito raphanus:his ſublatis hordeũ vel triticũ.¶ Alius or
do,vt ibi adoreũ fuerit ceſſet quatuor menſibus hibernis.& ver
nam fabam recipiat.frumentũ quidam ſeri vetant,niſi in ea quę
Far. proximo anno quieuerit.¶ Sydere.) anno.¶ Farra.) far adoreum
veteres,appellauere,eſtq́ʒ ex oĩ genere duriſſimũ,& contra hye/
mes firmiſſimũ,patitur frigidiſſimos locos,& minus ſubactos.
Flauus primus antiquo Latio cibus.Pli.li.xviij.ca.viij.¶ Flaua.) flauus
color. color ex viridi ruffo,& albo cõcretus.Ge.li.ij.ca.xxvj. ¶ Lætũ.)
Siliqua. fertile.¶ Siliqua.) Leguminum folliculus dicitur proprie tamen
cuiuſdam arboris fructus longus latusq́ʒ etiã,de qua arbore Pli.
lib.xiij.meminit.¶ Quaſſante.) Concutiente legumẽ ipſum ma/
Vicia turum,& ſiccũ.¶ Viciæ.) Vicia per,c,ſcribitur,dicitur enim à vin
ciẽdo,ꝙ item capreolos habet,vt vitis,quibus dorſum ſerpit,&
ſcapum lupini,alium ve calamum,ad quẽ hęreat,ſolet vincire.
Varro autem li.j.ca.xxxj.Pli.vero lib.xviij.ca.xxij.inquit.Et vi/
cia pingueſcũt arua nec ipſa agricolis operoſa: vno ſulco ſata nõ
ſarritur,non ſtercoratur:nec aliud q̃ʒ deoccatur . Vitibus præri/
pit ſuccum,langueſcũtq́ʒ,ſi in arbuſtis ſeratur.Sationis eius tria
tempora,de quibus latius ibidem.¶ Tenues fœtus viciæ.) Colu
mella lib.ij.ca.xj.de vicia inquit,idq́ʒ genus præcipue non amat
rores,quum ſeritus.Itaqʒ poſt ſecũdam diei horam vel tertiam
ſpargendũ eſt,quũ iam omnis humor ſole,vento ve deterſus eſt,
neqʒ amplius proiici debet,q̃ʒ quod eodẽ die poſſit operiri,nam
ſi nox interceſſit,quãtulocũqʒ humore,priusq́ʒ obruatur, corrũ
pitur.propter id igitur tenuis fœtus viciæ poeta dixiſſe videtur.
Lupin⁹. ¶ Triſtisq́ʒ lupini.) i.amari,& triſticiam ferentis,ait enim Pli.ab
omnibus animalibus amaritudine ſua tutũ.Vnũ hoc ſeritur non
aratro,vbi fuerit maxime ſabuloſa,& ſicca atqʒ etiã arenoſa tel/
lurẽ adeo amat,vt quãuis fruteto ſolo coniectũ inter folia ve/
presq́ʒ ad terrã tñ radice ꝑueniat,pingueſcere hoc ſatu arua, vi/
neasq́ʒ diximus.Itaqʒ adeo nõ eget fimo,vt optime vicẽ repræ
ſentet.Primũq́ʒ omniũ ſeritur,nouiſſimũ tollitur vtrũqʒ , ſeptẽ/
bri fere mẽſe ſi depaſtũ ſit in fronde,inarari protinus ſolum eſt
opus,Pli.li.xviij.vbi lupinus & lupinũ legitur,fragilis,teneros,
& fructu faciles.¶ Siluáq́ʒ ſonãtẽ.) maturi ſiquidẽ lupini & ſicci.
Legu adhuc in ſiliquis retenti,vẽtorũ motu reſonãt.¶ Vrit enim lini.)
mẽ. Hæc etiã legumina recte appellari poſſunt,nam leguntur non ſe
Linum. cantur,vt frumenta, hinc Plin.li.xviij.c.xxviij.inquit.Excæptis
leguminibus,q̃ velluntur è terra,nõ ſubſecan̄t.Vnde & legumi/
na appellata,quia ita leguntur.Monet aũt poeta poſt hæc nõ eẽ
frumenta ſerenda,nã ſolũ tenue reddunt.¶ Vrit lini campum ſe/
ges.) Cato.c.xxxvij.in li.de re ruſtica ait,ordeũ & fœnũ græcũ,
& eruum hæc omnia ſegetẽ exugunt,& oĩa q̃ vellũtur ex eis ma
la ſunt. Lupinũ,faba,vicia,& cætera ſtercus vnde facias habent.
Pli.autem li.xix.c.j.inquit de lino.Vrit agrum,deterioréq́ʒ facit
ſequẽti quoqʒ capite dixit.Vere ſatũ,ęſtate vellitur,& hãc quoqʒ
terræ iniuriã,facit,ꝙ vellitur.ſ.Et Col.li.ij.c.xiiij.inquit Treme/
lius obeſſe maxime ait,ſolo virus ciceris,&.lini alterũ qa ſit ſal/
Auena ſę alterũ quia ſit feruidæ naturæ.¶ Vrit auenæ.) auena,vt Theo/
phraſtus lib.viij.ſcri.terrã vehementer extenuat & multiplicitũ
radice,tum calamo cõditur.Eſt itaqʒ extenuationis cauſa radicũ
multiplicitas,& calamorũ,quibus quidem ſoli pingue attrahi/
tur.¶ Papauera.) Legito Pli.li.xix.& li.xx.¶ Letheo ſomno.) Le Leth
the apud nos obliuio dicit̃,inde Letheus obliuioſus.ſomnus au
tẽ rerum oium affert obliuionẽ ſopitis,& Plin.ſcri.ꝙ papaueris
ſatiui albi,calix ipſe teritur,& bibitur ſomni cã,& è nigro papa/
uere ſopor gignit̃ ſcapo inciſo.¶ Alternis facilis labor.) Aruis la
bor facilis eſt,quum viciſſim ferũtur:dũmodo ſtercorentur.¶ Fi
mo pingui.) qui per ſe pinguis eſt & pingues efficit agros . Cato
c.lxj.inquit.Quid eſt agrum bene colere bene arare.quod ſecũ/
dũ arare,tertio ſtercorare.Fimi aũt plures differẽtiæ.de quibus
plene legito Plin.lib.xvij.ca.vj. Itẽ lib.xviij.ca.xxxvj.¶ Effœtos
agros.) Exhauſtos,& euacuatos aſſiduo fœtu.¶ Cinerẽ imũdũ.)
Non purgatũ:quali mulieres vtũtur Pli.li.xvj.c.vj.inquit. Trã/
ſpadanis cineris vſus adeo placet,vt anteponãt fimo iumentoꝝ.
¶ Requieſcũt.) non tñ pingueſcunt,ſicut intermiſſione.Nec nul/
la.) i.maxima & ꝓcipua.¶ Interea.) Etiã mutatis fœtibus aliquã
do intermittere arationẽ q̃ʒ maxime prodeſt aruis: hinc Pli.lib.
xviij.c.xxxiiij.inquit Ver,Alternis.ceſſare arua ſuadet hoc eſt ſi
patiantur ruris ſpacia,vtiliſſimum proculdubio eſt,quod ſi ne/
get conditio far ſerendũ,vnde lupinũ,aut vicia,aut faba ſublata
ſint,& quæ terram faciant lætiorem.

ASCENSIVS.

¶ Alternis idẽ &c.) Pręcępta Georgica.j.q̃ ad terrę opus & cul
turã pertinẽt pro terrarũ diuerſitate diuerſa ſunt habẽda,ideóqʒ
prius docuit:alio tpe terras opimas,alio macras eſſe ꝓſcinden/
das,veꝝ quod nunc affert documentũ de terrarũ ceſſatione ſeu
intermiſſione ad oẽm videt̃ pertinere regionẽ,ſic tñ vt alibi ſit
ferè neceſſaria,alibi tm̃ vtilis.Nã in terra pingui,ſi intermiſſio/
nẽ feceris,piguiorẽ effeceris:in q̃ tñ cautio ſit ne nimiũ luxuriet.
in macra vero niſi ceſſaueris ab ſatione,operã luſeris,nã penitus
ſterilẽ reddideris . Quocirca nunc de terris docet qũo ſint poſt
meſſem tractãdę,dicẽs ꝙ aut alternis annis ceſſabũt,vires & ſuc
cũ recuperãtes,aut genere frumẽti minus exedẽtis ſerentur,aut
ſtercorabuntur.Et ita triplex inuenitur cultura.¶ Ordo eſt . Tu
idẽ qui.ſ.ſuo tpe terrã vtrãqʒ araſti,patiere.i. permittes nouales
i.terras inouatas,aut de nouo ſatas tonſas.i.meſſas, ceſſare.ſ.ab
onere ferẽdi,alternis ſup.annis.(Notũ eſt ꝙ annalis,noualis,na
talis,molaris,maxillaris,ædilis,quintilis,& alia multa adiecti/
ua,ſunt in eo genere proferenda in quo ponit̃ ſubſtantiuũ ſubau
ditũ,vnde ſi dico hunc natalẽ intelligo diẽ,hunc molarẽ dentẽ:
hũc quintilẽ mẽſem,hos nouales agros,has nouales terras,hęc
noualia arua:ſed neutrũ quoqʒ ꝑ ſe plenũ eſt,& ideo frequẽtius
eo vtimur ſine ſubſtãtiuo:nõ raro tñ dicimus has nouales:quia
facile intelligimus terras.) Et tu patiere campũ ſegnẽ.i.effœtũ &
infœcundũ,qui iacet & nihil exurgere facit ( vnde ſegnis dicit̃
ꝙ ſit ſeorſum ab igni q actiuiſſimus eſt) dureſcere.i. durum fieri,
& obduci ſitu.i.lanugine & limo,vt vires recipiat:aut tu ſeres.i.
ſeminabis.(Nõ ergo ſcribitur ſeres.) farra flaua.i.q̃ flaueſcũt dũ
matura ſunt ſydere.i.anno mutato,aut potius ſydere.i. qualita/
te tpis mutata.nam alio tpe farra,alio legumen ſeritur.ſeres di/
co ibi vnde tu ſuſtuleris.i.collegeris (nam legumen dicit̃ quid/
qd legit̃ manibus vt piſum,faba,lupinus) prius qa legumina ci/
tius colliguntur:legumen lętum.i.pingue & abundãs ſiliqua.i.
tunica aut teca leguminũ q̃ſſante.i.cõcutiẽte pondere ſuo ipſum
legumen grãde & maturũ hoc eſt ſi videris ꝓduxiſſe denſum &
amplũ legumen,poteris tpe ſuo ſuperiſerere farra,aut ibi vñ tu
ſuſtuleris fœtus tenuis viciæ.i.eius leguminis de genere lentis,
& fœtus.i.ꝓuentum lupini.i.illius leguminis triſtis.i.amari an
maturitatẽ,appoſitorie calamos fragiles.i.faciles fractu & ſyl/
uã ſonantẽ.ſ.ariditate inducta.Si quęras quare non ſuperinſerã
linũ & auenã vt farra,aut quare nõ ſuperinſerã farra poſt linũ &
auenã,ſicut poſt ꝓdicta,aut quare non faciat mẽtionem de lino
& auena,dicit ꝙ ideo eni pro qa ſeges lini vrit.i.arefacit & exic/
cat campũ,& ſeges auenæ vrit campũ & papauera perfuſa ſom/
no Letheo.i.obliuioſo.i.q̃ ſomnũ & obliuionẽ inducunt vrunt
cãpũ,& ideo non eſſet vtile eodẽ anno far ſuperinſeri ſed tamen
facilis labor alternis ſup.annis.i.poſtq̃ʒ annũ ceſſauerit,poteris,
vnde linũ ſuſtuleris etiã farra ſere tm̃.i.tãtũmodo ne pudeat (qa
ſordidũ munus eſt) ſaturare pingui fimo.i.ſtercore vſqʒ ad ſa/
turitatẽ ſola arida.i.terras macras,ex antitheſi ergo ornatum cõ
parat,ve pro vel ne pudeat iactare cinerẽ imundum.i.limoſum
& pinguem (quod epitheton adiecit ſecũdum cõmentarios pro/
pter cinerẽ quo puellæ,in expoliendis capillis vtuntur,aut po/
tius ideo dixit imundum vt cauſa ſit cur dixerit ne pudeat ) per Stipula
agros

agros effœtos.i.emaceratos, & de quibus omnis fœcũditas emul cta eſt. Arua requieſcent quoq;.i.etiam ſic.i.ſtercorãdo, fœtibus mutatis.i.mutando fœtus, hoc eſt ſi non idẽ genus frumenti aut leguminis ſeratur continue nec vlla.i.nonulla imo (per liptotẽ) plurima gratia.i.relatio beneficij eſt terræ inaratæ.i.nõ aratæ, i/ terea.ſ.dum ceſſat quia ſe pinguem faciat, ad futuros prouẽtus, & herbis pecora paſcit, quod non exprimit, ne alterius libri far/ raginem huc ingerat & opus confundat. Seruius autem legit nec minus interea. Sed plures nec nulla.

PIERIVS.

℄Aut ibi flaua ſeres mutato ſidere farra.) In Romano codice mutato ſemine, legitur. Sed ſidere agnoſcit Seruius, quum ta/ men nulla ſit cauſa cur Semine ſit expungendum, quum ſtatim Virgilius ea connumeret ſemina, quibus far inde ſuccedere ſit ex fertilitate, & quæ contra ſeminata prius, campum adurant. Sed enim reliqui codices omnino. Sidere, legunt. ¶ Vnde prius læ/ tum ſiliqua, quaſſante legumen.) Quamuis Seruius Lætũ agno ſcit, vide tamen an recte in Romano codice, lectum, legatur, vt ibi ſerenda farra dicat, vnde prius legumẽ legeris, verbum vero ſuſtuleris Viciæ tm̃ & lupino ſeruiat. ¶ Requieſcunt fœtibus.) In Romano codice. Requieſcent fœtibus. Futuro tempore ſcri/ ptum, in alijs præſenti.



Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros:
Atq; leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires, & pabula terræ,
Pinguia concipiunt. ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor.
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat qua ſuccus in herbas.
Seu durat magis, & venas aſtringit hianteis:
Ne tenues pluuiæ, rapidi've potentia ſolis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

SERVIVS.

℄Incendere profuit agros.) Non agros, ſed ea quę in agris ſunt, ideſt ſtipulas vel quiſquilias: hoc eſt purgamenta terrarum, & alia inutilia concremare. Nam vt videmus, ſi i agris qui incedẽdi ſunt, deſint ſtipulæ, aliunde illuc nutrimenta portantur incendij. ¶ Atq; leuem ſtipulã crepitantibus vrere flammis. ἐκβασιο poetica, vel ſuperflua verbi repetitio. Nam ſtipula per ſe leuitatẽ ſignificat. vnde leuẽ ſtipulam vocamus. ¶ Siue inde occultas vires.) Inde, id eſt ex igni: occultas aũt, arcana quadam rõne cælatas. In hoc aũt ſenſu ſeqtur Heracliti opinionem, qui dicit oĩa ex igni pcreari: quem nunc terris alimenta prębere commemorat. ¶ Vitium.) Quod fœcunditatem impedit. ¶ Exudat inutilis humor.) Noue locutus eſt. Nã nõ ipſe humor, ſed terra deſudat. vnde exudat pro exudatur accipimus. ¶ Cæca relaxat ſpiramẽta.) Breues cauernas, per quas ſudor emanat, quæ tenuitate ſui non poſſunt videri. ¶ Relaxat.) Aperit. ¶ Qua.) Pro quo. ¶ Durat.) actiuum eſt hic. Dicimus enim & duro & duror: duro neutraliter, & dureo. ¶ Hiãtes.) Apertas & patẽtes. ¶ Ne tenues pluuię.) Aut lentæ & penetrabiles: aut epitheton eſt aquarũ. Aquæ.n. naturaliter tenues ſunt. ſic alibi, Aut in aquas tenues dilapſus abibit. ¶ Rapidi.) Feruidi & ardentis. ¶ Acrior.) Validior. ¶ Boreæ.) Vẽti aquilonaris. ¶ Penetrabile frigus. Quod oĩa penetrat. ¶ Adurat.) Hoc ad ſolem & ad frigus pertinet: nam vno ſermone duo diuerſa cõcluſit, quæ tñ vnum effectum habẽt. nam & frigoris ſinis, eſt caloris initium. & ſummus calor, frigoris eſt pricipium. Vnde quaſi vnus effectus eſt & frigoris & caloris.

MANCINELLVS.

℄Incendere agros.) Pli. lib. xviij. c. xliiii. inquit. Sunt qui accendunt in aruo, & ſtipulas, magno Virg. pconio. ſumma autem ratio vt herbarũ ſemen exurant, ſtipula proprie culmi vagina. ¶ Pabula terræ.) Pabulum à paſco venit. eſtq; pecudũ cibus herbaceus, fœniceus, paleace⁹, & ſimiliũ. ¶ Exudat.) Exit, emittit. ¶ Ceca ſpiramẽta.) Clauſa ſpiracula. ¶ Seu plures calor ille vias.) Ignis, vt Ariſt. inquit authore Gellio li. xviij. ca. iiij. cõcretũ reſoluit, & gelu cõſtrictũ: vt niuẽ ſol. ¶ Hiãtes.) Hiare eſt aliquid ſua ſe ſponte, vel extrema aliqua via apire, vel diffindere, vt tellus ęſtu & ligna ariditate: vel nimio calore hiant, hiſcere eſt tm̃ oris & quidẽ humani, accipiturq; pro eo qđ eſt loqui: aut os aperire ad loquendũ. ¶ Tenues.) ſubtiles & penetrabiles, facile enim aqua ſua tenuitate penetrat. ¶ Rapidi ſolis.) q rapit ac attrahit ad ſe cuncta, torrẽs & ſorbens calore ſuo, quo liquor ſiccatur. ¶ Acrior.) Vehemẽtior fortior. ¶ Boreæ.) Flat boreas inter ſeptentrionem, & exortũ ſolſtitialẽ, vt ſcri. Pli. lib. ij. de eius aũt vi legito Oui. li. vj. vbi. ſ. apta mihi vis eſt, &c. ¶ Penetrabile.) quod facile penetrat, dicitur etiam quod penetratur: penetrare autem eſt penitus intrare, vt Feſtus ſcribit.

Pabulũ

Ignis.

Hiare.

Hiſcere

Boreas.

ſtipula

ASCENSIVS.

℄Sæpe etiam ſteriles &c. Docuit quædam remedia cõtra ſterilitatẽ terræ hoc eſt, quod propoſuit: docuit quid faciat lætas ſegetes. ex parte, quia ſtercoratio intermiſſio, & cinerũ ſparſio. Nũc alia apponit dicens quia profuit interdum incendiſſe ſteriles terras hoc eſt radices & herbas ceſpitum deſiccatorum quæ manẽt in terra ſterili iam deſiccata poſt arationẽ. Cuius exuſtionis cauſas varias aſſignat: ſummam autem Plin. putat vt herbarũ ſemẽ exuratur. ℄Ordo eſt. Profuit.i. vtile fuit & conduxit etiã.i. pter dictas cauſas ſæpe incẽdere agros ſteriles.i. ſtipulas & ceſpitũ ac herbarũ radicumq; reliquias in agris ſterilibus poſt arationem ſuperextantes. Atq; pro.i. (exponit enim quomodo agri vrantur) vrere ſtipulam leuem.i. deſiccatam, aut quia in ſterli terra genitam flammis crepitantibus propter materiæ enim repugnã

tiam

tiam crepitant flãmę, quarum crepitus nõ fit ſine comburendorum motu terrę non inutili. (Quia vero grammaticarum rerum curioſis nihil ſatis dictũ eſt. Norint multa verba eſſe ſemiimperſonalia quę ſi pręponantur imperſonalia cenſeantur: ſi infinitiuũ pro ſuppoſito habeant perſonalia, vt iuuat me legere imperſonale quodammodo eſt legere iuuat me perſonale. Sic profuit incendere & vrere, imperſonale eſt. Incendere agros profuit & vrere profuit perſonale) profuit inquam ſiue quia terræ concipiunt inde occultas vires & pinguia pabula.i.nutrimenta, ſiue quia oẽ vitium excoquitur.i.coquendo expellitur & conſumitur illis.ſ. terris per ignẽ: atq; humor inutilis exudat.i.exudando conſumitur, expellit.n.ignis humorẽ vnde exudare videtur humor vnde in thermis exudamus, quod verbũ cõponitur ab ex & ſudo, ſed quia poſt x, non ſcribitur, s, dicimus exudo & exulto exero, pro exſudo exſulto & exſero. Seu quia ille calor, relaxat.i.relaxando terras facit (habet enim ignis etiã vim relaxatiuam vt patet in aſſeribus, & bacillis qui ad ignem laxati incuruantur) vel videtur terrã conſtringere: quod quidẽ verum ſi ſit tenax & pinguis plures vias.ſ.obtruſas prius per inutilẽ humorem, & relaxat, ſpiramenta.i.ſpiracula cæca.i.occluſa & occulta. (Cæcum.n.nunc eſt quod non videt vt animal: nunc quod non videtur vt hic cæca ſpiracula, nũc quod non ꝑmittat videre. vt Cęcus amor) hoc eſt ſecretos & occultos meatus per quos ſpũs aeris intret, & humor noxius euaporet qua.ſ.parte ſuccus veniat in nouas herbas, ſeu qa ignis durat.i.indurat magis & aſtringit.i.claudit venas hyantes.i.rimas ſciſſuras aperturas terrarum: quæ res cõducit, ne pluuiæ tenues, & ideo multum penetratiuæ, ve pro vel potentia ſolis & rapidi acrior.i.vehementior q̃; terræ parum humoris habenti conducat aut frigus boreæ, ideſt illius venti ſeptentrionalis à Thracia flantis penetrabile, ideſt facile penetrãs, habet enim hic ſignificationem actiuam adurat, ſcilicet tenues venas.

PIERIVS.

¶Exudat inutilis humor.) Dum interim aliquid occurrat, quod maioris alicuius momẽti ſit, non pigeat de rõne ſcribendi aliqd diſputare, vbi preſertim ea ſeſe offerunt, in quibus aliqua manifeſta mutatio facta ſit, cuiuſmodi ea eſt, quæ in hoc verbo exudat apparet. Nã noſtri fere oẽs vbicunq;, ex, præpoſitiua particula cum dictione aliqua, q̃ ab, ſ, litera incipiat componatur, ſ, ipſam excludere cœperunt, offenſi.ſ.ſibilo, quem ex pronunciato vocabulo reſultare dicũt, duabus vix dictionibus, exſulo & exſpecto, in qbus, ſ, nõ elidat̃, deſignatis. Sed.n.antiq ſcriptores nõ modo cõpoſita in ſuai columitate cõſeruarũt, vt exſudat, & alia hmõi, vel etiã ipſi literę, x, quotieſcũq; occurreret, vel in ſimplicibus noibus, de induſtria, ſ, addere gaudebãt, hic felixs, hinc Alexſander, hinc cappadoxs, & pleraq; huiuſmodi, q̃ paſſiim in veterũ monumẽtis obſeruantur. Quæ quidẽ conſuetudo qnũ plurimũ ĩualuiſſet cõpulſus eſt Terẽtius ſcaurus aduerſum hos pręcæpta tradere, eosq; peccare ait, q, nuxs, & truxs, & feroxs, in, ſ, nouiſſimã literã dirigunt, quũ alioqui duplex ſufficiat, quæ intra ſe &, ſ, literã habeat, ſanè vero qui genus hoc ſcriptionis ĩnouarũt credidere nimirũ figurã noſtræ literæ x, eam eſſe, quę apud Gręcos pro, ch: figuratur, x, & ad ſonũ, quẽ audiebant neceſſariã eſſe literam, ſ, exiſtimarunt: ſi quis enim ſcribat truchs, & nuchs, eodem penè ſono excipientur, ac ſi trux, & nux, per, x, ſcripta enuncientur, ſed fuerit ſua cuiq; ætati cõſuetudo, noſtris placuit ea ſimplicia nomina per, x, tm̃ adnotare. cõpoſita vero non vſq;quaq; eiuſmodi regulæ ſubijciunt̃, ſed pleraq;, ſ, retinuerunt, vt appareret originatio, quare ſi modo eodem exſudat ſcripſerim, vt veteres penè omnes codices habent, neque vllus pronunciationis harmoniam me offendiſſe crediderim, neq; alienum quid à ſcribendi vſu protuliſſe.

Multum adeò, raſtris glebas qui frangit inertes
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua, neq; illum
Flaua Ceres alto ne quicq̃ ſpectat Olympo:
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro:
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.
Humida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ: hyberno lætiſſima puluere farra:
Lætus ager: nullo tantum ſe Mœſia cultu
Iactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes,

SERVIVS.

¶Adeo.) Valde. ¶Raſtris.) Et hos raſtros dicimus, & hæc raſtra. Legimus enim, At iſtos raſtros interea depone: in Terentio. Item, Raſtraq; & incuruis ſęuũ tribuere ligones. Et raſtra dicta, ꝙ terrã radant. ¶Glebas inertes.) Pigras, nihil creãtes. Et trãſit ad aliud præcęptum. ¶Vimineasq; trahit crates.) Ad agrorũ ſcilicet exęquationẽ. Et hic tranſit ad aliud ꝑcæptũ. ¶Flaua Ceres.) Flaua dicitur ꝓpter ariſtarũ maturitatem. Et Ceres nomen eſt quod in polyſyllabis in noiatiuo ſingulari producit vltimã, cum in obliquis corripiat. ¶Alto.) De alto. ¶Ne quicquã.) Non ſine cauſa. Nã ſemper duæ negatiuæ vnam cõfirmatiuã faciunt. Vnde male quidam locum illum legunt in Terentio, Pater adeſt, caue ne te triſtem ſentiat. Si enim hoc eſt, dicit vide vt te triſtem eſſe ſentiat: quod procedere minime poteſt. ſed ita legendum eſt. Caue te triſtem ſentiat. Nam &. ¶Ne) &. Caue prohibentis eſt. ¶Spectat.) Reſpicit. ¶Quæ ſuſcitat æquore terga.) Id eſt terram quã arauerat. ¶Rurſus in obliquũ verſo prorumpit aratro.) Scilicet Autumnali tempore, quo iam cum ſeminibus aratur. Nam hoc præcipit, vt cũ denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus. nemo enim vno tempore bis arat. ¶Atq; imperat aruis.) Id eſt, vt tantum ferant quãtum ipſe deſyderat. Et hoc eſt quod ait ſupra, Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ. ¶Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas.) Duo ſunt ſolſtitia. Vnum æſtiuum. viij. Cal. Iulij die: quo tẽpore remeare ſol ad iferiores incipit circulos. Et aliud hyemale. viij. Cal. Ianuarij die: quo tempore ſol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis ſolſtitij dies minimus, ſicut ęſtiui maximus inuenitur. Videtur ergo cõtrarium eſſe quod dicit, Optate pluuias per ſolſtitia, & per hyemem ſerenitatẽ: cum (vt diximus) vnum æſtiuum ſit, & aliud hyemale ſolſtitiũ. Sed ſciẽdum modo annum in quatuor partes eſſe diuiſum: in duo ſolſtitia, & duo æquinoctia: vnum vernale, aliud & autumnale. quæ Græci ἰσομερίαν vocant. Sunt autem. viij. Cal. Aprilis. &. viij. Calen. Octobris die, qui annus olim in duas tantum partes diuidebatur, hoc eſt in æſtiuum, & in hyemale ſolſtitium, & in duo hemiſperia. vt intelligamus omnia eum tempora voluiſſe complecti. Nam hoc dicit, Optandum ruſticis vt autumnali & hyemali tempore ſit ſerenitas: quæ duo tempora pro vno habebantur ſecũdum Hemycicli rationẽ, vt diximus. Vernali vero, & æſtiuo tempore vt ſint pluuiæ: quæ & ipſa duo tempora pro vno erant. Tamẽ ſi diligẽter attendamus: poetica licentia vſus eſt, vt pluralẽ numerum pro ſingulari poneret. nã ſolſtitia ꝓ ſolſtitio, & hyemes pro hyeme poſuit. dicit autẽ, Optanda hæc quæ per naturã non ſunt: quo poſſit vtriſq; tẽporis aſꝑitas mitigari: & æſtatis calor pluuijs: & frigus hyemis ſerenitatis tempore. ¶Hyberno puluere.) Hyberna ſerenitate, eo quòd nimia ſerenitas puluerem creat. ¶Lætus ager.) Hyberno ſcilicet ſereno. ¶Nullo tantum ſe Mœſia cultu Iactat.) Conſtat quidem Mœſiam circa culturam eſſe diligentem: ſed non ei cultus ſuus tantum prodeſt, quantum hyberna ſerenitas. Myſia autem prouincia eſt: Mœſia vero ciuitas Phrygiæ, haud longe à Troia: quam magis debemus accipere propter Gargara mõtes Phrygios. ¶Mirant̃ Gargara meſſes.) Phantaſia eſt poetica, rei inaiatæ ſenſum dare: ſic alibi, Miraturq; nouas frondes, & non ſua poma.

PROBVS.

¶Nullo ſe tantum Myſia cultu ia. &. i. ſ. m. Gargara.) Myſia natio eſt coniuncta barbaris, contingens adriaticum ſinum. Sed & altera huius nominis terra ꝯiuncta Troadi, aliquando ſubiecta regi Thelepho. & ante Theutranti. Gargara appellatur caput ideæ phrygiæ.

MANCINELLVS.

¶Adeo.) Profecto, certe. ¶Raſtris.) ſunt raſtri, vt Varro ait, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atq; eruunt. Raſtelli vero quibus in pratis fœni ſecta abradũt, quo ab raſu raſtelli dicuntur. dicimus præterea hos raſtros, & hęc raſtra. ¶Inertes.) Inutiles deſides. ¶Crates.) Dicũtur crates à crateo quod eſt teneo quia ſe inuicem teneant, De cratibus autem Plin. lib. xviij. capi. xxxj. ſic ait. Latitudo vomeris ceſpites verſat;, ſemen protinus inijciunt cratesq; dentatas ſupertrahunt, nec ſarrienda ſunt hoc modo ſata. ¶Flaua ceres.) Flaua dicitur à calore quẽ habent matura frumenta. ¶Neq;.) nequicq̃, nõ fruſtra. ¶Olympo.) i. cœlo. ¶Æquo. terga.) ſulcorum culmina. ¶Rurſus in obliquum.) Pli. lib. xviij. cap. xxxij. inquit. Omne aruum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet. ¶Atq; imperat aruis.) tunc aruis imperatur, quum bene colũtur. ¶Humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas.)

nas.) Senſus eſt, ꝙ agricolę optant cõtraria.i.hyemem ſerenã.& æſtatẽ humidã, poſuit enim ſolſtitia ęſtiua pro ipſa ęſtate. Debẽt itaq; agricolę optare, orareq́;, ò Dñ date nobis ſerenã hyemem, ęſtatẽ vero humidã, ac ſi diceret pluuiã, q̃ i hyeme vẽtura eſſet, reſeruet̃ in æſtatẽ. Pli. aũt li. xvij. c. ij. ait hyemẽ aquiloniam eſſe oĩbus ſatis vtiliſſimam, ſed arboribus inutiliſſimã: ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas, non pro arboribus vota fecit, qm̃ cibus eaꝝ imber, nec ꝑ ſolſtitia imbres vitibus cõducunt, Solſtitia ꝓtetea duo ſunt, brumale & æſtiuũ, de q̃bus legito Eclog. vij. ¶ Hyberno puluere.) Hiberna ſerenitate, qua quidẽ puluis habetur. Macro. li. v. ſat. ait, Et vt liqueat Virgiliũ noſtrum vndiq; veterũ ſibi ornamẽta traxiſſe, vnde hoc dixerit, hyberno lætiſſima puluere farra, In libro enim vetuſtiſſimoꝝ carminũ qui ante oĩa q̃ à latinis ſcripta ſunt cõpoſitus ferebatur, inuenit̃ hoc ruſticũ vetus canticũ, hyberno puluere, verno luto, grãdia farra Camille metes. ¶ Lætiſſima.) ſ. ſunt. i. fertiliſſima. ¶ Lætus ager.) i. ferax & hyberno puluere. ¶ Nullo ſe tm̃ Myſia cultu iactat, & ipſa ſuas mirant̃ Gargara meſſes.) Senſus eſt horum verſuum talis, vt etiam Macro. lib. v. ſat. ſcri. Cum ea ſit anni tẽperies vt hyems ſerena ſit, ſolſtitium vero imbricum fructus optime proueniũt, hæc aũt adeo agris neceſſaria ſunt: vt ſine his nec illi fœcundiſſimi Myſiæ agri reſpõſuri ſint opiniõi fertilitatis, q̃ de eis habet̃. Additq; Myſiæ nominatim Gargara ꝙ ea vrbs poſita in imis radicibus ideę montis defluentibus inde humoribus irrigetur: poſſitq́; videri ſolſtitiales imbres non magnopere deſiderare, hæc Mac. in ſat. Ego tamen aliter accipio, vt ſit ſenſus, & Myſiæ agri nullo cultu tm̃ ſe iactent, quantũ ſ. hyberno puluere, nec de ſolſtitio imbrico intelligatur: nã vt ſupra oſtẽdimus ibi humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas, eſt ſenſus talis, optat, vt pluuia q̃ in hyeme vẽtura eſſet, reſeruetur in æſtatem, non ꝙ optet reuera illud, vt æſtate pluat, eſt enim loquendi modus, vt quum dicitur alicui obſequere in hoc mihi, in alijs vero eſto aduerſus. Poeta etiã repetit illud tm̃ de ſerena hyeme, hyberno lætiſſima puluere farra, nec amplius de ĩbrico ſolſtitio dixit. ¶ Gargara.) Mac. dicto li. ait, ꝙ Gargara hæc ſunt in Myſia. q̃ eſt Helleſponti prouincia: ſed ſignificatio, nominis & loci duplex eſt, nam & cacumen montis idæ, & oppidum ſub eodem monte hoc nomine vocantur, & ciues gargares, Cũ igitur conſtet, inquit idẽ, Gargara nunc pro montis acumine, nunc pro oppido ſub eodem monte poſito accipienda. Virg. non de ſummo monte ſed oppido loquitur. & Home. humidum deſignat ſubiacentem monti agrũ. Vñ hęc Gargara tãta frugũ copia erant, vt vbi magnum cuiuſq; rei numeꝝ vellet exprimere pro multitudine immenſa gargara narraret, hæc ille. Sed vbi ait quod Home. humidũ deſignat, ſubiacentem monti agrũ oſtẽdit, ꝙ hyems ſerena, vbi neceſſaria. nec ad ſolſtitium imbricum referenda agri illius fertilitas, ſed vt dixi, ad hybernum puluerem: ad ſerenam hyemem.

ASCENSIVS.

¶ Multum adeo raſtris.) Docet alios colendę terrę modos, dicens multum prodeſſe, qui raſtris hoc eſt magnis dentalibus glebas frangũt, aut cratibus ſuper tractis, aut q ex trãſuerſo iteꝝ ducto ſulco terrã intercipit & diuidit. Optãda aũt eſt inquit agricolis ſerenitas & ſiccitas in hyberno tpe, quo circa vult vt agricolę optent vt hyemales pluuiæ in æſtatẽ transferant̃: non ſic tamen ſm̃ Mancinellũ vt reuera pluuias æſtiuales optet, ſed q̃a hyemales nimiũ deprecetur, atq; abeſſe velit, nõ tñ videt̃ quid in locis calidis & ſiccis obeſſe poſſint ante maturitatẽ frugũ pluuię. quo circa poſſet vtrũq; optare vt & hyeme ſerenitas ſit, & in æſtate ſaltem ĩcipiẽte: hoc eſt vſq; ad finẽ Maii mediocris pluuia. Sed huic expoſitioni obſtat quod dicit humida ſolſtitia quod de principio ęſtatis & fine veris intelligi nõ poſſunt: vnde ſi nullo mõ humida ſolſtitia recipienda cẽſeas, poſſet exponi ſic, agricolę optate ſolſtitia humida. i. q̃ fere humida ſunt ſup. ſerena; & optate hyemes. i. tempeſtates pluuiales ſerenas: tam dicit ꝓdeſſe vt nullus cultus ei comparandus ſit, nullaq́; res plus ad copiam q̃ in Myſia eſt faciat. Commentarii fere Myſia legendum putãt textus tñ paſſim Mœſia habent. Priusq̃; ordinem poſuero recitabo verba Beroaldi in Seruiũ cõtra id quod dicit de, ne, particula q̃ ſunt. Quãuis hoc exigere videat̃ regula grãmatices quod à Seruio pręcipitur, tamen veteres ſcriptores ſępiſſime ita locuti ſunt vt hãc particulã ne cũ verbo caueo copularẽt Hora. Vade, vale, caue, ne titubes mandataq́; frãgas. Plin. Terrã carioſam caue ne plauſtro ne ve pecore impellas. Ouid. ne fallare caue proximus ater erit: itaq; vtroq; modo & recte & latine dicitur, cum auctoritas veteꝝ ꝓ regula ſit, & honeſtiſſimus ſit error magnos duces ſequentibus. Itẽ Virgilianus verſus vtpote eruditione refertiſſimus eruditionem expoſcebat enarrationẽ. conciſus eſt ĩterdum Seruius in rebus magnis: copioſus in paruis. Quis enim eliciet veram archanamq́; Virgiliani carminis ſententiam ex tali interpretatione? Gargara ſunt mõtes phrygii. Nemo eruditus ignorat Gargara eſſe mõtes vel potius cacumen mõtis idæ, ſed curioſo cõmentatori inquirẽdum fuerat curioſius, & penſitandum diligẽtius, an poeta poſuerit Gargara pro monte, q̃ fertilitatis eſſe dicit exẽplar, ego apud Macrobiũ aĩaduerti Maronianum carmen explicari accuratiſſime, & lõge ſecus quam tradatur à Seruio atq; copioſius. Ait eni Gargara nomẽ eſſe cacuminis mõtis Idæ, & oppidum, & Virgilium non de ſummo mõte, ſed de oppido loqui in Georgicis, nã apud Gargara ciuitatẽ: tanta erat frugum copia, vt qui magnũ cuiuſq; rei numeꝝ vellet exprimere ꝓ multitudine immẽſa Gargara noĩaret, ita Alceus, Ariſtophanes, & Varro. Gargara pro multitudine poſuerũt, & de his intellexit Oui. illo verſu. Garga. quot ſegetes, quot habet methymna racemos, Non ergo Gargara pro mnote apud Vir. accipere debemus prout accipit Serui. ſed pro oppido, vt ſentiunt eruditi, quod poſitum eſt, in imis radicibus Idę montis & defluentibus inde humoribus Gargara irrigantur, fiuntq́; feraciſſima. Confirmat Macro. ſñiam Pli. ſcribẽs in quinto. Gargara eſſe montem & oppidũ. Et Strab. in. xiij. inquit. Gargarus in ſuperioribus idæ partibus locus oſtenditur à quo Gargara dicuntur æolica ciuitas faceſſat itaq; mutilata expoſitio, quam Seruius & Probus tradiderunt, qui ambo nihil dixerunt niſi gargara eſſe mõtẽ. ¶ Ordo eſt, Is ſup. qui frangit raſtris. i. dentalibus glebas Inertes. i. inutiles & quaſi ſine arte, aliquid lucrandi aut ꝓducendi & trahit. ſ. ſuper glebas. i. terrã cõcretã crates vimineas. i. ex viminibus & ſudibus factas, iuuat. i. adiuuat, adeo. i. valde multum arua, neq; nequicquã. i. & nõ fruſtra Ceres flaua. ſ. vt ariſta frumẽti colorata, ſpectat ſup. de, aut ex alto olympo. i. cœlo illũ. ſ. qui id facit, & ſup. illum qui ꝓrumpit. i. ꝓſcindit rurſum. i. iterũ aratro verſo in obliquum. i. tranſuerſum, ea ſup. terga. i. culmina ſulcoꝝ quæ ſuſcitat. i. ſurſum prius leuat, æquore. i. campo plano & æquo proſciſſo. i. prius ſciſſo & ſulcato. i. qui poſt ſulcũ ductũ recte ducit altero ex tranſuerſo: & ſupp. eum, hoc eſt neq; fruſtra ſpectat, qui exercet frequẽs tellurem, atq; iperat agris. i. ſic domat eos vt ſibi audientes. i. quaſi ad imperium quantum vult referentes faciat. O agricolæ optate ſolſtitia. ſ. æſtiualia ſm̃ Seruium, aut ſolſtitia humida. i. hyemalia, & pro. i. hyemes ſerenas. i. vt ſerenitas ſit tempore hyberno, quia farra ſup. ſunt lętiſſima puluere. ſ. per ſiccitatẽ producto hyberno, & ager eſt lętus hyberno puluere, & Mœſia oppidum aut Myſia regio, nullo. i. non vllo, nõ iactat ſe tantum. i. in tantum vllo cultu, quantum ſup. ſerenitate hyberna, & gargara. i. loca decliuia in Myſia nõ mirantur tantum ſuas meſſes vllo cultu, quantum ſerenitate hyberni temporis: hoc eſt nullo cultu tantum prouentum habet, quantum ſerenitate hyberna, & tamen eſt illic maximus prouentus.

Gargara

Beroal.

PIERIVS.

¶ Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro.) Veterum bona pars codicum, perrumpit, legunt: quod ſententiæ videtur accommodatius. Sed in mediceo nota illa quæ. Pro. ſignificabat abraſa eſt, &, p, litera alio atramento inferne reciſa iam perrumpit facit, ſunt etiam exemplaria, quæ, oblicum, per, c, ſcribũt exẽplo iam antiquato, licet ad hanc diem in Italia populi ſint, qui, q, literam nondum admiſere. ¶ Nullo tantum ſe Mœſia cultu.) In Roma. codice, & altero perueteri Myſia, per, y, prima ſyllaba ſcriptum eſt, veluti apud Stephanum μυσία χώρα καὶ πόλις. Quod vero paſſim ſcribi cœptum Mœſia, per œ, diphthongum à Seruio defluxit, qui ciuitatem à regione ea ſcriptura diſtingui tradidit.

SERVIVS.

Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur? cumuloſq́; ruit male pinguis arenæ?
Deinde ſatis fluuium inducit, riuoſq́; ſequentes?
Et, cum exuſtus ager morientibus æſtuat herbis:

¶ Cõminus.) Id eſt ſtatim, ſine intermiſſione. ¶ Inſequit̃.) Proſequitur, & non ſinit quieſcere. ¶ Cumulos ruit.) Euertit, diſſipat. & nunc eſt actiuũ ruit. vt, vnà Eurusq́;, Notuſq; ruunt. nam aliter dictum eſt, Ruit alto à culmine Troia. ¶ Male pinguis.) Nõ pinguis, ideſt ſterilis. ¶ Deinde ſatis fluuium inducit, riuoſq́; ſequentes. Poſt cõmemoratam generalem agriculturam, tranſit ad

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: ſcatebriſq; arentia temperat arua.
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus ariſtis:
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba:
Cum primum ſulcos æquant ſata? quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?
Preſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit: & obducto late tenet omnia limo.
Vnde cauę tepido ſudant humore lacunæ.

ſpecies & culturas venientes ex tēpore. Nam arare, cinerē iacere, incendere æternū eſt: irrigare aūt nō niſi nimię ſiccitatis ē: ſicut ſiccare ēt aut ex magnis pluuiis aut ex fluminis eruptiōe cōpellimur. ⁋Satis.) Segetibus, agris ſatis: nā participiū eſt. ⁋Sequētes.) Iuges: aut certe riuorū ē epithetō. ⁋Exuſtus ager.) ſ. æſtatis calore. ⁋Morientibus herbis.) Secūdū Pythagoricos, q dicunt omne qđ creſcit habere aiam: Vnde eſt, Atq; interfice meſſes. ⁋Ecce.) Ideſt ex improuiſo. ⁋Supercilio.) Altitudine, ſummitate terrarum. ⁋Raucum per leuia murmur. ſaxa ciet.) Nō ſolum vtilitati hanc rem dicit fore, ſed etiam voluptati. ⁋Leuia.) Lubrica, detrita, nitida. ⁋Scatebris.) Ebullitionibus, quę fiunt cū aqua in aliquas rimas defluxerit. Vnde etiam vaſa æſtuantia calore, ſcaturire dicuntur. ⁋Quid) Subaudi, de illo dicendum eſt, aut quātum illi prodeſt. ⁋Grauidis ariſtis. (Grauidas ariſtas periphraſticōs pro ſpicis poſuit. Dicimus aūt & hic ſpicus, & hęc ſpica, & hoc ſpicū. Cicero in Arato, Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. Sed ſcire debemus in vſu eſſe à maſculino vtrūq; numerū: à neutro vero raro, & tñ ſingularem inueniri, nam pluralis nuſquā lectus eſt. ⁋Culmus.) Iunctio ſpicarum. ⁋Luxuriem ſegetum.) Bene luxuriem, vt oſtendat rem ſuperfluā & nociturā niſi amputetur. ⁋Cum primum ſulcos æquant ſata.) Cum adhuc herbæ ſunt tenerę. i. antequam cogant̄ in culmos. Et eſt Virgilij hoc hemiſtichion vnum de inuictis. ⁋Deducit.) Siccat, detrahit. Sic paulopoſt, Quos deducere nulla religio vetuit. i. ſiccare. ⁋Preſertim.) Maxime, pcipue. ⁋Incertis mēſibus.) In opportunis. Incerti autē menſes ſunt veris & autumni, nam & hyemis certū eſt frigus, & æſtatis certus eſt calor: Veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor eſt. ⁋Obducto late tenet oīa limo.) Suplito, ſuperfuſo. ⁋Tenet) occupat & operit. ⁋Vnde.) De huiuſmodi inundatione ſcilicet amnis. ⁋Tepido humore.) Noxio, inutili. ⁋Lacunæ) autem ſunt foſſæ in quibus collecta aqua ſtare conſueuit.

MANCINELLVS.

⁋Quid dicā iacto.) Heſio. quoq; ait, Semina quum terræ committis pene ſequatur Seruulus, atq; auibus raſtro ſata lęta recōdat. ⁋Cōminus. vicine, ilico, nā cōminus proprie ſignificat quaſi Cominus. cū manibus. Eminus vero lōge, quaſi ē manibus. ⁋Cumulos.) glebas. ⁋Ruit.) diſſipat. ⁋Male pinguis.) nō pinguis. Satis fluuiū Eminus inducit. Segetes irrigandæ ſunt, vbi nimia ſiccitas euenit, nam rigua, vt Pli. ſcri. xvij. c. xxv. æſtiuis vaporibus vtilia, hyeme inimica, autūno, varia: circa canis ortum rigua maxime proſunt. ⁋Riuoſq; ſequentes.) q pro. i. per epexegeſim. ⁋Sequētes.) i. defluētes, vel decurrētes. ⁋Exuſtus.) calore nimio. ⁋Æſtuat.) feruet. ⁋Morietibus herbis.) licet arbores, & herbæ tam ratione, q̄ ſenſu careant, tñ, vt ēt Macro. li. j. de ſom. ait, qa creſcendi tantūmodo vſus in his viget, hac ſola parte viuere dicuntur: moriuntur itaq; vbi creſcendi vis deeſt. ⁋Supercilio.) Faſtigio, ſummitate. Trames ⁋Cliuoſi tra.) inclinatę decliuiſq; viæ. Trames dicit̄ tranſuerſa via vel anguſta à trāſmeādo. ⁋Elicit.) educit, euocat. ⁋Leuia) attrita. ⁋Ciet.) excitat, cōmouet. ⁋Scatebris.) ebullitiōibus quę fiūt quum aqua in aliquas rimas defluit. ⁋Quid.) Videlicet de illo dicendum? ⁋Grauidis ariſtis.) ſpicas intelligit. ⁋Luxuriem ſegetum.) i. vbertatem, ſuperfluitatēue & intempeſtiuā abundantiā, vt ait Nonius. Pli. aūt lib. xviij. de vitiis frugum ait. Inter vitia ſegetum, & luxuria eſt, quum onerata fertilitate procumbūt, & paulo inferius ſeq. c. ait. Luxuria ſegetum caſtigatur dēte pecoris, in herba dūtaxat, & depaſtæ quidē vel ſępius nullam iniuriā in ſpica ſentiunt. ⁋Sulcos æquāt.) cum adhuc herbę ſunt tenerę, antequā cogant̄ in culmos. ⁋Bibula deducit arena.) i. diminuit, remouet, ſiccat paludis humorem collectum, deducitur aūt humor arena bibula ſuperiniecta aut gracili bibulaq; ſuper humidam, ac præpinguem. Sed dementis operarij eſt, quid enim poteſt ſperare, qui talē colit? Bibula, q̄ humorē bibit. ⁋Incertis menſibus.) i. verni tēpore ac autūni hyemis enim certū eſt frigus, æſtatis certus eſt calor. Veris vero, & autūni tēporibus nūc frigus, nunc calor eſt. Hinc Naſo. lib. ij. de arte dixit de autūno. Quum modo frigoribus premimur, mō ſoluitur æſtu. Aere non certo corpora languor habet, fiunt etiā pluuiæ maximæ, ac fulmina. Vnde Plin. lib. ij. c. lij. ait. Vere autē & autūno crebriora fulmina, & Vir. li. iij. Geor. vere madent humo terræ. ⁋Obducto.) Producto, cōtracto, circunfuſo. ⁋Tepido humore.) Pli. li. xviij. de vitijs frugū ait. Naſcunt̄ & vermiculi, in radice, quū ſementē imbribus ſecutis incluſerit repētinus calor humorem, gignuntur: & in grano, cum ſpicæ in pluuiis calor inferueſcit. ⁋Lacunæ.) Lacuna vt Feſtus ait: eſt aquæ collectio, & à lacu deriuatur.

ASCENSIVS.

⁋Quid dicam iacto &c. Proſequitur intentum, videlicet quid faciat lætas ſegetes dicens cum admiratione. quid dicam ſupple de illo, hoc eſt quātum ille proſit aruis. qui iacto ſemine. i. poſtquam iecit ſemen inſequitur arua cominus. i. de prope, & ſtatim quaſi conſertis manibus, & ruit. i. diſſipat cumulos. i. globos arenæ malæ. i. non aut ſine cōmodo pinguis. q. d. plurimum nimirum prodeſt, & qui deinde inducit ſatis. i. ſegetibus aut ſeminatis fluuiumq; pro. i.) Eſt. n. epexegeſis. i. expoſitio prioris per poſterius) riuos ſequētes. i. defluentes in agrum, & cum ager exuſtus ſ. nimio calore æſtuat. i. feruet & hoc herbis morientibus præ nimia. ſ. ſiccitate. Ecce. q. d. pter opinionē, & cū minime ſperetur qđ (illic aquæ præterfluerent vbi pauloante tanta ſiccitas erat vt omnia exareſcerent, ipſe elicit. i. per aqueductus aut canales educit ſupercilio. i. ex editiore loco, quia aliter neqret deriuare, mōtis cliuoſi. i. multos cliuos habentis vndam. i. aquā exundantē. Illa. ſ. aqua, cadens. i. defluens, ciet. i. excitat murmur raucum. i. infractum per ſaxa leuia. i. polita frequenti impetu. & temperat ſcatebris. i. ſcaturiginibus & ebullitionibus ac venis aquas effundentibus: arua arentia. ſ. ſiccitate. Quid ſup. de illo dicam quantum iuuet arua, quiue culmus: herba ſpicam ſuſtentans procumbat grauidis ariſtis, ipſe depaſcit. i. paſcēdo pecora abſumit luxuriem. i. vegetem copiam, & ſuperabundantiā ſegetum. i. pinguiū culmorum, ac ſtipularum, in tenera herba. i. priuſq̄ ſeſe in ſpicæ collegerit formam: cum. i. quando ſata ęquant. i. cooperiunt per æqualem altitudinem ſulcos. Et quid ſup. dicam de illo qui deducit. i. aufert arena bibula. i. per ſuppoſitionem arenæ multum aquæ bibentis: humorem paludis, hoc eſt paluſtrem qui præcipue nocet, deducit inquā pſertim. i. pręcipue, ſi amnis. i. fluuius ex imbre ſubito genitus (qui à circūnatādo dicit̄ circūfluit enim agros) abūdās. i. ſuperexcreſcens exit. ſ. ripas & limites ſuos mēſibus incertis. i. vernis aut autūnalibus quibus tempeſtas incerta eſt nūc pluuioſa, nunc ſuda, niſi ſit ſenſus in menſibus certis i. quibuſdam & non omnibus, quia ſi frequēs aut iugis eſſet inūdatio, fruſtra fieret deſiccatio. Si ergo amnis exit aut incertis mēſibus aut in menſibus certis, ſed maior manus legentium eſt, incertis vna dictione quam duabus & tenet omnia limo obducto i. ſuperducto, late. i. ampliter aut in latum, vnde. i. à quo limo lacunæ. i. recæptacula aquarum: cauæ. i. excauata, aut capacia vt caua videantur, ſudant. i. diſtillant humore tepido. i. pluuia cum quodam tepore decidente.

PIERIVS.

⁋Riuoſq; ſequentes.) In Roma. codi. legere eſt. Riuoſq; fluentes, ſumptum id nimirum ex paraphraſi. ⁋Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam. Elicit.) In Roma. cod. Eligit, ſcriptum, ea, ſcilicet cognatione quę intercedit inter g, & c, quum elicit, omnino fit caſta lectio.

Nec tamē (hæc quū ſint hominūq; boumq; labores
Verſando terram experti) nihil improbus anſer,
Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut vmbra nocet. Pater ipſe colendi

SERVIVS.

⁋Nec tamen, hęc cū ſint hominūq; boūq; labores.) Ordo eſt à ſequentibus. Nec tamen nihil officiunt. Et hoc dicit, Licet hæc omnia quę dixi, arando ſint experti & hominum & boum labores: tamen ſunt adhuc aliqua quæ obſunt, niſi prouideris, ſcilicet vt aues abſint, aut vmbra arborū. ⁋Improbus anſer.) Inſatiabilis, nulli probandus. Et dicit anſeres agreſtes. ⁋Strymoniæq; grues.)

Haud facilem eſſe viam voluit,primusq; per artem
Mouit agros curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:
Nec ſignare quidem,aut partiri limite campum
Fas erat.in medium quærebant,ipſaq; tellus
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris:
Prædariq; lupos iuſſit,pontumq; moueri:
Mellaq; decuſſit folijs,ignemq; remouit:
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit:
Vt varias vſus meditando extūderet artes
Paulatim:& ſulcis frumenti quæreret herbam:
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.

grues.) Thracię,a fluuio Strymone. Et amaris ityba fibris.) Vt etiam Donatus dicit, male quidā intybā auem quandam amari iecoris accipiunt,nā intyba dicit cicorea,herbas quaſdā noxias,quarū radices multę & tenues ambiunt ſegetes & necant. Fibris autē abuſiue ait,ꝙ radices intyboꝝ hac atq; illac decurrunt vt fibrę per iecur.i.venæ quędam & nerui. ¶Amaris) aūt nocentibus. Vt, Hoſtis amari. ¶Aut vmbra nocet.) Vt, Nocēt & frugibus vmbræ. ¶Viam.) Rōnem & artē colendi. ¶Mouit agros curis acuens mortalia corda.) Dictus eſt Iouē feciſſe multa,quę poſſunt in vituperationem venire:& ea hoc colore defendit, ꝙ dicat voluiſſe eum ingeniū mortalibus ex neceſſitate pręſtare,ne torperent otio:quod ex rerū abundātia procreatur. ¶Acuens.) Exercens. ¶Veterno.) Pigritia,nam veternus dicitur morbus intercus.i. ὕδρωψ qui homines efficit pigros. Et dicitur, intercus intercutis. ¶Subigebant.) Suo labore colebant arua. ¶Nec ſignare quidē,aut partiri.) Diuidere & deſignare. ¶Fas.) i.lex. ¶In mediū quærebant.) In cōmune. ¶Omnia liberius.) quia ſupra ait, Atq; imperat aruis. Bene.tunc enim libere cūcta ſponte ferebāt: nunc autem imperante alio per laborem culturæ ſeruiunt. ¶Malum virus.) Bene addidit malum ad diſcretionem epitheton. Nam virus & bonum & malum eſt,ſicut venenū:nam idem eſt. Venit autem à græco:nam & illi φάρμακον mediū habent.i.bonum & malum. Sane virus, hodie tres tm̄ habet caſus:hoc virus,hoc virus,o virus. Antiqui hoc virus,huius viri dicebāt. Lucretius, Tetri primordia viri. ¶Ignemq; remouit.) Non penitus ſuſtulit,ſed occuluit. Vnde eſt, Quærit pars ſemina flammæ Abſtruſa in venis ſilicis. ¶Paſſim.) Abundanter, vbique. ¶Riuis.) Fluminibus. ¶Excuderet.) Studioſe reperiret,& coleret. ¶Frumenti herbam.) Periphraſis ſegetis.

PROBVS.

¶Strymoniæq;.) Dictę ſunt à ſtrimōe Thracię flumine,vbi maxime per æſtum morātur. ¶Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.) Veternum grauem ſomnum volunt intelligi ſpectantem ad interitū,quem medici Lethargum vocant.

MANCINELLVS.

¶Nec tamē.) Hic oſtendit author vltra p̄dicta curandū, etiā ne
Strymō aues & alia obſint aruis. ¶Improbus.) Nocens,ſęuus. ¶Strymoniæq; gru.) ſtrymon amnis, vt Soli. docet inter Macedoniam & Thraciā,terminum facit.q ab hęmi iugis irrigat,id quoq; aſſerit Pli.li.iiij.ibi aūt grues maxime per æſtū moranť,vti & Probus inquit. ¶Intyba.) Huius nois variationē late in ſpica docuimus, intybū autem,& cichoreum pro eodem Pli. videtur accipere li.xx. ¶Amaris fibris. Sunt.n.intybi radices amaræ guſtu,quas habet plurimas,ac profuſas. Fibris.i.radicibus,antiqui.n.vt Varro ait,fibrum dicebant extremū. ¶Aut vm.no.) Plin.li.xvij.c.x. de vmbris arboꝝ nocuis,& iucundis ait,iuglandiū grauis,& maxime etiā capiti humano,oibusq; iuxta ſatis necat gramina, & pinus,ficorum leuis,quāuis ſparſa,ideo ꝙ inter vineas ſeri non vetantur. Vlmoꝝ & leuis etiā nutriens quęcunq; opacat iucunda & platani iuglandi ſiquidem,pinorūq; & picearū,& abietis venenū eſt. ¶Primusq; per arte mouit agros.) De aureo ſęculo,qd' ſub Saturno fuit. Oui.li.j.meta.ait. Mox etiā fruges tellus inarata ferebat. Nec reuocatus ager grauidis canebat ariſtis,de argenteo vero ſęculo,quod ſub Ioue fuit:inquit Iupiter antiqui cōtraxit tēpora veris, Semina tum primū longis cerealia ſulcis, Obruta ſunt,preſſiq; iugo gemuere iuuēci. ¶Acuēs.) Accendens,excitās. ¶Torpere.) Pigra eſſe & ſegnia. Oui.enim de primo ſæculo, ¶Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes. ¶Veterno.) i.ſomno,nā
Veternoſus. vt Feſtus inquit veternoſus dicitur,qui graui præmitur ſomno. Probus etiā inquit,ꝙ veternū grauem ſomnum volunt intelligi ſpectantē ad interitum,medici lethargū vocant. Pli.ēt ait li.viij. de vrſis. Tam graui ſomno p̄muntur,vt ne vulneribus quidem excitari queant,tunc mirum in modum veterno pingueſcunt. ¶Coloni.) Agrorum cultores. ¶Limite.) i.rramite. Vir.li.xij. Limes agro poſitus. ¶Nec ſi,qui) Iure cōi priuati ac ſeparati agri nihil erat,iure vero gentiū agris termini poſiti,quod quidē no/

tatur

tatur large ex hoc iure gentiū digeſtis de iuſtitia & iure,& in paragrapho Aūt gentiū. Inſti. de iure natu.gen.& ciui.ſcribitur enim ibi,ex hoc iure gētiū introducta ſunt bella, diſcretæq; gentes,regna cōdita,dominia diſtincta, agris termini poſiti,&c. ¶In mediū.) In cōmune q̄rebant victū.ſ. ¶Mellaq; decuſſit.) Naſo lib.j.meta. de ætate aurea inquit, Flauaq; de viridi ſtillabāt ilice mella. ¶Ignēq; remouit.) Iratus Iupiter, ꝙ à Prometheo decæptus eſſet in portione hoſtiarū mortalibus eripuit ignem.ne carnis vſus vtilis hoibus videreť,cū coqui nō poſſet. ¶Currentia vina. Ouid.ēt ait flumina iam lactis iam flumina nectaris ibant. ¶Vſus.) Opus, vel vtilitas. ¶Excuderet.) Cudēdo eliceret, eſt enim cudere à cudendo dictum, vt Feſtus ait.

ASCENSIVS.

¶Nec tn̄ hęc &c. Poſtq̄; edocuit diligentiā agricolis in colendo agro ſeruandā,ſubiungit miſera eoꝝ fata. vt quibus officiunt ac nocent plurima vt aues herbę & vmbrę. Verū ne temere omnia cōtingere cenſeas dicit à Ioue id inſtitutum vt nō torpeſcerent homines ſimul ꝙ cū agro ſe colerent exercitationibus aſſiduis. Nā ſi vt ſub Saturno quondā oīs ferat oīa tellus & id quidē ſpōte nemo agrum coleret: dicit ergo Iouē Saturni filium immutaſſe tempora patris ſui,qua occaſione p̄ſtita tranſit ad varia diuerſoꝝ inuenta agricolis preſertim vtilia,ſed ne in re manifeſta prolixior ſim. ¶Ordo eſt. Nec pro & non,& cum hęc,ideſt prius dicta ſint labores & hominum & boum experti.i.inuenti & in experientiam adducti (ponitur enim in ſignificatione paſſiua cum ſit verbum commune experior) verſando.i.arando & colendo terram tamen anſer improbus,ideſt improbandus & deteſtandus, vt qui vbi nihil ſeuerit decerpat & vaſtet & grues ſtrymoniæ,ideſt circa ſtrymonem lacum,aut amnē in confinibus Thracię & Macedonię verſari plurimum ſolitę,& ityba,ideſt herbæ amaris fibris.i.quę habent amaras & nociuas fibras quibus fruges attrahuntur, officiunt.i.nocent & contrarium eius quod deberent faciūt. (Nam cum officium in bonam partem accipiatur Officio.
fere quęras quomodo officere ſit nocere. Sed ſunt qui officium ab efficiendo deductum velint alijs dicentibus huius prępoſitionis ob eſſe duplex ſignificatum,alterum enim quod quaſi,propter, vt ob pietatem.i.propter pietatem,& ſic officium eſt,propter quod quicq̄; inſtitutum & factum eſt, alterum vero quaſi contra vnde obſum,obſto,obdo,oppono,officio, quaſi contra ſum ſto,do,& pono & facio cōtra id quod debeā) aut vmbra nocet ſed ipſe pater.ſ. Iupiter qui dicitur iuuans pater, haud.i.non voluit viam.i.modum & rationem colēdi eſſe facilem,imo voluit eſſe difficilem & ipſe Iupiter mouit primus agros.i.primus exercuit per labores,acuens corda mortalia curis,nec paſſus ſua regna.i.homines ſui temporis torpere.i.pigreſcere,graui.i.nociuo & moleſto,veterno.i.vicio ſomnolentię & obeſitatis ex torpore procreato. Nulli coloni.i.agricolę,ſubigebant.i.domabant Vnde dictum eſt,atq; imperat aruis,ſubigit autem aruū qui ipſum ad iuſſum ſuum quia vult ferre facit,ante Iouem.i.priuſq̄ ea Iupiter ſubegiſſet. Nec fas erat ſignare quidem campum, aut partiri campum limite.ideſt lapide ad dirimendos agros in confinio poſito,ſed ſupp.homines:quęrebant, ideſt reponebant in medium,& ipſa tellus ferebat omnia liberius,ideſt omnino libere,& non ſubacta hoc eſt nullo poſcente,ideſt exigente, ſponte videlicet ſua,ille.ſ. Iupiter addidit ſerpentibus atris,ideſt nociuis virus.i.venenum ſuum,& iuſſit lupos prædari, ideſt prædas auferre,& iuſſit pontum.i.mare moueri,ſcilicet per nauigationem auaritiæ potiſſimum cauſa inuentam. Et ipſe decuſſit.i. deorſum,& in terram excuſſit mella,folijs.ſ.arborū hoc eſt frōdibus,in quibus copioſe prius reperiebātur,& remouit.ſ.ab vſu mortalium,ignem & repreſſit.i.coercuit vina currentia paſſim riuis.i.per riuos, vt.ſ.vſus.i.opus & vtilitas extunderet.i.extorqueret,& violenter pararet, varias artes meditando,ideſt excitando,& vt vſus quęreret,paulatim.i.paulotenus,& ſucceſſiue poſtquam,ſcilicet Ceres docuerat herbam frumenti in ſulcis,id eſt per arationem & cultum terræ,& vt excuderet,ideſt cudēdo

 & concutiendo

& concutiendo eliceret ignem abſtruſum.i.delitētem:in ſup: ve
nis ſilicis.i.lapidis illius præduri.

PIERIVS.

¶Et amaris ityba fibris.) Scribendū,intuba,per,v,ex antiquis
pleriſq; codicibus tā Virgilianis,q̄; Plinianis,latina enim dictio
eſt,neq; admittit,y,niſi quātū græci ſic,y,noſtrū breue ea ſolent
nota figurare. Sed de hoc plura in.iiij.Georgicō.¶ Nec ſignare q/
dem.) In Ro.cod.Ne ſignare quidem, legitur,vna minus lite/
ra.¶ Extunderet artes.) Antiqua aliquot exēplaria,excuderet,le
gunt,eaq; dictio,neſcio qua prius abraſa,in Longobardico codi
ce ſuperinducta.Sed enim Extunderet,in probatioribus codici/
bus,Romano,Mediceo & aliis habetur.¶ Et ſilicis venis.) Anti/ Lam
qua oia exemplaria quæ præ manibus fuere nobis, vt ſilicis,le/ Bra
gunt,tam & ſi nō diſplicet,&,vt illi membro cohęreat,& ſulcis
frumenti quæreret herbam.

Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas:
Nauita tum ſtellis numeros,& nomina fecit:
Pleiadas,Hyadas,claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras,& fallere viſco
Inuentum:& magnos canibus circūndare ſaltus.
Atq; alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens:pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor,atq; argutæ lamina ſerræ,
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum:
Tum varię venēre artes.labor omnia vincit
Improbus,& duris vrgens in rebus egeſtas,

SERVIVS.

¶Nauita.) Pro nauta : ſicut
Mauors ꝓ Mars.¶ Nūeros,&
noia fecit.) Numeros aut cur/
rēdi modos.i.ortꝰ & occaſus:
quod ſi eſt, quaſi rē philoſo/
phoꝝ prætermiſit:nam tm̄ de
noibus dicit,vt Pleiadas,Hya
das.Aut certe re vera ait nume
ros:nam Hipparchus ſcripſit
de ſignis:& cōmemorauit ēt,
vnūquodq; ſignum quot cla/
ras,quot ſecundæ lucis , quot
obſcuras ſtellas habeat,ſecun/
dum quod bene cōmemora/
tis ſignis,quaſi notum ſtella/
rum numeꝝ ꝑtermiſit . Et in eo quod dicit nautam ſtellis nume/
ros & noia feciſſe:ſignificat,neceſſitate quærendaꝝ rerum , quæ
ante ſponte ſua cūctis proueniebāt,hoies nauigādi peritiā & ſtu
dium reperiſſe:& ex eo quod ſequitur,id quod ꝑcedit oſtendit.
Nauigādi qppe peritiā ſequit̃ ſtudium motus,& rationes ſydeꝝ
cognoſcendi,propter tempeſtatē maris,& ventoꝝ motūs.¶ Ple
iadas.) Signum eſt ante genua Tauri,quod ortu ſuo primæ na/
uigationis tempus oſtendit.Vnde græce pleiades dicuntur ἀπὸ
τοῦ πλέειν:latine Vergiliæ,à verni temporis ſignificatione,quo
oriūtur.¶ Hyadas.) Signum eſt in fronte Tauri,quod ortu ſuo
efficit pluuias:vnde ipſę ſtellæ,Hyades vocantur ἀπὸ τοῦ ὑε/
τοῦ,quas latini Suculas appellauerunt.¶ Clarāmq; Lycaonis
Arcton.) Elicem dicit.i.maiorem ſeptētrionē:nam minor appel
latur Cynoſura.Lycaonis autem , ſubaudi filiam:vt, Deiphobe
Glauci.Lycaon enim rex Arcadiæ habuit filiam Caliſto : quā cū
vitiaſſet Iupiter, Iuno in vrſam cōuertit:,& poſtea Iupiter mi/
ſeratus in ſignum cœleſte tranſtulit.¶ Tū laqueis captare feras,
& fallere viſco Inuentum.) Vnus ſenſus eſt diuiſus interpoſitio
ne alterius.Nam Laqueis captare feras,ad venationem pertinet
i.illaqueare feras in curuatis arboribus.Fallere viſco , ad aucu/
pium.Item ad venationem.¶ Et magnos canibus circundare ſal
tus.) Male autem de aucupio quidam reſpuunt,totum referen/
tes ad venationem:& dicunt,Fallere viſco,pro viſceratione po/
ſitum.Conſtat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos ne
care,quod ideo non procedit,quia hoc viſcum huius viſci facit,
ſicut templum templi.vnde eſt Fallere viſco . Viſcus vero.i.ca/
ro,viſceris facit,vt pecus pecoris.Et ſi de carne loquebatur , vi/
ſcere debuit dicere. Lucretius, Permixtus viſcere ſanguis . Item
ipſe, Viſcus gigni,ſanguenq; creari.Primo de nautis, & nauigio
inuento:poſtea de venatione dixit:nunc de piſcatoribus loqui/
tur,cuncta enim hæc neceſſitas inuenit.¶ Funda iam verberat.)
Genus eſt retis dictum à fundendo,ideſt retiaculum quod dici/
tur βόλοσ.¶ Humida lina.) Verriculum ſignificat.¶ Rigor.) Du/
rities.Vnde & rigidus durus homo dicitur.¶ Argutæ ſerræ.) Stri
dulæ,ſonoræ.Et dicitur Perdix,ſororis Dedali filius , inueniſſe
Circinum & ſerram.¶ Fiſſile.) Quod findi poteſt.¶ Tum variæ
venere artes.) Ex neceſſitate ſcilicet diuerſarum rerū,quibus ho/
mines repreſſa ſpōtanea cunctarum rerum origine,& terrarum
fructificatione cœperūt egere.¶ Labor improbus.) Vel magnus,
vel nulli probabilis,nullus eſt enim amator laboris.¶ Duris vr/
gens in rebus.) Vrgens,ideſt cogens & quaſi importune inſiſtēs.
¶ Egeſtas.) Indigentia rerum.Perſius , Magiſter artis ingeniiq;
largitor Venter.negatas artifex ſequi voces.

PROBVS.

¶ Pleiadas Hyadas.c.q;.l.a.) Pleiades Virgilie dn̄r (vt qbuſdā
liquet) qa ſint Athlantis & Pleiones filię,vel ἀπὸ τοῦ πλέειν di
ctę.Iccirco quod eaꝝ ortu prima cura fit nauigatio,quarū men/
tionē facit Ouid.in phaenomenis dicēs de Perſeo,Pleiades ante
genus ſeptē radiata ferunt̃.Sed tm̄ apparent,ſup.opaca ſeptima
nube.Hyades exiſtimant̃ eſſe in cornibus tauri,aut in ore q̄s im
periti ſuculas appellant arbitrātes ἀπὸ τοῦ ὑὸσ Hyadas dictas.
Sed errant,dictæ ſunt enim ἀπὸ τοῦ ὕειν hoc eſt à ſpargendo,
Eſt enim pluuium ſydus , hoc
nō temere oritur,vt non im/
bres ſequantur.¶ Lycaonis Ar
cton.) dicit Vrionē,& vulgarē
ſequitur hiſtoriā.Iupiter enim
Caliſto Lycaonis filiam credi
tur mutatus in Dianam com/
preſiſſe: quę grauida mutata
in vrſam ira Iunonis peperit
puerum Arcada quē Iupiter
ne venans matrem feriret,mu
tatum in eandem formam cū
ea inter ſydera retulit.ſunt au/
tē ibi duæ vrſæ maior & mi/
nor,maior Helice,minor Cy/
noſura vocat̃.¶ Cum iam gl.
atq; arbuta.ſ.d.ſ.e.u.d.n.) arbutæ ſunt arbuſculæ,q̄ in ſyluis fre Arbu
quenter naſcuntur:q̄ pleriq; Vnedones vocāt,dodona locum cō
tinentē quercus q̄ continenter erat,dicta.eſt autem tēplū Dodo/
nei Iouis in Chaonia parte epiri,q̄ hoc noie appellatur.

MANCINELLVS.

¶ Alnos cauatas.) Periphraſis eſt nauiū.Alnus enim pinus,& pi Alnu
ceæ ad aquarum ductus in tubos cauantur , obrutę terra pluri/
mis durant annis.Pli.li.xvj.¶ Stellis numeros.) Pli.lib.ij.c.xlij.
ſcri.eſſe.lxxij.ſigna q̄ ſunt rerū,aut animantium effigies,in quas
digeſſere cœlū periti,in his quidā mille ſexcētas annotauere ſtel
las inſignes videlicet effectu,viſu ve.Iginius autem ſcrib.ꝙ Mer
curius primus menſes iſtituit,& ꝓuidit ſyderū curſus. Euheme/
rus vero primā ait Venerē aſtra cōſtituiſſe,& Mercurio demon
ſtraſſe,ſed Mani.lib.j.ait.Tu princeps,authorq; ſacri Cyllenie tā
ti.Per te iam cœlum in terris iam ſydera nota, Ioſephus aūt ſcri.
ꝙ Adam duas columnas reliquit vnam æneam,alteram lateri/
tiā,in quibus ſyderū motus deſcripſerat.Lact.lib.ij,c.xiiij.docet
Ægyptios oium primos curſus ſyderū,& defectus notaſſe Dio.
li.iiij.Athlantē de ſphęra primū inter homines diſputaſſe. Pli.ēt
li.vij.Athlantē libyæ filiū aſtrologiā inueniſſe ſcri.vt alij dicunt
Aſſyri. Sphęrā,in ea Mileſius Anaximāder inuenit ſyderū obſer
uationē,in nauigando phœnices.¶ Pleiades.) Pli.li.ij.c.xlij.ſcri. plei
eſſe in cauda tauri ſtellas.vij.quas appellauere Vergilias inqt in
fronte ſuculas.idē Var.Gel.quoq; li.xij.ca.ix.aſſerit dicēs. Sicut
ceteræ partes,& reliqui imago tauri cōfirmata & q̄ſi depicta eſt
locis regionibuſq; eaꝝ ſtellarum quas gręci Pleiadas,nos Vergi
lias vocamus.Igi.etiam docet iter tauri finitionē,& arietis cau
dā ſtellas eſſe,quas Vergilias noſtri,græci aūt Pleiadas appella/
uerunt.Dictas autē,ꝙ ex pleione Occeani & Athlante ſint natæ.
Hę numero ſeptē dicunt̃,ſed nemo amplius q̄; ſex videre poteſt
ęſtimanturq; choreā ducere ſtellis,eas ſtellas Vergilias noſtri di
xere.ꝙ poſt ver exoriuntur.Ex ꝑdictis ergo patet Pleiades non
eſſe ſignū ante genua tauri,vt ille dixit.De his autem latius habe
tur li.iiij.fa.¶ Hyades,) ſcri. Iginius taurum habere in cornibus Hya
ſtęllas,in vtriſq; oculis ſingulas in fronte media vnā,ex quibus
locis cornua naſcuntur,ſingulas q̄.vij.ſtellę Hyades nuncupan
tur.Gel.li.xij.c.xj.docet ꝙ Hyades à nobis primo ſyades deīde
ſuculæ appellatę,Hyadeſq; ab hyo.i.pluo,nā & quum oriunt̃,
& quum occidunt largos imbres cient,ſed de eiſdem latius Gel
li.Claramq; Lycaonis Arcton,de Arcto maiori loquitur , hanc
autem Iginio teſte Heſiod.ait eſſe Caliſto nomine Lycaonis fi/
liam,quæ à Ioue in vrſæ ſpeciem conuerſa fuit,cum autem Ar
chada puerum ex Ioue genuiſſet,ipſam cum filio Iupiter inter
ſydera collocauit,eamq; Arcton filium Arctophylaca nomina/
uit,minorem vero Arctō Iginius idem Cynoſuram eſſe vnam Arc
de Iouis nutricibus ſcrib.ſic etiam Elicem , hinc pro beneficio Cyn
in cœlo collocatas & vtraſq; Arctos dictas , quas noſtri ſepten/ ra.
triones dixerunt.Omnes autem,qui peloponneſum incolunt,
maiori vtuntur Arcto,phœnices vero minori,quam ſtudioſius
perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimantur,hinc apud Oui/
dium faſto.iij.legitur eſſe duas Arctos quarum Cynoſura peta
tur.Sydoniis,elicem graia carina notet.¶ Claram Arcton.) clarā
ait quoniam

ait quoniam maior Arctos ſtellas habet.xxj minor vero ſtellas habet tñmodo.vij.⁋Tum ferri rigor.) ſ.inuẽtus eſt Pli.lib.vij. ait,quod ferrum Heſi.in Creta eos inueniſſe ſcri.qui vocati ſunt dactyli idęi,fabricam ferreã inuenere Cyclopes. ⁋Lamina.) ea dicitur lata portio ferri,æris,plumbi,ſtãni,auri,argẽti, bractea vero potius,auri argẽtiue,ac orichalchi,eſt enĩ tenuis,& ſua ſpõte plicabilis,lamina autem craſſior.⁋Serræ.) Pli.lib.vij.ſcri.Dædalum fabricam materiariam ĩueniſſe, & in ea ſerram,aſciã,perpendiculum,terebram,glutinum. normam autem & libellã,& tornum,& clauum Theodorum ſamium.Oui.tamen li.viij.meta.oſtendit Perdicem Dædali ex ſorore nepotem,Circinũ,& Serram inueniſſe.Dio.vero.li.v.ſcri.ꝙ Talus adoleſcens filius ſororis Dędali,qui ab eo audiebatur,ingenij acumine inuenit rotam, qua figuli vtuntur.Deinde reperta ſerpentis maxilla paruulum cum ſecuiſſet lignum,imitatus poſtea dentium ſerpentis ſpiſſitudinem,ſerram ferreã fabricauit.Reperit etiam & tornũ. Inuidia motus Dęda.hunc puerũ dolo interfecit.⁋Labor oĩa vin.)hinc ẽt Mani.li.j.ait.Omnia conãdo docilis ſolertia vicit.⁋Vrgens in rebus egeſtas.) Mani.li.j.Et labor ingenium miſeris dedit.& ſua quẽq;,Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo.

Lamina

Bractea

ASCENSIVS.

❡Tunc alnos,&c.Docet igitur varia inuenta per egeſtatẽ,& primo nauigationem & propter eã ſyderum obſeruationem,deĩde aucupium,& piſcationẽ ſunt arma mechanicorũ opeꝝ, & tandẽ omnia per egeſtatem inuenta cõcludit:Signanter aũt dicit alnos cauatas tunc primum excogitatas,quia in paludibus prima nauigatio fuit,& ea lynthribus ex alno, videlicet cauata,ea enim arbor cum ſit fragiliſſima,aeri expoſita,in aquis tñ prędura eſt,vt ergo fœcundo ingenio eũ poeta etiam ordinem rerũ ĩuentarum tangit,poſt ſcaphas aũt & linthres inuentæ ſunt rates, quibus ſe etiã mari credebant,vnde Hora.j.car.Illi robur & ęs triplex circum pectus erat,qui fragilẽ truci cõmiſit pelago ratẽ, primus, tũ naues,quaꝝ q̃ prima fuerit dictum eſt in Bucolico ibi.Et altera quę vehat argo.❡Ordo aũt eſt.Fluuii(qa mari nõdum ſe crediderant mortales)ſenſere.i.ſi ſenſum habuiſſent ſentire potuiſſent tunc primum.ſ.poſtq̃; Iupiter rerum penuriam induxerat, alnos cauatas.i.ſcaphas & linthres ex alnis cauatis, vnde poſtea naues excogitatę ſunt,ſenſerunt autem,quia naues immiſſę aqs ſulcant eas.Tum.i.deinde nauita ,ideſt is qui nauibus vſus eſt, per ſyncopam autem loquitur,qui nautã dicit,fecit ſtellis numeros,ideſt conſtituit quot ſtellæ ſignum facerent & nomina,ideſt quarum rerum & potiſſimum animantiũ nominibus appellarentur:vnde diſcedit à fictionibus poeticis in re ſeria,nam poetę fingunt varia animalia in ſydera trãſlata,poeta aũt hic innuit ea primũ fuiſſe,ſed aliquando nomina accępiſſe ꝓpter effigies animalium quas,reprę ſentant(vtitur autem elegãti breuitate quia per id quod dicit,id quod non dicit intelligitur. Si enim nauita ſtellis numeros & nomina fecit,id feciſſe conſtat vt earum directione nauiget,vnde nauem inuentam eſſe ſignificat ſine qua nauita dici nequiret)nomina in quã fecit,videlicet pleiadas.i. vocauit quaſdã pleiadas,q̃.vij.ſtellę in cauda tauri ſunt,& à noſtris Vergilię vocantur,& hyadas quæ circa cornua tauri etiam ſeptẽ ſunt,& ſyades primum,deinde ſuculæ aliquando vocatæ,à pluuiis autem dictę ſunt(Sunt autem accuſatiui græci tertiæ declinationis ac ſi ſit,hęc pleias huius pleiados & hęc hyas huius hyados in plurali hæ pleiades & hyades)& Arcton.i. vrſam maiorem Lycaonis.ſ.filiam claram quia ſtellas habet.xxj.aut illuſtrẽ & multis verſibus memoratam.Tum.i.deinde inuentum eſt captare feras laqueis.ſ.pedicis,& fallere.ſ.aues præcipue viſco,& inuentum eſt circundare magnos ſaltus,quia tunc parum terræ habitabatur,canibus.ſ.venaticis.Atque alius verberat iam.i.interea dum venationi ſtudent,latum amnẽ funda.i.iaculo & rete petẽs alta,ideſt profunda vbi maiores ſint piſces,& alius trahit pelago,ideſt è mari,lina humida,ideſt retia linea humefacta per immiſſionem in aquas ad captãdos piſces.Tum.i.deinde poſt dicta rigor ferri,ſupple inuentus eſt,& id quidem argute dicit,nã ferrum fuiſſe & eo vſos fuiſſe etiam in nauibus fabricandis veriſimile eſt,ſed poſtea inuentus eſt rigor ferri.i.modus indurandi ferrum,& temperãdi more chalybum,& lamina ſerræ argutę.i. ſubtiliter excogitatę aut ſonorę dum quid ea ſecatur.Nã primi, ſup.mortales ſcindebant lignũ fiſſile.i.quod faciliter finditur,cuneis.i.eiuſmodi inſtrumentis quę à lato in anguſtum & acutum deſinunt,& ex ligno duriore ac ferro fiũt.Tum,ideſt deinde paulatim variæ artes venere.i.excogitatę ſunt , aut venere in vſum hominis,labor improbus.i.inſatiabilis & modum neſciens,vincit.i.ſuperat,& domat omnia,nihil eſt quod longo labore nõ inueniatur,aut fiat ab homine,inueniendi autem cauſa eſt egeſtas, vnde ſubdit,& egeſtas vrgens in rebus duris.i.quas durũ eſt pati aut quibus durum eſt carere, vincit omnia.

PIERIVS.

❡Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.) In Mediceo codice & aliquot aliis antiquis.Nam primum,habetur. In Roma. ſchindebant,quod ſono aſperum videatur,per,ch,& hic & alibi ſcriptum,quod verbum id σχίζω græce dicitur per.χ.literam denſam,alii Scindo malunt ἀπὸ τοῦ σκεδάζω dici , & idcirco adſpirationem non adponunt,atq; ita omnino mollius enunciatur.⁋Labor omnia vincit.) In Roma.codi.vicit,legitur , ſpecie perfecta.Nam & Venere artes,dixerat . In Mediceo , vincit,eſt. Sed literæ,n,ſubditum eſt punctum,quod eam indicet expungendam.vtcunq; tamen legas,parui eſt momenti.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit:quum iam glandes,atq; arbuta,ſacræ
Deficerent ſyluæ,& victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus,vt mala culmos
Eſſet rubigo,ſegniſq́; horreret in aruis
Carduus:intereunt ſegetes:ſubit aſpera ſylua,
Lappæq́;,tribuliq́;,interq́; nitentia culta
Infelix lolium,& ſteriles dominantur auenæ.
Quòd,niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris
Et ſonitu terrebis aues,& ruris opaci
Falce premes vmbras,votiſq́; vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum:
Concuſſaq́; famem in ſyluis ſolabere quercu.

SERVIVS.

❡Prima Ceres ferro mortales vertere terrã Inſtituit.) Prima Ceres omne genus agriculturæ hoĩbus indicauit. ſupfluo enim quęſtionẽ mouent qdã cõmentarii,dicentes Oſirim vel Triptolemũ aratrum ĩueniſſe,nã aliud eſt vnã rem inuenire,& aliud omnem agriculturã docere:quod fecit Ceres.Nã ferrum dicendo, cũcta generaliter ruſticoꝝ arma cõplectitur.⁋Sacræ Deficerẽt ſyluæ.) Emphaſis eſt.i.ẽt ſacræ: quarũ ſterilitas,cęterarũ quoque ſignificat infœcunditatẽ. ⁋Arbuta)autẽ ſunt rubra poma ſyluaꝝ,quę Plinius vnedones vocat:quòd aſperitate ſua plura edi non poſſunt. ⁋Victum dodona negaret.) Dodona ciuitas Epiri:iuxta quam nemus eſt Ioui ſacratũ,& abundans glandibus ſemper. Vnde κατ᾽ ἐξοχὴν Dodonæ facit mentionem.Et totũ quod dicit hic,hoc eſt,Prius homines vt legimus paſti glandibus ſunt , nec aliud ad victum quærebant . Cum igitur iam deficerent glandes , & non ſolum quęlibet ſyluæ,ſed etiam ſacræ victum hominibus negarent:& cum alijs ſyluis ipſa quoq; Dodona ciuitas,quæ iuxta ſe nemus Ioui conſecratum habebat,glãdes vſibus humanis ſubtraheret: Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit. ⁋Labor additus.)Aut datus:vt nihil mali ante habuerint,aut re vera additus:quia antè erat q̃dem labor,ſed tantum herbarum, intyborum:poſtea acceſſit rubiginis,carduoꝝ.⁋Eſſet.) Conſumeret:vt,Eſt mollis flã ma medullas.⁋Rubigo )autẽ genus eſt vitii quo culmi pereunt,ſed abuſiue rubigo dicitur.Nam ꝓprie rubigo eſt( vt Varro dicit) vitium obſcœnæ libidinis quod vlcus vocatur: id autem abundantia & ſuperfluitate humoris ſolet naſci , quæ græce σατυρίασις dicitur.⁋Segnis carduus. ) Inutilis,ĩfœcũdus.⁋Aſpera ſylua.) Notandum , etiam de herbis ſyluam dictam.⁋Infelix lolium.) Infœcundum . contra, Felicemq́; trahit limum.⁋Steriles auenæ.) Ad diſcretionem earum quæ ſeruntur.⁋Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris. Iam concludit,& hoc dicit,Niſi ſæpe ſarrieris:ꝓpter illud, Et amaris intyba fibris Officiunt:Niſi aues fugaueris : propter illud, Improbus anſer Strymoniæq́; grues:Niſi falce amputaueris ramos:ꝓpter illud,Aut vmbra nocet:Niſi votis inuocaueris pluuias:ꝓpter,Humida ſolſtitia,atq; hyemes orate ſerenas: ſine cauſa ingentes frumenti alieni aceruos aſpicies . Propter quod oſtendit ruſticũ ſua inertia famẽ,non anni vitio,ſuſtinere. ⁋Inſectabere.) Pro inſectatus fueris. Futurũ indicatiui pro futuro ſubiunctiui.⁋Raſtris.) Sarculis.⁋Terrebis . ) Pro terrueris.

¶ Premes vmbras.) Coartabis & iminues. ¶ Vmbras.) i.ramos arboꝝ incumbentes ſegetibus amputans. ¶ Votisq́ꝫ vocaueris i/brem.) Vt iuoces fore tibi pluuiã. ¶ Alterius aceruũ.) Qui hęc ac curate egerit. ¶ Fruſtra ſpectabis.) In alio cernens quod ipſe non habeas. ¶ Famem ſolabere.) Ac ſi diceret, Ne glãdibus quidem ſa tiaberis: quia dixerat, Et victum Dodona negaret.

MANCINELLVS.

¶ Prima Ceres. Oui. quoqꝫ li.v.me. ait prima Ceres vnco glebã dimouit aratro. Prima dedit fruges, alimẽtaq́ꝫ mitia terris. Pri/ma dedit leges, Cereris ſunt oĩa munus Diod. aũt lib. vj. in prin. ſcri. quod ſiculi tradũt Siciliã Cereri & Proſerpinę ſacrã eſſe, has ſimul deas primũ in Sicilia viſas, inq́ꝫ ea primo frumentũ terræ bonitate ortũ, in agro autẽ Leõtino, multisq́ꝫ ꝓterea Sicilię lo/cis ẽt tpe ipſius Diodori, vt inqt, oriebaẽ agreſte triticum. Quũ autem raptã filiã Proſerpinã q̃reret, hoies, qui eã grate ſuſcępe/rant frumenti vſum edocuit, hæc eadem leges dedit, qbus iuſte pieq́ꝫ hoies viuere aſſueſcerẽt, ex quo & legiferã dixerunt, plura Diod. & nos latius ibi Liber & alma ce. ¶ Sacrę.) Si ſacrę, quanto magis, & alię. Eſt ergo emphaſis.i. demõſtratio de qua Fa. li, viij. Victũ cibũ, à viuendo diciẽ. Dodona, ab excellentia nemoris Do donã poſuit. Dodona enim in Epiro Ioui ſacra erat, nã illic tem plum & oraculũ fuerat ei cõſtitutum, quod latius aperimus Ec/lo. viij. vtq́ꝫ Pli. li. ij. c. vij. docet in Dodona fons erat gelidus, qui ĩmerſas faſces extinguebat, ſi tñ extinctę admotæ fuiſſent accẽ/debaẽ. ¶ Mox deinde. ¶ Et frumẽtis la. ad.) Labor erat hoibus arandi, ſerendi, & ſimilium. Deĩde additus eſt ẽt frumẽtis labor,
Robigo videlicet rubiginis carduoꝝ, &c. ¶ Labor.) Calamitas. ¶ Eſſet.) carpet, abſumeret Rubigo, id vitiũ eſt rodẽs ferrũ, vel ſegetes, q̃ſi rodigo. Vnde olim robigo dicebaẽ. Pli. aũt lib. xviij. de vitiis fru gum ait. Cœleſte frugũ, vinearũq́ꝫ malũ nullo minus noxiũ eſt rubigo, frequẽtiſſima hæc in roſido tractu, cõuallibusq́ꝫ, ac pfla/
Rubiga tũ nõ habentibus, e diuerſo carẽt ea ventoſa, & excelſa. Feſtus au
lia. tem ait, & rubigalia dies feſtus. vij. kaẽ. maias, qñ putabant rubi/ginem vertere colebaẽ, & Pli. li. xviij. inquit quod rubigalia Nu ma cõſtituit, q̃ agebaẽ. vij. kaẽ. maias, qm̃ tunc fere ſegetes rubi go occupat. ¶ Segnis.) Sterilis, & ſegnitiẽ ꝓbens ſegeti. ¶ Cardu/us.) vide in Buc. ¶ Subit.) Succedit. ¶ Lappæ.) Pli. xviij. de vitiis frugum ait, lolium, & tribulum, & carduum, lappamq́ꝫ non mi nus quàm rubum iter frugum morbos: qn inter ipſius terrę pe ſtes numerauerim. De tribulis autem latius Pli. li. xxj. & li. xxij. ¶ Nitentia culta.) Splendentia, & arata arua. ¶ Lolium.) De hoc late diximus Eclo. v. ¶ Steriles auenę.) De auenis ẽt latius Eclog. v. Quod niſi ꝓdictoꝝ epilogum facit: dixerat enim. Multũ adeo raſtris, &c. Eſt autem ſenſus, quod quamuis prędicta ab agrico/la fierẽt niſi ſequẽtia quoqꝫ agerenẽ, fruſtra prędicta omnia fo/rẽt. ¶ Terrebis aues.) propter illud nihil improbus anſer &c. Pre mes vmbras, ꝓpter illud, Aut vmbra nocet. ¶ Opaci.) Vmbroſi. ¶ Premes. Cohibebis, exſcindes.

¶ Prima

ASCENSIVS.

¶ Prima Ceres ferro. Redit ad iſtitutũ ſuũ, vt. ſ. agriculturę au/thorem ſignificet, dicens Cererẽ eã inueniſſe tangens paucis eius difficultatẽ, vt diligentẽ reddat agricolã, additurus mox arma ſeu iſtrumenta quibus agricolis vtendũ eſt. ¶ Ordo igiẽ eſt. Ce/res inſtituit. i. ſtatuit & docuit prima. i. priusq̃; alius quiſpiã, mor talis. ſ. hoies cum ipſa ꝑ inuentũ ſuum ĩmortalitatẽ meruerit, & dea frugũ habita ſit, vertere. i. vertẽdo colere terrã, ferro. i. qbuſ/cunqꝫ armis ac inſtrumẽtis ex ferro factis, aut ferro munitis vt vomere, bidẽte, marris foſſoriis &c. tunc ſup. cũ glandes atqꝫ ar buta. i. fructus arbutoꝝ, & qcunqꝫ ſylueſtres, deficerẽt. i. deeſſent ſyluæ ſacræ. i. Ioui cõſecratę, cui minime defore putabantur, & Dodona. ſ. ſylua illa ſacra in Epiro negaret. ſ. mortalibus victũ qa tunc glãde veſci ſolebant, Labor. i. difficultas & calamitas, eſt ad ditus. ſ. à Ioue qui noluit facilẽ eſſe viã colendi agros &. i. ẽt fru mentis, ita ſup. vt mala. i. nociua & ꝑniciosa rubigo eſſet. i. cõſu/meret (ab edo es eſt) culmos. ſ. frumenti, qđ prius lętius venie/bat, & vt carduus. i. herba ſpinoſa florẽ hirſutũ ferens de genere tribuloꝝ, in cuius foliis ſemꝑ aqua inueniẽ, vnde græce dipſacos i. ſitiens, diciẽ, ſegnis. i. infœcundus & nihil boni afferens, horre/ret. i. horridus ſtaret in aruis & ſup. poſtq̃; is horrere cœpit ſege/tes intereunt, & ſylua aſpera. ſ. veprium tribuloꝝ, ſpinarum, lap/parum & ſimilium, ſubit. i. ꝑ ſe ſubſecuta eſt. Sylua dico appoſi/torie lappę & tribuli, aut ſylua lappæ, & tribuli, vt ſint genitiui ſingulares, & lolium infelix. i. zizania infelicitatẽ pariens, & aue nę ſteriles. i. ventoſæ & ſterilitatem inducentes, dominanẽ inter culta. ſ. arua nitẽtia. i. ſplendẽtia frequenti opera agricolæ, ita, vt nõ vicium ſed calamitas ſit agricolæ. Dominanẽ aũt vſqꝫ adeo ꝙ niſi tu inſectabere terram aſſiduis raſtris. i. niſi aſſidue raſeris, & eradicaueris herbas nociuas, & niſi terebis aues ſonitu. ſ. arcus aut vocis, & niſi premes. i. diminues & exſcindes falce. i. cultro ĩcuruo vmbras ruris opaci, ideſt arboribus circũſepti, & niſi vo/caueris imbrem votis, ſcilicet diis factis, heu (dolentis interie/ctio) tu ſpectabis fruſtra, ideſt ſine commodo tuo ĩmo cum do/lore cum ſolus careas, magnum aceruum, ſcilicet frumenti, alte rius, ſ. vicini tui qui eam diligentiam adhibuit & ſolabere. i. miti gabis ſed non penitus ſedabis nec placabis famem, ſcilicet tuam & tuorum, quercu concuſſa, ideſt agitata ad habẽdam glandem in ſyluis, vbi videlicet naſcitur.

PIERIVS.

¶ Deficerent ſyluæ.) In codi. nõnullis admodũ vetuſtis, defue/rant, legitur: Sed Deficerẽt, magis placet. ¶ Vt mala culmos eſſet rubigo.) In Roma. codi. & hic, & alibi, robigo, per, o, prima ſyl/laba ſcriptum eſt. Vnde robigalia ſacra robigo deo inſtituta à nu ma anno regni ſui. xj. vt author eſt Plinius. ¶ Horreret in aruis carduus.) In antiquis aliquot codicibus carduos, vt ſexcẽta hu iuſmodi exempla in veterum monumentis. ¶ Et ſteriles dominã tur auenæ.) Hic ſuum habet locum, dominantur, quod in Buco licis



licis naſcuntur extãt, codicibus legi diximus. ¶ Quod niſi & aſſiduis.) In Romano cod. adſiduis, idq; perperam ſcriptum ex Cariſij ſentẽtia, Quod vero ſequitur, terram, inſectabere raſtris. In Mediceo

Mediceo. codice herbam inſectabere ſcriptũ eſt. ¶ Fruſtra ſpectabis aceruum.) Vt miſſum faciã, aceruom, ex antiquis codicibus. In Mediceo non ſpectabis, ſed expectabis, habetur, id enim ſpectandi auget ſignificatum.

SERVIVS.

¶ Duris agreſtibus.) Quia in labore durant. ¶ Arma.) Inſtrumenta: vt alibi, Cerealiaq; arma. ¶ Quis ſine.) Sine qbus. ¶ Seri.) Seminari. ¶ Surgere.) Creſcere. ¶ Vomis.) Et ab eo quod eſt vomer, et ab eo quod eſt vomis, vomeris facit: ſed rationis eſt vomer, nã vomis vſurpatũ eſt, rarum enim eſt vt in is exeuntia, ri in obliquis recipiant: vt cinis, puluis. Talis ẽ & in græcis ratio: nã actin & actis dicunt, delphin & delphis, Eleuſin & Eleuſis: ſed verius in n deſinũt: quod in obliquis habent, vt actiuos, Eleuſinos, delphinos. ¶ Graue robur aratri.) Propter ſulcos altius imprimẽdos. ¶ Inflexi.) autẽ pro flexi poſuit: nã, in, abũdat. ¶ Tardaq; Eleuſinæ matris.)

Dicendum, & quæ ſint duris agreſtibus arma:
Quis ſine, nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.
Vomis & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaq; Eleuſinæ matris voluentia plauſtra,
Tribulaq;, traheæq;, & iniquo pondere raſtri:
Virgea præterea Celei, viliſq; ſupellex,
Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouiſa repones:
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo.
Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaq; phagus
Stiuaq;, quæ currus à tergo torqueat imos.
Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.

¶ Stiua.) Manica aratri qua regitur. Cicero in Scauriana, Ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur. ¶ Currus imos.) Currus dixit, propter morem ꝓuinciæ ſuæ, in qua aratra habent rotas quibus iuuãtur. ¶ A tergo.) Poſt tergum. ¶ Torqueat.) Vertat. ¶ Suſpenſa focis exploret robora fumus.) Probatæ enim ſoliditatis ſunt ligna, ſi fumo rimas minime effecerint, nanque ad exudãdum fumum adhibita ſi rimas faciũt & ſciſſuras, mala ſunt & infirma. Totus autem hic locus de aratro, Heſiodi ẽ. τῆμοσ ἀρὺ λοτομεῖν μεμνημένοσ ὥριον ἔργον, ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν ἄξοναθ' ἑπταπόδην.

Eleuſin ciuitas eſt Atticæ ꝓuinciæ, nõ longe ab Athenis: in qua cũ regnaret Celeus, & Cererẽ filiã quęrentẽ liberaliſſime hoſpitio ſuſcępiſſet, illa pro munere oſtendit ei omne genus agriculturę, filiũ ẽt eius Triptolemum recens natum per noctẽ igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit. & eum alatis ſerpentibus ſupꝑpoſitum, per totũ orbẽ miſit ad vſum frumentoꝝ hominibus indicandũ. Ergo hoc dicit, plauſtra volubilia matris Eleuſinæ, id eſt qualia oſtendit Ceres apud Eleuſina, aut certe, qualibus mater deoꝝ colitur, nam ipſa eſt etiam Ceres. ¶ Tribula.) Genus vehiculi quo teruntur in area fruges maturæ. ¶ Traheæq;. Epentheſis eſt traheæ pro trahæ: ſicut nauita pro nauta. Eſt vero traha genus vehiculi dictũ à trahẽdo: nam non habet rotas. ¶ Iniquo põdere raſtri.) Pro iniqui ponderis. i. magni. ſ. vt ſine labore ruſtici glebas poſſint infringere. ¶ Virgea p̃terea Celei viliſq; ſupellex.) i. vaſa de vimine facta, qualia Ceres Celeo aliquando monſtrauit: vt qualos, corbes, & cætera. Sane hæc corbis dicẽdum eſt fœminino genere, ſm Tulliũ, qui ait, Meſſoria ſe corbe contexit. Sane. Supellex) vſurpatũ eſt, nã artis eſt, hæc ſupellectilis. Genitiuus enim aut par debet eſſe noĩatiuo, aut maior vna ſyllaba vt, muſa muſæ: doctor doctoris. Si duabus maiorem ĩuenerimus, cõtra artem id eſſe manifeſtũ eſt: vt anceps, p̃ceps, & pauca alia. ¶ Arbuteæ crates.) Ex arbuto factę. ¶ Et myſtica vãnus Iacchi.) i. cribrũ areale. Legimus autẽ & vallus ſm Varronẽ, quod id nihilominus ſignificat. Myſtica autem Iacchi ideo ait, ꝙ apud antiquos Liberi patris quem nũc Iacchum vocat, ſacra ad purgationem animæ ꝑtinebant: & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt quod dicitur Oſiridis membra à Typhone dilaniata Iſis cribro ſuperpoſuiſſe. nã idem eſt Liber pater, in cuius myſterijs vannus eſt: quia vt diximus animas purgat. Vnde & Liber ab eo ꝙ liberet dictus eſt, quem Orpheus à gigãtibus dixit eſſe diſcerptũ. ¶ Ante memor prouiſa repones.) Antequam agriculturã exerceas, ante pręparabis hæc omnia, quæ in illius rei ſunt vſum neceſſaria. ¶ Prouiſa.) i. pręparata. ¶ Repones.) Recondes, & ſalua cuſtodies. ¶ Manet.) Expectat. ¶ Diuini gloria ruris.) i. ſi tu gloriam diuini ruris vis adipiſci: aut ſi id tibi conceſſum eſt cœlitus, vt gloriã ruris habeas. ¶ Diuini) autẽ à diis conditi: vel quia terra, dea dicitur. ¶ Cõtinuo.) Principio ſtatim, aut priuſq̃; agriculturã cœperis. ¶ Vi.) Virtute. ¶ Domatur.) Vſui ſeruire cogitur. ¶ In burim.) In curuaturam. Nam buris eſt curuamentum aratri, dictum quaſi βοὸσ οὐρὰ ꝙ ſit in ſimilitudinem caudę bouis. ¶ Formam.) Modum. ¶ Huic.) i. aratro. ¶ A ſtirpe.) A radice, vel ima ſummitate. ¶ Temo.) Ad quẽ ligantur, vel inunguntˀ boues. ¶ Pedes protẽtus in octo.) Subaudi aptatur. ¶ Binæ.) Duę, quibus latior ſulcus efficiatur. ¶ Duplici dentalia dorſo.) Dentale eſt lignum ad quod vomer includitur. Duplici autem dorſo dicitur, aut lato, vt At duplex agitur per lumbos ſpina, aut re vera Duplici, cuius vtrunq; eminet latus. Et fere huiuſmodi ſunt omnes vomeres in Italia. ¶ Iugo.) i. ad iugum. ¶ Leuis.) Ideo leuis, ne boues laborent. ¶ Stiua.)

PROBVS.

¶ Tardaq; Eleuſinæ matris voluentia plauſtra.) Imperiti ea ploſtra appellant. Sunt enim vehicula, quorum rotę non ſunt radiatę, Sed tympana cohærentia axi, & iuncta cantho ferreo. Axis autem cum rota voluitur. Nam rotæ circa eiuſdem cardinem adhibetur, hoc vehiculum in ſacris Cereris arcanæ, quæ eleuſis appellatur, ab oppido eleuſinę attico, & id ducunt boues. Eſt præterea oliuæ viridis ſiliqua folliculus, in quo faba naſcitur.

MANCINELLVS.

¶ Arma.) inſtrumenta de quibus late Cato in lib. de re ruſtica. cap. x. & Var. lib. j. capi. xxij. ¶ Vomis.) Vomerum plura ſunt genera. Culter vocatur prædenſam terram ſecans priuſquam proſcindatur, futuriſq; ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus eſt vulgare roſtratum vti vectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectũ dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro latiore Plin. libro. xviij. id ſcrib. ¶ Graue robor.) ideſt graue lignum. Eſt itaque robor per, Robor.
or, non per, vr, legendum quoties pro ligno ponitur. Robor enim quamuis arboris ſpecies ſit, tamen pro ligno poni ſolet, & vt gramen pro omni herba, quamuis propria ſpecies ſit. ¶ Graue.) id ait vt terra altius ſubigatur. ¶ Tarda.) pro tarde. ¶ Eleuſinæ matris.) Erat Eleuſinum oppidum atticæ, vt Plinius ſcrib. libro. iiij. Ibi autem eleuſinæ Cereris templum extabat, vt Stra. docet lib. ix. ¶ Plauſtra.) ea ſunt vehicula, quibus opera deferuntur, vt frumenta, legumina, item lapides, aſſeres, tignum, Cereris autem eleuſinę plauſtra poeta dixit, quoniam authore Iuſti. lib. ij. ſub Erichteo athenarum rege frumenti ſatio apud eleuſina Triptolemo reparata eſt: vbi & Cereris tẽplum erat, vt diximus. ¶ Tribulaq;.) Var. li. j. ca. lj. inquit. Tritura fit apud alios iumẽtis iunctis, & tribulo. Id fit ẽ tabula lapidibus, aut ferro exaſperato, quod impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis. Aut diſcutit ẽ ſpica grana, aut ex aſſeribus dentatis cum orbiculis, in quo quis ſedet, vt agitet quæ trahant iumẽta. Plin. quoq; lib. xviij. cap. xliiij. ſcri. Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. ¶ Traheæq;.) Traha genus vehiculi dictum à trahendo, nam nõ habet rotas, pro eo autem, quod eſt pluraliter trahæ, trahee dixit, e, literam addens. ¶ Virgea cele.) Varro de his, quæ iumenta ducunt ait. Tragula ab eo quod trahitur per terram. ¶ Stirpea.) Quę virgis ſtipatur. i. colligẽdo implicatur, in qua ſtercus, aliud ve quid vehitur. Ita poeta virgea pro ſtirpea dixiſſe videtur. Celeus autem, vt ſcribit Euſebius. Eleuſinæ regnauit, quo tempore Celeus.
Triptolemus longa naui illuc acceſſit, diſtribuitq; frumenta. Oui. li. iiij. faſto. Triptolemi patrem fuiſſe dicit. Supellex) Var. li. j. capi. xxij. ait inſtrumentum, & ſupellectilem ruſticam omnem oportet habere ſcriptam in vrbe, & rure dominum. Villicum cõtra ea ruri omnia certo ſuo quæq; loco ad villã eſſe poſita. ¶ Arbuteæ crates.) Pro vehendis meſſibus, aut ſtercore. Pli. lib. xviij. capi. xxxix. ſic ait. Reliqua opera nocturna maxime vigilia conſtat, quales crates fiſcinas texere, faces incidere, rudicas præpa-

tare.lib.vero.xvj.ca.xlj.inquit Cortex è fago.tilia,abiete: picea in magno vſu agreſtium,vaſa,corbesq;,ac potentiora quædam meſſibus conuehendis,vindemiisq; faciunt,atq; prætexta tuguriorum.
Vannus ¶ Vannus.) Cribrum eſt,quo frumenta,& legumina ventilantur,vt ſcribit Marcellus,hinc dictum eſt, vannat euannat, vannatur euānatur.i.ventilat,& ventilatur.¶ Myſtica vanus.) i. occulta,& ſine aperta ſignificatione ipſorum ſacrorum.ſ. quę ꝓprie diuinis viris,ſacerdotibusq; tantūmodo cognita ſunt,in quibus vanno vtebantur myſtica,& occulta ratione,nam Bacchi ſacra ad purgationem animæ pertinere aiunt,ſicq; eius myſteriis purgari homines,ſicuti vanno frumenta,Myſticos aūt græce,latine archanū ſignificat.¶ Iacchi.) Bacchi,ſed cur Iacchus videto in Sileno.¶ Gloria.) Ille quidem ruris gloriam habet,qui omnia ſuo tempore in aruo colendo exercuerit:multo ante neceſſaria ſibi parauerit.¶ Diuini.) Fertilis.¶ Manet.) Expectat,ſeu tibi futura eſt.¶ Burim.) Bura,vt Nonius ſcrib.dicit̄ pars poſterior aratri decuruata,hanc Virgilius burim vocauit.Dicitur autem bura quaſi bouis vra.i.cauda in cuius ſimilitudinem formata eſt.¶ Vlmis.) Pli.lib.xvj.ſcribit ꝙ rigorem fortiſſime ſeruat vlmus,ob id carminibus,craſſametisq; portarum vtiliſſima,quoniam minime torquetur.Vlmus,& fraxinus lentæ,ſed facile panduntur, flexibiles tñ,ſtantesq; à circunciſura ſiccitate fideliores.¶ A ſtirpe.) à radice.
Pes. ¶ Pedes.) pedis mēſura eſt digitorū.xvj. ¶ Temo.)
Temo Varro ſcribit ꝙ dictus eſt à tenendo.Is enim continet iugum,&
Dentale plauſtrum.¶ Binæ aures.) Sic enim ſulci latiores fiūt.¶ Dētalia.) Dentale eſt aratri pars prima,in qua vomer inducit̄ quaſi dens Duplici dorſo,dentale enim quadratum fit,ideo de duplici dorſo ait.¶ Tilia.) In tilia mas & fœmina differūt,namq; materies maris dura,ruffiorq;,ac nodoſa,& odoratior,nec;ſemē fert,aut florē,vt fœmina,materia teredinem nō ſentit,Plin.lib.xvj. ¶ Iugum.) Varro ſcribit iugum,& iumentum à iungendo dicta.¶ Stiua.) Docet Var.ꝙ ſtiua à ſtando dicitur,eſt autem aratri manicula,dicta quidem manicula,ꝙ manu bubulci tenetur. ¶ Currus.) id ait,quoniam vt Pli.li.xviij.c.xviij.ſcri.Galliæ aratro duas addiderunt rotulas,ꝙ genus vocant planarati.Exploret, probet, vel ſiccet,vt Nonius quoq; ait.

ASCENSIVS.

¶ Dicendū & q̄ ſint &c. Couenienter poſtq̄ docuit, quō & qua diligentia terra colenda ſit,docet quibus armis ſeu inſtrumētis. Nā arma dicuntur omniū artificū inſtrumēta: vulgo;tamen pro munimentis pcipue armoꝝ accipi ſolent. Quæ aūt arma deſcribat,ex ordine patebit qui talis eſt.Dicendū,ſup.eſt.i.dicere oportet,&.i.etiā q̄ arma.i.inſtrumenta ſint agreſtibus.i.in agro degētibus agricolis.ſ.duris.i.labore induratis,& malo aſſuetis.Quis ſine.i.ſine qbus,meſſes.i.fruges metendæ & ſecandæ nec potuere ſeri.i.ſeminari,nec ſurgere.i.creſcere in altū.Primū ſup.eſt vomis.i.qui terrā vomit,& graue.i.ponderoſum & forte robor.i.lignum aratri inflexi.i.incurui,& plauſtra.i.vehicula,matris eleuſinę.i.Cereris,q̄ apud eleuſinā ciuitatem vbi colitur,vehicula ad auehendas meſſes inſtituit,voluētia ſup.ſe,aut voluentia.i. volubilia,tarda,pro tarde,ſup.ſunt ruſticis neceſſaria aut qd ſimile, & tribula.i.inſtrumēta trituradi & traheæ,pro trahæ,q̄ ſunt inſtrumenta,q̄ trahuntur ſine rotis,& raſtri.i.dentalia.pōdere iniquo.i.aut grandi aut inæquali,quia ſecūdū terrę qualitatē dentes,& pōdus habēt,(Seruius paſſim inuit ſeptimos caſus,quos ablatiuos ex vi demōſtrationis appellant loco genitiuorū poni vt eſt raſtri iniquo pōdere pro iniqui ponderis,& lato venabula ferro ꝓ lati ferri,Æneı.iiij.verūtamē honeſtior eſt per ablatiuū q̄ per genitiuū locutio)ꝓterea.i.pter hoc eſt ſup.& ruſticis habēda,ſupellex virgea,& vilis.i.vtenſile ex virgis factū,& ideo vile, qa virgę non magno veneūt ruſticis.Celei.i.q̄ Celeus rex eleuſinus tpe Triptolemi regnās poſtea vſus eſt,ſupellex,inq̄ virgea videlicet crates arbuteæ.i.ex arbuteis virgis cōſertę & contextę, & vānus.i.cribrū ad ventilanda & purganda frumēta,myſtica.i. qua etiā vtebantur in myſticis ſacris Iacchi.i.Bacchi,q̄ oia.ſ.dicta inſtrumenta tu memor.ſ.indigentiæ pteritæ repones.i.locabis in repoſitorio ſuo,prouiſa multo ante.ſ.q̄ vtaris.ſi gloria digna.i.pſtans diuini ruris.i.quod dn̄ aliqn̄ coluere aut fertilis,manet.i.expectat aut delectat & imoratur te.Sed ſolemus dicere id manere,quod certo futuꝝ iudicamus etiā malū,vt in Achilleide ſtatim. Quid maneat populos vbi tāta iniuria primos. Degraſſata duces? Cōtinuo.i.ſtatim dum adhuc tenera eſt vlmus.i.arbor illa flexa in ſyluis.i.adhuc creſcens magna vi.i.violētia domatur i.curuatur in burim.i.formā buris,hoc eſt incuruamēti aratri,& accipit formā aratri curui,temo.i.lignum oblōgū,ad quod rotę cōnectuntur,protentus.i.porro tentus hoc eſt extenſus in octo pedes.i.ad lōgitudinē octo pedū,& aures.i.ferra aut ligna latiora in morē aurium vtrinq; affixa,vt latiorē ſulcū faciāt binæ.i. duę,aut ſiugulis inſtrumētis ſulcādi duæ, & dentalia.i.ligna in quibus vomer inſigitur,duplici dorſo.i.angulo cū ſint quadrangularia,aptantur.i.applicātur huic.ſ.aratro.Et tilia leuis.i. lignū tilie arboris parum pōderoſę,ceditur,ante.i.priuſq̄ opus ſit ea vti.ceditur.i.amputatur iugo.i.ad iugū.i.vt ex ea fiat ingū.Eſt enim dandi caſus,& fagus alta.i.ꝓcera cedit̄ iugo:& ſtiua.i. manicula aratri à ſtando dicta,ceditur ſup.q̄ torqueat.i. torquendo dirigat imos cur.à ter.i.à parte poſte.ſequitur enim aratrū arās. Et ſu.explo.i.probet & ſiccet ac vires exquirat,rob.i.ligna fortia ſuſpen.ſo.i.iuxta ſumarium,in quo loco ignis ſouetur.

PIERIVS.

¶ Et my.van.iacchi.) In Ro.co.Myſtica Vallus,legitur Myſtica quidē,vt alibi dictū mutatione του,v,in,v,quia veteres peregrinas literas abhorrebant.Eodē mō in anti.Liuiano co.corcyram pro corcyram legitur.& hmōi pleraq;.Vallus vero ex Varro eſt, apud quē Vallus,q̄ apud alios,vānus,& in li.de ling.latina à volatu dictam aſſerit,quod quū id iactant,volant inde leuia.¶ Pro uiſa repo.) In Mediceo co.reponas,per modū imperandi.¶ Explo.rob.ſu.) In Ro.cod.& in Oblongo Vetuſtiſſ.Explorat, legitur,vt cum cæditur,procedat,altera tamen lectio non reijcitur.

Poſſum multa tibi veterum' præcepta referre,
Ni refugis,tenueſq; piget cognoſcere curas.
Area quum primis ingenti æquanda cylindro:
Et vertenda manu,& creta ſolidanda tenaci:
Ne ſubeant herbæ,neu puluere victa fatiſcat:
Tum varię illudunt peſtes.ſæpe exiguus mus
Sub terris,poſuitq; domos,atq; horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentusq; cauis bufo,& quę plurima terræ
Monſtra ferunt,populatq; ingentem farris aceruum
Curgulio,atq; inopi metuens formica ſenectæ.

SERVIVS.

¶ Ni refugis.) Niſi graue tibi ſit.¶ Tenues.) Leues.¶ Piget.) Pigrū eſt. ¶ Area cū primis.) In primis.¶ Ingēti ęquāda cylindro, Et vertenda manu & creta ſolidāda tenaci.) Hæc p Hyſteron proteron dicuntur. Nā primum eſt vt manu terra vertatur:deinde ſolidetur glarea:poſtremo æquetur.¶ Cylindro,)id eſt lapide tereti, in modum columnæ,quia à volubilitate nomē accepit. κυλινδεῖν enim eſt verti.¶ Neu puluere victa fatiſcat.) Hypallage eſt pro ne victa fatiſcat in puluerē.¶ Tū.) i.etiā.¶ Varię illudunt peſtes.) Per ludum nocent.¶ Exiguus mus.) Nitela,cuius Cicero meminit in Sextiana.Et qa hic Virgilius vilium aīalium mentionem fecit:ideo premiſit,Ni refugis tenuesq; piget cognoſcere curas.¶ Aut oculis capti fodere cubilia talpę.) Hoc eſt oculis debiles.Cum enim talpę cęci naſcantur,quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur,qui aliquando viderunt.Et mutauit genus.nam hæc talpa dicitur:ſicut etiam de damis fecit: vt Et timidi venient ad pocula damę.¶ Cauis.) Cauernis,& locis cauatis.¶ Bufo.) Rana terreſtris,nimiæ magnitudinis. ¶ Mōſtra.) Ideſt & alia purgamenta terrarum . ¶ Ferunt.) Gignunt. ¶ Farris.) Frumenti. Et hic ſpeciale poſuit ꝓ generali,nā non ſolū far,ſed et alias fruges & ſegetes,hęc monſtra vel vermes populant̄.¶ Curgulio.) Varro ait hoc nomen per Antiſtichon dictum:quaſi gurgulio eo ꝙ nihil penè aliud ſit q̄ guttur.¶ Inopi metuens formica ſenectę.) Senectus ſemp alienum quęrit auxilium: nā inopi, non tantum ad formicam pertinet,ſed generale epithethon eſt ſenectutis.

MANCINELLVS.

¶ Poſſum multa tibi,)Oratorie agit.reficit enim lectoris,auditorisq; animum ac reparat noua pollicitādo, & reddit attentū. ¶ Area.) vbi frumenta terantur,& areſcant area dicitur, vt Varro ſcri.Cato autem.ca.xcj.ſic ait.Aream ſic facito.locum vbi facias confodito,poſtea amurca conſpergito bene,finitoq; combibat, poſtea cōminuito bene glebas,deide coęquato,& pauiculis verberato,poſtea denuo amurca conſpergito,finitoq; areſcat,ſi ita feceris,nec formica nocebit,neq; herbæ naſcentur, plura etiam dicit in.c.cxxviij. vbi iubet areā cylindro,aut pauicula coęquandam.

dam. Varro aũt li.j.c.ij. inquit areã eſſe oportet in agro ſublimiori loco, quã ꝑflare poſſit vetus, potiſſimum rotundam, & medio paululũ extumidã vt ſi pluerit, non cõſiſtat aqua, amurca ſolent perfundere, ea.n. herbarum eſt inimica, & formicarũ & talparũ venenũ, prope areã facienda vmbracula, quo ſecedant homines tpe meridiano. Cũ primis, ꝓ in primis de quo Gel. videto. ⁋ Cylindro.) Cylindrus dr̃ à cyleo, vel à cylizo, quod eſt voluo. eſt.n. lapis teres in modũ colũnę. ⁋ Vertẽda manu.) i. tractãda, & ſubigenda, dixit.n. Cato aream ſic facito. Locũ vbi facies confodito, poſtea cõminuito bñ glebas. Alio ẽt loco dixit confodiatur minute terra, &c. ⁋ Solidanda.) Roboranda, integranda. ⁋ Creta tenaci.) Pli.li.xviij.c.xlij. ſcri. aream ad meſſem creta pręparandã. Catonis ſnĩa amurca tẽperata. Maiore ex parte ęquãt, tm̃, & fimo bubulo dilutiore illiniunt, id ſatis ad pulueris remedium videtur. ⁋ Subeant.) Succedant. ⁋ Puluere.) qui fit calore, & æſtu. ⁋ Fatiſcat.) Fatiſcere eſt apire, vt ſcribit Nonius, fatim vero abundanter dicimus, vñ & affatim. Hiſcere aũt aperire. ⁋ Tum.) i. vbi area hiſcere cœpit. ⁋ Illudunt.) Decipiunt. perluſum quendam. ⁋ Mus.) Græce mys dicitur. De muribus autem plurima legito in Plin. lib. vij. Itẽ lib. xviij. & lib. x. item in Ariſtotele de animalibus lib. vj. ⁋ Oculis capti.) i. orbati oculis. ⁋ Talpę.) Ariſto. lib. j. de animalibus, talpam oculos omnino habere negat, hi aũt ſemper terrã effodiunt, & humũ egerunt, & radices ſubter frugibus comedũt. Pli. quoq; li.xxxj.c.iij. ſcribit talpas cæcitatis perpetuę tenebris dãnatas. ⁋ Buffo rana.) terreſtris maxima. ⁋ Populat.) deſtruit, prędatᷣ. ⁋ Curgulio.) Frumẽti vermis, vel fabę. Pli. lib. xviij. ſcribit curculionẽ non deſcẽdere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. ⁋ Formica.) Pli.li.xviij.ca.xlij. ſcribit, formicam interlunio. i. lunæ coitu quieſcere, plenilunio etiam noctibus operari, meminit etiam lib. xix. ca. xlvij. Sed lib. xj. cap. xxix. Dixerat formicis eſſe reipu. rationẽ memoriam, curam, & quod ſemina arenoſa cõdunt, ne rurſus in fruges exeant terra, maiora ad introitum diuidunt, madefacta imbre proferũt, ac ſiccãt, operantur & noctu plena luna. Silices itinere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam.

(margin: Cylindrus. — Fatiſcẽ. — Fatim. — Talpa. — Formica.)

## ASCENSIVS.

¶ Poſſum multa.) Sunt inqt alia multa agricolis neceſſaria & à veteribus tradita, quoꝝ eſt areæ. i. ſoli plani & aridi vbi frumẽta terunᷣ, & flagellanᷣ ſtructura, quã caute docet facere, ne mures, aut talpę ſimilesq; beluæ ſubterraneæ male compactã penetrẽt & grana furẽtur dicens. Ego poſſum referre. i. recẽſere & narrare tibi. ſ. auditori, multa ꝑcępta veterũ. ſ. q de agricultura ſcripſerũt, ni. i. ſi non refugis. i. renuis, & ſi non piget ſup. te cognoſcere tenuis. i. tenuiũ reꝝ curas. i. accuratiões, & ſtructuras, Area tum primum legit Seruius. Mancinellus cum primis cũ A. Gellio Area igitur eſt ęquanda. i. plananda ingenti cylindro. i. lapide terete & volubili (non dices cum cylindro) ſed cũ primis ſup. rebus. i. inter præcipuas res, & ipſa eſt vertenda. i. tractanda manu, & ſolidanda tenaci creta, ne herbę ſubeant. i. ſuborianᷣ, neu. i. neue ipſa victa. i. obſita aut debilitata puluere q fieret ex terra macra & nõ fatiſcat. i. affatim hiſcat & aperiatur, qa varię peſtes. i. mõſtra peſtifera illudunt. i. imponũt, ipſi. ſ. agricolę hoc eſt decipiũt ipſum tum. i. tunc qñ area fatiſcat rimis, qa mus exiguus qui terrenus ſorex dr̃ & roſtrũ acutum habuit poſuit ſæpe domos ſub terris atq; fecit horrea. i. granaria ſub terris (Qui de venuſtate carminis ꝑcipiunt, negãt monoſyllaba fini carminis, niſi ſint aialium nomina, vt naſcetur riduculus mus, & amica luto ſus apud Hora. flaccũ, & hic exiguus mus, & alibi inuenta ſub ilicibus ſus) & talpę capti oculis. i. q oculos quidẽ habent ſed captos qa eis vti non poſſunt (vnde & veſtales quę ſuę poteſtatis non manẽt capi dicuntur, ſicut & amãtes. Locutus aũt eſt per maſculinũ genus, ſicut in Buco. Cum canibus timidi veniẽt ad pocula damę) fodere cubilia ſub terris, & buffo. i. rana terreſtris & venenoſa, inuentus ſup. eſt in cauis. i. cauernis terrę, & male ſolidatis areis, plurima mõſtra, ſup. alia quę terrę ferunt. i. ꝑducũt, & curgulio. i. vermis gutturoſus frumẽti rapax, populat. i. furatᷣ (vtitur ẽt actiua voce prio Æneid. Non nos aut ferro libycos populare penates Venimus, cũ alij fere populor dicant) ingentẽ aceruum. i. cumulum ab aggerendo dictũ, farris. i. illius frumenti, & formica metuens ſenectę inopi. i. pro ſenecta inope, cum amplius acquirere non valeat, ſup. populat ingẽtẽ. i. valde magnum, quaſi extra gẽtem. i. genus ſolitum aceruum. ſ. farris. Regula.

## PIERIVS.

¶ Tenuiſq; piget cognoſcere, curas.) In Oblõgo codice, cauſas habetur. ⁋ Area cũ primis ingẽti eſt ęquãda cylindro.) In Mediceo codi. & pleriſq; alijs veteribus verſus is ita legitur. Area cũ primis ingẽti æquanda cylindro, abſq;, eſt, Vide vero apud Au. Gellium. li. xvij. c. ij. ſicut, cum primis, ꝓ in primis dicebant. Ad hęc Cariſius ſolœciſmum eſſe tranſmutatione qualitatis in ꝓpoſitionibus ait, vt in hoc verſu, vbi cum primis, pro, quum in primis poſitum ſit. ⁋ Tum variæ illudunt peſtes.) In Romano codice & aliquot alijs antiquis illudant habetur, quãquã non diſplicet illudunt, vt vertatur aliò ſermo. ⁋ Poſuitq;, domos.) In Lõgob. codice, domus eſt, vt quartæ ſit declinationis, quod etiam apud oratores habetur, vt in veteri codice Liuiano lib. iij. primę decadis, vbi de Quinctij triumpho. epulæ inſtructæ fuiſſe dicuntur ante omnium domus. Sed enim verborum inuitatus propinquitate præterire nõ poſſum, quod ſtatim ſubſequitur in eodem antiquo exemplari. Epulantesq; cum carmine triumphali, ex ſolẽnibus locis comeſſantium modo, Currũ ſecuti ſunt vulgata exemplaria neſcio quos ſolennes iocos habẽt. ⁋ Populatq; ingentem farris aceruum curgulio.) In Mediceo cod. non habebetur, q;, particula, quæ ſuperne addita eſt aliena manu. Ante vero populat punctus eſt, qui periodum claudit. Qui vero ſyllabę timuerunt, q;, illud vt ſæpe alibi addiderunt. Scribendum vero ꝑ C. curgulio licet. G. audiatur vt in caieta caio, & aliquot alijs.

Contemplator item, cum ſe nux plurima ſyluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si ſuperant fœtus: pariter frumenta ſequentur:
Magnaq; cum magno veniet tritura calore.
At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra,
Nequicq̃ pingueis paleæ teret area culmos.

## SERVIVS.

¶ Contẽplator itẽ.) Prognoſticon eſt anni fertilis, vel iſœcundi. Contẽplator aũt modi imperatiui eſt: futurum pro præſenti Contẽplare, vt, Contẽplator aquas dulces. Terentius, Loquitor paucula, ꝓ loquere. ⁋ Nux plurima.) Ideſt longa. ſignificat aũt amygdalum: ſed hoc græcum eſt. τὸ ἀμύγδαλον καὶ τὰ ἀμύγδαλα. Et cum flos induat nucem, ideſt veſtiat, figurate hoc dixit. ⁋ Syluis.) In ſyluis. ⁋ Induet in florẽ.) Se effunderet in florem. Et bene elegit arborem quæ folijs prima veſtitur. ⁋ Ramos curuabit olentes.) Multitudine & denſitate florum. ⁋ Olẽtes.) autem odoriferos. ⁋ Si ſuperant fœtus.) Ideſt ſi flores in fructus vertuntur, & ſi ipſi creſcant & abundent, nam proprie ſuperant abundant eſt. ⁋ Pariter frumenta ſequentur.) Et frumenta copioſa ꝓuenient. ⁋ Pariter.) hic pro ſimiliter. Plautus in Aulularia, Pariter moratus vt pater auuſq; fuit eius. ⁋ Magnaq; cum magno veniet tritura calore.) Aut æſtus nimios futuros ſignificat, cum abundantia frugum. Aut certe per calorem feſtinationem operis ſignificat: vt alibi, Feruet opus, vt oſtẽdat eo anno, pro copia frugum feſtinatam & ſtudioſam trituram futuram. ⁋ Luxuria foliorum exuberat.) Superabundat, & amplior eſt. ⁋ Nequicq̃ pingues paleæ teret area culmos.) Non pingues, ideſt ſine frugibus: vt alibi, Nequicquam ſeros exercet noctua cantus, ideſt non. Et notandum, paleam dictam numero ſingulari contra artem, nam ea quæ ex pluribus cõſtant, numeri tantum pluralis ſunt, ſecundum artẽ: vt cancelli, bigæ, ſcopæ: licet abutantur poetæ.

## MANCINELLVS.

¶ Contẽplator.) aſpice, conſpice, nam tẽplũ, & cõtẽplari. vt Varro ſcribit à tueor dr̃. i. conſpicio, vt apud Enniũ in Medea, Contẽpla & templum, & Cereris ad læuam aſpice. Dicebant aũt veteres ẽt contẽplo. ⁋ Nux plurima.) i. longa. Eſt aũt nux gręca, & amygdala dicitur. videto Macro. li. ſat. iij. de nucibus, hæc aũt teſte Pli. li. xvj. c. xxxv. eſt ex arboribus, q̃ primę germinãt, & inter nouiſſimas nudatur. cap. vero. xxv. eiuſdẽ lib. ſcribit. ꝙ ex ijs quę hyeme cõcipiũt, floret prima omnium Amygdala, mẽſe Ianuario. ⁋ Fœtus.) i. fructus ipſi. ⁋ Cum magno ve. tri. ca.) i. tanta frugum copia erit quod tritura ipſa ad totius æſtatis calorẽ, & tẽpus producetur, Colu. li. xij. c. j. ait. iij. kal. aug. aquila occidit. his diebus locis temperatis, & maritimis meſſis conficitur, & li. ij. ca. xxj. inquit. Sed cum matura fuerit ſeges, antequam torreatᷣ vaporibus æſtiui ſyderis, qui ſunt vaſtiſſimi per ortum caniculę celeriter demetatur. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Apparet aũt canicula. vij. kal. Aug. hinc caligo ęſtuoſa, author eſt idem li. xij. c. ij. Tritura, ea eſt Varro. teſt. cum frumentum teritur. ⁋ Luxuria.) Abundantia palee, hoc vocabulo nõ culmi proprie, ſed folliculi

ſiculi ipſi granulorum comprehenduntur. Vnde Plin. lib. xviij. capitu. xliiij. inquit ſi palea deſit, & culmus teritur. Dicta autem à pala ſecundum Varronem. lib. j. cap. 50. Pala enim ventilatur vt frumenta purgentur.

ASCENSIVS.

¶ Contemplator item &c.) Interſerit breue prognoſticon quo futuræ meſſis vbertatem prædiſcere poſſumus, dicés agrorum fœturam atq; prouentum eſſe ſimilem fetui Amygdalino, nam ſi plurimæ naſcantur amygdalę, ita vt fructus multi frondes vero paucæ ſint, ſignum eſt magni prouentus in agro, at ſi contra magna fuerit frõdiũ luxuries, & fructuum raritas, rarus quoq; frugum ſequetur prouentus. ¶ Ordo eſt. Tu item. i. identidem, ſubinde, interdum, aut etiam contemplator. i. aſpicito ſi cũ nux plurima. i. longiſſima, hoc eſt Amygdalus induet ſe in florẽ. i. florebit in ſyluis, ſed ſpecioſius dixit induet ſe in florem, quia amygdalus videtur tota floribus amiciri (vnde non dicam cum nux plurima. i. frequentiſſima ſyluis. i. corylus induet ſe in florẽ, quãuis ab ea quoq; ruſtici qui Amygdalos nõ habent prognoſticon faciant) & curuabit ramos olentes (hoc quaſi ad iuglandes ſpectat, ſed olere cõe eſt, vnde & bene & male quid olere dicitur) Si inquam tunc fœtus. i. ipſi fructus Amygdalini ſuperant. i. abundant frumenta ſequentur pariter. i. pari menſura. i. ſuperabundanter, & magna tritura. ſ. frumenti, veniet cum magno calore, ideſt feruore, feruet enim opus copioſum, friget exiguum, aut calorem æſtatis ſignificat in qua eſt tritura, cum flores Amygdalini ſint in Februario plurimi. At. i. ſed ediuerſo, ſi vmbra exuberat. i. valde vber eſt, luxuria. i. ſuperabundantia inutili foliorum, ideſt frondium nec. i. & ne, & area teret culmos paleæ nequicq;. i. fruſtra pinguis quia licet palea ſit pinguis & luxurians, rara tamen habet grana, & ita eſt conformior ſimilitudo cum Amygdalo, cuius dum plurimæ ſunt frondes pauci ſunt fructus. Seruius autem ſic intelligit, area teret culmos paleæ. i. folliculi granorum, ne quicq;. i. non pinguis.

PIERIVS.

¶ At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra.) In Mediceo codice Exuberet coniunctiuo modo legitur. In Romano codice luxurie. Quod ego prius fuiſſe crediderim. Luxurie à nominatiuo luxuries Plinius Secundus ſermonis dubij lib. ſexto, vt apud Cariſium legimus, in ijs quæ recitat ex Caij Iulij Romani analogia, amicities, vt planicies (inquit) luxuries mollicies, & ſimilia, veteri digni tate cæterum rationis via debet amicitia dici. In reliquis ſane codicibus Luxuria legitur. ⸿ Nequicq; pinguis paleæ teret area culmos.) In Romano codice, & in Mediceo palea terit legitur, & palea ablatiuum non temere agnoſcit Seruius.

Semina vidi equidem multos medicare ſerentes:
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca:
Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet:
Et quãuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu, & multo ſpectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret, ſic omnia fatis
In peius ruere: ac retro ſublapſa referri.
Non aliter, q̃ qui aduerſo vix flumine lembum
Remigijs ſubigit: ſi brachia forte remiſit:
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amnè.

SERVIVS.

¶ Semina vidi equidem multos medicare ſerẽtes.) Incipit dicere de medicandis ſeminibus leguminum, quemadmodum & maiora fiant, & modico igni ſoluantur. Bene autem ait. ⸿ Equidẽ.) vt à pręiudicio inchoaret. Nã hoc dicit, Equidẽ hęc vidi fieri: ſed ſic quoq; legumina degenerant, niſi ſingulis quibuſq; annis hoc fiat. Inde. n. eſt. Sic omnia fatis In peius ruere ac retro ſublapſa referri. ⸿ Medicare.) aũt antique dixit, nã maiores medico & medicor dicebãt: vt populo & populor: quę verba modo ab vtraq; ſignificatione paſſiuę ſunt declinationis. Sed vt medicare pro medicari diceret, metri neceſſitas fecit. Sane medicor accuſatiuũ regit, vt medicor illam rẽ: medeor vero illi rei dicimus, medeor illam rẽ figuratum eſt. ⸿ Et nitro prius.) Nitrũ ex aqua in modum ſalis coaleſcit, & ad ſolẽ liqueſcit: quod aptũ eſt ad lauandum. ⸿ Nigra perfundere amurca.) Olei ſordibus, ſed his q̃ præcedunt, nam ſordes quæ oleum ſequuntur, fęces vocantur. Et amurca per c ſcribitur, & per g pronũciatur, vt C. Gaius. Cn. Gneus. ⸿ Grãdior & fœtus.) Abundantior & maior fructus. ⸿ Siliquis fallacibus.) Quæ fallere plerunq; ſolent. Interdum enim leguminum folliculi maiores videntur, cum inanes ſint. ⸿ Exiguo.) Modico. ⸿ Properata maderent.) Feſtinanter coquerẽtur, & cito. ⸿ Spectata.) Probata: vt, Et rebus ſpectata iuuẽtus. ⸿ Degenerare tamẽ.) Cum ex bonis fuerint ſeminibus, mala effici & praua. ⸿ Ni vis humana.) Poſſibilitas. Salluſtius, Sed nr̃a omnis vis in animo & corpore ſita eſt. Aut certe multitudo. Tamen verius eſt, vt vis quaſi violẽtia ſit in rebus, quæ cõtra naturam vertuntur in melius. Sic. n. & Donatus ſenſit dicens, Niſi violentia fiat naturæ, omnia in deterius cadunt. ⸿ Manu legeret.) Hinc quidam volunt dictum legumen. ⸿ In peius ruere ac retro ſublapſa referri.) δὶς τὸ αὐτό. Nam bis idem dixit. ⸿ Aduerſo flumine.) Contra vim & curſum fluminis. ⸿ Lembum.) Nauiculam admodum breuem. ⸿ Subigit.) Aut ſurſum agitat, vt, Et corpora ſaltu Subijciunt in equos. Aut certe ſubigit, eſt vrget, impellit. ⸿ Atq; illum in præceps.) Atq; ideſt ſtatim. Et hoc dicit, Ita omnia quę terra profert, niſi continuum in eis ſtudium agricola exerceat, licet medicentur & grandia plerũq; naſcantur, in peius ruunt: & ſic feruntur, ſicut qui contra curſum fluminis & vi nauim agere vult, ſi aliquantulum manus & brachia remiſerit, & feſſus vel modice ab opere ceſſauerit, ſtatim agente vim fluminis & naturali curſu relabitur: nec poteſt ſurſum ire, ſed in præceps vadit. Nam proprie præceps id ſignificat.

PROBVS.

¶ Lembum.) Genus nauigij.

MANCINELLVS.

¶ Semina vidi equidẽ.) Docet hic poeta, quo pacto fruges validiores fiant. Pli. ẽt lib. xiij. ca. xxvij. ſcri. vino ſemina perfuſa minus ægrotare exiſtimauit. Virg. Nitro & amurca pfundi iubet fabam, ſic ẽt grãdeſcere pmittit. Quidã vero ſi triduo ante ſatũ vrina & aqua macerẽt, pcipue adoleſcere putant. Reliqua ſemina cupreſſi folijs tuſis ſi miſceaẽ, nõ eſſe vermiculis obnoxia, nec ſi interlunio ſerantur, quin & armo talpę contacta ſemina huberiora eẽ, &c. ⸿ Nitro.) Nitri natura: Nitrum vt Pli. li. xxxj. c. viij. docet nõ multũ à ſale diſtat, in medicinam calefacit, extenuat, mordet, ſpiſſat, exulcerat. ⸿ Amurca.) ea Amurca dicitur, & quę pręcedit oleũ, & quę ſubſequiẽ. Pli. li. xv. ca. vj. de oleo qñ fit inqt. Et è cortinis in labra fundẽdũ vt feces, & amurca liquẽtur, Palladius in Nono ti. xvij. deinde cũ amurca ſubſederit, oleum purum. xxx. diebus exactis in vitrea vaſa trãſferri. Et quãuis igni exiguo pperata maderẽt. ¶ Ordo eſt, & igni quãuis exiguo properata maderent. i. propere, & cito madeſcerent tunc enim madere videntur, cũ coquẽdo mollificata fuerint. ⸿ Spectata.) Probata. ⸿ Degenerare.) De ſuo genere exire, hinc degenerare dicuntur ignobiles, & ſuo generi diſſimiles. Degenerare dicuntur qui ſuoꝝ maioꝝ virtutibus non reſpondẽt, aut vicio. Degñare. Manilius lib. iiij. Degenerant nati patribus, vitiumq; parẽtis. ⸿ Vis humana.) violentia, ſeu mauis prudentia. ⸿ Fatis in peius ru.) Col. lib. iiij. ca. x. inquit. Compertum habeo naturali quadã malignitate deciſcere interdum, quãuis diligenter probata ſemina. Idq; nobis poeta oſtẽdit dicendo. Vidi lecta diu &c. quod non tantũ ſeminibus leguminum, ſed in totam agricolationis rationem dictum eſſe intelligendum. Sic quãuis maxima quæq; lecta fuerint, vidi omnia fatis in peius ruere, &c. ⸿ Fatis.) ideſt naturali quadam malignitate, vt ſuperius Colu. dixit, ſeu naturali ordine, vel mortali lege. ait enim Mani. lib. j. Omnia mortali mutantur lege creata. De fato autem latius in pollione dictũ eſt. ⸿ Vix.) cum labore. ⸿ Lembum.) Lembus nauicula breuis piſcatoria vt ſcri. No. ⸿ Remigijs.) remorum ordinibus. ⸿ Remiſit.) Retraxit, ad proprium locũ reduxit. ⸿ Atq; illum.) Gel. lib. x. ca. vl. in hoc Atq; loco exponit atq; pro ſtatim, vbi etiam docet, atq; cõiunctionẽ eſſe connexiuam, ſed plerunq; p aduerbio valere, cũ dicimus aliter ego feci atq; tu. Significat. n. aliter quã tu &c. ⸿ In præceps.) in profundum, & locum periculoſum. ⸿ Prono.) defluẽti. ⸿ Alueus.) fluminis foſſa dicitur.

ASCENSIVS.

¶ Semina vidi &c.) Hic docet ſemina medelis iuuanda, quod ne aſperneẽ agricola iterum infert difficultatẽ prouentus ampli obtinendi niſi id fecerit: cum ergo auidus ſit ſemp colonus facile ad id perſuaderi poſſe videtur, quo neglecto omnia in peius ruerent, vt qui aduerſo vortice nare vellet. ¶ Ordo eſt. Equidẽ. i. ego qdẽ vidi multos ſerẽtes. i. ſeminatores, vel cum ſererẽt medicare

dicare.i.medicamēto iuuare ſemina,&ꝓfundere ſupp.ea prius.ſ. quã ſerantur fecē olei.i.nitro cuius natura paꝝ à ſale diſtat,& amurca.i.cœnoſa vt grandior fœtus.i.granũ grãdius eſſet ſiliqs.i. tunicis eius fallacibus.i.aſſidue fallentibus:qa grandes paruum granũ ſæpe continent,& molleſcerent properata.i.feſtinata igni quãuis.i.q̃tũvis exiguo hoc eſt vt facillimę ſint coctiõis ad quã dicta medicatio valet. Ego vidi.ſ.ſemina lecta.i.electa diu,& ſpectata.i.probata multo labore.i.accuratione,& opera multa tñ.i. nihilominus degenerare.i.minora & deteriora fieri,ni.i.niſi vis i.virtus aut violẽtia,humana:qa ars quodãmodo naturæ imperat,legeret quotannis.i.ſingulis annis añ ſationẽ,maxima quęq; ſup.ſemina.i.oĩa quę præter cętera eſſent magna. Sic.ſ.vidi (aut intelligi ſolẽt,aut dic ruere ꝓ ruebant & referri pro referebant) omnia ruere.i.decidere in peius.i.in deterius:quia de bono locutus eſt:ac vidi oĩa ſublapſa referri retro.i.retrorſum.i.in deteriorem & poſtponendã conditionẽ,non aliter quã.i.ita vt ſupp.is q ſubigit ſubigit.i.ſurſum agit & impellit,vix.i.cũ difficultate ſumma remigijs.i.miniſterio remoꝝ,aut remigũ,lembum.i.ſcaphã hoc eſt nauiculam flumine aduerſo.i.ꝑ flumẽ aduerſum ſeu oppoſitum, hoc eſt contra fluxũ ac impetũ eius,ſi ipſe remiſit forte brachia.ſ. à remigãdo atq;.i.ſtatim aut ſimul rapit alueus.i.impetus intra alueũ contẽtus amni prono.i.decliui & inclinato,in p̃ceps.i.p̃cipitiũ & deſcenſum,hoc eſt ſicut ille deſcẽdit niſi cõtinuo brachia rigida contra impetum aquarũ remigando tenuerit ita ſemina etiam grandia & electa degenerant niſi quotannis fiat electio.

PIERIVS.

¶ Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne.) In Roma. codice trahit alueus,legitur,quod puto ſumptum ex paraphraſi aliqua, Cum Mediceus & reliqui,rapit,habeant,eſt & amni. In antiquis codicibus frequẽtiſſimum,& grammaticis antiquis Cariſio,& aliquot alijs agnitum,legitur etiam atq; illum in prono præceps rapit alueus amne,quod nequaquam approbatur.

Præterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis,
Hædorumq́; dies ſeruandi:& lucidus anguis:
Quàm,quibus in patriam ventoſa per ęquora vectis
Pontus,& oſtriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die,ſomniq́; pares vbi fecerit horas:
Et medium luci,atq; vmbris iam diuidit orbem,
Exercete viri tauros:ſerite ordea campis,
Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini ſegetem,& cereale papauer
Tempus humo tegere,& iamdudum incũbere aratris.
Dum ſicca tellure licet:dum nubila pendent.

SERVIVS.

¶ Præterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis.) Iam dicit aſtrologiam ruſticum,ita vt nauigantẽ,ſcire debere:vt ſicut nauigandi tempus & ventorum atq; tempeſtatum motus ille ex ſyderum compoſitione cognoſcit:ita & iſte terram colẽdi congrua tempora, & caſus diuerſos,vel caloris.ſ.vel frigoris, aut pluuiarum ex ſtellis agnoſcat. ¶ Arcturus.) autem ſtella eſt in ſigno Bootæ poſt ſeptentrionem:cuius ortus & occaſus tẽpeſtates grauiſſimas facit. Vnde ait. ¶ Sydera.) i.tempeſtates: Vt alibi, Scit triſte Mineruæ Sydus. ¶ Hœdorumq́; dies.) Quibus oriũtur. ¶ Seruandi.) Obſeruandi. Aurigæ ſignum eſt haud longe à Septẽtrione,cuius pedem cum cornu Tauri vna ſtella cõiungit. Hic in manu ſiniſtra fert hœdos,in humeris Capram, quæ aluiſſe dicitur Iouem. Hoc quoque ſignum tam ortu quàm occaſu ſuo efficit tempeſtates. Bene autẽ ait. ¶ Dies.) quia & magnitudine ſui multis diebus oritur: & tempeſtas aut præcedit ſignum, aut ſequitur,aut cum eo eſt. Sane ſciendum omnes aſtrologos,pro ratione climatum diſſentire in ortu ſyderum: ſed ipſa diſſenſio vltra ſeptem dies non procedit:ſeptem enim ſunt ipſa quoq; climata. Hinc eſt quòd Solem ad vnumquodq; ſignum alij quintodecimo Kal. die dicũt venire:alij quartodecimo:& infra vſq; ad.viij. nec quiſquã procedit vlterius. ¶ Lucidus anguis.) Tres ſunt angues in cœlo, vnus qui in ſeptẽtrione eſt:alter Ophiuchi: tertius auſtralis:in quo ſunt Crater & Coruus,de quo nunc proprie ait anguis:nam ὕδρα dicitur gręce. Et ſcimus angues aquarum eſſe, ſerpentes terrarum. Hæc aũt ſigna generaliter poſuit. non enim hæc tria tantum,ſed omnia præcipit obſeruãda. ¶ Quibus in patriam ventos per æquora vectis.) Sic ab agricolis obſeruãda ſigna eſſe dicit,ſicut ab his qui in periculoſiſſimis maris locis nauigant. ¶ Ventoſa æquora.) In quibus venti dominantur. ¶ Vectis.) His qui vehuntur vult ſignificare:quia latina locutio non habet pręſens participiũ paſſiuę ſignificationis. ¶ Põtus & oſtriferi fauces tẽtantur Abydi.) Seſtos & Abydos ciuitates ſunt Helleſponti,quę anguſto & periculoſo mari ſegregantur. Vnde elegit locum periculoſiorẽ,quem pro omni poneret pelago. Sane ſecundum artem hæc oſtrea,& hæ oſtreę dicimus. Nullum enim habet latinitas nomen animalis quod neutri ſit generis,ſicut grę ce τὸ κῆτος,καὶ τὰ κήτη. Licet & Horatius dixerit, Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini. & Iuuenalis, Grandia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet, quos tamen poſſumus græce locutos accipere:ita enim dicunt ipſi τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα. ¶ Libra die.) Hic iam incipit diſputare de cognitiõe tẽporum ex ſyderibus. ¶ Die.) non eſt Apocope,ꝓ diei:ſed ſecundũ antiquos regularis genitiuus. Nam ſecundũ illos obliqui caſus ſingularis numeri,non debẽt eſſe maiores nominatiuo plurali:quod verũ eſſe Salluſtius probat,qui in proſa ait, Dubitauit acie pars. Hinc eſt & illud, Curruq́; abſciſſa duoꝝ Suſpẽdit capita. Sed mõ dies diei dicimus. Vnde iuxta pręſentẽ vſum die poſuit ꝓ diei. ¶ Somniq́;.) i.noctis,nam ab officio tp̃is,ipſum tẽpus demonſtrat. Dicit aũt æquinoctium autũnale,quod fit Sole in Libra poſito. Vernale quippe ęquinoctium Sol in Ariete efficit. Dicit aũt,frumenta ferenda ta ſerẽda eſſe autumnali tempore: legumina vero vſq; ad veris initiũ. ¶ Luci.) diei. ¶ Vmbris.) Nocti. ¶ Diuidit orbẽ.) Vt orbẽ videlicet cœli mediũ teneat Sol,mediũ luna. ¶ Exercete viri Tauros.) Ad aratra iungite. ¶ Tauros.) aũt,boues fortes accipe. ¶ Ordea.) Vſurpatiue pro ſingulari pluralẽ. Et ſciendũ in his tres tm̃ caſus vſurpari,hæc ordea, hæc ordea,ò ordęa:ſicut vina,vina, vina: & mella,mella, mella. ¶ Cãpis.) In cãpis. ¶ Vſq; ſub extremũ brumæ.) i.non vſq; ad brumæ finẽ,ſed circa. Nã bruma finitur.viij.Kal. Ianuarij die: & iſte non vſq; ad ipſum diẽ dicit eſſe ſerẽdum. ¶ Intractabilis.) aũt,propter frigus duræ & aſperę. ¶ Cereale papauer.) Vel quod eſt eſui,ſicut frumẽtũ:vel quo Ceres vſa eſt ad obliuionẽ doloris. ¶ Tẽpus.) Tunc.ſ.eſt. ¶ Iamdudũ.) Quam primũ. Et dicit ſerendum eſſe eo tẽpore,non quo non pluit,ſed quo iminent pluuiæ incumbere aratris.) Inſiſtere arationi. ¶ Dum ſicca tellure licet.) Dum adhuc nondum pluit,ſed iam eſt vicinum. ¶ Dũ nubila pendent.) Dum pene iam videntur nubila pendere,& expectare vt effundant pluuias.

PROBVS.

¶ Hœdorumq́; dies.) Adraſtea capella, quæ educauit Iouem cum hœdis,ob hoc beneficium in ſyderibus ſacrata eſt,quorum ortum pluuiæ ſequuntur. ¶ Et lucidus anguis.) Draco exiſtimatur puellarum heſperidum pomarij cuſtos,relatus inter ſydera interſecare duos ſeptẽtriones,quæ omnia genera ſtellarum tempeſtatem ſignificant,ait ergo tam agreſtibus obſeruanda eẽ cœleſtia ſigna,quàm nauigantibus,quia vtriſq; noceant tempeſtates. ¶ Oſtriferum.) autem dicit abydum,quòd ibi oſtrea generantur copioſiſſime. ¶ Libra die ſomniq́; pares vbi fecerit horas.) Æquinoctium autũnale deſcripſit,ſomno.n.noctẽ ſignificat. Vernum æquinoctium fit in Ariete, Autumnale in Libra. ¶ Cereale papauer.) ait,quia in ſegete naſcitur.

MANCINELLVS.

¶ Pręterea tam ſunt.) Poſt multa præcępta addit ẽt ſydera ſeruanda agricolis,ſicut & nautis. Nam, vt ſcri. Pli. lib. ij. de ęſta. tẽpeſta. ſyderũ propria eſt quibuſq; vis,& ad ſuam cuiq; naturam fertilis. Alia ſunt in liquorẽ ſoluti humoris fœcunda,alia concręti in prunas aut coacti in niues,aut glaciati in grandines,alia roris. Igitur in ſuo quæq; motu naturã ſuam exercet,& Columella li.xij.c.ij.ait ꝙ debemus tẽporibus accõmodare opa ruris,vt permiſerit ſtatus cœli. ¶ Arcturi ſy.) arcturi ſigna,de quo Pli. lib. ij.ca.xxxix.ait. Arcturi vero ſydus non ferme ſine ꝓcelloſa grandine emergit,& Plautus in rudẽte introducit arcturũ ſic loquẽtem. Increpuit hybernũ,& fluctus noui marinos. Nam arcturus ſignũ ſum omnium acerrimum, vehemẽs exoriẽs, cum occido vehementior. Colu. autem libro.xij.ca.ij.ait.viij.kalẽ. Martij arcturus ꝑma nocte oritur,frigidus dies aquilone,vel coro interdum pluuia. Iterum inquit ibidem iij.Kal. Nouembris arcturus in veſpere occidit, vẽtoſus dies. Iterum.xv.kalen. Octobris Arcturus exoritur. Fauonius & Aphricæ interdum Eurus, quem quidam vulturnum appellant. Item.xj.&.xij.kalen. Iulij. Arcturus ſi mane occidit tempeſtatem ſignificat. De arcturo etiam vi- Arctur⁹

de ibi

de ibi ſuperius. Sub ipſum arcturum, &c. ❡ Hœdorumq́ dies.) heniochus, quem nos latine aurigam dicimus, habet in manu duas ſtellas, quæ hœdi appellantur, de quibus plurima legito apud Igin. Columel. autem libro duodecimo cap. ſecundo ait v. kalend. Octobris hœdi exoriuntur, Fauonius nonnunquam auſter cum pluuia. item pridie Nonas octobris hœdi exoriuntur veſpere. Plin. libro ſecundo ſcribit hœdorum exortus tempeſtates inducere, Manil. etiam libro primo inquit. Tum ſubeunt hœdi claudentes ſydere pontum. ❡ Lucidus anguis.) Iginius inter ſydera tris anguis nominat, vnus vaſto corpore oſtenditur inter duas arctos collocatus, qui dicitur aurea mala heſperidum cuſtodiſſe, & draco appellatur. Alterum anguem manibus tenet medium corpus eius implicante Ophiucus, ideſt anguitenens, ſeu ſerpentarius dictus. Cui angui eſt omnino ſtellarum numerus. xxvj. Ophis autem ſerpens dicitur, & echo teneo. Tertius anguis, hydra dicitur, in qua coruus inſidere, & Crater poſitus exiſtimatur, occupans longitudinem trium ſignorum, Cancri, Leonis, & Virginis, inter ęquinoctialem circulum & hyemalem collocatur, habetq́ in capite tris ſtellas, in prima capitis curuatura ſex, ſed earum maximam claram, in ſecunda curuatura tres, in tertia tres, in quarta duas, in quinta vſque ad caudam octo omnes obſcuras: ita fiunt numero. xxvj. Occidit autem Aquario & Piſcibus exortis, oriturq́ cum Cancro, Leone, & Virgine. ❡ Lucidus anguis.) Seruius de hydra hoc loco intelligit. Ego vero de Dracone, de quo etiam Macrob. libro primo ait. Di uidit (videlicet vrſa) & cingit ſtellis ardentibus anguis. Draco enim teſte Iginio, habet in vtroq; tempore ſtellas ſingulas, in oculis ſingulas, in humero vnam, & toto corpore reliquo paſſim claras. x. ita vt omnino ſit ſtellarum. xvj. Ex illis autem decem ſex craſſiores, vt aiunt, alij in Virgine, & Libra ſunt, ſuntq́ ex natura Saturni & Martis inducentes tempeſtatem, oriuntur autem circa medium Septembris, durantq́ diebus pluribus. Anguifer autem qui à græcis ophiuchos dicitur, authore etiam Columella. xj. Kalendas Iulias mane occidit, tempeſtatem ſignificat. ❡ Pontus.) de ponto ſupra patuit. ❡ Oſtriferi.) Oſtrea Piſces ſunt, qui ſilicea teſta includuntur, de quibus late Plin. libro nono, dicuntur autem ab oſtracon, quod eſt teſta. ❡ Fauces.) dicuntur aditus anguſtorum locorum. ❡ Abydi.) Plinius libro quinto cap. xxiij. ſcribit abydum oppidum eſſe in helleſponto, vbi anguſtię. vij. ſtadi. Solinus etiam cap. x. inquit. Ille autem magnus helleſpontus ſtringitur in ſtadia. vij. quibus ab Europa Aſiaticam plagam vendicat, hic quoque vrbes duę, Abydos Aſiæ, & Seſtos Europæ. ❡ Libra dies.) hoc loco ſerendi tempus oſtendit Gel. libro octauo cap. xiiij. legit hunc verſum libra dies ſomniq́ pares, vbi fecerit horas, pro diei, dicebant enim antiqui, hæc facies huius facies, & facie, & dies huius dies, & dij. M. T. pro. P. ſextio dies ſcripſit pro diei, verba enim ſunt hæc. Equites vero daturos illius dies pœnas. Dij autem pro diei, ſcripſit Virgi. in illo verſu, Munera lætitiamq́ dij, quod imperitiores dei legunt, ſed Caius Cæſ. in libro de analogia. ij. huius diei, & huius dies dicendum putat, hæc Gelli. Priſcia. autem libro ſeptimo hunc verſum Libra die pro diei. ❡ Pares horas.) ſcribit Igin. quòd maximus circulus in ſphæra ęquinoctialis eſt, quo ſol cum peruenerit bis vno anno conficit æquinoctium, hoc eſt in Ariete, & chelis. i. Libra, eſt autem æquinoctium vernum. viij. kalendas Aprilis, vt Pli. libro decimooctauo. c. xxxix. & Columel. libro duodecimo ca. ij. ſcribit, autumnale vero. viij. kalend. Octobris. Vtq; Plin. libro. xiij. cap. xxviij. inquit æquinoctiorum dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Medium diuidit orbem. i. totã mundi machinam, æquinoctij namq; tempore. xij. horis Sol ſupra terram totidem ſub terra meat. De Libra quoq; Mani. lib. iij. inquit, Libra diem noctemq́ pari cum fœdere ducit, & libro. iiij. Librantes noctem chelę cum tempore lucis. ❡ Vmbris.) ideſt noctibus. Plin. enim libro ſecundo ca. x. ait, neq; aliud eſſe noctem q̃ terræ vmbram. ❡ Hordea.) Plin. lib. viij. ait, primum ex omnibus frumentis ſeritur hordeum, quod frugum omnium molliſſimum eſt, ſeri non valet niſi in ſicca, & ſoluta terra, ac niſi læta. Brumæ, ſcribit Plin. lib. xxxviij. brumam finiri. viij. Kalendas Ianua. fere, dicta autem Var. teſte, q̃ breuiſſima dies eſt, ideo vero Pli. dicto libro. cap. xxxvij. ſic ait, inter omnes autem conuenit circa brumam ferendum non magno argumento quoniam iberna ſemina, cum ante brumam ſata ſint vij. die erumpant, ſed poſt brumam vix. xl. Lini ſegetem. Colu. lib. ij. c. x. inquit lini ſemen pinguiſſimum locum, & modice humidum poſcit. Seritur à kalen. Octobris in ortum Aquilæ: qui eſt. vij. Idus Decembris Nonnullis placet macro. ſolo, & quàm ſpiſſiſſimum ſemen eius committi, quo tenue linum proueniat, idem iterum ſi læto ſolo ſeratur meſe Feb. x. modios in iugerum iaci oportere debet. Pli. etiam lib. xix. ca. ij. de lino ait. Vere ſatum æſtate vellitur. Et lib. xviij. cap. xxxvij. dixerat vere linum auenam papauer ſerendã. ❡ Cereale papauer.) papaueris ſatiui tria genera. Sed candidi ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur, hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergebatur, effuſo ouo inhærens, vbi inferiorem cruſtam apio githq́: cereali ſaporem condiebant. Seritur autem papauer cum braſica, portulaca, & eruca, & cum lactuca. Plin. author lib. xix. cap. lxij. Diximus & plura ſuperius ibi, Vrunt Lethæo perfuſa papauera ſomno Braſica autem toto anno ſeritur, quoniam & toto ſecatur, vtiliſſime tamen ab æquinoctio autumni. Plin. libro. xj. Probus autem, ait, cereale papauer dici, quia cum ſegete naſcitur. Ego tamen cereale dici exiſtimo candidum papauer propter ſupradictas cauſas, nam Cereri, ideſt Pani ruſtico inſpergebatur. ❡ Iãdudum.) quàm primum. ❡ Dum ſicca tellure licet.) ideſt dum non pluit, tunc enim pendent nubila, cum vero pluit deſcendere dicuntur, nam in imbres vertuntur.

Margin: Anguis. — Ophiuchus. — Ophis. — Hydra. — Draco. — Hordeũ — Bruma q̃n finiatur. — Linum. — Papauer.

## ASCENSIVS.

❡ Præterea tam ſunt &c.) Oſtendit non ſolum terrarum, & ſeminum diligẽtem curam agricolis neceſſariam, ſed & aſtrorum obſeruationem, quæ ruſtico talium rerum imperito longe difficillima eſt, quocirca non cauſas, ſed effectus talium ruſtico notandos monet dicens. Præterea, ideſt præter terræ culturam, & ſeminum medicamen ſydera, ideſt tempora ortus & occaſus, arcturi. i. illius ſyderis, & dies hœdorum. i. quibus hœdi. i. ſtellæ in manu aurigæ ſitæ oriuntur, & occidunt, & anguis. i. ſignum habens figuram anguis, vnde dicitur lucidus, ideſt reſplendẽs, cum ſint angues non lucidi, ſunt curandi nobis. ſ. qui rem ruſticam & agrariam tractamus tam. i. intantum, quàm. i. quantum ſuppleſunt ſeruandi, ijs quibus vectis, ideſt dum vehuntur in patriam per æquora ventoſa pontus. i. mare ponticum & fauces. i. voraces itroitus & acceſſus, abydi, ideſt illius oppidi in helleſponto, oſtriferi. i. iuxta quod in mari præterfluente naſcuntur plurima oſtrea, tentantur. i. experiuntur dum ingrediuntur. Maximopere ergo debet ruſticus obſeruare ortum & occaſum arcturi hœdorum & anguis. Item ſigni Lib. Quia, vbi. i. poſtq́ Libra fecerit horas die pro diei & ſomni. i. noctis quando dormitur, pares ideſt æquales, ideſt vbi conſtituerit æquinoctium & diuidit luci, & vmbris iam medium diem. i. quando fecerit æquinoctium autumnale) vt in commentarijs patebit. A. Gellius legit dies, pro diei, quomodo poſſit eſſe accuſandi caſus, vt ſit vbi Libra fecerit dies & horas noctis pares, ſed Seruius & Priſcianus legunt die quomodo legendum puto aurium iudicio inductus ẽt ſi authoritas nõ moueret. (Nam dies pares neſcio quid craſſioris ſoni ac ſibili haberet) ò viri. i. cordati & fortes agricolæ, exercete ſupp. tũc Tauros. ſ. aratorios, ſerite hordea campis, vſq; ſub. i. ad extremum imbrem. i. pluuiam, & hyemem, brumæ. i. breuiſſimæ tẽpeſtatis dierum ac lucis. Necnon. i. & etiam tempus, ſup. eſt iam tegere humo ſegetem lini, quæ tamen alibi alio tempore ſerit, & papauer cereale. i. candidum quod Cereri. i. pani conficiẽdo admiſcetur, & tempus eſt incumbere. i. inniti & vehemẽte operã dare, iamdudum. i. iam à paucis diebus aratris. i. arationi, dum i. donec licet. i. licitum eſt, tellure ſupp. exiſtẽte ſicca, & dum. i. donec nubila pendent. i. ſuſpẽſa ſunt, & pendent in aere minantia pluuiam imminentem.

Margin: Fabæ.

## PIERIVS.

❡ Libra die ſo. q. pa. v. ſ. horas.) In Romano codice ſcriptum eſt, Libra diei, per ei diphthongum. In reliqs die veteri declinatione, quæ genitiuum per abiectionem, ſ, literę enũciare ſolebat, vt quædam apud græcos cuius ſententiæ fuiſſe Valerium Probum comperio, Salluſtiumq́ declinationis huiuſce modum non adſpernatum, q ſcripſerit. Dubitauit acie ps, & vix decima parte die veluti Hora. conſtantis iuuenem fide gygem, & Ouid. vbi de Tereo, Vtq́ fide pignus dextras vtriuſq́ popoſcit. Ita etiam in Roſa, quæ Maroni adſcribitur, quæ cuiuſcunq́ fuerit, & docte eſt & luculenter ſcripta. Ad primos radios interitura die, aliter tamẽ locus hic Virgilianus legiť à, C. Iulio Ro. In libello, quẽ Soſipater recitat de Analogia, ita. n. habetur dij, pro, die, ſeu, Diei. Virg. Libra Dij. So. q. pa. vbi fe. horas. Sunt. n. ex veteribus grammaticis qui dij, ſemp legendum eſſe definiant, Bona tamen literatorũ qui nunc vigent, pars. Die malunt legere. ❡ Et iamdudum Incumbere aratris. In Mediceo codice, & aliquot alijs antiquis exemplaribus, legere eſt. Incumbere Raſtris, eſt, &, vbi. Aratris, legas quod, agnoſcitur à Seruio.

Margin: Medic — Miliũ.

**Vere fabis ſatio, tunc te quoq; medica putres**
**Accipiunt ſulci, & milio venit annua cura:**
**Candidus auratis aperit cum cornibus annum**
**Taurus, & aduerſo cedens Canis occidit aſtro.**

SERVIVS.

¶ Vere fabis.) Tēpore Veris. ⁋ Satio.) Semētis. Et declinaẽ ſicut nauis, hęc ſemētis, huius ſementis. ⁋ Tūc te quoq; medica putres Accipiunt ſulci.) Ad ipſam herbā Apoſtrophē facit. Hæc aūt herba à Medis tranſlata eſt in Græciā, quo tpe eā inuaſerunt. Huius plena Venetia eſt: &, vt dicit Dionyſius, trium foliorum eſt, ſemperq́; virens. Quod aūt ait. ⁋ Putres ſulci.) Naturam ipſius herbę reſpicit: nam vno anno frequenter ſeritur: & poſtea aliquot annis ſponte procreatur, quod ēt ſequens indicat verſus: nam dicendo. ⁋ Et milio venit annua cura.) oſtendit medicæ curam non eſſe annuam. Hæc aūt herba vulgo dicitur Sylla. ⁋ Venit annua cura.) Vere. ſ. ⁋ Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.) Quo tēpore annum aperit candidus Taurus, qui eſt cum auratis cornibus, nam aperit cornibus, nō procedit. non. n. à capite aut à fronte, ſed à dorſo oritur, ideſt à medio ſui: vnde incipit apparere. nam ea parte qua latus eſt, oritur, non à fronte. Aperit autem ideo ait, aut quia Aprili menſe Sol in Thauro eſt, quo cuncta aperiunẽ: & aliud eſt aperire annum, & aliud eſt inchoare. nam nullus dubitat Martio mēſe, vt ſupra diximus, annum inchoari, & hoc eſt melius. Aut certe aperit annum dixit, qa vnumquodq; ſignum pōt inchoare annum, & finire: vt aperit annum dixerit. ſ. ſuum: nam & à Tauro vſque ad Taurum, & à Geminis vſq; ad Geminos, annus eſt. ⁋ Auerſo autem Aſtro.) Duplex lectio eſt: nam alij aduerſo legunt, cum Cane enim naſcitur Syrius: qui eſt terris aduerſus, de quo legimus, Ille ſitim morbosq́; ferens mortalibus ægris Naſcitur. vt Aduerſo ſit peſtifero & contrario mortalibus. Si autem Auerſo legerimus. Cum ſubaudiamus neceſſe eſt, vt Atque Ixion ij vento rota conſtitit orbis, ideſt cum vento. Vt ſit ſenſus, quo tempore etiam canis cedens, occidit cum auerſo aſtro, ideſt cum Argo: quæ & ipſa media eſt, ſicut Taurus: & à puppi oritur, cui Canem conſtat eſſe coniunctum. Et. ⁋ Cedens Canis.) non recedens, ſed incedens accipimus, & ſe mouens. Tempore enim quo Taurus cum Sole eſt etiam Canis ad ortum feſtinat. Quod autem ait. ⁋ Occidit.) ad aſpectum noſtrum retulit, nam ortus & occaſus duo ſunt, Vnus ἡλιακὸσ ideſt ſolaris, & alter κοσμικὸσ. i. mundanus. vnde fit vt ea ſigna, quæ cum ſole oriuntur: à nobis nō poſſint videri, & ea quæ videmus quātum ad ſolis rationem pertinet, videantur occidere: ſecundum quod nunc ait. ⁋ Occidit Canis.) Nam canis paranatolon eſt Cancri, ideſt cum eo oritur. Cancer autem quo tempore Sol in Tauro eſt, poſt horam quartam diei oritur. Nam Taurus & Gemini binas horas tenent: ſic ergo fit, vt Canis nobis occidat, quantum autem ad Solis pertinet curſum, in ortu eſſe videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo poſt dicturus eſt, Ante tibi Eoę Atlantides abſcondantur. Nam Eoas ait in ortu Heliaco poſitas: vnde & Tibi abſcondantur intulit.

MANCINELLVS.

Fabæ. ¶ Vere fabis ſatio.) Plin. lib. xviij. de leguminum natura, ſcribit de faba. Seritur ante Virgiliarum occaſum leguminum ꝓma antecedat hyemem. Virg. ꝑ ver eam ſeri iubet circumpadanę Italiæ ritu, ſed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis q̄; trimeſtrem fructum eius, aquas inflare maxime concupiſcit, cum vero defloruit, exiguas deſiderat, ſolū in quo ſata eſt, lætificat ſtercoris vice. ⁋ Medica.) Colu. lib. ij. ca. xj. ait ꝙ medica agrum ſtercorat, & locus, in quo medicam ſaturus es, ꝓſcindi debet circa kal. octo. & cum tota hyeme putreſcere finito. Varro lib. j. aliter medicam vocat. Plin. lib. xviij. ca. xxv. ſcribit Medicam à Medis aduectam fuiſſe vnoq́; ſatu amplius q̄; trecenis annis durat, ſimilis eſt trifolio caulis, folijsq́; geniculata, ſolum in quo ſeraẽ elapidatum, purgatumq́; ſubigitur autumno, mox aratum, & occatum integitur crate iterum & tertio quinis diebus interpoſitis, & fimo addito, ita præparatū ſeriẽ menſe Maio alias pruinis obnoxia, paulo inferius inqt, verno ſeri debet. ⁋ Putres ſul.) putres ait, quoniam vt diximus, tota hyeme fimo addito putreſcere debet locus medicæ. ⁋ Et milio venit annua cura.) annua reſpectu medicæ ait, quæ ſemel ſata diutius durat vt diximus ex Plin. ⁋ Milio.) Colu. lib. xij. ca. ij. ait Milij, & panici ſatio peragi debet circa Idus Apri. Plin. lib. xv. ca. vij. ſcribit. ꝙ milium & panicum, & omnia æſtiua quadraginta diebus maturantur, ca. aūt xxxix. ait. Extrema aūt panici, milijq́; ſatio eſt, iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo, atq; ēt in eodē aruo. ⁋ Candidus aura. apit cum cornibus annum Taurus & auerſo cedens canis occidit aſtro.) Candidum taurum appellat quoniā candidum fuiſſe aiunt. Colu. lib. xij. c. ij. inqt quod. xv. kal. Maias Sol i taurum tranſitum facit, & ꝓdie kal. ma. canis ſe veſpere cęlat. Oui. aūt li. iiij. Faſt. ſcrib. ꝙ. xj. kal. Mai. ſol exit arietē, ingreditur Taurum. Macro. ſcrib. lib. j. de ſom. ꝙ Virg. hoc loco non vult intelligi Tauro oriente cum Sole, mox in occaſum ferri canē: qui ꝓximus Tauro eſt. Sed occidere eum dixit, Tauro geſtante Solē, qa tunc incipit non videri, Sole vicino. Ioannes vero Tolophus noricus noſtro æuo ſummus aſtrologus à me conſultus ſup hoc ēt loco aſſerit Virg. voluiſſe agricolas habere reſpectum ad aurea cornua Tauri, quæ ſuo tpe in ſigno Tauri decimę ſphæræ erant, & ad canē ſyrium, in cuius ore ſtella primæ magnitudinis ſita eſt, vt ſerant legumina: quando occidunt heliace, hoc eſt quando ſole occidēte ipſa ſydera ꝓxima ſoli, ſe viſui noſtro abſcondūt. Seu certo tpe occaſus coſmici. i. quando cum ipſo Sole occidunt, qa Tauri imaginem anteq̄; Sol occupare incipiat: canis ipſe veſperi ſole occidente vix apparet, & occidere heliace incipit, quod nr̄o æuo fit à. ix. gradu Tauri: in quo dum Sol eſt Taurus cum Pleiadibus coſmice occidere incipit, & Canis heliace, quod eſt circa. xx. diē Aprilis, licet Virg. tpe pluſq̄;. xx. diebus ante id accidiſſet, totumq́; occaſui ſe Taurus conceſſerat, hodieq́; ſole. xix. gradū ſigni. x. ſphæræ geminoꝝ occupante: hoc eſt, circa primum menſis Iunij diē, Pleiades, occaſum coſmicum. iiij. dierum interuallo ꝑficiunt, hyades vero in fronte Tauri occidūt coſmice. xxv. gradu vſq; in finē Tauri qnq; fere dieꝝ interuallo vnde cum Taurus incipit occidere coſmice cornua eiuſdem tendunt ad occaſum heliacum, & Canis ipſe cedens cum aſtro auerſo. i. tauro occidit heliace paulatim, & coſmice. Siue cadēs. i. locū dans aſtro auerſo. i. argo naui, quæ ſimiliter auerſe ꝑ mundū voluiẽ. occidente. n. cane argo ſibi propinquæ eidem cani ſuccedit Canis; ſcribit Igi. maiorem canem habere in lingua ſtellam vnam, quæ canis appellatur. In capite aūt alterā, quā nonnulli Syrion appellant Plin. aūt lib. xviij. ca. xlij. dicit: ꝙ Canis. iiij. kal. Maij occidit, ſydus & ꝑ ſe vehemens, & cui ꝓcci dere caniculam neceſſe ſit. ⁋ Auratis cornibus.) aſtrologi tauꝝ cū cornibus auratis eſſe fingunt, habereq́; in cornibus ipſis ſingulas ſtellas, ſed ſiniſtro clariorē, vtriſq; oculis ſingulas, in frōte media vnam, ex quibus locis cornua naſcunẽ ſingulas quæ. vij. ſtellæ hyades nuncupantur, de qbus latius ſupra. ⁋ Aperit annum.) non Taurus apit, verum ſol exiſtens ibi cornibus. Nam Ouidi. Fa. lib. iiij. ait, Vacca ſit, an Taurus non eſt cognoſcere ꝓmptum, Pars prior apparet poſteriora latent. Et lib. ij. meta. inquit ꝑ tamen auerſi gradieris cornua Tauri. Aperit tamen annum intelligendum eſt vt ſcrib. Oui. lib. iiij. Faſt. cum ait. Nam quia ver apit tunc omnia, denſaq́; cedit Frigoris aſperitas, fœtaq́; terra patet, Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Taurus
Canis.
Taurus

Medica
Milij.

ASCENSIVS.

¶ Vere fabis ſa.) Dixit ſydeꝝ quorūdā ortus, & occaſus obſeruādos eſſe agricolis. Docuitq́; quod in ꝓpoſitiōe dixit, quo ſydere terrā vertere cōueniat, nūc aūt docet quo ſydere & quo tpe ſeminandum ſit, & id quidē ꝓmo de leguminibus dicens, ꝙ fabæ ſeri volunt in vere maximopere in tractu traſpadanæ Italiæ, medica aūt quam Varro & vulgares melcam vocant eadem fere tempeſtate in ſolo putri & hyeme decocto & ſtercorato, milium autem ad ortū Tauri, cum. ſ. aperit annum cornibus auratis. i. ſtelliferis, vbi ſcies cum eſſe temporis aduerbium non ꝓpoſitionem vnde non dicit aperit cum cornibus, id enim minus latine fecerit, ſed cum aperit cornibus. Etiam ſecundum Seruium ſentētia deprauareẽ ſi comitantiā ſignificet, non enim aperit cum cornibus, quia à dorſo non à capite oriẽ, &, id quidem ad. xj. aut. xv. Kal. Maias, vt Mancinellus latius, explicat. ¶ Ordo aūt eſt. Satio. i. tempus opportunum ſationi, eſt ſupple fabis. i. illi legumini, vere, ideſt tpe verno & ò medica legumen à medis tranſlatū ſulci putres. i. reſoluti ꝑ hyemale frigus, & fauonij ſpiramenta ac ſtercorationem, accipiunt, quoq;. i. etiam, tum. i. tunc. ſ. in vere, te hoc eſt tu tunc quoq; ſereris tempeſtiue, & cura annua, ideſt quæ ſingulis annis innouari vult, cū medica, vno ſatu amplius tricenis annis duret, venit milio. i. illi legumini, modicis ſed plurimis granis fertili venit dico tunc ſupp. cum. i. quando Taurus candidus. ſ. ꝑ quē Iuppiter Europam tranſuexit & auexit, aperit. i. reſoluit & puluerulentū facit, annum. i. ſolū quotannis tunc reſolui ſolitum.) videẽ. n. annū accæpiſſe non pro tēpore ſed ꝓ qualitate tēporis, ſicut in Bucolicis, nūc formoſiſſimus annus,

vbi

ybi formoſitas ad agros & prata ſpectat, non ad tempus quod formam nõ habet, Sicut hic reſolutio & apertio anni ad ſolũ ſeu terram.) Non.n.aperit inchoat taurus annum, cuius initium, aut in Martio, aut in Ianuario eſt, niſi dicat ipſum aperire annũ ſuũ, quod minus placet, nam ideo vult miliũ ſeri ſub ortu tali, quia tunc terra aperta eſt, nam, vere nouo putris ſe gleba reſoluit, ſed vere adulto aperitur, aperit dico cornibus auratis.i.quæ aurata habere fingitur propter fulgorẽ potiſſimum, tamen ſol tunc apẽrit, vnde & Aprilis ſm Oui.ab aperiendo dictus eſt, quia ſole tũc aperitur annus, & cum canis cedẽs ſub.cum aſtro.i.tauro, cuius auerſus eſt inceſſus, aut cedens.i.locum dans aſtro auerſo.i.argo naui etiam auerſæ incedenti, occidit.ſ.coſmice quantum ad aſpectum noſtrum, qui occaſus agricolis facilior eſt annotatu q̃; heliacus.i.ſolaris. Pulchre aũt alludit ad naturam tauri, cuius eſt cornibus terram aperire, vnde dictum eſt in Buc. Iam cornu petat, & pedibus, qui ſpargat arenam, cum.n.cornibus terra impingitur, quodammodo aperitur, & cum aperitur reſoluitur & apta plurima producit: vt fit in Aprili, qui ſm vnam opinionum Oui. ab aperiendo dictus eſt, vt patuit.

PIERIVS.

Et aduerſo cedẽs canis occidit aſtro.) In Ro.quidẽ & in Longobar.aduerſo. In aliȷ s vero auerſo. In Mediceo auerſo incedẽs ſumptum puto, ex Seruiana paraphraſi.

At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra
Exercebis humum, ſoliſq; inſtabis ariſtis:
Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur:
Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ:
Debita quam ſulcis committas ſemina: quámq;
Inuitæ properes anni ſpem credere terræ.
Multi ante occaſum Maiæ cœpere: ſed illos
Expectata ſeges vanis eluſit auenis.
Si vero, viciamq; ſeres, vilemq; faſelum:
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis:
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes:
Incipe, & ad medias ſementem extende pruinas.

SERVIVS.

Triticeam in meſſem.) Ad meſſem tritici, vl ſegetis. Robuſtaq; farra.) Frumẽta, quæ plus habẽt virium, q̃; leguminа: quo tp̃e nobis Atlantides occidunt, ſunt ſerenda. Atlantides aũt, licet.vȷ̃.fuiſſe dicantur.vj.tamen videntur in cœlo.quæ Nouembri menſe nobis incipiunt non videri. Hæ autem, vt aliȷ volunt, Iouis: vt aliȷ, Liberi nutrices fuerunt. aliȷ ipſas fuiſſe aſſerunt Heſperidas. Exercebis.) Pro exercueris. Soliſq; inſtabis ariſtis.) Nõ leguminibus, ſed ſolis ſegetibus. Inſtabis.) pro inſtiteris. Ariſtis.) Et hic ſicut ſupra, per ariſtas frumẽta ſignificat. Gnoſiaq; ardẽtis.) Cum Liber pater Ariadnẽ Minois regis Cretæ filiam vxorem duceret: Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad vxoris inſigne inter ſydera collocauit. Et hic ſtellam poetica licentia dicit. cæterum ſex ſunt, quibus in cœlo corona declaratur. Gnoſia.) aũt Cretica ab vrbe Cretæ, quæ Gnoſis dicitur. Et ſtella dicitur Cretica, quia ad laudem illius, quæ Cretici regis filia fuit: in cœlo eſt poſita ipſa corona. Sulcis.) Arationibus. Commitas.) Quaſi cuſtodibus fidis. Inuitæ terræ.) Quæ quaſi coacta ruſticorum labore, & non ſponte, fructus profert. Anni ſpem.) Vnde tu annum ſperes poſſe deducere. Ante occaſum Maiæ.) Ante quam Atlantides occidant, nam Maia vna eſt earum. Vanis.) Vacuis. Eluſit.) Decepit.

Vilem.) Abundantem, nam omne quod abundat, vile eſt: vt, Vilibus aut onerat pomis. Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.) Peluſium vnum eſt de ſeptem oſtiȷs Nili, vbi optima lens naſcitur. Vnde κατ' ἐξοχὴν locutus eſt. Aſpernabere.) Contẽnes. Lentis.) Ac ſi dicat, Etiam inter alia lentem ſeras. Haud obſcura.) Nõ obſcura, hoc eſt clara. Mittet tibi ſigna Bootes.) Si viciam, & faſellum, & lentem ſerere volueris, occidẽte Boote debes incipere. Cadẽs.) Occidẽs, Verno ſcilicet tempore. Tunc enim Bootes occidit. Quod autem ſubdidit. Incipe & ad medias ſementem extende pruinas.) Omnia complexus eſt tempora: & Vernum ſcilicet, quo legumen ſeritur: & Autumnale, quo frumentum. Et multi volunt ita hanc partẽ aſtrologiæ libraſſe Virgilium, vt in omnibus vtrumq; tẽpus ſignificaret, Vernale & Autumnale. vñ & ſupra bina ſigna memorauit. Taurum cum Cane: Atlantidas cum corona. Tamẽ nos, quantum ad neceſſitatẽ huius loci pertinet: hæc dixiſſe ſufficiat: nam maioris prudẽtiæ eſt ad ſubtilem harum rerum ſcientiam pᵹuenire: adeo vt ſequentem rationem zonarum Metrodorus philoſophus vix quinq; expreſſerit libris, inſertis tam Aſtronomiæ quàm Geometriæ partibus, ſine cuius lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus aſſerit fruſtra culpari à pleriſq; Virgilium, quaſi ignarum aſtrologiæ: cum eum conſtet operis lege compulſum: vt quædam exponeret quæ obſcura videntur ideo, quia à naturali ordine remota ſunt, vt autem omnia non diceret, ruſticarum perſonarum habuit conſyderationẽ: & ipſius eſt operis breuitate compulſus.

PROBVS.

Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur.g.q.ardẽ.d.ſt.c.Debita quam ſulcis.c.ſ.q.) ſi in hoc exercebitur terra, vt triticum accipiat prius inquit occidant Virgiliæ, & corona Ariadnes, quàm ſemẽtẽ facias matutini exortus Eoæ ſignificat. Eos.n.præcedit aurora Atlantis aũt filiæ ſunt Virgiliæ, Idcirco Atlantides vocantur Ariadnes aũt coronæ talis hiſtoria tradit̃, adamatus Theſeus ab Ariadne, cum eius ope interfecto Minotauro Labyrynthi euaſiſſet errorẽ, & corruptam in inſula Dia dormiẽtẽ reliquiſſet, Liber eam adamauit, & eius capiti coronam detractam miſit in cœlũ, quæ ſydus facta eſt, quod eſt poſt Erigonẽ. Ipſam aũt Ariadnẽ matrimonio ſibi iunctam Liberam appellauit mortalitate donatam. Gnoſia.) autem dicit ab oppido Gnoſo Cretæ. Multi ante occaſum Maiæ cœ.ſed illos expe.ſ.v.e.auenis.) Multi ante occaſum Virgi.ſementem fecerunt, ſed inanẽ meſſem ſuſtulerunt. Maia autem vna eſt ex Virgiliȷs. Si vero viciamq;.ſ.v.q;. phaſelũ. Nec peluſiacæ.c.a.l. Haud obſcura cadẽs mittet tibi ſigna Bootes.) Ciceris eſt genus, phaſelum vocant. Vicia eſt æque leguminis genus lentis magnitudine. Peluſiacam lentem dicit à peluſio oppido Ægypti, à quo fluminis Nili vnum oſtium Peluſiacum dicitur. Optima lens in Ægypto naſcitur, Bootes eſt ſtella in arctophylacis (vt pleriq; putant) Baltheo, vt aliȷ iudicant in humero, dicta à bubus, Nam triones, quos græci duas vrſas vocant, Helicem & Cynoſuram in barbarica ſphæra plauſtrum eſſe, quod ducatur, à bubus iunctis, cui rei teſtis eſt Getulicus, cum ait de Britannis. Nonaries illũ verno ferat aere cornu, Gnoſia, nec geminos præcidunt cornua taurum. Sicca Lycaonius reſupinat plauſtra Bootes.

MANCINELLVS.

At ſi tri.) Poſtquã ſerendorum leguminum tẽpus poeta oſtendit ad frumenta iam redit. Colu.aũt lib.ȷ̃.ca.viȷ̃.ait placet noſtro poetæ adoreum, atq; etiam triticum, non ante ſeminare q̃; occiderunt Virgiliæ. Plin.vero lib.xviȷ̃.ca.xxxvȷ̃.ſcri.ꝙ Heſio. qui princeps omnium de agricultura præcepit vnum tp̃s ſerendi tradidit ad Virgiliarum occaſum, Vir.triticum, & far ad Virgiliarum occaſum, ſeri iubet, hordeum inter æquinoctium autumni, & brumam, viciam vero faſeolos, & lentẽ Boote occidente, inter omnes autem conuenit circa brumam ſerendum non eſſe magno argumento, quoniam hiberna ſemina, cum ante brumã ſata ſint ſeptimo die erumpant. ſi poſt brumam vix.xl. Sunt qui properẽt, atq; ita pronunciẽt feſtinatam ſementẽ ſæpe decipere, ſerotinam ſemp̃ econtrario, alibi, vel vere potius ſerendum q̃; male in autumno. Colũ.lib.xȷ̃.ca.ȷ̃.ait. Vetus eſt agricolarum prouerbium maturam ſationẽ ſępe decipere ſolere, ſeram nunq̃; quin mala ſit, itaq; in totum præcipimus: vt quiſq; natura locus frigidus erit, is primum conſeratur, vt quiſq; calidus nouiſſime. Ibidem quoq; ait optimum eſſe inter kal.Decẽ.ſementẽ confeciſſe. Varro etiam lib.j.c.xxxiiȷ̃.inquit vbi quiſq; locus frigidiſſimus aquoſiſſimuſq; erit, ibi primum ſerito in calidiſſimis locis ſementẽ poſtremam fieri oportet, quo autem agro vel legumina quæq; vel frumenta ſerenda ſint legito Plin.lib.xviȷ̃.cap. xxviȷ̃. Robuſtaq; farra.) robuſta dixit, quoniam vt Plin.libro xviȷ̃.c.viȷ̃.ſcribit ex omni genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum, patitur locos frigidos, & minus ſubactos, Vel æſtuoſos ſitienteſq; primus antiquis latio cibus. Atlantides.) ideſt pleiades, ſeu Virgiliæ ex Pleione, & Atlante genitæ, de quibus late ſuperius. Pleiadaſq; hyadas. Abſconduntur autem vt dicit Col.ſuper hoc loco, lib.ȷ̃.cap.viȷ̃.altero & triceſimo die poſt autumnale æquiuoctium, quod fere conficitur.ix.kal Octo.propter quod intelligi debet tritici ſatio dierum ſex, &.xl.ab occaſu Virgiliarum: qui fit ante diem nonum Kal. Nouemb.ad brumæ tempora,

tempora, ſic enim ſeruant prudentes agricolæ, vt.xv. diebus anteq̃ conficiatur bruma, totidemq́ȝ poſt eam cõfectam, neq; arent, neque vitem aut arborem putent. Idem quoque Colum. libro.xj.cap.ij.ait.xiij.&.xlj.Kalen.Nouemb.ſolis ortu Virgiliæ incipiunt occidere, tempeſtatem ſignificant.xj.Kalẽ.Nouẽ.tauri cauda occidit auſter interdum pluuia. Irem.v.Kal.Nouemb.Virgiliæ occidunt.hyemat cum frigore, & gelicidijs.Item.vij.Idus Nouemb.Virgiliæ mane occidunt ſignificant tempeſtatem. Eoæ atlantides, ideſt ſplendentes orientales vel matutinæ, in aurora enim videntur, ſed ex oriente poſtea ſcorpione cum ſole occidunt, occaſu coſmico, ſeu mundano reſpectu oppoſitionis, fit enim quando ſol oritur cum aliquo ſigno cuius ſigni oppoſitũ occidit coſmice. Taurus ergo, i quo ſunt pleiades, appoſitus ſcorpioni, in quo ſol exiſtit, in fine autumni occidit ſcorpione oriente cum ſole. Hinc ait Columel.q̃.xiij.&.xij.Kalẽ.Nouemb.ſolis exortu Virgiliæ incipiunt occidere. Plinius libro.xvij.c.xxxvij. ait, q̃ exortus occaſusq́ȝ binis modis intelligũtur, aut enim aduentu ſolis occultantur ſtellæ, & conſpici deſinunt, aut eiuſdem, abſceſſu, profe runt ſe in emerſum, ideſt exortum, illo modo quo incipiunt apparere, vel deſinunt, oriente ſole, aut occidente. Matutini veſpertinive cognominati, Eoæ atlantides, non fit ſynalœpha, ideſt vocalis compreſſio, vel cõiunctio. ¶Gnoſia ſtella coro.) Corona hæc, vt Iginius ſcrib. exiſtimatur Ariadnę fuiſſe à Libero patre inter ſydera collocata, dicitur enim cum Ariadna Libero nuberet, hanc primam muneri accæpiſſe ab Venere, cum omnes dij in eius nuptias dona conferrent, hanc humero ſiniſtro prope contingere Arctophylax videtur, habet autem ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas, ſed ex his tres clarius cæteris lucent, Stella co. de ſtella fulgenti intelligitur, ait enim Mani.lib. j. At parte ex alia claro micat orbe corona Luce micans, nam ſtella vincitur vna. Colum.lib.xij.cap.ij.ait.viij.Octob.coronæ clara ſtella exoritur, poſtea inquit, & Tertio & pridie Idus. Corona tota mane exoritur, auſter hybernus, & nonnunquã pluuia, per hos dies frigidis regionibus frumenta mature ſeruntur, pręcipue far, adoreum, locis etiam opacis triticum nunc recte ſeritur, ſtella præterea clarior in corona ex radijs ſolis, ortu heliaco decedit, quando pleiades occaſum chronicum petunt. Decedit autem ſtella coronæ è radijs ſolis noſtro æuo ſole ab.ix.gradu ſcorpij ſigni decimæ ſphærę procedente quod eſt.xxiij.die Octo. donec dicti ſigni ſcorpij limites exceſſerit. Gnoſia ideſt Ariadnes Cretenſis. ¶Ante occa.mediæ.) Virg. Maia enim è Virgilijs vna, de quibus late Ouid.lib.iiij.Faſt.Plin.lib.xviij.cap.xlij.ait, q̃ Virgi.priuatim attinet ad fructus, vt quarum exortu æſtas incipiat, occaſu hyems. Cap.vero.xlvj.ait: q̃.iij. Idus Nouem.Virgiliæ occidunt. Colu.autem lib.xj.cap.ij.ſcribit.q̃.xij.Kalẽ.Nouem. ſolis exortu Virgiliæ incipiunt occidere, tempeſtatem ſignificãt. Item poſtea inquit.v.Kalẽ.Nouemb.Virgiliæ occidunt hyemat cum frigore, & gelicidijs, & paulo inferius ſcribit, q̃.vj.Idus Nouemb.Virgiliæ mane occidunt.v.Idus Nouemb.hyemis initium. ¶Vanis auenis.) vide ſuperius ibi & ſteriles dominantur auenæ. ¶Viciam.) Varro.lib.j.cap.xxxj.ſcribit ſationis viciæ tria tempora eſſe circa occaſum Arcturi, vt Decembri menſe paſcat, Secunda ſatio menſe Ianuarij eſt, Nouiſſima Martio, ſiccitatem ex omnibus, quæ ſeruntur, maxime amat. latius vide ſuperius ibi, aut tenuis fœtus viciæ. ¶Vilemq́ȝ faſelum.) Columella libro.j.capi.x.ſcribit quòd kalẽ.Octob.recte faſelus terræ mandabitur, Vilem autem faſelum ait poeta, quoniam vt ſcribit Serapio, faſeoli generant multam ventoſitatem, & inflant, generant humores flegmaticos craſſos. ſunt mali ſtomacho, habent multum humiditatis, ſunt graues digeſtioni, & teſte Auerroi inducunt ſomnia mala, & faciunt vertiginem. Vileſcit igitur ijs vitijs. ¶Peluſiacæ lentis.) Ideſt Ægyptiacæ, ſeu niliacæ à peluſio Nili oſtio: hinc & Ouidius libro.v.Faſt.ait, Et pereunt lentes aduenanile tuæ. De ſeptem nili oſtijs legito Strabo.libro.xvij.& Plinium libro.v.capi.xj. Curam lentis Plinius libro.xvij.capi.xix. ſcribit, Ex leguminibus autem Nouembri ſeruntur lens, & in grecia piſa, lens amat ſolum tenue magis quàm pingue, cœlum vtiq; ſiccum, Duo genera eius Ægypto, alterum rotundius, nigriusq́ȝ, alterum ſua figura. Piſum in apricis ſeri debet frigorum impatientiſſimum, Ideo in Italia, & auſteriore cœlo non niſi verno tempore terra facili, ac ſoluta. Columella quoq; lib. ij.cap.x.plura ſcribit inter quæ, quòd duas eius ſationes ſeruamus, alteram maturam per mediam ſementem, ſeriorem, alteram mẽſe Feb. ¶Cadẽs Bootes.) occidit Bootes.iij.Nonas Mar. vt ſcribit Ouid.lib.iij.Fa.loquitur ergo hic poeta de verno tempore, Booteo autem aro ſignificat Bootes Bubulcus dicitur, idẽ vero Arctophylax appellatur Manilius lib.j.ait. A tergo venit arctophilax, idemq́ȝ Bootes, ſequitur plauſtrum, ideſt maiorem arcton, inde arctophilax dictus, ideſt vrſæ cuſtos. ¶Ad medias pruinas.) Ideſt ſereno, & ſicco tempore, quo quidem pruina cadit ex rore gelido, rores autem neque gelu, neque arboribus, neque ventis, nec niſi ſerena nocte gignuntur, vt ſcribit Plinius lib.ij. ergo ſereno & ſicco tempore optime talia ſeruntur, hinc idem libro.xxiij. ait quòd, vicia ſiccitatem ex omnibus, quæ ſeruntur maxime amat, & lens tenue ſolum, cœlumq́ȝ vtiq; ſiccum. Sed tamen intelligendum eſt, id etiam de tempore autumnali, vt ſereno tempore ſeratur quodcunq; ſemen, hinc ait inferius, nudus ara, ſere nudus, & hyemem aquiloniam eſſe omnibus ſatis vtiliſſimam inquit Plin.lib.xvij. ¶Pruinas.) Pruina vt ſcri.Plin.lib.ij.ex rore gelido gignitur, eſt enim matutino tẽpore roris gelidi aqua congelata, dicta vero vt Feſtus ait, q̃ fruges ac virgulta perurat. Pruinæ.

Occaſus Vigilia ... Corona Ariadne ... Idus Virgiliæ ... Idus ... Bootes.

### ASCENSIVS.

¶At ſi triti.in meſ.) Docet nũc quo tempore frumentum ſeras: dicens quod non ante occaſum atlantidum ſeu virgiliarum hoc eſt circiter nonum kal. Nouembris. Monet præterea vt ſtella ardentis coronę prius diſcedat è radijs ſolis: quod nunc fieri docet Ma.a.xxiij.die oc. Hoc autem tempus expectandum docet poeta ijs qui triticum aut far ſerent. At qui viciam & faſelum aut lentem ſerere volent obſeruabunt occaſum Boote qui fit in vere.iij. no.Martias: quo tempore ſunt fere mediæ pruinæ, quæ hyeme non fiunt. & ſummo vere in rorem vertuntur. aut hoc dicit vt fiat ſatio in tempore ſereno quod pruinæ denotant quæ in pluuioſo non fiunt, quam rem diligẽter exequitur Manci. ¶Ordo igitur eſt. At.i.ſed, ſi tu exercebis.i.coles & arabis humum in.i. ad meſſem triticeam.i. vt inde triticum metas (quia præcipue intẽtio arantis non eſt ſatio ſed meſſis, & in farra robuſta.i.grandia, ideſt vt farra metas, & ſi tu inſtabis.i.inſtanter incumbes ſolis ariſtis ſupple metendis.i.ſi non petis legumina ſed frumenta, atlantides, ideſt pleiades & virgiliæ ex pleione & atlante genitę, hoc eſt ſeptẽ ſtellæ nominibus Atlantidum inſignitæ, eoæ.i. oriẽtales aut matutinę abſcondantur ita vt non amplius eas videas: ante.i.priuſq́ȝ cõmittas ſulcis ſemina debita.i.quaſi merita propter prępatationẽ, & capacitatem eorum, hoc eſt anteq̃ ſeras: & antequ properes credere.i.committere fidei vt plus q̃ acceperit reddat terræ inuitæ.i.ſationẽ adhuc naturaliter refugiẽti: ſpem anni.i.meſſis hoc eſt ſemen, quia qui parce ſeminat, parce & metet, & qui importune ſerit.incõmode: & parum metet. & ſtellæ.¶præcipue fulgida gnoſia.i.cretenſis: hoc eſt quæ prælucet in corona cretẽſi puellæ videlicet Ariadnæ data: vnde dicit coronæ ardẽtis.i.reſplendentis decedat.ſ.à radijs ſolis.i.ſit vltra medium octo. anteq̃ cõmittas ſulcis ſemina debita & anteq̃ properes credere terræ inuitæ ſpes anni. Multi.ſ.agricolæ cœpere.ſ. ſerere ante occaſum Maiæ.i.Atlantidum quia ſimul occidunt, earum aũt maia vna eſt: ſed ſeges expectata.ſ.triticea, aut adorea eluſit.i.ludibrio manifeſto affecit & decepit illos: auenis vanis.i. ſylueſtribus & parum grani aut nihil habẽtibus. Vero pro ſed: ſi tu ſeres viciam.i.illud tenue legumẽ & faſelum vulgo faſeolum vocant per diminutionẽ) vilem quia parum conducit & multũ officit, & ita non magni fit: facile tamẽ naſcitur, & ſi tu nõ aſpernabere curam lẽtis peluſiacæ.i.quæ in peluſio Nili oſtio pcipua & plurima naſcit, Bootes.i.ſtella illa poſt vrſam maiorẽ Bootes aut dicitur & Arctophylax.i.vrſæ cuſtos, q̃ ſequitur plauſtrum i.maiorẽ vrſam & bubulcus, quia boues plauſtrum trahere ſolent quas bubulcus dirigit) Bootes ergo cadens.i.occidẽs dabit tibi ſigna haud.i.non obſcura.imo clara indicia ſationis faciẽdæ dabit. Incipe igitur, & extẽde ſementẽ.i.ſationẽ ad medias pruinas.i.ſiue autumnali tempore triticum & far, ſiue verno viciam faſeolum aut lentẽ ſeueris, expecta tẽpus ſerenum, quale eſt ad medias pruinas.i.cum iam pluſculos dies pruinauerit, & vero ſimile eſt totidẽ pruinaturum eſſe, & ita ad omnium ſationẽ ſpectet, aut extende ſationẽ viciæ faſeli, & lentis ad medias pruinas verni temporis.i.vſq; ad occaſum Bootis, & tẽpus ſerenum.

### PIERIVS.

¶Vanis eluſit auenis.) In Roma.codi.legere eſt. Illuſit ariſtis. In quibuſdam alijs eluſit ariſtis. Magis vero placet Auenis, vt habetur in Mediceo quia frumenti vitium eſt auena. Atque hic ſermo eſt de ijs quæ degenerant, cum tamẽ alioqui auena inter ſegetes ſuam ſpeciem obtineat, vti alibi. ¶Ad medias ſementem extende pruinas.) In Roma.cod. Expende, legitur, quod ſignificat ſuſpenſas tene, eodẽ pene ſignificato cum extende, accæptior tamen eſt vulgata lectio.




Iccirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.
Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum vna coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circum extrema dextra, leuaq; trahuntur
Cœrulea glacie concretæ: atq; imbribus atris.
Has inter, mediamq́;, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuum. & via ſecta per ambas:
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo,
Mundus vt ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces
Conſurgit, premitur Libyę deuexus in auſtros,
Hic vertex nobis, ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, maneſq́; profundi.

SERVIVS.

❡ Dimẽſum partibus orbẽ.) Annũ diuiſum in quatuor tẽpora. Et p. xij. ſigna duodecim mẽſes accipimus.) Quinq; tenent cœlũ zonę.) Circuli, qui cœlũ ac terrã veluti zonę cingunt. Tranſlatiue, Nã proprie zonæ in terris. ſed ꝑ parallelis. i. circulis poſuit. Septẽtrionalis, æſtiualis, ęquinoctialis, brumalis, auſtralis. ❡ Rubẽs.) Ardens. ❡ Torrida.) i. accenſa. ❡ Quã circũ extremæ.) Bene extremę addidit, ne eas intelligeremus, q̃ circa igneã ſunt: quas conſtat eſſe temperatas vicinitate caloris & frigoris. quarũ vnã habitamus, alteram antipodes: ad quos hinc torrente zona, hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autẽ dicuntur, q contra nos poſiti ſunt cõtrarijs veſtigijs. Terram. n. dicũt vndiq; cœlo & aere cingi. Per has autem duas zonas in obliquum vertitur ſignifer circulus, qui ſolis cõtinet curſum. Vnde ẽt fit, vt duę zonæ frigidiſſimę ſint, ad quas nunquã accedit: vna feruens, à q̃ nunquã pene recedit: duæ tẽperatæ: ad q̃s viciſſim venit. ❡ Per ambas.) Cum vitet vtranq; temperatã, ipſa præpoſitio. ❡ Per.) ꝑ inter accipienda eſt. ❡ Qua.) per quam. ❡ Mundus vt ad Scythiam.) Iam hic definitio eſt noſtri climatis. i. noſtræ habitatiõis: quę à Septẽtrione incipiens, in Auſtrali plaga definit. Riphæas autem arces, Scythiã dicit: cuius ſunt montes Rihpæi. ❡ Arduus.) Excelſus, &

ſus,& ſummo vertice arctatus.( Vertex nobis ſemp ſublimis.)i.
hæc pars mundi à nobis ſemper videtur.( At illum ſub pedibus
Styx atra videt.)i.axem noticum.i.auſtralé,qui à nobis nunquá
videtur; ſicut Boreus.i. Septétrionalis à nobis ſemper videtur.
Et ſicut variæ ſunt philoſophorum opiniones:ita & hic varie lo/
quitur. Nam alij dicunt à nobis abſcedété ſolé ire ad Antipodas,
alij negant, & volunt illic tenebras eſſe perpetuas. Mire aút ait
quaſi de inferis.( Styx atra videt:manesq; profundi.)vt oſtéde
ret illud quod dicunt philoſophi, recedentes hinc animas & illic
alia corpora ſortiri. Vnde & Lucanus ait, Regit idé ſpús artus Or
be alio. Quod veriſimile eſt,quia dicitur anima,aut igni,aut vé/
to,aut aqua purgari:quod vt fiat neceſſe eſt, dum per aut frigi/
das plagas,aut igneam tranſeunt. Et licet hoc alij à Virgilio di/
ctum per poeticam licentiam velint:tamen ſciendum eſt eú poe
ticæ licentię inſeruiſſe philoſophiam.

PROBVS.

Zonæ qnq. ¶ Quinq; tenent cœlum zonæ.q.v.c.Semp.ſ.r.&.t.ſ.a.i.Quam
circú ex.d.l.q;.t.mortalibus.æ. Mune.c.d.&.u.ſ.p.a. Obliquus.
q.ſ.ſ.verteret ordo.) Múdi caloris,& Luminis ſol cauſa eſt.Eius
auté talis eſt curſus, vt neq; intra ſolſtitialé circulum ad nos ac/
cedat,nec vltra brumalé procedat. Radij aút eius, vbi deficiunt,
ibi neceſſe eſt eſſe frigus. Cum tenebris aút deficiunt eius radij
bruma ad ſeptentrionalem circulum: ibi aút frigus eſt cum ob/
ſcuritate. Sol autem quia brumalem,& ſolſtitialé circulum con
ficit annuum curſum . totam hanc mediam regionem vrit,quæ
latine vocatur plaga aduſta. Ex ea quæ ſeptétrionalis eſt, vbi de/
ficiunt ſolis radij,& quia frigida eſt,& obſcura. Frigus in proxi/
mam regioné ꝓuenit,& miſcetur calori,qui ex aduſta regione in
eandé fertur,& efficitur temperata regio,in qua ſumus, quæ eſt
habitabilis. Alteræ duę inhabitabiles, ſed phyſica ratione nobis
ſunt incognitæ. Prohibemur.n.tranſire aduſtæ regionis caloré.
Sed quia meridié bruma animadu.rtimus, vltra ſolé magnum
ſpacium cœli vacare,ſcimus & in contrariam nobis parté eius
radios ferri,& quemadmodum hic,ita illic deficere, vbi defece/
runt eſſe frigus cum tenebris. Et inde aliquam parté ferri in ꝓxi
mum locum,& ex aduſta regione,quæ finitur brumali ſolſtitia/
li circulo in eundem ꝓuenire vaporé, & vtroq; mixto perinde
téperatá efficere regioné mediam frigidæ,& aduſtæ. Quinq; er/
go ſunt zonæ,in regione cœli. Terræ duę extremę frigidę ſepté/
trionalis,& auſtrina, vna aduſta, duæ téperatæ inter frigidam &
aduſtam cingentes eam, & intercidétes frigidis, quarum altera
anterumene vocatur. Via aút ſecta per ambas, dicit ſigniferum
circulum,q à brumali obliquus,ad ſolſtitialem Cancro,ęquino
ctialé Libra & Ariete.( Obliquus qua ſe ſignorum, verteret or/
do.)idcirco dixit,quia hic ipſe circulus.xij.ſigna cœleſtia voluit.
Clima noſtrum hoc eſt in climate, zonę noſtrę ſicut ſe habet, vt
ſimus ad ſeptentrioné ab ea parte,qua ſcythia eſt,& riphęi mon
tes,quo in contraria inclinato eſt ad aphricam, Ergo hoc ſentit,
cum ait. Illic,vt ꝓhibent,aut intépeſta ſilet nox Semp,& obten
ta denſantur nocte tenebrę. Quinq; tenét cœlum zonę,in qnq;
zonas mundum eſſe diuiſum accipimus,quas, ſm clima noſtri
orbis,ſic deformabimus, vt lęuam manum cótra ora noſtra po
namus,atque vbi ſit pollex:ibi ſit zona,quæ appellatur græce
ἀρκτικὴ,ꝙ in ſe habet arctos.i.vrſas eadé latine ſeptentrionalis
cognominatur,ꝙ in ea parte cœli poſita ſit,quę véto ſeptétrio/
ne adflatur. Ea pars ſemper ſupra vertitur, hoc eſt nunq; in ocea/
num demergitur,ꝙ etiam Home.ſignificauit,cum ait.

ἄρκτον τὴν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἥτ᾽ αὐτοῦ ςρέφεται καί τ᾽ ὠρίωνα δοκεύει
οἴηδ᾽ ἄμμορος ἐςι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Et Virgilius. Arctos oceani metuentes æquore tingi. Ná & zona
inhabitabilis eſt propter nimios rigores, pollici proximus digi/
tus obſeruabitur in vicem zonæ, quæ græce appellatur θερινὴ
à nobis æſtiualis,ꝙ.ſ.ſol cum in eandé zonam declinauit, lon/
giores dies efficit,ibi.n.ſolſtitium facit æſtiuum.in.viij.kal. Iul.
Hæc zona habitabilis ꝓpter temperiem,& multi ſolis, & illius
vicinitate zonę,quá ſeptentrionalé nuncupauimus. Medius aút
digitus ſignificabit zonam,quæ gręce dŕ ἰσημερινή. Latine æq/
noctialis. Seu & ſol.in hanc zonam bis anno venit,& toties librá
facit diei,& noctis.in.viij.kal.octo. Hęc zona inhabitabilis. Nam
propter nimios ardores loca ſubiecta habet exuſta. Quartus de/
in digitus ſignificabit zonam, quæ appellatur χειμερινὴ,à no/
bis hyemalis,quod.ſ.cum illam ſol tranſcendit hyemé facit: &
breuiores dies agit. Ná ibi ſolſtitiú efficit:quod eſt.viij.kal.ianua.
Hanc quoq; zoná inhabitari credibile eſt,qm̃ & ipſa pars tépera
ta inter ęſtiuú,& iſomeriné poſita eſt,quéadmodú eius ſupra fe
cimus mentioné, ęſtiualis inter æquinoctialé,& ſeptentrionalé.
Et in hac zona ſi q inhabitant appellantur à nobis antichthones.
ὡς τὴν ἐναντίον χθόνα οἰκοῦντες, Digitus minimus habet qn/
tam zonam appellatam notion,qm̃ ex illa parte:cum adflat vé/
tus humidum facit aeré,& humoré colligens corpus notia, dŕ.
Hæc plaga auſtralis appellaŕ depreſſior q; vt à nobis videri poſ/
ſit,& ideo infra orizonté deſcédit. Orizon aút quod definit Sphę
ram ſuperioré,qui & idem à nocte diſterminat. Hæc quoq; præ
ſumenda inhabitabilis propter rigores quos patiatur neceſſe eſt,
quoniam longe ſegregatur. Circulus autem zodiacus, qui luxos
appellatur,per tres zonas medius fertur,per qué ſol currit, Sic
ergo qm̃ ad vltimas non ꝓueniat frigidas: relinquit mediam zo
nam, quoniam ſæpe onerat ignem facit. Huius zonæ mentioné
facit Virg.vij.cum vellet ex verbis Ilionei latinos cófirmari,ne/
miné eſſe in orbe toto,qui ignoraret,quanto bello Aſia,& Euro
pa confixiſſet,quando qdé ſcire poſſent ét,q vltra oceanum exti
mo agitarent,qq; diuiſi plaga æquinoctiali zonam illam,quam
ἰσημερινὴν diximus,incolerét,quam veriſimile eſt in aliquibus
habitari. Sunt aút q hic déclarant verſus huiuſmodi. Quanta per
idęos ſæuis effuſa mycenis Tempeſtas ierit campos,quibus ar/
ctos vterq;, Europę atq; Aſię fatis concurrerit orbis: Audijt: &
ſi qué tellus extrema refuſo Summouet oceano,& ſi qué exten/
ta plagarum. Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniq. Hanc
tamen vniuerſam diſputationé certum eſt Vir.tranſtuliſſe ab Era
toſthene,cuius liber eſt hexametris verſibus ſcriptus, q Hermes
inſcribitur, qdam vero orbé terrarum deſcripſerunt in formam
literę, ω,& in liniamentis,quæ ꝑ circuitum ambiunt literam,for
mam referút oceani,quem recte ζωστῆρα τοῦ κόσμου dixerunt
ὠκεανὸς autem.i.oceanus ab ὠκὺς dŕ ἐξοῦπερ πάντες ποτα/
μοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρέατα μακρὰ
νάουσιν. In media aút parte linea quę deducitur, atlanticú ocea/
num fertur tranſmittere,quod mare traditur ſubiectum eé pla/
gæ ęquinoctiali,& ſic diuiſas eſſe duas partes orbis,quarum nó
habitemus eam,quæ ſit ab oriéte dexterior, atq; eſſe veriſimile,
vt aduerſo in tam pari tractu,gens alia hominum inhabitet,ſi ta
men velimus oém diligentiam in examinandis Homeri carmi/
nibus adhibere, ibi quoq; fortaſſe deſcriptionis huius ordinem
inuenire poterimus. Clypeus.n. Achillis qnq; orbibus intextus
fuit: quorum ſic meminit αὐδ᾽ ἄρ ἔτι τρεῖς,

ἦσαν ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ᾽ ἔνδοθι κασσιτέροιο.
τὴν δὲ μίαν χρυσοῦν τῇ ῥ᾽ ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

Nam examinemus calorem metallorum:& conditionem zona
rum,& poterimus recte cóparare. κασσιτέροιο.i.plumbi albi
zonas dixerit ſeptentrionalem,& auſtralem, vt ſcilicet frigidas,
& cana niue oppletas, æreas aút, quę refulgent habent tempera/
turam candoris:& rutili coloris dixerit æſtiualem,& hyemalé,
auream autem ſine dubio igneam, nam eſt ſic dictum, fert aurea
ſydera clamor. Et à Pindaro ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ,& Vul
canus, vt ignis deus virium ſuarum beneficium in illa zona vo/
luerit aurum clypeo ſuperponere.

MANCINELLVS.

¶ Iccirco.) vt tempora diſcernamus, ſol.n.dator eſt tempoꝝ,&
horaꝝ,nam ſyderum curſus, recurſusq; vt etiam Macro.lib.j.de
ſom.ſci.moderatur certa diffinitio. Nam ſpacij, certa diffinitio
eſt.( Certis per.) de quinq; zonis intelligit.( Duodena.m.a.a.)
dixit: quia zodiacus circulus,& vnus,& in ſummo cœlo eſt, qui
vere mundus vocatur, qué ſignis diuiſum, vel diſtinctum vide/
mus, quæ cœlo infixa feruntur. Diuiditur aút mundus ꝑ.xij. par
tes ęquales, quę dicuntur ſigna. Duodena aſtra: de his ibi ſupius
patuit. Qua locus Erigonem inter. Regit orbé ꝑ duodena aſtra.
Sol.n.vt Pli.lib.ij.c.vj.docet, planetarum medius fertur ampliſ Sol.
ſima magnitudine, ac poteſtate: nec tempoꝝ modo, terrarumq;,
ſed ſyderum ét ipſorum cœliq; rector, Hic lucé rebus miniſtrat,
auferq; tenebras, hic reliqua ſydera, occultat, hic vices tempo/
rum, annumq; ſemp renaſcenté ex vſu naturæ téperat: hic cœli
triſtitiá diſcutit, atq; ét nubilum humani animi ſerenat. Macro.
ét lib.j.de ſom.inquit, non ſolum terram, ſed ipſum quoq; cœ/
lum, quod vere mundus vocatur, téperari ſole certiſſimum eſt,
adeo vt extremitates eius, quæ longiſſime à via ſolis receſſerút,
omni careant bñficio caloris, & vna frigoris ꝑpetuitate torpe/
ſcant. Sol præterea vti Igi.ſcrib.dies.xxx. vno quoq; ſigno vehi/
tur. Quinq; zonæ. Tul.de repu.vj.terram quaſi quibuſdam redi
mitam, & circundatam cingulis dixit. Virg.quoq; ijſdem, quas
græco nomine zonas vocat, aſſerit, cœlum teneri. Stra.item li
iij.ſcrib.ꝙ cœlum quinq; conſtare zonis præſupponendum eſt,

quinq; etiam zonis terram componi in ſexto aūt rigore, vt di/
cit etiam Plin.lib.ij.& æterno premitur gelu, quicquid eſt ſub/
iectum duabus extremis: vtrinq; circa vertices, hunc, qui ſepten
trioné vocatur, eumq́; qui aduerſus illi Auſtrinus appellatur: ha
rum vtraq; habitationis impatiens eſt, quia torpor ille glacialis,
nec aíali, nec frugi vitā miniſtrat. Media zona, & ideo maxima
æterno afflatu, continuí caloris vſta, nam ſuper eam Solis orbi/
ta eſt inhabitabilis quoq;. Inter extremas vero, & mediam duæ
maiores vltimis, media minores, ex vtriuſq; vicinitatis intépe/
rie temperantur, eæq́; ipſę inter ſe non ꝑuię propter incendium
ſyderis: ita terræ tris partes abſtulit cœlum, De zonis aūt plura
Zonæ cœli. Macro.lib.ij.& Stra.lib.iij. ¶ Zonæ.) zone græce latine cingulus
dŕ: zonion vero cingulū, zoniſco, & zono cingo. ¶ Per ambas.)
Macro.li.ij. ꝑ ambas pro inter ambas poetā voluiſſe intelligere
Zodiacus. ſcrib. zodiacus.n. inter ambas temperatas voluitur. Nā ꝑ ambas.
¶ Obliquus ſignoꝝ ordo.) de zodiaco dicit q circulus interſecat
æquinoctialem, & interſecatur ab eodé in duas partes æquales,
vna aūt eius medietas declinat in ſeptentrioné, altera in auſtrū.
vnde ab Ariſtotele in libro de generatione circulus obliquus ap
pellatur. Conſtat aūt Solem per zodiacum circulum currentem
neq; ſurſum vltra cancrum, neque vltra capricornum deorſum
meare, ſed cum ad tropicorum confinia venerit mox reuerti, Vñ
& ſolſtitia vocantur, Macrob. etiam teſte li.ij. Signorum horum
nomina ordo, & numerus his patent verſibus. Sunt Aries, Tau/
rus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius. Arcitenens, Ca
Signa. per, Amphora, Piſces. ¶ Mundus, vt ad ſcy.) Ordo eſt, vt mūdus
conſurgit arduus ad ſcythiā: & arces riphæas, ita deuexus ṗmiť
in auſtros libyæ: quo pacto aūt mundus nunc altus, nūc depreſ/
ſus ſit: docet Mani.ſic. Hic vbi ad occaſus noſtros Sol aſpicit or/
tus. Et cum luce refert operum vadimonia terris. Nos in nocte
ſumus ſomnosq́; in membra locamus. Pōtus vtroq; ſuis diſtin/
guit, & alligat vndis. Altera pars orbis ſub aquis iacet inuia no/
bis, Ignotæq́; hominum gentes nec tranſita regna, Commune
ex vno lumen, ducētia Sole, &c. Et Macro.li.j. de ſom. inquit, ꝙ
vti erigitur mundus in ſeptentrionalem plagam, ita vergit in au
ſtralem, pars enim hęc terrę, quæ incolitur ab vniuerſis hoibus
ad ſeptentrionalem verticem (ſurgit) & ſphęralis cōuexitas au/
ſtralem nobis verticem in ima demergit. Cum vero ſemper cir/
ca terram ab ortu in occaſum cœli ſphęra voluatur, vertex hic, q
ſeptentriones habet quoquo verſum mundana volubilitate ver/
tatur: quoniam ſuper nos eſt, ſemper à nobis videť, ac ſemꝑ oſtē
dit arctos, Oceani metuētes æquore tingi. Auſtralis cōtra qa de/
merſus nobis pro habitationis noſtræ poſitione, nec ipſe nobis
vnquam videtur, nec ſydera ſua oſtēdit, Hinc poeta dixit, hic ver
Scythia tex nobis ſemper ſublimis. At illum ſub pedibus, &c. ¶ Ad ſcy/
thiam.) Scythia regio eſt ad ſeptentrioné, quæ quidé Iuſtino te/
ſte li.ij. adeo editior omnibus terris eſt, vt cuncta eo flumina ibi
nata in meoticum, deinde in ponticum, & in ægyptium mare
decurrāt. Scythia aūt in orientem porrecta includitur ab vno la/
tere ponto, ab altero montibus riphæis, à tergo Aſia, & Phaſi flu
mine. Riphæum vero iugū regionem habet aſſiduis obſeſſam ni
uibus, quippe caſus continuarum pruinarum, quidam ibi expri/
mit pœnarum ſimile damnata pars mundi, & ab rerum natura
Libya. in nube æternæ caliginis merſa. ¶ Libyæ.) Libya Aphricæ regio
Ægypto contermina, vt ſcrib. Plin.lib.v. Stra. vero li.xvij. oſten
dit totam Aphricam Libyam appellatam, plura ét Soli.c.xxiiij.
Venti. ¶ Deuexus.) decliuis. ¶ In auſtros.) Mani.lib.iiij. ait. Aſper ab axe
ruit boreas, fugit eurus ab ortu. auſter amat medium Solem, ze
Vertex. phirusq́; profundum. De auſtro aūt multa Pli.lib.ij.c.xix. ¶ Ver/
tex.) Polus arcticus Fabius lib.viij. ſcrib. ꝙ vertex eſt contorta
in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur, inde ꝑpter flexū
capillorum pars ſumma capitis, ex hoc ét montibus eminentiſ/
ſimum: idem quoq; Fab.lib.j. dixerat quod vorſus, & vortices
dixerunt antiqui, quæ primo Scipio aphricanus in, e, literam ſe/
cundam vertiſſe dicitur. Caper autem ait vertex capitis eſt, vor/
tex fluminis, vt aūt Plinius libro ſecundo ca.xv. ſcrib. Poli etiam
Vortex. vertices appellantur. ¶ Styx.) lib.x. de Arcadia inquit apud Phæ
Vertices neum ſane ſtygis aquæ ſtat: ſic.n. vocant lætalis aquę ſtillicidiū:
quam ſacra hominum facit opinio. Plinius etiam libro.xxj.cap.
ij. ait in Arcadia ad phæneum aqua profluit è ſaxis ſtyx appella/
ta, quæ illico necat. Hæc ille. Poetæ tamen fabuloſe deſcribunt
inferorum paludem eſſe, deduciturq́; à ſtygnos, quod eſt triſti/
Styx. tia. ¶ Sub pedibus ſtyx atra videt.) De habitantibus antarcticum
Antipo/ ab hyemali circulo loquitur, qui à nobis antipodes dicuntur, vt
des q̄ lo Igi.ſcrib. Cice. etiam in libro de ſom. docet, è quinq; terrę circu/
ca colāt lis duos habitabiles, quorū auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt ad/
uerſa nobis vrgent veſtigia, nihil ad noſtrum genus, Hic autem
alter ſubiectus aquiloni, tenui nos parte contingit. Vult aūt Ci/
cero intelligere, vt ſcribit Macrobius libro ſecundo, terram qua/
tuor habitari locis, cum dixit hosq́; qui incolunt terram nō mo
do interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios ma/
nare poſſit, ſed partim obliquos, ꝑtim tranſuerſos, partim om/
nes aduerſos ſtare nobis. Interruptio autem omnium generum
à ſe diuerſorum: ita quidem à Ma. diſtinguitur. Hi quos ſepa/
rat à nobis peruſta. Similiter ab illis, qui inferiorem zonæ ſuæ
incolunt partem interiecta auſtrali gelida ſeparantur. Rurſus il/
los à viuentibus per noſtri cinguli inferiora interiectio ardentis
ſequeſtrat, & illi à nobis extremitatis rigore remouentur. Quē/
admodum autem cæteri omnes veſtigia ſua figere ad noſtra cre
dantur, ipſe Cicero diſtinguit, & auſtrales quidam aperte ꝑnun
ciauit aduerſos ſtare nobis dicendo, quorum auſtralis, ille vide/
licet circulus, in quo inſunt aduerſa nobis vrgēt veſtigia, & ideo
aduerſa nobis ſunt, quia in parte ſphæræ, quæ contra nos eſt, mo
rantur. Tranſuerſos vero ſtare nobis voluit intelligi inferiorem
zonæ noſtræ partem tenentes. Obliquos autem eos, qui auſtra/
lis circuli deuexa ſortiti ſunt. Plin. quoq; lib.ij. cap.lxvj. plura de
antipodibus. Manesq́; profundi, inferos dicit. Nam quidam ma
nes deos inferos tradunt.

ASCENSIVS.

¶ Iccirco certis &c.) Quia poeta oſtēdit agricolis ſyderū quo/
rundam ortus, & occaſus obſeruādos, docet ſphæram cœleſtem
in.xij. ſigna. diuiſam, & terram in quinq; zonas. Quarum (vt in/
quit Ouid. meta.j.) quę media eſt, nō eſt habitabilis æſtu. Nix te/
git alta duas, totidem inter vtranq; locauit, Temperiemq́; dedit
mixta cum frigore flamma, &c. Earū ergo duæ habitabiles ſunt,
quarum alteram nos habitamus, alteram qui habitét, neſcimus.
Per habitabilem autem zodiacus, in quo ſunt. xij. præcipue ob/
ſeruanda agricolis ſigna, clauditurq́; duobus polis quorum alte
rum, qui ab vrſis arcticus diciť, ſemꝑ videre poſſumus. Alterum
qui in auſtrum abſceſſit, & antarcticus contra arcticum poſitus
dŕ, nunquā in cœlo mutauerimus. Is enim ab antipodibus no/
ſtris videtur. ¶ Ordo eſt. Iccirco. ſ. vt diſcernamus tempora, Sol
aureus. i. ſplendidus, & apprime vtilis regit orbem mundi, ideſt
ſphæram cœleſtem, dimenſum. i. commenſuratum certis ꝑtibus
per aſtra, ideſt ſigna duodena, ideſt duodecim aut quæ quotan/
nis pertranſit vt pro orbe. i. anno conficiendo duodenis egeat.
Quinq; zonæ, ideſt circuli cœlum cingentes, tenent. i. circuncin/
gūt cœlum, quarum. ſ. zonarum, vna videlicet media, & eadem
maxima eſt, ſupp. ſemper rubens Sole coruſco. i. rutilante, & eſt
ſemꝑ torrida ab igni. ſ. cœleſti, quem ex directo ſupra ſe habet,
quia circum, pro circum quā trahuntur. i. ducunť, extremæ. i. re/
motiſſimę duę dextra ſup. parte, & læua. i. ſiniſtra. (Si cœlitus in
terram deſpexeris capite in orienté protenſo, dextra fuerit auſtri
na, læua ſeptentrionalis. Siue terris cœlum aſpexeris, cōtra) tra/
huntur dico duę, concretę. i. congelatę glacie cœrulea. i. marina:
aut marini coloris, atq; atris. i. dēſis, & nubiloſis imbribus, duę
ſup. alię zonę, cōceſſę ſup. ſunt ægris. i. miſeris & laborioſis mor
talibus inter has. ſ. extremas & mediam: videlicet torridam: cō/
ceſſę dico munere. i. beneficio, & dono diuum. i. diuoꝝ, ſeu deo/
rum, & via eſt ſecta. i. diuiſa per ꝑ inter ambas, qua. i. per quam
viam, obliquus ordo ſignorum. i. zodiacus verteret. i. circum/
ageret ſe, vt mundus. i. orbis cœleſtis conſurgit arduus ad ſcy/
thiam, & arces ripheas. i. ſublimitates montium riphæorum, qui
ſunt in ſcythia, ſeptentrioné verſus, ita ſup. premiť deuexus. i. de/
uolutus, & decliuis in auſtros. i. auſtralem regionem Libyę. i. Li
byam verſus, & id quidem reſpectu noſtri, & climatis nŕi, nam
reſpectu totius vniuerſi auſter nō minus arduus q̄; ſeptentrio di
cetur, hic. ſ. ꝑus dictus, ideſt ſcythicus ſeu ſeptētrionalis vertex. i.
polus, ad qué ſphęra vertitur, eſt ſup. nobis ſemper ſublimis. i. al
tus, & ſupra caput, at. i. ſed ſtyx atra. i. palus infernalis videt illū
ſub pedibus. ſ. noſtris, hoc eſt apparet antipodibus noſtris, & ma
nes profundi. i. dij inferi, ſup. vident ſemper illum.

PIERIVS.

¶ Cœrulea glacie concretę.) In pleriſq; veteribus exēplaribus
legere eſt caſu recto numero multitudinis. Cœruleę, pūcto mox
interſito, vt quod ſequitur Glacie concretę, atq; imbribus atris,
Expoſitio ſit, cur zonę illæ cœruleę ſint. In codi. Mediceo prius
Cœruleę legebatur, ſed inde aliena manu linea ſuperinducta, vt
vltima litera fieret, a. Sunt etiam cod. manu ſcripti, In qbus cœ/
ruleę & glacie legatur, quæ mihi lectio nequaq̄; probatur. Oſten
dit tamen epitheton non cum glacie, ſed cum zonis adcōmoda
tum zonæ cœruleæ.

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum,perq; duas in morem fluminis arctos:
Arctos,Oceani metuentes æquore tingi.
Illic(vt perhibent)aut intempeſta ſilet nox
Semper,& obtenta denſentur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora,diemq; reducit.
Nosq; vbi primus equis oriens afflauit anhelis:
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.
Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo
Poſſumus:hinc meſſisq; diem,tempusq; ſerendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat,quando armatas deducere claſſes:
Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur,& ortus:
Temporibusq; parem diuerſis quatuor annum.

SERVIVS.

¶Maximus anguis.) Quia
ipſe cęteris eſt maior. ¶Hic.)
Pro illic. ¶Circũ perq; duas.)
Et circũ.n.eſt,& p:ná p vtráq;
labitur,maioré cauda tãgens,
aluo complectens minorem.
¶In morem fluminis arctos.
Heſiod⁹ ποταμῷ ῥέοντι ἐοι/
κὼσ. ¶Oceani metuẽtes ęquo
re tingi.)Hoc refert ad fabu/
lam.Nã hæ duę pellices Iuno
nis fuiſſe dicũtur:quas poſtq;
Iuppiter in ſyderum numeꝝ
retulit, Iuno rogauit Tethin
ſuam nutricem,ne vnquã eas
pateretur occidere.Vnde nũc
metuentes dixit.ſ.nutricé Iu/
nonis. Nam reliqua ſigna di/
cuntur omni nocte in Oceano
tingi. ¶Vt perhibent.) Scilicet poetæ:nam in rebus dubijs ſuam
denegant fidé. ¶Intempeſta.) Inactuoſa,alta,denſa,craſſa,qua/
lis eſt intépeſta.Poſſe autem hoc fieri in aliqua parte mundi,vt
pene totum ſibi védicet nox,probat Britannia:quæ lucis diues,
vix quoddã ſpatium noctibus cedit. ¶Obtéta.)Obducta, ¶Diéq;
reducit.) Vt quando diſcedit à nobis,& dies clauditur:tunc illic
fit Aurora. ¶Afflauit anhelis.) Curſu anhelantibus. ¶Sera.) Nocti
vicina. ¶Veſper.) Stella,quæ & Venus & Lucifer dicitur,Nam ve
ſper eo quòd quibuſdam menſibus veſpere: Lucifer autem dici/
tur,quòd quibuſdam mane oriatur. ¶Hinc.) Ideſt ex ratione a/
ſtrologiæ:Et eſt concluſio:Nam hoc dicit, Non ſine cauſa intue
mur ſyderum ortus & occaſus: hinc enim vniuerſa noſcuntur.
¶Tempeſtates.) Varios euẽtus & pericula. ¶Dubio cœlo.) Ideſt
etiã dubio.Et dubio quod nunc proſpera, nunc aduerſa ingerit.
¶Meſſis dié.) Ideſt quando ſit metendi tempus opportunum.
¶Serendi.) Seminandi. ¶Infidum.) Cui nullus poteſt,aut debet
committere fidé,nam ſubito fallit hominem. ¶Marmor.) Mare.
¶Quando armatas deducere claſſes.) Ideſt quando ſit tépus ad
agendum nauale prælium. ¶Tempeſtiuam pinum.)Opportu/
nam,nam tpe importuno cæſę arbores cito termites faciunt,ita
enim ligni vermes vocãtur. ¶Syluis.) In ſyluis. ¶Euertere.)Ex/
cidere. ¶Obitus.)Occaſus. ¶Téporibusq; parem.)De rebus con/
trarijs fecit declamationé,dicendo parem ex diuerſis.Re vera.n.
nihil eſt tam contrarium inter ſe,q̃; æſtas & hyems:& tamen de
his annus efficitur.

PROBVS.

¶Hic.f.ſ.e.a. Circum perq;.d.in.m.fl.arctos.a.o.m.æ.t.) quidã
draconem,cuius ſydus inter duas vrſas,hoc eſt duos ſeptentrio/
nes exiſtimant eſſe echidnam,qui cuſtodierit Heſperidum mala.
Quidam cõſecratũ à Minerua tradũt,quo ſit educatus Erichtho
nius.Arctos aũt ſunt duo ſeptentriones,quos metuere ait æquo/
re tingi,quod nec occidant,nec oriantur. Autumant quidam ex
oceano oriri ſydera:& in hoc eadem occidere,quia ibi viſus no/
ſter deficiat,vbi defecerit orizon,fiat in alio ſic. ¶Aut redit auro/
ra.d.q.r.nosq;.v.p.e.o.a.a.) Illic ſera rubens.a.u.ait.u.aut æter/
nam eſſe noctem in auſtrina frigida regione,quia ibi deficiũt So
lis radij,aut in antoerumene,cum occidat nobis,Sol incipere or
tum aut cum oriatur,ibi occaſum eſſe.

MANCINELLVS.

¶Maximus hic.)Videlicet iuxta polum arcticũ:Anguis de dra/
cone dicit,de quo late Igi.& nos ibi ſuperius.Et lucidus anguis.
¶Per duas arctos.)Mac.lib.ij.docet hoc loco per interpoſitam
eſſe,neq; enim anguis ſyderius arctos ſecat,ſed circum eas,& in/
ter eas voluitur,non per eas. ¶Metuentes ęquo tin.) Scribit Igi
nius quod hoc ſignum,vt plures dixerunt,non occidit,& q vo/
lunt aliqua de cauſa eſſe inſtitutum,negant Tethym Oceani vxo
ré id recipere,cum reliqua ſydera eo pueniant in occaſum,quod
Tethys Iunonis ſit nutrix, cui Caliſto ſuccubuerit,vt pellex,qđ
etiam latius docet Ouid.lib.ij.meta.Reuera tamen non occidit,
qui cum ſuper nos ſit polus arcticus, ſemper à nobis videtur.
¶Æquore tin.) Poetice loquitur,dicunt enim occidentia ſydera
ſubire æquor,& hoc quia ita apparet,cum ſit aliter, Illic ſub po/
Intépe/ lo antarctico,qui ſubeſt nobis. Intempeſta nox:dicta eſt à tem/
ſta nox. peſtate,tempeſtas à tempore. ¶Intempeſta nox.)quo tempore
Contici nil agitur,quod alij concubium appellarunt,ꝙ fere oẽs tunc cu/
nium. barent,alij ab eo quod ſileretur ſilentium noctis. Plau.contici/
nium

nium vocat,vt Var.ſcribit.Re
dit ad illos nobis inferiores
Sole occidente nobis. ¶Au/
rora.)Eſt matutinus ſplendor
ante ſolis ortum,ab eo, quod
ab igne ſolis,vt auro aer aure/
ſcit, qđ Varro docuit. ¶Eqs.) Aurora
Solis, equi phlegon, pyrois,
eous,&,æthon,Solis equi lu/
cis dicuntur quatuor horæ,
hæc rubet, hæc ſplendet, ta/
men hæc calet,illa tepebit,De
his omnibus latius videto no
ſtrum carmé de floribus. ¶Il/
lic ſub pedibus noſtris mané/
tibus. ¶Rubés.v.) Plin.lib.ij. Planeta
ca.xviij.inquit,quòd Saturno rũ color
color eſt candidus, Ioui cla/
rus,Marti igneus,lucifero cã/
dés,veſperi refulgés, Mercu/
rio radians,&c.idé quoq; lib.ij.cap.viij.de Venere ait.Pręueniés
quippe,& ante matutinum exoriés luciferi nomé accipit,vt Sol
alter,contra ab occaſu refulgens nuncupatur veſper,prorogans
lucé vicemve lunæ reddés.Hinc à boreali polo,vbi ſydera ſunt
plurima. ¶Dubio cœlo.)ideſt incerto aeri,mométo.n.turbatur.
¶Meſſisq; dié.) Varro lib.j.cap.50.inqt, meſſis proprio nomine Meſſis.
dicitur in his,quæ metuntur,maxime in fruméto,cum vero eſt
matura ſeges eſt metendum,fieri auté debet,decreſcéte:potiusq;
creſcéte luna, vt idé edocet cap.xxvij dicti lib.& Colu.lib.ij.ca.
xxj.ait,ſed cum matura fuerit ſeges,antequam torreatur vapo/
ribus æſtiui ſyderis,qui ſunt vaſtiſſimi per ortum caniculæ cele/
riter demetaƭ,&c.plura etiam ſcrib.Palladius de méſe Iu.ca.ij.
¶Marmor.)i.æquor,ipſum mare.n.marmor appellãt albas ſpu
mas,& marmoreas manus propter albediné,vñ Ouid.li.ij.me/
ta.de Nai.ait.Nudaq; marmoreis pcuſſit pectora palmis,& Gel.
li.ij.ca.xxvj.ſup illo Ennij verſu:Verrunt extemplo placidę mar
more flauo,ait,quod non videbaƭ ei cœruleum mare,cum mar
more flauo conuenire.Sed cum ita ſit,vt flauus color viridi & al
bo mixtus ſit pulcherrime prorſus ſpumas virentis maris à fla/
uo marmore appellauit,hæc ex illo.Quare certum eſt mare mar
mor dici propter albas ſpumas. ¶Infidum.)hic,Seneca epi.iiij.
inquit,noli huic tranquillitati confidere, momento mare euer/
titur, eodem die vbi luſerunt nauigia ſorbétur. ¶Armatas claſ/
ſes.)ſcrib.Plinius libro.vij.quod claſſe princeps depugnauit Mi
nos, pugnare auté ex equo Theſſali qui Cétauri appellati ſunt
inuenere. ¶Tépeſtiuam pinum.)Cato ca.xvij.inquit,rebus ma
teries vbi ſolſtitium fuerit, ad brumam ſemp tépeſtiua eſt,quæ
materies ſemé habet,cum maturum ſemen habet,tum tempe/
ſtiua eſt, quæ materies ſemé non habet cum globet,tum tempe
ſtiua eſt:eo quia ſemen viride & maturum habet.Macrob.etiam
lib.vj.ſat.meminit. ¶Temporibusq; parem.)Annus æqualiter
in quatuor diuiditur partes ſeu tépora,ſunt autem Ver,æſtas,au
tumnus,hyems,atq; Macrob.inquit lib.vij.Ver deus omnium
fabricator calidum fecit,& humectum.Sicca eſt æſtas & calida,
autũnus ſiccus & frigidus,hyems humida pariter,& frigida eſt.
Varro auté lib.j.ca.viij.ſcri.quod ver dies habet Nonaginta vnũ,
æſtas.Nonaginta quinq;,autumnus Nonaginta vnum, hyems
Nonaginta noué.Quando auté hæc omnia initium habét,vide
ibi,Vere nouo gelidus,&c.

ASCENSIVS.

¶Maximus hic flexa,&c.)Apud polum inqt arcticum eſt,dra/
co ille ſinuoſus,qui trium anguiũ phibetur maximus inter ipſas
videlicet arctos.ſ.vrſas ſed apud polũ antarcticum,aut ſunt ppe
tuę tenebræ,aut potius viciſſitudo lucis vt Sol eo hinc abeat,&
illinc huc redeat.Ex hoc aũt Solis p ſigna tranſitu licet inqt præ/
diſcere tépora opportuna varijs negocijs pagédis,vt non ſine ra
tione iuſſiſſe videatur,nos ortus,& occaſus ſyderum debere in/
ſpicere,& varias anni,qui alteri anno ſimillimus eſt partes. Niſi
omnia adamuſſim dicta comperiſſem prolixior fuiſſem:at nunc
ne ſus (vt aiunt) Mineruam,ordiné tantum poſuero qui talis eſt.
Maximus anguis.ſ.draco dictus labitur hic.i.apud polum arcti/
cum flexu ſinuoſo.i.annuloſo circum,& p.i.inter duas arctos.i.
vrſas,maioré.ſ.& minoré,in morem.i.ſimilitudinem aut modũ
fluminis quod nimirum ſinuoſum ac tortuoſum eſt: vnde lito/
ra peculiari epitheto dicuntur curua & ſinuoſa.Arctos inquam
(dicit poeta) metuentes tingi.i.imbui & lauari æquore.i.plani/

de & æqualitate Oceani.ſ.maris propter offenſam.ſ. Iunonē, vt Ser.docet. Illic.i.apud polum antarcticon & antipodas noſtros aut nox intempeſta.i.tam caliginoſa vt nulli rei faciundę opportuna ſit, ſilet, ſemper tenebræ denſantur nocte obtenta.i.opacitate tenta & obſtruſa, vt perhibent, ſupp.quidam, quaſi dicat, id nō omnino affirmo, aut aurora.i.claritas matutinalis redit, ſup. illuc à nobis, & reducit.ſ.ad nos quem auexerat illuc diem, ideſt lucem diurnam, & vbi.i.quando oriens.ſ.ſol primus.i.vt primū oriens Sol, afflauit equis anhelis, ideſt perfudit afflatu equorum anhelantium, qui quidem quatuor ſunt pyrois huius pyroentis, ideſt ignitus, eous ab aurora dictus, æthos quaſi vrens, & phlegon ardens, de quibus Ouidi.meta.ij. Interea volucres pyrois, eous, & æthon Solis equi, quartuſq; phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent &c. veſper rubens oſtēdit illic.i.apud antipodas ſera lumina.i.crepuſcula, & vltimam diei lucem. Nos poſſumus prædiſcere hinc.i.ex harum rerum cognitione tempeſtates.i.qualitates futuras temporum.pluuias, & ſerenitatē cœlo.ſ.exiſtente dubio, ideſt incerto, & nondum indicante, quæ futura ſit tempeſtas, quia ſerenitatem ſæpe ſubita ſequitur tempeſtas (vnde Æneī.v. heu nimium cœlo confiſe ſereno &c.) & nos poſſumus prædiſcere hinc diem.i.tempus meſſis quæ prior eſt in intentione & tempus ſerendi, quod prius eſt in executione niſi ad diuerſa retuleris, vt ſit dies meſſis ex ſatione pręterita & tēpus ſationis futuræ. Et licet prædiſcere hinc quando conueniat, ideſt opportunū ſit impellere remis, ideſt diuerberare, marmor ideſt mare (vt & quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore &c.) infidum, ideſt nulli ſeruanti fidem, hoc eſt periculoſum, & quando conueniat, deducere ſcilicet à litore in altum, vnde quia deducere ſępe eſt deorſum ducere potius diducere legam claſſes armatas, ideſt naues à ligno aut ſonitu dictas, aut ordines armatorum in nauibus exiſtentes, aut euertere.ſ.incidendo in ſyluis pinum tempeſtiuam, ideſt eo tempore cædendam, nec ideſt & nō, & nos ſpeculamur fruſtra, ideſt ſine vtilitate obitus, ideſt occaſus & ortus ſignorum & annum parem, ideſt vniformē aut quātum ad formam totalem aut alteri anno, quatuor diuerſis temporibus, ideſt ex quatuor diuerſis temporibus conſtantem, vere.ſ.æſtate autumno & hyeme. Sed ſi ver & autumnus in tēpore conueniunt, differunt tamen quia illud ornat arbores & arua floribus frondibus herbis & ſegetibus, hic ſpoliat.

PIERIVS.

Denſantur nocte.) In Romano codi.in Medi.& aliquot alijs. Denſentur à denſeo ſes. Prædiſcere.) In Romano codice. Prædicere, quod non probatur. Meſſiſq; diem tempuſq; ſerendi.) Quamuis Ser.diem meſſis agnoſcere videatur, & exemplaria pleraq; vetera eodē exemplo, cum vulgatis legant, Meſſiſq; diem. Non tamen prætereundum fuit, quod in Mediceo codi. ſcriptum legi, Menſiſq; dies, quippe bonos, aut malos: cuius rei cognitio inter Agriculturæ præcæpta locum obtinet ſuum. Et Heſiodus partem eam tanti fecit vt opus ἔργα καὶ ἡμέρας inſcripſerit, neq; Vir.eandem partē diſſimulauit, tam & ſi aliquanto breuius rem attigerit. Sane vero in Daphnide codex idē Mediceus eo verſu. Ante focū, ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbra. Menſis, ſcriptum habuit, quod modo emendatum eſt, vbi dubio ꝓcul Meſſis, eſſe debet. Quare errorem huiuſmodi ex antiquo ſcribēdi modo crediderim emanaſſe ꝙ Sicilicon geminandæ conſonantis ſignum ſoliti eſſent veteres apponere, quæ nota fuerit ab imperitis loco, n, literæ deinde accæpta, vt ita multa alibi. Aut tempeſtiuam in ſyluis euertere pinum.) In Mediceo codice & aliquot alijs antiquis abſque præpoſitione in, legere eſt Tempeſtiuam ſyluis, quod Virgilianæ phraſi propius eſt.

Frigidus agricolam ſiquando continet imber:
Multa, forent quæ mox cœlo properanda ſereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem: cauat arbore lintres:
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit aceruis.
Exacuunt alij vallos, furcaſq; bicornes,
Atq; amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga:
Nunc torrete igni fruges: nunc frangite ſaxo.
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus,
Fas & iura ſinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſæpem:
Inſidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli,
Vilibus, aut onerat pomis; lapidemq; reuertens
Incuſum, aut atræ maſſam picis vrbe reportat.

SERVIVS.

Agricolam continet.) Vt nō poſſit propter frigus & imbrem, agriculturam exercere. Continet.) autem, Detinet & impedit. Multa, forent q̄ mox cœlo properanda ſereno, maturare datur.) Ordo eſt, Multa datur maturare, q̄ forent properanda ſereno cœlo, ideſt in ſerenitate. Nam male quidam. Forent.) præſentis temporis eſſe volunt: vt ſit ſenſus. Multa ſunt quę maturare datur, mox cœlo ſereno properanda, ideſt in vſum ſereni cœli. Quod non eſt idoneū, licet re vera. Fore.) tantum ſemper futuri temporis ſit, nam foret, & præteritum & pręſens & futurum complectitur. Salluſtius: Ni virtus fideſq; veſtra ſpectata mihi foret: id eſſet. Ordo eſt, Multa maturare datur, & diligenter facere: quæ ſi velis cœlo ſereno ꝓperanter facere, non diligenter poteris facere, dum feſtinas: & tardius ad laborem redibis. Oportet ergo vt dum domi reſides, ea quæ tibi præparare potes, & neceſſaria vides, parare ſtudeas: vt cum fuerit ſerenitas data, ſtatim ad laborem prodeas. Procudit.) Cudendo extenuat. Vomeris obtuſi dentē.) Antiqui tamen n, addebant, quod nos ꝓpter euphoniam in aliquibus detraximus, vt obtuſus: in aliquibus remanſit, vt tunſus. Obtuſi autem, reuerberati, & acumine carentis. Dentē.) Acumen. Arbore.) De arbore. Lintres.) Fluuiales nauiculas. Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit aceruis.) Ideſt facit aut characteres, quibus pecora ſignantur: aut teſſeras quibus frumentorum numerus deſignatur, nam numeros pro literis poſuit, quibus numeri continentur. Amerina retinacula.) Virgas de quibus vites religantur, quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana facit Cicero mentionem. Lentæ.) Flexibili. Hic computat ea quæ quilibet domi poteſt facere, dum ab agricultura pluuijs impeditur, aut nimium frigus terram conſtringit, cuncta enim vtilia ſunt humano vſui quæ hic dicit, & quouis tempore poſſunt fieri. Exacuunt.) Repurgant & reformant in altitudinem priſtinam. Vallos.) Foſſas, & muros de terra factos & glebis, q fiunt in circuitu cohortium & vinearum: aut quibus aquæ ducūtur de locis aquoſis. Bicornes.) Duorum cornuum. Facilis fiſcina.) Leuis ad faciēdum. Rubea virga.) Quæ abundat circa Rubos Italiæ oppidum. Horatius, Inde Rubos feſſi peruenimus. Ideſt ea virga quæ apud Rubos plurima naſcitur. Nunc torrete igni fruges.) Siccate. Frangite ſaxo.) Hyſteron proteron: tanquam dicat. Torrete.) igni coquite panes: & poſtea in ferat frangite ſaxo. cum prius ſit frumentum molere, & deinde factos panes coquere. Sed recte & ordinate dixit. Nam torrete fruges.) nō de coquendis panibus, ſed de ſiccandis frugibus dixit: quod ſit primum, & poſtea ſiccatæ fruges moluntur. Et præcipit parandum eſſe panem, quo vtendum ſit ſereno cœlo, ne ea res tunc ſit impedimēto. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.) Non mirum eſt ruſticum aliqua facere debere per pluuias, cum ſint quædam quæ facere poſſit etiam feſtis diebus. Fas & iura ſinunt.) Diuina humanaq; iura permittunt. Nam fas ad religionem, iura pertinent ad homines. Riuos deducere nulla Relligio vetuit: ſegeti prætendere ſepem, Inſidias auibus moliri incendere vepres. Deducere.) Ideſt ſiccare. Nam irrigare inducere eſt. vt, Deinde ſatis fluuium inducit. Sane ſciendum ſecundum Varronem contra religionem eſſe, vel ſi irrigentur agri, vel lauentur animalia feſtis diebus. Nymphæ enim ſine piaculo non poſſunt moueri. Sed ſcimus neceſſitati religionem cedere: Vnde perite Virgilius ait, Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.) Ideſt ſalutifero. Nam dicturus eſt in tertio ſcabie tentari animalia, niſi lauentur. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locū, quia. Deducere.) vt diximus ſignificat ſiccare. Vetuit.) Prohibuit. Prætēdere ſepem.) Circundare, & opponere. Et ſubaudi nulla religio vetuit. Inſidias auibus moliri.) Ideſt aucupia facere. Incendere vepres.) Hoc etiā ſicut & priora licet feſtis diebus agere. Balantumq; gregē.) Ideſt ouium. Merſare.) Frequēter mergere, ꝓpter

pter ſcabiem.⸿ Coſtas aſelli.) Aut re vera coſtas, aut clitellas, vt Horatius, Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.⸿ Agitator.) Verberator, Dictus ab agendo.⸿ Vilibus pomis.) Abundantibus, quia vulgo naſcuntur, vt Vilem'q; faſellum.⸿ Lapidem incuſum.) Manualem molam cudendo aſperatam.⸿ Maſſam picis vrbe reportat.) Aut qui oleũ vel poma portauerat ad vrbẽ: aut certe ideo.⸿ Reportat.) quia pix in agris naſcitur, & in vrbe diſtracta, in agrum à pleriſq; reportatur.

MANCINELLVS.

¶ Frigidus agricolam.) Docebit iam agenda agricolis imbri cadente. Cato etiam.c.xxxix.ait, vbi tempeſtates malę erunt cum opus fieri non poterit, ſtercus de ſterquilinio egerito, bubile, ouile, cortem, & villam bene purgato, &c.⸿ Mox.) ideſt ſtatim, vel deinde, nam & poſt legitur in antiquis.⸿ Maturare.) id ſignificat cum modo ſtudium adhibere feſtinum: authore Nonio, & Gel. libro.ix.ca.xj.ait, ꝙ Publius Nigidius, Maturare inquit eſt, quod neque citius eſt neq; ſerius, ſed medium quiddam, & temperatum eſt. Ac iam quod non ſegnius, ſed quod feſtinantius fit, id fieri mature dicitur, hæc & plura Gel. & Macro.lib.vj.⸿ Procudit.) cudendo extenuat.⸿ Obtuſis.) ſeu hebetis.⸿ Lintres.) Linter genus eſt dolij ruſticani, vt oſtendit Cato priſcus, ſed hic pro naui accipi pōt, de qua Feſtus ait. Nauia lignum cauatum, vt nauis, quo in vindemijs vti ſolẽt. Marcellus vero ait, lintres naues fluuiales. Virg.lib.j.Georg. Cauat arbore lintres. De nauia magis placet, vel de dolio ruſticano, vt patuit.⸿ Aut pecori ſignũ.) Colu.lib.xij.c.j.loquens de Ianuario circa finem ipſius ait, His etiã diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudum nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Idem quoq; loquens de fine Aprilis ait, Eodem tempore fœtus fœcundi pecoris ſignari oportet.⸿ Numeros impreſſit acer.) numerus eſt multitudo ex vnitatibus conſtituta, ſolent autem agricolæ modiorum numeros aceruis ipſis frumentorum imprimere, ideſt deſignare, vel manu, vel baculo aliquo illos imprimendo.⸿ Vallos.) palos.⸿ Amerina retinacula.) Ameria. vt Strab. ait lib.v. vrbs eſt in vmbria, retinacula autem intellige ſalices. Colu. enim lib.v. de ſaliceto ſic ait. Amerina ſalix gracilem virgam, & rutilam gerit Meminit item Plin.lib.xvj.ca.lij.⸿ Rubea vir.) Acro. Hor. lib.j. ſermonum: inde rubos feſſi peruenimus, docet Rubos eſſe Italiæ vrbem, afferens quoq; hunc Virg. locum. Ego tamen de virgulto ſanguineo intelligo, poteſt etiã de rubo ipſo intelligi.⸿ Fiſcina.) à ferendo dicta, ea enim comportantur fructus ac res neceſſariæ Varro teſtis.⸿ Nunc frangi.) Prouerbiũ dum pluit, molendum eſſe.⸿ Etiam feſtis.) Colu.lib.ij.ca.vlti.ait quòd pontifices negant ſegetẽ ferijs ſepiri debere. Vetant quoq; lanarum cauſa lauari, oues, niſi propter medicinam. Virgi. quòd liceat ferijs flumine abluere gregem præcæpit, & iccirco adijcit fluuio merſare ſalubri. Sunt enim vitia quorum cauſa pecus vtile ſit lauare. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit. Far pinſere, faces incidere, candelas ſeruare, vineam conductam colere, piſcinas, lacus: foſſas veteres tergere & purgare, ſtercora æquare, caſeum facere, &c.⸿ Fas & iura.) Fas à fando dicitur authore Feſto, fas ad religionem, iura pertinẽt ad homines, fas igitur, & iura ſinunt.i.diuina, humana'q; iura permittunt, nam fas lex diuina eſt, ius lex humana.⸿ Riuos deducere.) i. attenuare, vel detergere, teſte Macro.li.ſat.iij. Nam feſtis diebus, riuos veteres ſordidatos detergere licet, nouos fodere non licet. Et Pli.xviij.inquit humiliorẽ agrũ foſſione concidi atq; ſiccari vtiliſſimum eſt, foſſas aũt retuſis locis apertas relinquit.⸿ Religio.) eſt deorum cultura, vt Nonius inquit, religio itẽ metus vel ſollicitudo: legito autẽ plura in Gel.lib.iiij.ca.ix. & in Macro.lib.ij. Sepẽ. de ſeptis, & ſepibus multa Varro.lib.j.ca.xiiij.&.xv.⸿ Inſidias.) Inſidere eſt doloſe aliquẽ expectare, vñ & inſidiæ nominatæ ſunt. Virgi. lib.xj. Et ſyluis inſedit iniquis.⸿ Vepres.) Spinas, Fluuio merſare ſalubri. id iam patuit per Columellam. Sed Macro. ẽt lib.ij. id quoq; declarat dicẽs, cauetur.n. iure pōtificio, vt quoniam oues duabus ex cauſis ſolent lauari, aut vt curetur ſcabies, aut purgetur lana. Feſtis diebus purgandæ lanæ gratia oues lauari non liceat: liceat aũt ſi curatione ſcabies abluẽda ſit, ideo hoc inter conceſſa numerauit. Balantum'q; gregẽ &c.⸿ Coſtas.) dorſum.⸿ Agitator.) ductor agaſo aliter.⸿ Incuſum.) cudere à cudẽdo dictũ, vt ait Feſtus, inde fit incudo incudi vel incuſi incuſum ꝑ ſimplex ſ, quod latius in ſpica oſtẽdi.⸿ Maſſam picis.) Colu.lib.xiij. ſcribit picẽ ruſticos operari, & in vaſis, & in vinis condiẽdis, ſed plura Plin.lib.xiiij.ca.xxiiij.

Maturare. Linter. Nauia. Nũerus Ameria Fas. Ius. Religio Inſiderẽ Inſidię. Cudõ. Incudo

ASCENSIVS.

¶ Frigidus agricolam &c.) Docet quid agẽdum agricolis domi interea dum ꝑ cœli ſæuitiam in agro laborare non ꝑmittuntur, dicẽs ſolertẽ agricolam pluuia impediẽte agro ſecluſum poſſe domi multa mature.i.neq; ſerius neq; citius quàm decet ſed cũ quodam tẽperamẽto agere, quæ forẽt paulo poſt properanda in ipſa ſerenitate. Nam & ferrũ vomeris obtuſum frequẽti, aut longo vſu acuere pōt, aut lintres cauare in vſum porcorum, aut pecus ſignare & aceruos, aut vallos, & furcas acuere, aut fiſcellam texere ac corbes, aut fruges deſiccare & molere. ¶ Ordo eſt. Si imber frigidus quia frigere hoc eſt ceſſare ab opere faciẽs, aut quia cum frigore cadẽs, aut quia nociuus: aut propter hæc omnia, continet, ſcilicet domi & intra tectum: agricolam, ideſt colonum: datur, ideſt conceditur ſupp. ei maturare, ideſt mature & ſine feſtina agitatione facere multa quæ forent, ideſt eſſent properanda.i.feſtinanter tranſigenda mox, ideſt paulo poſt cœlo ſupp. exiſtente ſereno, quia arator, ideſt is cui arandum paulo poſt eſt, procudit, ideſt prius cudit & acuit, dentẽ durum, ideſt partẽ anteriorẽ quæ mordet vt dens, cui inſigitur vomeris obtuſi, ſcilicet ex opera longa, & ſupp. alius, cauat, ideſt cauando facit lintres, ideſt eſcaria ſuum aut nauias vindemiatorum arbore.i. ex arbore vt piro aut alno: aut impreſſit pecori, ſcilicet ouiũ ſignum, ideſt characterẽ & notam aut aceruis numerum, ſcilicet modiorum vt prouẽtus rationẽ facere poſſit. Alij, ſcilicet quibus ſtudium eſt vindemiarum, exacuunt vallos, ideſt palos hoc eſt ſtipites ad quos vites alligantur, aut furcas bicornes, ideſt bina cornua habẽtes, ad ſuſtinendas perticas, atq; parant viti lentæ.i. debili quæ ſeſe ſuſtinere nequiret retinacula amerina, ideſt ligaturas ſalignas quales ſunt iuxta Ameriam vrbẽ vmbrorum plurimæ, ijs aũt alligantur vites ad palos aut ornos. Nunc, ideſt aliquando fiſcina, ideſt vas Vimineum quo res feruntur cuius diminutiuum eſt fiſcella texatur, ſcilicet ab ruſticis (quod verbum malim frequẽtatiuum cẽſere & indicatiuum: quàm primitiuum & imperatiuum aut optatiuum ne modum mutet cum dicit, parãt & texatur) texatur inquam virga rubea aut rubri coloris aut qualis frequẽs eſt apud rubos vrbẽ Italiæ in campania videlicet quod libẽtius dixero cum Acrone, quia amerina retinacula dixerat, vt vtrunq; epithetum patrium ſit, & ò agricolæ: torrete, ideſt deſiccate nunc, ideſt aliquando fruges igni, & frangite nunc, ideſt aliquando ſaxo, ideſt mollite, licet enim quippe, ideſt quia certe fas.i.ꝑmiſſio diuina, & iura, ſcilicet humana, ſinunt.i. permittunt, exercere quædam etiam feſtis diebus. Nam nulla religio vetuit.i. prohibuit deducere, ideſt detergere potius quàm ducere in agros aut prata: riuos, ſcilicet amnium aut fontium & prætẽdere.i. ad munimentum contra beſtias tẽdere: ſepẽ & moliri auibus inſidias, & incẽdere vepres & merſare, ideſt frequẽter immergere fluuio ſalubri.i.ſalutẽ & incolumitatẽ afferenti: gregẽ balantum, ſcilicet ouium, & agitator.i. impulſor tardi aſelli onerat ſæpe coſtas tardi aſelli oleo quod ſcilicet venum fert, aut pomis vilibus.i. paruo conſtantibus. Et ideo non eſt commodum ea profeſtis inuehere: dum alijs operam nauare poſſet, & ipſe reuertẽs, ſcilicet ex vrbe reportat lapidẽ incuſum.i. cudẽdo inciſum quo vtuntur in molẽdis frugibus. Aut portat maſſam atræ picis.ſ. ad picanda vaſa & ad alios vſus, de quibus Beroaldus Seruium notans ita dicit. Poeta ſignificare volẽs vſum picis agricolis eſſe neceſſarium, dixit picẽ eos ſolitos in vrbe mercari & ex vrbe in agrum reportare aſello dorſuario, non aũt vt exponit Ser. agricolas picẽ in vrbẽ deferre venalẽ, & reportare non vẽditã. Nam ſi aduertiſſet diligẽtius Seruius conſuetudinẽ priſcorum agricolarum qui pice ad res q̃plurimas vtebantur, dixiſſet profecto ſecus: ſñiam'q; mutaſſet. Namq; priſci vtebantur in villa pice potiſſimum ad vina condiẽda, vt author eſt Plinius ſcribẽs in.xiiij. pice, ac reſina condire muſta vulgare eſt, & ab eodẽ, ratio traditur condiẽdi muſta aſperſa picis vt odor vino contingat, & ſaporis acumina Columella & Palladius picẽ ad vaſa picanda, & quãplurimis in rebus vtiliſſimam eẽ tradiderũt. Porcius Cato admonet agricolas, vt vaſa habeant bñ picata, vñ impicare, & oppicare, quod ſignificat pice linere verba deriuantur, quibus ſcriptores rei ruſticę frequẽter vtuntur, hæc & id genus alia in expoſitione Maroniani verſus ab erudito interprete fuerant referẽda, cum illa Seruij enarratio nec poeta nec commẽtatore digna ſit. Hæc ille.

Beroal.

PIERIVS.

¶ Exacuunt alij vallos.) Foſſas & Muros de terra factos exponit Seruius: at q neq; hæc acuunť, neq; ꝑ imbres fieri poſſunt, tu palos ſiue ſudes, quorum plurimum in agris vſus, præparari intelligas.⸿ Nunc frangite ſaxo.) In Ro. co. ſaxis: eſt. Sed vnitatis numero melius, quod in reliquis codicibus habetur.

Ipſa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum: quintam fuge, pallidus Orcus,
Eumenideſq; ſatæ, tum partu terra nefando
Coeumq́;, Iapetumq́; creat, ſæuumq́; Typhoea,
Et coniuratos cœlum reſcindere fratres,
Ter ſunt conati imponere Pelio oſſam,
Scilicet atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum,
Ter pater extructos diſiecit fulmine montes,
Septima poſt decimam felix, & ponere vites,
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
Addere, nona fugæ melior, contraria furtis.

SERVIVS.

¶ Ipſa dies alios.) Pleniſſime de lunæ diebus oibus expreſſit Heſiodus, ἤματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένοσ εὖ κατὰ μοῖραν, πεφραδέμεν δμώεσσι, τριηκάδα μηνὸσ ἀρίστην ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠ δ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι. quam rē iſte ꝑlibat breuiter. ¶ Alio ordine.) Hoc eſt, non oēs dies facit ęquales: ſed diuerſi ordinis & modi, cū ipſa ſit vna & eadē. ¶ Felices operū.) Quibus feliciter poſſunt opa exerceri, vel ad opera ſumenda: vel certe. ¶ Felices.) aptos felicibus operibus. ¶ Quintam fuge.) Vt quinta luna nullius operis initiū ſumas. Dicitur autē hic numerus Mineruæ eſſe conſecratus, quā ſterilem eſſe conſtat. Vnde etiam omnia ſterilia quinta luna naſci dicuntur: vt Orcus, Furiæ, Gigantes. ¶ Pallidus.) Quia pollidos facit. ¶ Orcus.) Pluton, deus inferni. ¶ Eumenides.) Vt ſæpe diximus, κατὰ εὐφημισμὸν, Eumenides vocantur. ¶ Nefando.) Sacrilego. ¶ Cœum.) Nomina ſunt Gigantum, per Cœum autem & Iapetum & Typhoeum, omnes gigantes intelliguntur: quos quinta luna dicit eſſe natos. ¶ Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.) Othum & Ephialtem dicit, qui fuerunt filij Neptuni, & nouem digitis ſingulis creſcebant menſibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt euertere: ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis & Dianæ. ¶ Pelio oſſam.) Monti Theſſaliæ. Pelio, ò lōga eſt, ſed fit breuis ſequente vocali. vt, ſub Ilio alto. ¶ Oſſam.) Alium montē Thraciæ. ¶ Olympum.) Tertium montē Macedoniæ: & tertium quaſi maiorem inuoluere ait. ¶ Pater.) Iupiter. ¶ Diſiecit.) Deiecit. ¶ Septima poſt decimam felix.) Aut ſeptimam decimam dicit, aut hoc dicit, Felix quidem eſt ſeptima, ſed felicior decima: vt primum locum decimæ tribuat, quæ ſit valde felix, ſecundum ſeptimæ, quæ poſt decimæ felicitatem ſit ſecunda: vt ea nulla ſit felicior, excepta decima. Aut certe ſicut quidam volunt, quartamdecimam dicit vt felix ſit ſeptima duplicata, ideſt cuius numerus poſt decimam inuenitur: quo die re vera melius vites ponimus. ¶ Domitare boues.) Inſtruere, quo modo poſſint ferre laborem arandi: & ſciant ad iugum pariter incedere. ¶ Nona fugæ melior, contraria furtis.) Non vt quibuſdam imperitis videtur, Virgilius aut fugam ſeruis ſuadet, aut eis indicat dies quibus ſe à rapinis abſtineant. Nam & fugam de profectione & curſu legimus: vt, Simul arua fuga, ſimul æquora verrunt. vnde velocem equum fugacē dicimus: & fuga poteſt etiam honeſta eſſe, vt ſi quis hoſtem, ſi quis imminentem tyrannum, ſi quis ſæuum iudicem fugiat. Contraria autem furtis illuc ſpectat, vt domino ſit ſpes inueniendi quod amiſerit, & ſeruus rapere aliquid auſugiens formidet.

PROBVS.

¶ Pelion & oſſam.) Montes Tſſeſſaliæ.

MANCINELLVS.

¶ Luna.) Plin. lib. xviij. cap. xlvij. ait, quòd Virg. etiam in numeros lunæ quædam dirigēda putauit, Democriti ſequutus oſtentationē. Multa etiam Varro de lunaribus diebus lib. j. ca. xxxvij. ¶ Quintam fuge.) veteri ſuperſtitione creditum eſt, quicquid. v. luna naſceretur ſterile, atq; damnoſum fore, infantéq; tūc natū iuuenem moriturum. Heſiodus quoq; de diebus ſic ait. Sit tibi præterea ſeries ſeruanda dierum. Ab Ioue natæ omnes, ſunt ab Ioue tempora nata, vltima mēſis erit, nullo exercenda labore. Hac genio vtendum, illa oēs feſta per vrbes. Ducitur illa forum, claudit neq; iure reſoluit. Prima dies ſacra eſt, & quarta, & ſeptima prima. Natus Apollo die radiantia lumina fudit. Luce domū quarta felix ducēda ſit vxor. Omine captato ſunt omnia proſpera rebus. Et licet incuruam trabibus componere nauim. Et quintas fuge, nanq; illarum pallidus orcus. Tū diræ Eumenidum facies toto orbe vagantes, Caſtigant ſiqua in terris piuria falſum. Affirmant, quæ lis alterna agitata creauit. Sexta dies triſtē oſtendit mulieribus ortum, Læta viris, multiq́; etiam naſcuntur in illa. Quis mala mens, fallax animus, fallacia verba. Et qui cōcubia exercent arcana per artē. Hac ouibus fœtus licitum caſtrare, vel hœdos. Et licet infixa pecudes circundare mādra. Scindimus octaua forti genitalia tauro. Caſtramuſq; ſues, felix eſt ponere plantas. Nona viros gigni, vel amica ſorte puellas. Luce viris decima, fauſtos quoque credimus ortus. Vnaq; poſt decimam felix

lix incidere vites. Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem. Hoc curat biſſexta etiam felicior illa. Stamina, & ex alto tenuiſſima torquet arachne. Ingentem accumulant formicę farris aceruum. Et iuuat arguto percutere pectine telas. Tūc quoq; ſylueſtres licitum caſtrare iuuēcos. Tertia poſt decimam plātaribus optima ſurgit. Spargere ſemen humi, pallet, contraria ſemper. Quartaq; poſt decimam, mulierū ꝓſpera natu. Sextaq; poſt decimam plantaribus inuida ſurgit, Septima poſt decimam Cereris terat ordea ſacræ. Ingentemq; licet ferro diſcindere ſyluam. Ac varias aptare trabes, quibus ardua tecta Moliri, aut ſtructam poſſis agitare carinam. ¶ Orcus.) Ideſt Pluto. ait enim Cice. in Orcus.
Verri. vt alter orcus Veniſſe Æthnam & non Proſerpinam, ſed ipſam Cererē rapuiſſe videatur. Sunt qui velint orcum dictum ex eo, quòd dij iurabant per ſtygē. Eſt enim orcos iuſiurandum: Epimenides.
& orcoo ad iuſiurandum voco. Eſt orcus etiam apud Home. lib. ij. iliad. Theſſaliæ fluuius, qui Peneum olei inſtar ſupernatat, ſed vñ dictæ.
breui ſpacio portatum abdicat pœnales aquas, diriſq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſat author Plin. lib. iiij. cap. ix. Eumenides dicuntur per antiphraſim Alecto, Tiſiphone, Megera, ab eu, & mane quod vtrūq; bonum ſignificat, cum ipſæ omni bono careant, ſunt qui mites interpretentur. Earum nomina in carmine de floribus ſum interpretatus, fuere autem Noctis filię ſecundum Maronem. ¶ Tum partu.) Titanus cœli filius vxorem habuit Terram, ex qua plures ſuſcæpit filios, cum quibus aduerſus Iouem, deoſq; reliquos bellum habuit, eiſq; cœlum conantes eripere montes montibus ſuperimpoſuerunt, demum à dijs cęſi, & fulmine interempti ſunt. Ex eorum poſtea ſanguine & terra nati ſunt gygantes, qui etiam bellum mouere Ioui, vt patres fecerant, atque eos adeo terruere, vt in Ægyptum vſque formis mutatis fugarent, habuereq; pedes anguineos. Sed de gygantum hiſtoria Macrob. lib. j. ſatur. legito. Et Strab. libro. v. de campo phlegræo meminit. ¶ Cœum.) is Titanis, terræq; filius Latonæ pater extitit, vt aſſerit Ouid. lib. vj. ¶ Iapetum.) in antiquis textibus Iapetū & Iapitum legi. ¶ Typhoea.) Typhon, vel Typhoeus trium ſyllabarum, cum, eu, diphthongo in fine, & non cum oe, diuiſa, vel coniuncta, Gigas fuit, de quo Seneca in Octauia, non tam ferum typhona, neglecto Ioue, irata tellus edidit quondam parens, hunc dicit Lact. Iouem prouocaſſe de regno, hinc ab irato Ioue fulminatum, & teſte Ouid. li. v. meta. Siciliæ ſuppoſitus eſt. Typhos autē ſuperbia dicitur, Typho incēdo. Typhoomæ inaniter iacto ſupbia. ¶ Fratres.) Oethū & Ephialtem intelligit, qui fuere Neptuni filij ex Iamphimedia vxore Aloei filij Titanis & Terræ. Hinc Aloeidæ dicti Virgi. libro ſexto Æneid. Hinc & aloeidas geminos immania vidi, Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum, Aggreſſi, ſuperiſq; Iouem detrudere regnis. Hi vt aiunt, nouem digitis, menſe quoq; excreſcebant. Dicit autem Homerus ijs ideo tam magnum incrementum fuiſſe, eo ꝙ à terra nutrirentur eoſq; non amplius nouem annis vixiſſe, & eorum deſignans magnitudinem dicit, nouem brachiorum amplitudinem habuiſſe, longitudinē vero nouem paſſuum, vt aiunt. ¶ Pelio.) Pelion, Oſſa & Olympus Theſſaliæ mōtes ſunt, vt Solinus etiam edocet. ¶ Conati.) in hoc verſu bis non fit ſynalœpha.

ASCENSIVS.

¶ Ipſa dies &c.) Ex ſuperſtitione veterum quam Heſiodus exactius deſcripſit docet quoſdam dies ex reſpectu lunæ, & potiſſimum dum luna eſt quinta, alios felices, ſed infelicitatem poeticis figmētis probat vt poeticum & fictitium innuat. ¶ Ordo eſt. Ipſa luna quę. ſ. dominatur multis terrenis dedit alios dies felices operum. i. in operibus perficiendis: alio. i. diuerſo ordine, hoc eſt ſecundum diuerſum ordinem & numerum facit diuerſitatē felicitatis ac infelicitatis. Fuge igitur quintam ſupp. lunam, quia ſupp. orcus. i. inferus ab vrgendo dictus quaſi vrgens: pallidus, quia vmbrarum dominus & Eumenides, ideſt furiæ infernales. ſatæ ſupp. ſunt tum. i. tunc. ſ. luna quinta, & terra creat. i. procreauit (niſi hoc dicit, quia eadē eſt malignitas qua olim crearat, vt quinta luna quaſi ſemper procreare videatur) creat inquam partu nefando. i. deteſtādo, Cœum, Iapetum & Typhoea, ſęuum. i.

immitem

immitem & impium, hoc eſt gigantes illos, & fratres. ſ. Oethum & Ephialtē coniuratos. i. qui coniurauerant reſcinderere. i. reſecare, & ſcindēdo diſrumpere cœlum (& quidem tempore gigāteo vide commentarios. Subaudi qui, nam Virgilius ſæpe relatiuum ſubticet, vt primo Æneī. dicit enim ter, Vrbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni, ſubaudi quā. Eſt in ſeceſſu longo, locus, inſula portum. Efficit obiectu laterum. Eſt locus heſperiam graij cognomine dicūt, ſubaudi quem vel quam.) Qui. ſ. fratres gigātes ſunt conati ter imponere pelio, ideſt illi monti Theſſaliæ oſſam. i. alium montem non longe diſtantem, atq; inuoluere. i. voluendo ſuper ingerere Oſſæ. ſ. Pelio iam impoſitæ, Olympum. i. mōtem illum in confinibus Theſſaliæ, frondoſum, quia arboribus conſitum, ſed pater. ſ. Iuppiter, diſiecit, ideſt proſtrauit fulmine ter. ſ. toties quoties conſtruxerant, montes extructos, ideſt extra alios in altum accumulatos vt cœlum pertingerent, innuit ergo monſtra immania quinta luna naſci. Septima ſup. luna felix eſt poſt decimam. i. proxime ad decimam quæ felicior adhuc eſt, aut ſeptima poſt decimam. i. decima ſeptima eſt felix. i. opportuna, &. i. ſimul ponere. i. ad ponendas vites, & domitare boues prēſos. i. captos pro eo ꝙ eſt prehēſos & addere telæ licia Noua. ſ. luna eſt melior i. opportunior fugę. ſ. faciendæ, & eſt contraria furtis, quia facit cum furto deprehendi, quæ ſuperſtitioſa ſunt, ſed poetarum eſt etiam ruſticis credita interdum inſerere, vt Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles, hiberni &c.

PIERIVS.

¶ Pallidus orcus.) Scribēdum orchus, ex aliquot antiq. codicibus, & ex Valerij Probi p̄cępto. Qui tria noīa latina poſt C. aſpirationē recipere tradit. Lurcho pulcher. & orchus, & ita antiqores ſcripſiſſe teſtatur. ¶ Extructos diſiecit ful. montes.) In Roma. codice legere eſt. Deciecit, extructi enim erant montes, ita inferius, aut alta ceraunia telo Deicit. Maiorem tamen vim, & validiorē impetum oſtendit verbū diſiecit, vt excuſſos eos alio aliū dicat. ¶ Septima poſt decimā felix.) in ant. cod. legere eſt, Septuma poſt decumam hmōi pleraq;. Sed non ab re fuerit locum hic apertius explicare, vt finis iam ſtatuatur eoꝝ ſollicitudini qui tā anxie quærunt, vtrum Virg. eam intellexerit lunam, quæ iam in decrementum abit, an quid aliud ſibi voluerit. Sane vero ſeptimam ſeparatim à decima intelligere monemur Heſiodi carmine. Quem Virgi. imitatur. Ait enim ille καὶ ἑβδομὸν ἱερὸν ἦμαρ. Quartamdecimam vero idē domandis Bubus & curandis canibus & mulis aptam dicit. ¶ Felix & ponere vites.) In Longobardi. felix eſt ponere vites. Græcanica figura, qua ſæpe Virgilius & Horatius vtunt. Sed prior lectio magis placet, quia omnino verbum eſt ſubintelligitur, & ea lectio in Longobardico aliena manu contaminata eſt.



Multa adeo melius gelida ſe nocte dedere:
Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.
Nocte leues ſtipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat: ferroq; faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
Aguto coniux percurrit pectine telas:
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem:
Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni.

SERVIVS.

¶ Adeo.) Valde. Terentius, Adoleſcentem adeo nobilem. ¶ Melius ſe nocte dedere.) per noctem melius noſtro obſequuntur labori. Nocte autem non eſt aduerbium, ſed nomē ablatiuiq; caſus, adeo vt ei Horatius iunxerit præpoſitionem: vt, Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones. nā aduerbium Noctu facit, ſicut Diu Salluſtius, Diu noctuq; laborare, feſtinare. ¶ Sole nouo.) Oriente die, & Sole adhuc recenti, necdum feruenti. ¶ Irrorat.) Illuſtrat. Aut ſimpliciter irrorat. matutino enim tēpore ros cadit. Et dicit hoc loco, & die & noctu inſiſtendum labori. ¶ Eous.) Ideſt Lucifer: de quo etiam Cinna in Smyrna ſic ait, Te matutinus flentē conſpexit Eous. Et flentem paulo vidit poſt Heſperus idem. ¶ Arida prata.) Iam matura. ¶ Tondentur.) Secantur. ¶ Nocteis.) Accuſatiuus pluralis. ¶ Non deficit.) Non deſerit. Vnde & qui deſerunt exercitum ad hoſtes tranſeuntes, defectores vocantur. ¶ Seros

ignes.)Nocturnos. ¶Faces inſpicat.) Incidit ad ſpici & ariſtarũ imaginem. ¶Arguto.) Sonoro,ſtridulo. ¶Aut dulcis muſti.) Vulcano decoquit humorem. Hypermetrus verſus eſt: vnde & ſequens à vocali inchoat. Bene autem ait. ¶Decoquit humorem.) Ideſt rem ſuperfluam: ſicut ſupra poſuit, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Aheni. Vaſis in quo coquitur vinum. Et. ¶Tepidum.) dicitur; quia quod bullit, quaſi tremere videtur. ¶Aheni.) Ex ære facti.

MANCINELLVS.

¶Multa adeo docebat.) docebit iam quæ nocturno tpe quæq; diurno melius fiant. Adeo.i.certe vel adeo melius.i.lõge melius.
Eous. ¶Eous.) heoos Lucifer matutinus oriẽtalis Eous dicitur. heoos
Heoos. vero aurora oriens. ¶Sole no.) ſecundũ illos loquitur qui dicebant ſolem die quoq; nouum fieri. ¶Irrorat.) hoc ideo dicit, qa circa auroram ſolet plus roris deſcendere ſolis videlicet vicinitate, quo quidem gelu ſoluitur. Hinc Ptolemęus in li.iij. partiũ ait, Stellę vero matutinales, ex quo apparent de ſub radijs ſolis vſq; ad ſtationem primam plus deſiccant, à qua vſq; ad ſuam occultationem magis infrigidant. ¶Tondentur.) i.ſecantur. ¶Noctis lentus non deficit humor.) Cauſa eſt luna cuius maior vis eſt humectare, vt Ptole. inquit in lib. quatuor tractatuũ. ¶Decoquit hu-
Vulcan⁹ morem,) verſus eſt hypermeter. ¶Vulcano.) igni, Vulcanus.n. vt Diodo. ſcri. fuit ignis inuentor apud Ægyptios, vbi primus regnauit. ¶Aheni, vaſis ærei. interponitur aũt, h, inter primas vocales, de quo lege Gel. lib. ij. & iij.

ASCENSIVS.

¶Multa adeo.) Docuit quota quæq; luna peragi volunt, at nũc docet etiam noctu quædam peragenda vt ſunt collectio ſtipularum & ſectio fœni in loco arido, deſpumatio vini dum coquitur atq; id genus alia, poſt quę oſtenſurus eſt quæ ſub calore, & quę ſub frigore peragenda ſunt, quæ vero noctu fieri vult humorem amant. ¶Ordo eſt. Adeo.i. valde multa dederunt.i. exhibuerunt ſe operanti.ſ. melius, nocte gelida.i. ſubfrigida & humida, ſup. q̃; ſub æſtu diurno aut quę dederunt ſe melius cum.i. quãdo Eous, ideſt lucifer matutinus, irrorat.i. ſuperfundit in morem roris ſole nouo.i. iam recens orto, aut nondum orto ſicut res noua dicitur qua nondum vſi ſumus. Stipulæ.i. culmi leues.i. fragiles & aridi tondentur.i. ſecantur melius nocte q̃;.ſ. diurno tempore & prata arida tondentur melius nocte, quia humor noctis lentus.i. laxans & lentificans aut lente decidens, non deficit.i. nõ abſumitur, aut noctis accuſandi eſt caſus vt ſit lentus humor non deficit i. deſerit noctis.i. ipſas noctes. Et quidam.ſ. vindemiator peruigilat.i. totam noctem, vigilat & inſpicat.i. in formam ſpicarũ incidit acuto ferro.i. cultro, faces.i. tedas, ad ignes ſeros luminis hyberni.i. quo hyberno tẽpore vti conuenit. Eſt aũt duplex ſenſus, aut inſpicat ad ignes.i. vt faciat ignes in hyeme, aut peruigilat ad ignes, ſed verisimilius eſt poetam voluiſſe ipſum tũc incidere faces quibus vtatur in hyeme. Et coniunx ſup. eius ſolata longum laborem cantu.i. quæ in ſolatium laboris ſui cantat, percurrit interea.ſ. dum maritus inſpicat faces, telas.i. texturã exercet arguto.i. ſubtili aut ſtridulo pectine.i. eo texendi inſtrumento per cuius medium ſubtegmen trahitur, aut decoquit.i. purgat & abſumit, vulcano.i. igni humorem muſti.i. vini noui dulcis. Licet autem muſtum ſit nouum vinum, tamen non continuo vt recte dixeris dulce muſtum ita recte dixeris dulce nouum vinum, (hic autem verſus eſt hypermeter.i. abundans in mẽſura, vnius ſyllabæ quem fere dum Maro facit abundans ſyllaba per vocalem in principio ſequentis poſitam abſumitur, vt hic humorem. Et &c. & pro.i. deſpumat folijs vndam.i. ſuperabundantiã & inundationem aheni. tepidi.i. mediocriter feruentis.

PIERIVS.

¶Multa adeo melius gelida ſe nocte dedere.) In Medi. co. & aliquot alijs antiqs dictiões ita tranſpoſitę. Multa adeo gelida melius, vtraq; lectio & ſuauis & elegans eſt. ¶Aut cũ ſole nouo.) In veteribus aliquot cod. Vel cum ſcriptum eſt, ſed aut, in pluribus. ¶Nocte leues ſtipulæ melius.) Antiq codices quotquot legi hoc ordine legunt, Nocte leues melius ſtipulæ, quod aliquanto ornatius eſt. ¶Noctis lentus non deficit humor.) In Ro. cod. noctes, legitur, & in Longobar. nocte, vna minus litera. Sed.n. noctes, aut noctis accuſatiui caſus, lectio caſtior ex Aruſiano Meſſo dignoſcitur, qui in Libello de elocutionibus virgilianis in exẽplũ quod eleganter deficit illam rẽ dicere poſſumus, virgiliano hinc vtitur teſtimonio. Noctes lentus non deficit humor. adde vero quod Seruius exponit Deficit, deſerit, quod proxime accedit ad Meſſum. ¶Et folijs vndam trepidi deſpumat aheni.) In Ro. cod. legere eſt, Trepidis deſpumat ahenis. Et trepidum agnoſcit Ser. In Med. & aliquot alijs Trepidi, ſcriptũ obſeruaui. Humore.n. late ebulliente ahenum tremere neceſſarium eſt.

At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu:
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur:
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curasq; reſoluit.
Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas:
Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus:
Et lauri bacas, oleamq;, cruentaq; myrta:
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis:
Auritosq; ſequi lepores: tum figere damas,
Stuppea torquentem balearis verbera fundæ:
Cum ni alta iacet: glaciem cum flumina trudunt.

SERVIVS.

¶Ceres.) Frumẽtũ. ¶Medio æſtu.) i. per diem, quãdo ęſtus eſt. ¶Nudus ara, ſere nudus.) Sic Heſiodus, γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοώτην, γυμνὸν δ᾽ ἀμᾶσθαι. i. adeo ſereno cœlo vt veſtimẽtis nõ egeas. Sane quidam poſt hoc hemiſtichium dicitur ſubſecutus, Habebis frigore febres. Nam non dicit nudũ eſſe debere, q̃ſi aliter non oporteat aut poſſit ſed ſub tanta ſerenitate dicit hęc agenda, vt & amictus poſſit cõtẽni. ¶Hyems ignaua colono.) Quæ ignauum reddit colonum. ¶Parto.) Parato. ¶Agricolæ plerũq; fruũtur.) Dicit agricolas per hyemẽ his frui quę ęſtate parauerint. Plerunq; autẽ dicit, quia dicturus eſt aliqua quæ ruſticus ẽt hyeme poſſit efficere. ¶Genialis hyems.) Conuiualis, voluptuoſa. Nam quoties voluptati operã damus, indulgere dicimur Genio. Vnde & econtrario habemus in Terentio, Suum defraudans Genium. Genium autem dicebant antiqui naturalem deum vniuſcuiuſq; loci, vel rei, aut hominis. ¶Curasq; reſoluit.) Quieſcere facit à labore & curis. ¶Preſſę carinę.) Onerariæ. ¶Cum iam portum tetigere.) Dat comparationem de nauigantibus: ꝙ ſicut illi expleta iam nauigatione; & poſitis in ſicco nauibus lætantur, & epulis vacant: ſic etiam ruſtici finitis completisq; ęſtiuis laboribus hyeme conuiuia celebrant, & à curis ſoluũtur. ¶Impoſuere coronas.) Aut re vera coronas: aut ſpiras funium accipimus. ¶Sed tamen & quernas glãdes.) Sunt aliquæ deriuationes ex vſu magis quàm ex ratione venientes: vt quernus, ficulnus, ilignus, colurnus, à corylo, ilice, ficu, quercu. ¶Cruenta.) Matura. Cruenta autem ideo, quia matura, cruoris colorem imitãtur. ¶Pedicas.) Laqueos quibus pedes illaqueantur. ¶Auritos lepores.) Maiores aures habẽtes. Horatius aliter ait, Doctum & auritas fidibus canoris Ducere q̃rcus. Senſum audiendi habentes. ¶Balearis fundæ.) Hiſpanicæ, à Balearibus inſulis Hiſpaniæ, vbi inuenta eſt funda.

PROBVS.

¶Baleares inſulæ, continuãt hyſpaniam, vbi ſunt optimi funditores.

MANCINELLVS.

¶Nudus.) i. ſereno aere, vt pallium deſeras. Nudus ara. id quidẽ Heſio. eſt, Ait enim nudus ara, nudusq; ſere, & mete corpore nudo. Si tempeſtiuos agrorũ ducere cultus. Augeriq; illos magnis ſucceſſibus optas. ¶Hyems.) pluuia tempeſtas, vel ipſa bruma. ¶Ignaua.) inutilis, non apta induſtriæ, nam induſtrios gnauos dicimus. ¶Mutua.) reciproca nunc hic, nunc ibi inter ſe. ¶Stringere.) decerpere ſecundum Nonium. ¶Lauri baccas.) harum vim docet Pli. lib. xxiij. c. xxviij. ¶Cruentaq; myr.) cruenta ait quia Plin. lib. xxiij. ca. xxix.
Ait ꝙ myrtus ſatiua candida minus vtilis eſt medicinæ q̃; nigra, Myrta.
ſemen eius medetur ſanguinem excreantibus. Idem contra fungos in vino potum, odorem oris commendat &c. ¶Pedicas.)
Mani. libro. v. ait Currentisq; feras pedicatum compede nectũt. Baleares.
¶Auritos.) auritus à magnis auribus dicitur, alias ab audiẽdi facilitate, vt ſcrib. Feſtus. ¶Damas.) de his videto Ecloga. viij. ¶Balearis fundæ.) Baleares inſulæ in Hyſpania à græcis dictæ à fundarum iactu quibus homines maxime vtebantur author eſt Diodo. Ballo autẽ iacio denotat, hinc balearis remoto, l, vnico. Florus autem lib. iij. de balearibus inquit tribus quiſq; fundis præliatur

ſtatur certos eſſe, quis meretur ictus, cum hæc ſola genti arma ſint, id vnum infantia ſtudium, cibum puer à matre non accipit, niſi quem ipſa monſtrante percuſſit.

ASCENSIVS.

¶ At rubi. &c.) Docuit quæ noctis humorem poſtulant nũc quę & calorem & ſerenitatem ſubiungens quædam quæ hyberno tẽpore opportune fiant. ¶ Ordo igitur eſt. At, ideſt ſed Ceres rubicunda, ideſt matura, ſuccinditur. i. ſecatur, æſtu. i. tempore calido & diurno, quod illic fit vbi ſtipulas ſeorſum, amputant, nec ſtraminum (vt dicunt) vſum expoſtulant, & area. i. locus ad triturã frugum, vt prius patuit extructus terit fruges toſtas. i. deſiccatas calore ſolis, medio æſtu, vt. ſ. è paleis & tunicis facilius exuatur. Ara nndus, i. tempore quo à pluuia nudus, eſſe poſſis, cum nulla ſit, quia hyems. i. tempeſtas pluuioſa ac hyberna, eſt ignaua. i. nihil gnauans. i. boni operis faciens colono. i. agricolæ. Agricolæ enim fruuntur plerunq;. i. plurimum, parto. i. rebus acquiſitis cum labore frigoribus. i. tempore frigoris, hoc eſt tẽpore hyberno, & ipſi læti. i. exhilarantes ſe curant inter ſe mutua conuiuia, quia hyems genialis. i. genio, hoc eſt deo naturæ concedens & indulgere cohortans, inuitat, ideſt allicit agricolas ad lętius viuendũ, & reſoluit curas. ſ. eoꝝ, qua cæteris tẽporibus inſerendis, & colligendis frugibus habent, ceu, ideſt tanquam aut veluti nautę ſupple reſoluunt curas, cum carinæ preſſę, ideſt cõpreſſæ ſtipatæq; mercibus tetigere iam portum, aut preſſæ. i. tempeſtatibus & procellis ad ſcopulos alliſæ, quia poſt pericula du'ciſſimus eſt portus, & ipſi nautę lęti impoſuere puppibus coronas tanq̃. ſ. victricibus tempeſtatum, aut potius in ſigna ꝙ large potaturi ſint, quia id facturi vina, craterasq; coronant. Sed tamen tempus eſt nunc, ſcilicet in hyeme, ſtringere, ideſt decerpere, aut ſtringẽdo ramos, decutere glandes quernas. i. in quercubus creſcentes, & baccas. i. fructus in morem baccarum lauri illius arboris, cuius grana ab ebritate præſeruant, & oleam, & myrta. i. fructus myrtorum cruenta, ideſt cruoris excreationem fœdantia, tempus etiam eſt tunc ponere gruibus pedicas, ideſt laqueos pedũ, & ceruis retia, & ſequi. i. ſectari, & venari lepores auritos, ideſt quibus magnæ ſunt aures pro modulo corporum, tempus etiam eſt tum, ideſt tunc figere, ideſt transfigere & iaculari, damas, & ſtupea verbera, ideſt flagella, & chordę ex ſtupa factę, balearis. i. hyſpanicę fundæ. i. qua baleares, in extremis hyſpaniæ oris plurimum valent, torquentur. i. exercentur, aut complicantur, tunc cum. i. quando nix iacet alta, & cũ flumina trudunt glaciem. i. cũ glacies ſupernatat aquis impetuoſis.

PIERIVS.

¶ Hyems igna. colo.) In Romano cod. & pleri. aliis manu ſcri. Hyems per ſonum græce literæ ψ, finalem ſcribitur, de qua ſcribendi ratione Teren. Scau. adeo ſollicitus fuit, vt in præcęptis ſuis hæc tradiderit. Hyems quoq; carere p, litera debet, quia in verſibus nunquam p, nec b, propinqua eius reſpondet, ſine quarum altera nuſquam in latinis ea nomina declinantur, per ψ, gręcam vocem efferuntur, vt princeps: celebs, quia principis, & celebis, ſcribitur. Hyems vero hyemis facit. Eſt & colono, vnitatis numero in antiquis codici. omnibus obſeruatum. In Medic. vna plus dictione colono eſt, legitur. ¶ Curasq; re.) In vete. aliquot codi. curã, vnitatis numero legitur, ſed melius curas. ¶ Stupea tor. balea. verber. fun.) In Romano codi. & aliquot aliis anti. Stuppea, duplici. p, ſcriptum, vt apud græcos. Eſt etiam in Romano codi. torquentes, numero Multitudinis, quod non ita placet. Quod vero balearem fundam appellauit, dictum à plurimo eius vſu qui apud baleares eſt, quæ ſola genti arma eſſe Trogus ait. Non autem, quod ibi inuenta ſit funda, cuius inuentores Pli. Syrophœnices memorat. Strab. vero Ætolos. ¶ Cum nix al. ia.) In Romano codice tegit, vna tamen corrupta litera, ſed iacet omnino melius.

Quid tempeſtates autumni, & ſydera dicam?
Atq; vbi iam breuior dies, & mollior æſtas:
Quæ vigilanda viris: vel quum ruit imbriferum ver:
Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, & quum
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.
Sæpe ego, quum flauis meſſorem induceret aruis
Agricola. & fragili iam ſtringeret ordea culmo:
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems, culmumq; leuem, ſtipulasq; volantes.
Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum:
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther:
Et pluuia ingenti ſata læta, boumq; labores
Diluit, implentur foſſæ, & caua flumina creſcunt
Cum ſonitu: feruetq; fretis ſpirantibus æquor.

SERVIVS.

¶ Quid tempeſtates autumni.) Verno & autumnali tẽpore fiunt tempeſtates, quando nec plena æſtas eſt, nec plena hyems. Vnde medium & confine vtriuſq; temporis ex coniunctione cõtrariarum rerum tempeſtates efficit. Sane ſciendum vltimas partes tam autumni, quàm veris ſignificare, quibus ſunt procellæ. ꝙ de autũno, hic indicat verſus, Atque vbi iã breuiorq; dies, & mollior æſtas de vere hic, Spicea iam campis cum meſſis inhorruit. Deinde ait. ¶ Ruit.) Ideſt præcipitatur, in fine eſt. Et in hoc talis eſt ſenſus, Quid dicam quantum oporteat ſolicitum & ſtudioſum eſſe agricolam tempore autumni & veris? ¶ Vigilanda viris.) Vigilanter prouidenda. ¶ Spicea meſſis.) Spicos de maturis frugibus abuſiue dicimus. Nam proprie eſt ſpicus, cum per culmi folliculum, ideſt extremum tumorẽ, ariſtę adhuc tenues in modum ſpiculi eminent. ¶ Inhorruit.) Intremeſcit. ¶ Frumenta lactentia.) Adhuc tenuia, & lactis plena. Sane ſciendum Varronem in libris diuinarum rerum dicere, Lactantem deum eſſe, qui ſe infundit ſegetibus, & eas facit lacteſcere. Et ſciendum inter lactantem & lactẽtem hoc intereſſe: quòd Lactans eſt quæ lac præbet: Lactens cui lac præbetur. ¶ Flauis.) Maturis. ¶ Et fragili culmo.) Id eſt, quæ in fragili culmo erant. ¶ Stringeret. Secaret. vt, Hic vbi denſas Agricolæ ſtrigunt frondes. ¶ Omnia ventorum concurrere.) Inter ſe, vt, Mutati tranſuerſa fremunt. ¶ Sublime expulſam eruerent.) Per ſublime portarent erutam ſegetem. ¶ Turbine nigro.) Tempeſtate noxia. Horatius, Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. ¶ Culmumq; leuem.) Culmus dicitur ipſe calamus: ſtipulæ vero folia quę ambiunt culmum. ¶ Agmen aquarũ.) Impetus: vt, Leni fluit agmine Thybris. Eſt autem hic Ecbaſis poetica ad deſcribendum tempeſtatem. ¶ Collectę ex alto nubes.) Ab aquilone, qui vtique de alto flat, ideſt à ſeptentrione: & tempeſtates grauiſſimas facit. Nam Auſter humilis eſt. vt, Mũdus vt ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces Conſurgit, p̃miſ Libyæ deuexus in Auſtros. ¶ Ruit arduus æther.) Tonitribus percrepat. vt, Cœliq; ruina. ¶ Caua flumina.) Profunda & alta. Lucanus, Rutubãq; cauum. ¶ Fretis ſpirantibus.) In motu poſitis. Alibi, Qua vada nõ ſpirãt, nec fracta remurmurat vnda.

MANCINELLVS.

¶ Quid tempeſtates autum.) oſtẽdit qualibet anni parte fieri tempeſtates, ꝓpterea cognoſcẽdas ne nimis obeſſe poſſint. ¶ Sydera,) quę. ſ. tempeſtatem producunt, vt delphin, ſol in virgine, capra, argo, cẽtaurus, hœdi, corona, vergiliæ, caſſiope, tauri caput, &c. de quibus, late apud Col. li. xij. c. ij. ¶ Atq; vbi iã breuiorq; dies,) de bruma intelligit, eſt autem ordo, & quid dicã vbi. i. quãdo dies breuior eſt, & mollior æſtas, ideſt ipſius brumæ calor remiſſior quàm. ſ. fuerit in autumno. ¶ Vigilanda.) vigilandum eſt brumę tempore ob paruos dies, longasq; noctes. Vnde Colu. etiam li. xij. cap. ij. ait. Optimum eſt intra kal. Decembris ſementem confeciſſe, ſed etiam longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiiciendum, eſt, nam multa ſunt quæ in lucubratione recte agũtur. Inertisq; agricolæ eſt expectare diei breuitatem. ¶ Vel quũ ruit,) vel quid dicam, &c. ¶ Imbriferum ver,) De vere hudo latius ſuperius dictum eſt. ¶ Quum meſſis,) vel quid dicam, quũ &c. ¶ Lactentia,) lacte plena, dum enim adhuc molleſcunt, lactea eſſe videntur ipſa grana. ¶ Flauis aruis.) propter flaua frumenta dixit. ¶ Ventorum, (ventus eſt fructus aeris, teſte Plinio libro ſecundo. ¶ Quæ grauidam.) Ordo eſt, quæ ventorum prælia eruerent ab imis radicibus ſegetem late grauidam, ſublime expulſam, eruendo enim in altum expellunt. ¶ Hyemis) ventorum tempeſtas, & violentia, nam de pluuia iam dicet. ¶ Collectę ex alto nu.) Exhalat à terra humida caligo, alias vero propter vapores fumida nubesq; liquore egreſſo in ſublime, aut ex aere coacto in liquorẽ gignuntur, vt ſcribit Plin. lib. ij. c. xliij. Ex alto id dicit, quia aſcẽdunt, vt patuit, in aera nubes, & inde ex alto aquas

to aquas emittunt. Nec intelligas ab aquilone, nam vt dicit Plin. lib. ij. ca. xlix. venti à ſeptẽtrione reliquos compeſcunt, & nubes abigunt. ☞ Ruit,) ruere videtur propter imbres, ignes, & tonitrua. ☞ Fretis ſpi.) æſtatibus inſonantibus.

ASCENSIVS.

Heſiodꝰ ad laboré inuitans.

¶ Quid tempeſtates, autumni, &c.) Poſtq̃ docuit poeta agricolæ nullo tempore ceſſandum eſſe, ſubtiliter infert cauſam eius rei, quia nullo tempore res agraria tuta eſt, quolibet. n. tempore tempeſtates oriri & calamitatem facere poſſunt, quo circa ne ſegnitie torpens egeſtatem incurrat monet eum totis viribus anniti, quã rem ex Heſiodo trãſtulit qui fratrem ad gnauitatem cohortatur his verbis ſic tranſlatis. Ergo age frater ades generoſo ſanguine Perſe Neu fuge fraternos monitus, operare laborem. Inuideat tibi dira fames, ſpicaq́ recenti, Alma Ceres ornata caput, ſua dona miniſtret. Sic tibi plena domus ſegnẽ crudelis egeſtas Opprimit, hunc homines odio ſuperq́ ſequuntur Torpenti ſimilem ſucco, cui ſpicula ſurgunt Horrida diſtenſumq́ fauis conſumit edendo Semen apum, piger ipſe ſedet vetatq́ laborẽ. Tu modo curam operi quantum potes adiice frater Horrea ſic rumpunt meſſes ſic copia rerum. Sic pecus augetur, ſic tu mortalibus & diis. Gratus eris, ſegnes animos & inertia corda Oderũt operi laus eſt imponere curam? Turpe ſed hinc prohibere manus, incumbe labori. Forſitan ad ſtudium torpentia pectora vertes. Dum partas oſtendis opes virtutis, adeptus Nomen & æternum laudis decus, vtere quæſo. Arte para victum, violare aliena nephandum eſt. Fac ſuperis æquandus eas incumbe labori. Ne pudeat pudor hic multos inhoneſtus egentes Secum habet, auget opes fiducia, qua melior res. A ſuperis nouit, proh rerum inſana cupido Prophanimis infuſa lues iam nulla pudoris Cura, iacet paſſim lõge poſt terga relictus. Tu coleris duce te paulatim corruit ille. Diis inuiſus homo cui mens intenta rapinis Inuigilat, neq; enim ſemper felicia durant, hæc & plura notatu digniſſima illic. Quia ergo non ſemper felicia durant, nec pulchra meſſis ſemper horrea rumpit prudenter infert poeta tempeſtatum incertitudinem quæ omni tẽpore oriri poſſunt, vt nunq̃ ſecurus, & nunq̃ ocioſus ſit agricola, vtitur autem in principio figurata interrogatione dicens. Quid dicam tempeſtates autumni &, veris? q. d. id fruſtra fecero cum etiam in æſtate quando minus ſperantur ſæpe ſuboriantur, vnde declarat multis verſibus quorum ordo & explanatio eſt. Quid. i. ad quid dicam tempeſtates autumni. i. quæ fieri ſolent tempore autumnali & quid dicã ſydera. ſ. tempeſtatem tunc concitantia. Atq; quid dicam tempeſtates ſup. eius temporis vbi. i. in quo ſup. eſt iam breuior dies. ſ. quam in autumno & æſtas mollior. i. minor & exilior aut æſtas i. calor eſt mollior. i. delectabilior, quia frigus vrgẽtius hoc eſt in bruma, quæ ſup. eſt vigilanda. i. vigilando tranſigenda, quia breuiſſima tempeſtas eſt, aut quæ eſt vigilanda. i. vigilanter proſpicienda, quia tempeſtatibus plena, vel quid dicam tempeſtates & ſydera

ſydera, ſup. temporis quum, ideſt quando, vel in quo, vel imbriferum. i. aſſiduis imbribus madens (vnde September quaſi ſeptimus ab imbri hoc eſt Martio dicitur) ruit. id eſt præceps cadit in agro, & quid dicam tempeſtates & ſydera quæ fiunt cum meſſis ſpicea. i. iam in ſpicas formata inhorruit. i. rigida & aſpera facta ſit campis. i. in aruis, & quum frumẽta lactantia. i. lactis plena & dulcia ac mollia adhuc turgent. i. inflantur: & augeſcunt in ſtipula. i. culmorum ſtipite adhuc viridi. i. in fine veris & in principio æſtatis? q. d. id fruſtra fecero cum tunc certæ ſint tempeſtates, & potius dicendum ſit de his quæ præter opinionem oboriri poſſunt, vnde ſubdit. Ego vidi ſæpe omnia prælia. i. certamina & ex diuerſo concurſus ventorum concurrere. i. conuolui, cum agricola induceret meſſorẽ flauis aruis. i. in arua ariſtis maturis flaueſcentia. i. quum iam inſtaret tempus meſſis quo minime ſperantur venti, & maxime obſunt: quia grana excutiunt & cum ipſe iam ſtringeret. i. velleret aut ſecaret, hordea fragili culmo, i. habentia culmum fragilem propter ariditatem quæ eſt maturis frugibus, quæ. ſ. prẹlia ventorum: eruerent. i. eruebant aut eruere poſſent imis radicibus ſegetem grauidam. i. oneratam granis expulſam ſublime. i. in altum. Magna ergo vis ventoꝝ qui eruũt radicatam & grauidã ſegetem, & vidi φ hyems. i. tempeſtas pluuioſa ferret. i. aueheret ita culmum leuem, & ſtipulas volãtes, ferret dico turbine, ideſt agitatione ventorum, nigro, ideſt nubilo. Immenſum, ideſt abundantiſſimum, & ſine menſura, agmen, id eſt impetus aquarum; venit. i. deſcendit, aut decidit etiam ſẹpe: cœlo. i. cœlitus & nubes collectæ glomerant. i. in globi aut glomeris formam præcipitant ex alto, ſcilicet aere tempeſtatem fœdam, ideſt immundam & nociuam, atris imbribus, ideſt propter atros imbres, æther arduus,, ideſt ſuperior aer in nubẽ collectus ruit, ideſt præceps cadit & diluit, ideſt madefacit & irrigat ingenti pluuia, ſata læta. i. pinguia & pro, ideſt labores boũ, ideſt quæ labore boum & fertilitate terræ iam parata erant. Foſſæ implentur, & flumina caua: quia ſiccitate exhauſta creſcunt cum ſonitu (bene cum ſonitu quia non inſtrumentum ſed concomitantia ſignificatur, non enim ſonitu ſed aquis creſcunt, verum dum creſcunt, ſonitus fit aquarum præcipitanter defluentum) creſcunt ergo cũm ſonitu & æquor. i. mare ante planum & æquum feruet. i. fit feruidum & quaſi ebulliens, vnde fretum dictum volunt cum feruet, cum trãquillum eſt æquor, fretis. i. fluctibus feruentibus, ſpirãtibus. i. procellas excitantibus aut in motu exiſtentibus.

PIERIVS.

¶ Oia vẽto. cõcu. prẹ. vidi.) In Ro. co. Conſurgere habetur. Sed concurrere ex Plin. caſtior lectio cognoſcitur apud quem ita habetur. Virg. meſſe ipſa concu. prẹ. vento. damnoſa imperitis refert, tradunt Democritum mœrente fratre eius damaſo ardentiſſimo æſtu, oraſſe, vt reliquẹ ſegeti parceret, raperetq́ deſecta ſub tectum, paucis mox horis ſæuo imbre vaticinatio eſt approbata.

Ipſe pater media nimborum in nocte, coruſca
Fulmina molitur dextra. quo maxima motu
Terra tremit: fugere ferẹ: & mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor: ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deiicit, ingeminant auſtri, & denſiſſimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.
Hoc metuens, cœli menſes, & ſydera ſerua:
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella recæptet:
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

SERVIVS.

¶ Coruſca fulmina.) Coruſcantia. vt, Sibila lambebãt linguis vibrantibus ora. ☞ Molitur.) Agitat, & iacit. ☞ Terra tremit.) Terræmotus efficit. Vel tremit terra, Tremere videtur: & pauent hi qui terram colũt. ☞ Humilis pauor.) Qui humiles reddit, vt Pallidus Orcus. ☞ Ille flagranti. Aut Atho, aut Rhodopen.) Secundum Epicureos per tranſitum loquitur, qui dicũt fulmina non iudicio deorum, ſed ex nubibus fieri, nam montes quid neceſſe fuerat fulminari? Athos autem mons eſt Græciæ, Rhodope mons Thraciæ. ☞ Aut alta Ceraunia.) Montes ſunt Epiri, à crebris fulminibus, dicti. Vnum enim fulmen quod colorat, aliud quod tranſfigit, aliud quod afflat: vt eſt, Ex quo me diuum pater, atque hominum rex Fulminis afflauit ventis. ☞ Ingeminant auſtri.) Repetunt ſuos flatus venti. ☞ Plangit.) Reſonare facit. Alii, legunt. ☞ Plangunt) vt ſit, nemora & littora plangunt, id eſt reſonant. ☞ Hoc metuens, cœli menſes & ſydera ſerua.) Id eſt duodecim ſigna quibus menſes cognoſcimus. ☞ Sydera) autem vel tempeſtates, vel planetarum motus. Sciendum autem (vt diximus) de planetis quinque, duos eſſe noxios, Martem & Saturnum:

num: duos bonos, Iouem & Venerem: Mercurius vero talis eſt, qualis ille cui iungitur. Vnde etiam fingitur miniſter eſſe deorum, quòd eorum obtemperat poteſtati. Hinc eſt quod dicit. ☞ Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.) Id eſt vtrum in ſeptentrionalem, an in Auſtralem partem inclinetur: aut cui planetarũ cohæreat, vt qualitatem Mercurii ex illo poſſis agnoſcere. Cyllenius autem ignis propter ſtellam Mercurialem dicitur, quia in Cylleno monte Arcadiæ dicitur natus eſſe Mercurius. ☞ Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.) Id eſt nocẽs. vt, Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluuiarum eſt. Vnde etiam ſenex fingitur: nam ſenes ſemper nouimus eſſe gelidos, hic autem in Capricorno facit grauiſſimas pluuias, & præcipue in Italia. Vnde & Horatius ait, Seu tyrannus Heſperiæ Capricornus vndẹ. vt in Scorpio grandines. item in alio fulmina: in alio ventos. Vnde prẹcipit nos ſcire debere, in quod ſe ſignum recipiat ſydus Saturni. Sane perite ait. ☞ Receptet:) vt ex frequentatiuo verbo nobis oſtenderet Saturnum bis ad vnumquodq; ſignum reuerti: quod alii planetæ minime faciunt. Solus enim eſt qui

& longius

& longius à ſole diſcedat, & bis ad vnumquodq; ſignum recurrat. ⁋ Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. Ordo eſt, in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis. Et bene erret, nã planetæ vocãtur ἀπὸ τῆσ πλάνησ. i. ab errore. Nam interdum ad auſtrum, interdum ad ſeptentrionem, plerunq; contra mundum, nonnũquam cum mundo feruntur.

PROBVS.

℃ Frigida Saturni. ſ. ſ. q. quos ignis cœli. c. e. i. orbes.) Omnibus ſtellis, Sol & lumen dat, & calorem, infra Solem autem Veneris ſtella eſt tribus hemitomis ſepoſita, intercedẽtibus, ſuperior Sole, Martis ſtella eſt, quæ pyrois appellatur tomo intercedente altior, ide hemitomo ſuperior eſt Iouis, quæ appellatur Phaethõ. Summa eſt Saturni, quæ quia propior eſt chryſtallo, hoc eſt cœlo in ea deficit calor ſolis. Rapit enim eum à ſe pyrois, quæ ſtella ardore ſuo horrorem ac frigorem Saturno veniẽte in Iouem temperat. Cyllenius autem Mercurii ſtella eſt, quæ duobus tomis infra Saturnum eſt, & vocatur ſtilbon, Ait ergo obſeruandum eſſe agreſtibus, vt vitare poſſint tempeſtates, occaſus ſtellarum, & quo quæq; ſit ſigno.

MANCINELLVS.

℃ Nimborum,) tẽpeſtatum, ſed cur Ioui fulmina aſſignentur videto, Pli. lib. ij. c. xx. Athon eſt Athos macedoniæ mõs, vt ſcrib. Plin. li. iiij, Solinus aũt ait, q eſt athos ſublimis adeo, vt vlterior æſtimetur q; vnde imbres cadunt, de Rhodope diximus in Buc.
Ceraũia Ceraunia ſunt altiſſimi Epiri. mõtes, à crebris fulminibus dicti.
Cerau/ Ceraunos. n. fulmẽ dicit. Ceraũo fulmino. ⁋ Auſtri,) humidus
nos. eſt, auſter pręcipue Italiæ. Saluberrimus omniũ aquilo, noxius
Ceraũo auſter, noctu auſter, interdiu aquilo, vehementior Plin. lib. ij. c. xlix. ⁋ Plangunt,) reſonãt. ⁋ Hoc metuẽs, &c.) ideſt tempeſtates prædictas, ⁋ Cœli menſes.) i. primi mobilis ſigna, vnde menſes ſecundum Indorum, Babyloniorumq; dogmata ex ſolis ambitu ſunt inſtituti. Hinc etiam optime Cice. in lib. de natu. deo. ait, q lunæ curſus, qa mẽſe ſpacia cõficiũt, vt mẽſes noiantur. ⁋ Serua,) obſerua, quædam enim ſignorum huiuſmodi ignea ſunt ĩpreſſiones calidas, cometas, fulmina, & depopulationes producentia, quædam terrea, terræmotus, ſterilitates, & fertilitates, annonæq; inopiam, aut copiam, quædam aerea ventorum rabiem ac tranqllitatẽ, quædam aquea inundationes aquarum, & pluuias generantia. ⁋ Et ſydera.) i. octauę ſphęrę imagines, ac earum ſtellas à quibus imaginibus inæqualibus ſecundum Caldeorum ſententiam, menſes tardi, breuesq; vt ſupra meminimus determinati ſunt, quæ ſydera ſimilia opera pducunt cum fulgoribus, tonitruis, torrentibus, terręmotibus, depopulationibus vẽtorum, ac pluuiarũ tempeſtatibus, ſeu tranquillitatibus, & aeris ſerenitate. ⁋ Frigida Saturni,) frigida ait, quoniam natura ipſa frigidus eſt, & accidentaliter ſiccus, ac propter retrogradationem, quã pariter, vti & cęteri planetę, & ſitus circa ſtellas humidas quãdoq; humidus efficit, grauiſſimas tempeſtates pducens. ⁋ Quo ſe receptet,) an ſigna ignea terra ve, &c. an efficiat ſeptẽtrionalis, meridionalis ve, an aſcendens, deſcendens ve, in eccẽtrico, vel epicyclo, an directus, retrogradus ve an circa imaginẽ octauæ ſphærę illam, vel iſtã, an circa illam vel hanc de ſui natura ſtellam, an in applicatione corporali, ſiue aſpectuali ad illum, vel iſtum planetã exiſtat, an oriat, an occidat, coſmice, chronice, ſeu heliace, an in hoc, vel in illud templum, ſiue domum cœli ſe recæptet. ⁋ Quos ignis ce. cyl. er. in or.) obſeruat item, ſicuti de Saturno, & cęteris erraticis, in quos cœli orbes errant, ignis cyllenius. i. ſtella Mercurij, q iter cætetos tã in motu diuerſus q; etiã in impreſſione varius eſt, qm̃ conuertibilis eſt naturæ, cui nanq; aſſociatur corpore, vel aſpectu, illius, naturam aſſumit. Quare pręcipit Virg. totius aſtrologiæ peritiam complectens pcipue Mercurium obſeruandum eſſe, qui quidem nimboſas procellas, vẽtorum rabiem, & præcipitantes demittit impreſſiones. Demum p mẽſes cœli ſigna duodecim primi mobilis, itroitusq; ſydus oium planetarum in principia earũdẽ, & ſitum, & per ſydera octauæ ſphæræ imagines, ac Saturni Mercuriiq; ſydus oium planetarum influentias obſeruare hortatur, qm̃ ex his perfectum redditur vaticinium, præfatas tempeſtates, timentibus. Hæc eadem à Tolopho ſuperiori accæpimus, Plinius aũt lib. ij. ca. viij. ſic ait, Quod vocant Sarurni ſydus ſummũ eſt, ideoq; minimũ videt Saturni
& maximũ ambit circulũ annoq;. xxx. ad principia ſuæ ſedis re/ circnlus
gredit, naturę eſt gelidę, & rigẽtis. Hęc ille. Et Ptolemæus li. iij. oim ma
partium de Cyllenio, inquit, qđ ſtellę Mercurii opus eſt in ma/ ximus.
iori parte deſiccare, & ęqualiter humectare, in quibuſdã etenim oris deſiccat humores, eo quod nuſq; à calore ſolis nimis elongatur, in quibuſdã vero humectat, eo quod eius locus ſupeſt lunari ſphęrę, quę terrę propior exiſtit, & in horũ quidem vtroq; eius alteratio eſt feſtina. Ventorum, & hic author exiſtit, ob hoc quod eius motus circa ſolem citius habetur.

ASCENSIVS.

℃ Ipſe pater. Continue exequitur tempeſtatis inſolitæ grauitatẽm, monẽs agricolam, ne à tali obruatur, ſignorum, ac planetarum naturas, & ortus, atq; occaſus obſeruet, nõ vt impediat cœli ſæuitiam, ſed vt frumẽtum cuius metat, aut protegat, aut precibus hauriat. Poſſem quæ ab alijs dicta ſunt repetere, ſed breuitati ſtudens ordinem ſic poſuero. Ipſe ſcilicet Iupiter, pater qui iuuans pater dicitur, & imbrium ac fulminum præcipue potens creditur, molitur, ideſt cum mole: & põdere excitat in media nocte nimborum, ideſt tempeſtatum, aut in media nocte, ideſt caligine, & obſcuritate, nymborum, ideſt nubium ventis commixtarum molitur dico fulmina, dextera, ſcilicet manu, coruſca, ideſt coruſcante, ac rutila, quo motu, ideſt ĩpetu fulminis, & tonitrui maxima terra, ideſt pars maxima terræ tremit, & feræ, ideſt beluæ ſylueſtres, & indomitę, fugere, ſcilicet priuſq; terra tremeret, quia tempeſtatem imminere præſagientes, abdunt ſe in ſpeluncas ſuas (vnde non ab re tempus mutauit poeta dicẽs, tremit, & fugere) & pauor humilis, ideſt humiles efficiens (quia vt dicitur in hecyra Teren. Profecto hoc ſic eſt, vt puta omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni, atque humiles ſumus, ergo in tanta calamitate: & fulminatione nimirũ humiles ſumus) aut pauor ſtrauit per gentes humilis, ideſt humilitas, aut humi verſantes cum tonitruo in ſublimi fiant corda mortalia, ideſt mortaliũ animos. Ille ſcilicet Iupiter deiicit, ideſt deorſum iaciendo fulmina percutit, telo, ideſt iaculo fulminis triſulci. flagranti, ideſt ardenti, aut Athon montem illum. macedoniæ, aut Rhodopem, montẽ illum Thraciæ, aut ceraunia montes altiſſimos epiri, continuo fulmine (quod græce ceraunos dicitur) cõcuſſos, alta, ideſt ſublimia auſtri, ideſt auſtrales, venti ingeminant, ſcilicet ſe, aut multiplicantur, & imber denſiſſimus ingeminat, ſupple ſe & nemora plangunt, nunc, ideſt aliquando ingenti, vento & littora plãgunt nunc, ideſt viciſſim ingenti vento. Tu ergo metues hoc, ſcilicet ne talis tempeſtas te imparatum obruat, ſerua mẽſes cœli. i. xij. ſigna commenſurata certis licet non æqualibus, ſpaciis, & ſydera. i. influentias ſyderum, & ſerua quo. i. in quam partẽ cœli aut ad quorũ coniunctionem aut aſpectum ſtella Saturni frigida, ſcilicet ab effectu recęptet ſe, & in quos orbis. i. circulos & ſphęras cœli ignis cyllenius. i. Mercurius erret aut cœlo. i. per cœlũ quod cum planeta ſit ei propium dicitur cum tamen nihil minus ſecũdum Plinium planetis erret.

PIERIVS.

℃ Nimborum in nocte.) Sunt quidem codices antiquiſſimi, in quibus nimborum nocte abſq;. In, legatur, ſed nymborũ in nocte, vt in Mediceo & pleriſq; aliis habetur longe numeroſius, & elegantius mihi videtur. ⁋ Aut Atho aut Rhodopen.) In Romano codice, in Mediceo & aliquot aliis antiquis. Athon ſcriptum eſt refragrante ſyllaba. Nam de declinationis vſu, deq; nominatiuo nominis, alibi dictum. ⁋ Nũc littora plangunt,) In Romano codice, & perueteribus aliquot aliis plangit ſcriptum eſt vnitatis numero, cuius ſuppoſitum eſt denſiſſimus imber. Præterea Seruius hoc idem agnoſcere videtur, quum exponit plangit, reſonare facit, licet & alterum non improbet. In Mediceo abraſus eſt apex ſupra, g, literam, &, i, vocalis, tãtũ ſupra, t, appoſita. Quod quidem, plangunt, prius fuiſſe oſtẽdit. Eſt paraphraſis addita ſuperne: ſcindũt, vt ſit actiue auſtri, & imber plãgunt littora nõ autem littora plãgunt. i. reſonant abſolute. Nam ita prorſus legendum oſtendit paraphraſis, quæ ſupra dictionem auſtri: atq; deſiſſimus ſita eſt. Quippe & copulatiua.

SERVIVS.

℃ In primis venerare deos.) Poſt hęc cognita da præcipue operã ſacrificiis, qbus tẽpeſtates & pluuię poſſint repelli. Et mire hoc ſtatim ſubiunxit: qa occurrebat, qd pdeſt tẽpeſtates futuras videre? Et bene ait. ⁋ In primis,) pręcipue, & ante oĩa, nam alia neglecta poſſunt habere emendationem: tempeſtas adueniens, niſi ante pręuideris, vniuerſa ſubuertit. ⁋ Annua ſacra refer Cereri.)

In primis venerare deos: atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Extremæ ſub caſu hyemis, iam vere ſereno:
Tunc agni pingues: & tunc molliſſima vina:

BIBLIOTECA UNIVERSITA DE

Tunc ſomni dulces, denſæq; in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
Terq; nouas circum felix eat hoſtia fruges.
Omnis quam chorus, & ſocii comitentur ouantes:
Et Cererem clamore vocent in tecta: neq; ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis:
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos: & carmina dicat.

ri.) Anniuerſaria magna, ſicut in Ænei, Annua quæ differre nefas. Et Ambaruale ſacrificiũ dicit. Lætis operatus in herbis. Aut dans operam conuiuiis: aut, poſtquam opera cuncta compleueris. Extremæ ſub caſum hyemis.) Circa finẽ hyemis, anteq; ver incipiat. Iam vere ſereno. Ver,) pluuiale tempus eſt: ſed circa finẽ incipit eſſe ſerenum. Dicit ergo. Vere ſereno, vt ſit iam tunc & ver & ſerenum. Tũc agni ping.) Subaudi ſunt: qui aut epulis aut ſacrificiis ſunt apti. Molliſſima vina.) Carẽtia aſperitate, & defecata. Denſæ in montibus vmbræ.) Quia tunc incipiunt arbores frondeſcere. Tibi.) In honorẽ tuũ, & in tuam gratiam. Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.) Ideſt cui tu liba de lacte, melle, & vino. Nam ſuperfluũ eſt quod quidã dicunt, contra religionem dixiſſe Virgiliũ, licere Cereri de vino ſacrificare. Pontificales nãq; hoc non vetant libri. Quod aũt ait Plautus in Aularia, cuius ipſi vtuntur exemplo, Cereri ne nuptias facturi eſtis? qui? quia temeti nihil allatum intelligo. nõ eſt huic loco cõtrariũ: nam aliud eſt ſacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare: in quibus re vera vinum adhiberi nefas erat, quæ Orci nuptiæ dicebãtur, quas præſentia ſui pontifices ingenti ſolennitate celebrabãt. Alii hunc locum aliter accipiunt, vt. Miti Baccho,) nõ ſit ſeptimus caſus, ſed datiuus: & duo nomina itelligimus, Liberi & Ceris: nam ſupra quoq; ait, In primis venerare deos, vt ſit ſenſus, cui Cereri, & miti Baccho fauos lacte dilue. i. eis ſacrificia melle & vino permiſtis. Felix hoſtia.) i. fœcunda. Et dicit Ambaruale ſacrificium: quod ſępe de porca fœcunda & grauida fieri conſueuerat, vel felicem dicit, cuius ſacrificio & immolatione fœcunditas agrorum merebatur. Omnis quam chorus.) Chorus proprie eſt coæuorum cætus atq; ſaltatio. Cererem clamore vocent.) Inuocent dari copiã frumentorũ. Torta redimitus tempora quercu.) i. habens in memoria victum priorem, à quo Cereris reuocatus eſt benignitate. Nam olim homines glãdibus veſcebantur. Det motus incompoſitos.) i. ſaltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Salluſtius. Saltare elegantius, q̃ neceſſe eſt probę. Carmina dicat.) Hymnos.

MANCINELLVS.

Operatus,) ideſt ſacrificãs. In herbis le.) ideſt in ſatis. Molliſſi.) dulciſſima, iucundiſſima. Tibi) ad tuum cõmodum. Miti Baccho.) Macro. libro quarto ſatur. inquit, Poeta ſciẽs Cereri mulſo libari, adiecit miti Baccho fauos dilue, ſcilicet miteſcere vinum dicens, quum mulſum cœperit fieri, ad diem autem. xij. kal. Ianua. Herculi, & Cereri faciebant ſue prægnante panibus mulſo vtq; Plin. ſcri. lib. xiiij. Ariſtęus primus omnium mel miſcuit vino ſuauitate pcipua. Felix ho.) i. eximia. Veracius enim docet eximias dictas hoſtias, quę ad ſacrificium deſtinatæ eximantur è grege vel q eximia ſpecie quaſi offerendæ numinibus eligantur. Ambarualis hoſtia eſt, vt ait Pompeius Feſtus, quæ rei diuinæ cauſa circum arua ducitur ab his, qui pro frugibus faciunt, hæc & plura Ma. li. iij. de hoſtiarũ generibus. Chorus,) multitudo in ſacris collecta. Cerem,) ipſa frumẽta. Quam Cereri torta. Catonis pręceptũ eſt. c. quidem. xxxiij. vbi docet priuſquã meſſem facias Cereri ſacrificandã eſſe porcam.

Cereris ſacra

Ceres ſacra

ASCENSIVS.

In primis venerare deos, quia ergo metuenda eſt tempeſtas nociua nec opibus humanis propelli poteſt, imploranda docet deorum auxilia, quod & Heſiodus hortatur, vti trãſlatus eſt his verbis. Thure pio venerare deos, his tempore in omni. Et munde, & pure liba, cum clara niteſcit. Sole, dies aut cum nox circumfuſa tenebris. Abſcondet terras caſto torrenda ſub igne Hoſtia mactetur hymnos cane, thura miniſtra. Vt tibi dii faueant diuerſaq; copia rerum Hinc tibi naſcat, multis vt egẽtibus ipſe, Subuenias, nõ vt viuas germane rapina. Hæc ille. Poeta aũt noſter docet ẽt modũ ſacrificãdi & tẽpus dicens venerare in primis. i. ante oĩa deos atq; refer. i. iterum offer Cereri magnæ. i. agricolis qa ſuus cuiq; deus magnus ẽ, annua ſacra. i. ſacrificia quæ quot annis fieri debent, tu inquam operatus, ideſt iam operans, ideſt ſacrificans (vnde Propert. Cynthia iem noctes eſt operata decem. Hora. Vnico gaudens mulier marito Prodeat iuſtis operata ſacris) in herbis lętis, ſub caſu, ideſt in ipſo caſu extremę hyemis & vere ſereno, ideſt tempeſtate vernã ſerena exiſtente, hoc eſt in fine hyemis & in principio veris, quia agni ſunt ſupple, tunc pingues & vina ſup. ſunt tunc molliſſima, ideſt ſuauiſſima & decocta nec tamen pendula, nec acerba, aut acetoſa, ſomni ſunt tunc dulces, quia minor ſollicitudo eſt agricolis, & profundior etiam ex temperie ſopor, & vmbræ ſunt tunc denſæ in montibus, quia arbores frondibus opacæ ſunt. Cuncta pubes. i. multitudo pubeſcentium, agreſtis, ideſt ruſtica adoret tibi, ideſt ad tuum iuſſum, aut commodum, aut domi tuę, Cererem, ſcilicet deam frugum. Cultu dilue, ideſt miſce & tempera fauos, ideſt mella lacte & Baccho miti ſuaui, hoc eſt mulſo, & hoſtia felix. i. aut eximia, qa porcus dicitur eximius, bos itactus, ouis lecta quę ſacris conuenit, aut lęta & pinguis, aut ob felicitatem & fertilitatem habendam mactanda eat, ideſt ducatur non trahatur, ter, quia ternarius religioni maxime accommodatus eſt, circum nouas fruges adhuc, ſcilicet in agro exiſtentes quam, ſcilicet hoſtiam omnis corus, ideſt multitudo pubeſcentium & canentium, & omnes ſocii, ſcilicet laboris aut vicini ouantes, ideſt mediocriter læti, comitentur & vocent clamore, Cererem, ideſt deam frugum cum frugibus aut ipſas fruges, in tecta, ideſt horrea ſua, ideſt clamãdo & inuocando deam mereantur colligere fruges in horrea ſua neque quiſquam ſupponat ariſtis maturis falcem, ideſt cultrum meſſorium, qui incuruus eſt, ante, ideſt priuſquam ipſe redimitus tempora, ideſt habens tempora capitis ſui redimita, quercu torta, ideſt in torquem conuoluta in morem coronæ, aut ferti, quod propter glandem ex quercu Cereri ſacrificantes geſtant det. ſ. Cereri motus incompoſitos. i. ſaltationes quibus in ſacrificiis vtebantur ne qua corporis pars ceſſet & immunis ſit à re ſacra, incompoſitos autem dicit, vt non ad voluptatem, ſed ad religionem pertineant, aut vt ruſticorum notet morem, & dicat carmina. ideſt hymnos.

PIERIVS.

Extremę ſub caſum hyemis.) Antiqui codices manu ſcripti, quotquot verſauimus, Sub caſu legunt, latino caſu. Præter Mediceum in quo caſum accuſatiuus eſt, idq; omnino melius. Tunc agni pingues & tunc molliſſima vina.) Antiqua omnia exemplaria, quotquot habui vno exemplo legunt. Pingues agni &. abſque ſynalœpha, neque temere tot manus diuerſis locis, atque temporibus conuenire credendum, bona vero pars, non tunc, Sed tum vtroque loco legunt, tum agni & tum mol. vi. tum ſomni dulces, In Mediceo quidem pingues agni, &, habetur. Sed tunc duobus locis ſuperioribus. Tertio vero tum, ſcriptum aduerte, vero etiam apud Seruium eundem eſſe verborum ordinem quem in veteribus exemplaribus oſtendimus inueniri, ſicut tamen ea lectio magis placuerit, quę in vulgatis codicibus habetur, nihil quicquam obſtamus, nam & elegans, & venuſta ea quoq; ſtructura eſt.

Atq; hæc vt certis poſſimus diſcere ſignis,
Æſtusq; pluuiasq;, & agentes frigora ventos,
Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua luna moneret:
Quo ſigno caderent auſtri: quid ſæpe videntes
Agricolæ propius ſtabulis armenta tenerent.
Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere: & aridus altis

SERVIVS.

Menſtrua luna.) Vnde & mene dicitur. Caderent auſtri.) Deſinerẽt vẽti. Ex hoc ẽt loco prognoſtica ſunt tranſlata de Arato, pauca de multis. Ventis ſurgẽtibus.) Flare incipiẽtibus. Vnde ecõtrario, Cũ venti poſuere. i. flare deſierunt. Aut freta ponti.) Littora pelagi, quæ feriuntur fluctibus. Duo autem dicit naturalia, Futura enim tempeſtate, & ante ventum, fluctus mouetur: & fragor auditur ex ſyluis: arcana quadam ratione naturæ. Aridus fragor.) Sonitus qualis ſolet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus. Ergo aridus nimius. omne enim qđ aridum

Montibus audiri fragor: aut reſonantia longe
Littora miſceri, & nemorum increbeſcere murmur.

aridum eſt, cum frangi cœperit, nimium efficit ſonum. Fragor etiam à fractu rerum nominatus eſt ſonitu. ¶ Aut reſonantia longe Littora miſceri.) δὶς τὸ αὐτὸ.i.bis idē, dixit. ¶ Miſceri) autem, perturbari. vt, Miſcet agens telis.

MANCINELLVS.

¶ Atq; hæc vt certis.) Macro. li. v. ait quod poeta hæc ſerenitatis tempeſtatisq; ſigna de Arati Phænomenis traxit. ¶ Æſtusq; pro.) i. Menſtrua luna, quæ menſe quoq; ſuum perficit curſum, vnde & menſis à mene. i. luna dicitur. ¶ Continuo ventis.) Pli. libro. xviij. capi. vlti. inquit. Mare ſi in tranquillo portu à curſu ſtabit, & murmurauerit intra ſe ventum prædicit. Si identidem hyemem & imbrem. Id quoq; de mari ait. Sæpe & ſilentio intumeſcit, flatuq; altius ſolito iam intra ſe eſſe ventos fatetur. ¶ Aut reſonantia longe littora miſceri.) idem Pli. ait, q̃ littoris, ripeq; ſi reſonabunt tranquilla, aſperam tempeſtatem pdicunt. ¶ Et ventorum increbreſcere murmur.) idem inquit. Equidem & montium ſonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. ſ. ventos.

ASCENSIVS.

¶ Atq; hæc vt certis &c. Poſtq̃ docuit tempeſtatem metuendā, & ſacrificiis auertendā, aut ſedandā, docet certis ſignis noſcitandam. Nō enim ruſtici oēs Saturni curſus, curſuumq; ſignificationes noſcere poſſunt, quo circa cōfugit ad naturalia, quę in rebus notis fiunt prognoſtica, atq; indicia, quæ ex Arato fere deprompſit. ¶ Ordo autem eſt. At vt nos. ſ. agricolæ, poſſumus noſcere certis ſignis hæc. ſ. ſequentia: videlicet & æſtus. i. vehemētes calores, & pluuias: & ventos agentes. i. impellentes frigora, ipſe pater. ſ. rerum Iupiter ſtatuit. i. cōſtituit ſignificandum quod luna menſtrua. i. menſium cōſtitutrix moneret. i. indicaret, quo ſigno auſtri. i. illi venti ex meridie flātes, caderent. i. ceſſarent, & quid. i. quod ſignū, aut quā rem, agricolæ videntes ſæpe, ſup. contingere, teneret armēta. i. boues, quibus magni ſunt propius ſtabulis, à ſtando. ſ. dictis, vnde ſtantiū ſunt: ſicut cubilia cubantiū, (Prope nomen datiuo iungitur, vt prope eſt dominus oibus iuocātibus eum, inde ,ppius aduerbiū, hic et dādi caſui iunctum eſt. Prope prępoſitio accuſatiuo, ſicut proxime aduerbium. Salluſt. Proxime Hiſpaniā Mauri ſunt.) Continuo ventis ſurgētibus. i. dum venti ſurgere tentant, aut de ,ppinquo ſurrectura ſunt freta. i. vndæ, pōti. i. maris agitata. i. cōmota, incipiunt tumeſcere. i. inflari, & fragor aridus. i. qualis eſt in aridis frondibus incipit audiri in altis montibus, aut littora reſonantia longe. i. q̃ lōge ſtantes pcipere poſſunt, incipiunt ſup. miſceri. i. pturbari, & murmur nemo. incipit, ſup. increbreſcere i. crebrū fieri, aut eſſe, q̃ oia ſigna ventorum, ac turbinum ſunt à Pli. diligēter annotata, vt Beroaldus in Seruiū annotauit, cuius verba ſunt. Si Seruius curioſe, penſiculateq; annotaſſet ,pgnoſtica, tempeſtatū, quæ à Virgi. referunt, quæ exequitur Lucanus, quæ enumerat Plinius: ,pfecto non dixiſſet bis idem dici à poeta in expoſitione carminis Maroniani. Nāq; aliud eſt. Haud dubie fragor in mōtibus, tumor in mari, aliud ſonitus littorum, aliud mugitus nemorum, proinde ad expoſitionem Virgilianam, prognoſticorum ſubiungemus verba Pli. ex lib. xviij. quæ ita aperte, ita elegāter enarrant dicta poetæ, vt ab interprete nullo apertius: elegantius ve poſſint enarrari, verba Plinii, ſunt hæc, eſt & aquarū ſignificatio. Mare ſi murmurauerit intra ſe ventum prædicit, ſi idētidem, & hyemem, & imbrem littoris, ripæq; ſi reſonabunt trāquilla, aſperam tempeſtatem, & mox paulo ſæpe & ſilentio mare intumeſcit, flatusq; altius ſolito iam intra ſe ventos fatetur. Equidem, & montium ſonitus, nemorumq; mugitus pdicunt tempeſtatem, hæc verba Plinii, adeo poetæ carminibus conueniunt, adeo quadrant, vt alter ab altero mutuatus eſſe videatur, & Lucanus Virgiliū vt arbitror imitatus talia quoq; ipſe tempeſtatum præſagia recenſet in v. ſcribens, Sed mihi nec motus nemorum nec littoris ictus, & paulopoſt, Turbida teſtantur conceptos æquora ventos. ſi murmura ponti conſulimus cori verrent mare, Hæc ille.

ſtabulis prope

PIERIVS.

¶ Atq; hęc vt certis poſſimus diſcere ſignis.) In Ro. codice poſſemus dicere, legitur. Sed poſſimus diſcere, magis receptū. Nam quę ſequuntur, pertinent ad diſciplinam, & pari errore legit̄ paulo inferius in impreſſis codicibus aliquot. Quod menſtrua luna moueret. Quum dubio procul moneret, ex congruitate ſententiæ, atq; ex antiquis omnibus codicibus ſit legendum, poeta enim loquitur de præſignificatione futuræ tempeſtatis per ſydera, quam diſciplinam græci προχημάζειν vocant, vt tradit Plinius. ¶ Quid ſępe videntes.) In antiquis aliquot exemplaribus, quod, habetur, lectio Seruio agnita. In Romano tamē & in Mediceo. Quid indefinitum. ¶ Et aridus altis montibus audiri fragor,) In Romano codice. Arduus habetur, ſed longe caſtior lectio eſt, aridus, vt in Mediceo & aliis ſcriptū, quod quidem Homericum eſt, αὖον ἀΰτειν, cuius rei antitheton eſt Perſianum illud, maligne. Reſpōdet viridi non cocta fidelia limo, eandem lectionem agnoſcit Seruius.

Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora: quumq; marinæ
In ſicco ludunt fulicæ: notasq; paludes
Deſerit, atq; altam ſupra volat ardea nubem.
Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctisq; per vmbras
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus:
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas:
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.
At Boreæ de parte trucis quum fulminat: & quum
Euriq;, zephyriq; tonat domus, omnia plenis
Rura natant foſſis: atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunq̃ imprudentibus imber
Obfuit: aut illum ſurgentem vallibus imis
Aërię fugere grues: aut bucula cœlum
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter, & bibit ingens
Arquus: & è paſtu decedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis.

SERVIVS.

¶ Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis.) Scias, inquit in pelago eſſe grauiſſimam tempeſtatem cum mergi ad littora confugiunt. Poetice autē ait, Iam ſibi tum vnda male temperat curuis carinis, Id eſt ſibi non parcit, ſed creſcit in perniciem ſuam, nā in carinam ſcindēdam conſurgit. ¶ Clamoremq; ferunt.) Id eſt ſi cum clamore reuertuntur, nam plerunque plura dicit ſigna ē quibus vnum nō ſufficit, ſed omnia animaduertenda: vt, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Marinæ fulicæ.) Ad diſcretionem fluuialium. ¶ Altam ſupra volat ardea nubem.) Ardea dicta eſt quaſi ardua: quæ cū altius volauerit, ſignificat tempeſtatem. Lucanus, Aut ſiccum quòd mergus amat: quodq; auſa volare Ardea, ſublimis pennæ confiſa natanti. Præcipites cœlo labi.) Sequitur vulgi opinionem, non enim omnia prudenter à poeta dicenda ſunt. Quòd autem videmus è cœlo ſtellas quaſi labi, ἀπόρροιαι ſunt ignis ætherii, quæ fiunt cum vehementior ventus altiora conſcenderit: & trahere exinde aliquas particulas cœperit, quæ ſimulant caſum ſtellarum. Nam ſtellę cadere non poſſunt: quarum natura eſt vt ſtent ſemper, vnde & ſtellæ vocantur. Sanè ſciendum eſt ab illa parte ventum flaturum, in quam ille ignis ceciderit. ¶ Colludere plumas.) Moueri. Terentius, Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere. Id eſt moueri, Virgilius, Ludere prudentes pueros. ¶ At Boreæ de parte trucis cum fulminat.) Hoc vult dicere, Vbique ingentes efficit pluuias ab iſtis ventis mota tempeſtas. ¶ Nunquam imprudentibus imber obfuit.) Alii Im vacare volunt. alii augentis habere ſignificationem: vt ſit, Nunquam imber obfuit valde prudentibus. quæ res valde non ſunt idoneæ. Vnde melius eſt ita intelligere, Nunquam imber obfuit non ante prouiſus: tam clara ſui dat ſigna: vt. ¶ Imprudentibus,) ignaris accipiamus, nam hoc dicit, Nunquam neſcienti nocet imber, quia ſe deſignat ante venturum, & ſcimus leuiora eſſe mala, quæ ex

opinione

opinione contingunt.⸿Aeriæ fugere grues.)Aerij coloris,aut altum volantes.Dicit autem grues de vallibus fugere,non pluuiã de vallibus ſurgere.⸿Aut bucula cœlum ſuſpiciens patulis. Hic locus omnis de Varrone eſt. Ille enim ſic.

Tum liceat pelagi volucres,tardæq; paludis
Cernere inexpleto ſtudio certare lauandi:
Et velut inſolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo,
Et bos ſuſpiciens cœlum(mirabile viſu)
Naribus aerium patulis decerpſit odorem.
Nec tenuis formica cauis non euehit oua.

⸿Et veterẽ in limo ranę cecinere querelam.)Fabula duplex eſt Nã vt Ouid.dicit,Ceres cum Proſerpinam quęreret,ad releuandã ſitim acceſſit ad quendã fontẽ,tunc eã Lycii ruſtici à potu ꝓhibere cœperunt,& cõturbantes pedibus fontẽ, cum contra eã emitterent turpem naribus ſonum,illa irata eos conuertit in ranas:quæ nunc quoq; ad illius ſoni imitationem coaxãt. Sed hoc nõ eſt valde aptum. Nam illa magis inſultatio fuerat, q̃; querela:& pœnam ſacrilegii iuſte pertulerũt. Vnde magis Æſopus eſt ſequendus qui dicit hoc,Cum Iupiter oĩbus aĩalibus reges daret:& ranis,ni fallor,colendum breuiſſimum lignum dediſſet, illæ queſtę & aſpernatæ ſunt eum & tunc eis hydrum iratus dedit,qui veſcitur ranis.⸿Bibit ingẽs arcus.)Sequitur iterum vulgi opinionem.⸿Coruorum exercitus.)Multitudo.

PROBVS.

⸿Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.)In lycia latona æſtu exhauſtis vberibus educans Apollinem,& Dianam ĩfantes acceſſit ad melam fontem. Et cum vellet bibere, prohibuit eam Neocles paſtor, Quum autem illa pertinacior eſſet prohibuerũt aqua. Itaq; deæ numine mutati ſunt in ranas. Et quæ Aſia circũ dul.p.Cayſtri. Aſia correpta prima litera dicitur,in qua quoddã pratum Aſium iuxta Cayſtrum appellatur.

MANCINELLVS.

⸿Male ſibi tẽperata à curuis carinis.) i.nõ ſe continet,ſed carinis illiditur.⸿Mergi.)idẽ ſcribit mergi,anateſq; pennas roſtro purgãte ventũ,cęteręq; aquaticę aues cõcurſantes grues in mediterranea feſtinãtes,mergi maria,aut ſtagna fugientes. Fulicæ Ranæ ⸿Fulicę.)Ait idem,ꝙ fulicę matutino clangore,ranæ quoq; vltra ſolitum vocales tẽpeſtatis ſigna ſunt.⸿Veterem querelã.) Quomõ Latona cum Apolline & Diana Iunonis irã fugiens vertit agreſtes in ranas in Lycię finibus,videto Ouid.li.vj.Meta.Itẽ videto Æſopi fabellã de ranis & hidris.⸿Ardea.)Hęc in mediis arenis triſtis tempeſtatibus ſignum oſtendit,author eſt idẽ.⸿Sæpe etiã ſtellas.) Plin. de ſtellis ait,diſcurrere enim videntur, ventiq; Stellæ cadẽtes protinus ſequunt̃,idẽ. Si volitare plures ſtellæ videbuntur, quo feruntur albeſcentes,ventos ex his partibus nunciant,idem lib. ij.cap.xxvj.inquit. Fieri videtur,& diſcurſus ſtellarum nunq̃; temere,vt non ex ea parte truces,venti oriantur,& ex his tunc ꝓcellæ in mari,terriſq;. Tu vero cur ita fiat problema legito apud Venti. Alexãdrum aphrodiſeũ.⸿Et frondes volitare caducas.idem ait, ꝙ tempeſtatem prędicunt,ſiue aura,quæ ſentiantur folia ludentia,lanugo populi,aut ſpinæ volitans,aquiſq; pluma innatans. Boreæ trucis,terribilis,de cuius vi legito Oui.circa fin.lib.vj.meta.flat autem boreas inter ſeptentrionem & exortum ſolſtitialẽ, vt ſcri.Pli.lib.ij.Ab oriente vero brumali vulturnus,quem græci eurum appellant,ab occaſu ęquinoctiali Fauonius,qui zephyrus à græcis.⸿Imprudẽtibus.) i.incautis,& inſciis,nam quiſq; ſigna futurę tempeſtatis præuidet. Vel imprudentibus.i. valde prudẽtibus,vt apud Cice.li.v.Tuſ.qui nihil metuant, nil agant, nil concupiſcant,nulla impotentia efferantur.i.valida,ſeu magna potentia.⸿Surgentem.)Venturũ.⸿Bucula.)ait idem,ꝙ boues cœlum olfactantes,ſeq; lambentes contra pilum præſagia Hirũdo aeris ſentiunt.⸿Hirundo.)Ait idem,ꝙ hirũdo tam iuxta aquam Ranæ. volitans,vt penna ſępe percutiat,hyemem nunciat.⸿Ranę.)Ait idem,quod ranę quoq; vltra ſolitum vocales tempeſtatis ſigna Formica. ſunt.⸿Formicę.)ait idem,quod ſegniter & cõtra induſtriam ſuã formicę abſconditę concurſantes,aut progignentes oua tempe Arquus ſtatem prænunciant.⸿Et bibit ingens arquus.)ait idem. Arquus quum ſunt duplices pluuias nunciant ſinguli ſerenitatem nõ ꝑinde certam,bibit autem humorem,inde emittit, Sed de arquu plura idem Plin.lib.ij.cap.lxj.⸿Coruorum.)Ait idem. Coruiq; ſingultu quodam latrantes,ſeq; cõcutientes ſi cõtinuabunt ventos,ſi vero carptim vocem reſorbent,ventoſum imbrẽ, & gracili ſero à pabulis recedentes,hyemem.

ASCENSIVS.

⸿Iam ſibi cũ curuis. Docet alia tempeſtatũ prognoſtica dicens. Vnda.ſ.maris:male.i.nõ tẽperat.i.parcit ſibi,quia concutit ſe,& collidit carinis curuis.i.ventribus nauium iã.i.tunc,quũ.i.quando,mergi.ſ.aues à mergendo dictæ reuolant celeres ex æquore medio,vbi.ſ.futuram noſcunt tempeſtatẽ,& ferunt clamorẽ ad littora.i.cum clamore volãt ad littora,& cum fulicæ.i.aues illę marinę.i.in mari verſari ſolitæ.ludũt in ſicco.i.in arena littoris, & quum ardea auis nota deſerit paludes notas,in quibus piſcari ſolet,& volat ſupra altam nubẽ. Tu videbis etiam ſæpe ſtellas hoc eſt ĩpreſſiones,& faces ſtellis ſimiles.labi.i.decidere,& ꝑcurrere cœlo.i.per aerem vento ĩpellẽte,qui ſtatim in terras,ac maria deſcenſurus eſt,& videbis lõgos tractus flãmarũ.i.flãmas in lõgum tractas albeſcere à tergo per vmbras noctis:quia ĩterdiu videri nequirent. Et tu videbis paleã leuem.i.deſiccatã,& frondes caducas volitare.i.per aera ferri,aut videbis pluuias nantes i.ſupernatantes colludere.i.in morem ludentium agitare nunc huc,nunc illuc occulta vi ventoꝝ in ſumma aqua. In quibus locutionibus ex more quãlibet rem certã narrantium ponit̃ ſecũda perſona ẽt ſingularis numeri ꝓ qualibet,hoc eſt ꝓ quolibet, aut quibuſlibet,præſente vel pſentibus,vt etiam Æneid.iiij. Migrantis cernas:totaq; ex vrbe ruẽtes. Cernas inq̃;,ſi adſis, & nõ magis tu,q̃; quilibet alius. Sed reuertamur ad ordinem. At.i.ſed, cũ.i.quãdo fulminat.i.fulmen cadit de parte boreæ illius vẽti, trucis.i.terribilis,hoc eſt ſeptentrionali regione:& cum domus euri,qui ab oriente flat,q; pro & zephyri q ab occidente tonat, tunc,ſup.omnia rura natant.i.aquis obruuntur, & ĩnundantur foſſis.i.aquaꝝ recęptaculis exiſtentibus plenis,ita ꝙ amplius capere nõ poſſent. Noue tñ dicuntur rura natare,cũ quę natant̃,ferantur aquis aut ſuper aquã,aut aerẽ,vnde ſorte accipit rura ꝓ his,quæ in rure ſunt,ſicut de pado dictũ eſt:ꝙ cũ ſtabulis armẽta trahit. Aut reciprocus ẽ illis ſenſus ſicut in quibuſdã aliis,vt ſicut dicimus flores ſpargi ſup lectũ & lectũ floribus,ita dicamus aquas natare ſup rura & rura natare aquis. Sane legendũ putem. Euriq; zephyriq; &c.& nõ euriq; & zephyri, nullius enim neceſſitatis eſt addere particulã,&,cum particula,q;,alibi ſæpe lõga legatur,vt Æneid.iij. Liminaq; lauruſq; dei, totuſq; moueri,&c. Atq; tunc oĩs nauita.i.nauta,legit.i.colligit dum ſtringit vela humida ex pluuia.ſ.quæ ſubſecuta eſt,imber nunq̃; offuit.i. nocuit imprudentibus.i. valde prudẽtibus aut prudentiã ſuã his prognoſticis impẽdentibus,aut nunq̃; nocuit imprudentibus.i. incautis,& vt Galli dicunt nõ præauiſatis hoc eſt nõ pmonitis, quia oẽs admonent̃ puiis ſignis,quã expoſitionem approbat q̃ ſequitur. Nã vt grues aeriæ.i.in altum ſe tollentes,aut aerei fere coloris,fugere illum.ſ.imbrem ſurgentem.i.orientem aut venturum,imis.i.decliuis,vallibus,aut bucula.i.vacca aut iuuenca ſuſpiciens cœlũ.i.ſurſum aſpiciens quod illi naturæ nõ eſt,captauit auras,naribus patulis.i.ſemp & multũ patentibus,aut hirundo auis nota,arguta.i.canora,aut ſtridula pennis circũuolitauit lacus,& ranę cecinere in limo querelam veterẽ.i.à multis annis eis cõſuetã (niſi ad fabulã retuleris) & formica terẽs anguſtum iter.i.callem,aut viã extulit ſępius tectis penetralibus.i.arcanis, & quę ipſa ſola penetrant oua.ſ.ſua verita.ſ.ne madefiant, & ingẽs.i.valde magnus arquus.ſ.cœleſtis quã irim vocãt,bibit.i.attrahit materiã nubis & exercitus.i.grex coruoꝝ decedens ẽ paſtu magno agmine.i.turmatim aut agminatim:increpuit.i.crepitum fecit & ſtridorem,alis denſis.i.cõiunctis,quia cominus volant & quaſi connexis alis.

PIERIVS.

⸿Iam ſibi tum curuis.) In Ro.cod. Iam ſibi tum à curuis,legitur vna plus prępoſitione,vt in Ænei.ij. Temperat à lachrymis. Idq; Seruius etiã videtur agnouiſſe.⸿Noctiſq; p vmbras.) In Romano codi.& in medi.per.vmbram,legitur vnitatis numero quod hoc loco melius.⸿Atq; omnis nauita põ.hu.ve.legit.) In anti.aliquot exemp.legunt,eſt plurali nume.⸿Et veterem in limo.) In codicibus aliquot anti.aut veterẽ, legitur. In vulgatis &,vtrunq; procedit.

Iam varias pelagi volucres,& quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri:
Certatim largos humeris infundere rores:

SERVIVS.

⸿Iã varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum, Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.) Hæc vera lectio: & ſenſus talis eſt, Iam varias pelagi volucres,& eas quæ circũ prata rimantur in dulcibus ſtagnis Cayſtri,videas certatim largos humeris ĩfundere rores.

Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiá vocat improba voce:
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.
Et caput obiectat querulum venientibus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſciuere hyemem: teſta quum ardente viderent
Scintillare oleum: & putreis concreſcere fungos.

rores. Nam ſi Iam variæ legeris, ſenſus nulla ratione procedit. Cayſtrus aũt Aſiæ fluuius eſt. Aſia vero, palus: Vnde fecit Aſia prata. Et de palude Aſia, A lõga eſt, nã de ꝓuincia corripit. vt, Europa atq; Aſia pulſus, & eſt Homericus verſus, ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καυσρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. ¶ Rimantur prata.) Paſcuntur in pratis, cibũ p terræ rimas requirentes. Nam rimari hinc tractum eſt à porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum. ¶ Et ſtudio geſtire lauandi.) Geſtire eſt lætitiam ſuam corporis habitu ſignificare, nam vt homines verbis lætitiam ſuam exprimunt, ita aues corporis geſticulatione. Incaſſum autem ideo ait, quia plumarum compoſitio aquá minime ad corpus admittit. ¶ Rauca) pluuia vocat improba vocs. Rauca contra naturam ſuam. Et. ¶ Vocat) poetice ait: non enim vocat, ſed denunciat pluuiam. Et notandũ cornicé, & rauca voce, & ſolam, pluuiam prædicere: Coruos vero ſerenum & plures & voce tenui ac puriſſima cõtra naturam ſuam: vt, Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces. ¶ Teſta cum ardente viderent.) Propter vilitatem noluit dicere lucernam, nec iterum Lychnum: ſicut in heroico carmine. vt, Dependent lychni. Medius vero in his libris eſt ſtylus, ſicut diximus ſupra. ¶ Putris concreſcere fungos.) Nam vt dicit Plinius, cum aer humidus eſſe cœperit, fauilla quæ cum fumo ſolet egredi, prohibita aeris craſſitate in lucernis reſidet, & quaſdã velut fungorum imitatur imagines.

MANCINELLVS.

¶ Varias pelagi volucres.) Ait idé, ꝙ hyemé ſignificant, cũ terreſtres volucres cõtra aquá clangores dabunt ꝓfundentes ſeſe, maxime cornix. Poeta aũt id tribuit aquaticis ét auibus. ¶ Aſia.p.) Vibius ſequeſter ſcri. qđ Cayſter decurrit ꝓximus paludi Aſiæ, & Probus inquit. Aſia producta prima litera dicit, in qua quod dã pratum Aſiũ iuxta cayſtrum flumen appellatur. Maro li. vij. Æneí. de Aſia palude, & Cygnis, & Cayſtro ét meminit, vbi ait. Ceu quõdam niuei. Ité ſonet amnis & Aſia longe pulſa palus. ¶ Cayſtri.) Cayſter fluuius eſt in Mœnia teſte Dionyſio, & teſte Pli. li. v. Cayſtro alluitur Epheſus amazonum opus. ¶ Lauãdi.) Paſſiue dictũ nam tõdeo, & lauo etiam paſſiue dicuntur, de quibus latius ibi in Buc. Tondenti barba cadebat. ¶ Cornix.) De hac iamiã dictũ eſt. ¶ Fungos.) Ait Pli. pluuias ſignificari, ſi in lucernis fungi fuerint, ſi flexuoſe, volitet flãma, ventũ & lumina, quũ p̨ſe flãmas elidunt, aut vix accendunt. Ité quum in eo pendẽtes coaceruantur ſcintillæ, vel quũ tollentibus hollam carbo adhęreſcit, aut quum contemptus ignis à ſe fauillam diſcutit, ſcintillam ve mittit, vel cum cinis in foco cõcreſcit, quum carbo vehementer perlucet, eſt & aquarum ſignificatio.

ASCENSIVS.

¶ Iam varias &c. Eandem rem proſequitur oſtendens videlicet alia alia tempeſtatũ ſigna, quę hoc ordine patebunt, Tu videas, ideſt videre poſſis, eſt autem ſecunda perſona pro quauis iam. ſ. imminente pluuia: quá arcus pluuialis collegerat volucres pelagi, ideſt in mari verſari ſolitas, & ſup. eas quæ rimãtur circum, ideſt per circuitum Aſia prata, ideſt Aſiana q̃ adiacent Aſiæ paludi quæ in Mœonia eſt non longe à Cayſtro, & ideo addit in dulcibus ſtagnis Cayſtri. ſ. fluuij in Mœonia. (Declinatur autem hic Cayſter aut Cayſtrus quo Seruius vtitur, nã gręca in ros apud nos vtrũque habent, vt Teucer & Teucrus &c.) tu videas inquam has volucres dictas iſundere certatim. i. cum certamine, humeris, ideſt in humeros ſuos, largos rores, ideſt aſpergines ſeu aſperſiones aquarum prius hauſtarum, & videas eas, obiectare nũc, ideſt aliquando: fretis, ideſt mari feruenti caput. ſ. ſuum, & ſe imergere, & nunc. i. aliquando currere in vndas, & geſtire. i. geſtu ſuum deſyderium indicare, ſtudio. i. cupiditate: lauandi. i. vt lauétur, aut lauãdi ſup. ſe & id incaſſum. i. fruſtra, quia fruſtra laborioſe quęritur, quod mox gratis, & abũndanter offerretur, ſed cum ita ſe lauant volucres, ſunt pluuiæ proximæ: quod libentius dixero quam Seruianum cõmentum, & cornix improba. i. íprobanda, aut inſatiabilis vocat tum. i. tunc plena voce pluuiá, & ſpaciatur ſecum ſola. i. ſine aliarum auium comitatu, in ſicca harena, & obiectat caput querulum, quaſi dicat garrulũ, vndis venientibus. i. ſurgentibus. Nec nocturna quidem, recitat prognoſticum ex inanimis, hoc eſt ex igni ſumendum dicens. Nec puellæ quidem. i. ne etiam puellæ carpentes, ideſt deducentes penſa nocturna. i. lanam: quã noctu carpunt penſum, referendã neſciuere, ideſt ignorauere, hoc eſt bene ſciuerunt, quia duæ negationes, vt ſunt, nec neſciuere æquipollent affirmationi, hyemem, ideſt futuram tempeſtatem pluuialem ab hyo, quod eſt pluo dictum, quum. i. quãdo, ipſę viderunt oleum ſcintillare. i. ſcintillas quaſi iniecta aqua emittere: & cum viderent fungos. i. fungorum figuras ex fuligine, concreſcre. i. ſimul naſci.

PIERIVS.

¶ Iam varias pelagi volucres. & quæ Aſia circũ.) In aliquot veteribus exemplaribus ita habet dictionum ordo. Iam volucres pelagi varias, quod tantundem eſt. In aliquot pro, & quæ Aſia, legere eſt, atq; Aſia. Sed omnino inemendate. In Romano codice, variæ, quod non placet, quia enunciatum eſt huius verbi, videas, niſi quis varie, aduerbium maluerit, vt ad varios lauationis modos, quos enumerat, referatur, rores quippe certatim humeris infundere, fretis caput obiectare, in vndas currere, & lauãdi incaſſum ſtudio geſtire. Sed enim caſtior omnino lectio eſt. varias pelagi volucres, epitheto ꝓprio. ¶ Nũc currere in vndas) Vetuſti codices partim, vndis, partim vndas, habent, vtrũq; plurali numero. ¶ Nec nocturna quidé.) In Romano codice ne nocturna, ſed Nec, melius.

Nec minus ex imbri ſoles, & aperta ſerena
Proſpicere, & certis poteris cognoſcere ſignis.
Nam neq; tum ſtellis acies obtuſa videtur:
Nec fratris radiis obnoxia ſurgere luna:
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones, non ore ſolutos
Immundi meminere ſues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt.
Solis & occaſum ſeruans, de culmine ſummo
Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.
Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus:
Et pro purpureo pœnas da Scylla capillo.
Quacunq; illa leuem fugiens ſecat æthera pennis:
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras,
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras
Illa leuem fugiens raptim ſecat æthera pennis.
Tum liquidas corui, preſſo ter gutture voces,

SERVIVS.

¶ Nec minus ex imbri ſoles.) Ideſt ſerenitates. Et verſa vice dat prognoſtica quibus agnoſcamus ex tempeſtiuo cœlo ſerenitatem futuram. ¶ Aperta ſerena.) Aer enim denſatur nubilo, & rareſcit ſereno. vt, Denſet erát quę rara modo: & quę dẽſa, relaxet. ¶ Nec fratris radiis obnoxia ſurgere luna.) Obtuſa ſubaudi à ſupioribus, nã hoc dicit, Nec tamen luna videt obtuſa, quę eſt radiis Solis obnoxia, nã vt dicunt phyſici, ab eo accipit lumen. ¶ Tenuia.) Proceleuſmaticus eſt ꝓ dactylo, quã ob ré quotiéſcũq; facit Virgilius, ſeruat locũ Synizeſi: vt tenuia: Ité &, Genua labant. ¶ Dilectæ Thetidi Halcyones.) Ceyx filius Luciferi habuit vxoré Halcyoné: à qua cum ꝓhibitus iſſet ad cõſulendũ Apollinem de ſtatu regni, naufragio periit. Cuius corpus cum ad vxorem delatum fuiſſet, illa ſe præcipitauit in pelagus. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi conuerſi ſunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Sane ſciendum eſt quòd cum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit: Cum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Iſte autem aues nidos faciunt in mari media hyeme. Quibus dubiis tanta eſt tranquillitas, vt penitus nihil in mari poſſit moueri. Inde etiam dies ipſi, Halcyonia nominantur. ¶ Nõ ore ſolutos.) Scilicet manipulos. Alii. ¶ Soluto ore) accipiunt, ideſt nimium patẽti. ¶ Immũdi) autem, Luto gaudentes. Horatius, Et amica luto ſus. ¶ Magis

Aut quater ingeminant,& ſępe cubilibus altis
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti,
Inter ſe folijs ſtrepitant,iuuat imbribus actis
Progeniem paruam,dulceſq; reuiſere nidos,

¶ Magis ima petūt.) Deprimūtur ad valles.¶ Nequicq́; ſeros exercet noctua cantus.) i.non. Perſius, Nequicq́; fundo ſuſpiret numus in imo. Itē Virg. Et ſummo clypei nequicq́; vmbone pependit. Noctua autem auis eſt lucifuga: quę ſignificat pluuiā ſi cecinerit poſt ſolis occaſum. De hac aūt talis eſt fabula, Nyctimene poſtq́; cū patre concubuit,& agnouit facinus eſſe: in ſyluis ſe abdidit,& lucem refugit: vbi deorum voluntate conuerſa eſt in auem: quæ pro tanto facinore oībus auibus eſt admirationi.¶ Sublimis in aere Niſus.) Niſus rex Megarenſium pater Scyllæ, de quo plenius in Bucolicis diximus.¶ Pœnas dat.) Aduerſante ſibi patre Scylla eiuſdem Niſi filia, quæ patri ſuo abſciſſam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti,& inde in auem conuerſa eſt: quas aues dicit nūc diſcordes nimis eſſe inter ſe.¶ Fugiens.) Patrem ſcilicet.¶ Æthera.) Aerem. ¶ Atrox.) Crudelis & immitis.¶ Stridore.) Sonitu alarum.¶ Tū liquidas corui preſſo ter gutture voces, aut quater īgeminant.) Plin. in natu. hiſtoria dicit coruos eſſe obliuioſos,& plerūq; minime ad nidos ſuos reuerti: ſed quadam ratione naturæ hæc cōgerunt ad ſuos nidos quæ vermes poſſint creare: ex quibus, relicti eorum pulli aluntur īterdum. Horum obliuionem probat etiam ex rebus, quas cum abſconderint, derelinquunt: quod etiā Muſtellæ dicuntur efficere.

PROBVS.

¶ Dilectę Thetidi halcyones.) varia eſt opinio harum volucrū originis. Itaq; in altera ſequit̄ Oui. Nicādrū, in altera Theodoꝝ. Putatur enim Ceyx Luciferi filius cū Halcyone Æoli filia mutatus in has volucres. Idem refert Halcyonē Scyronis filiā latronis Attici Polyphemōis filij, quū pater ei p̄ciperet, vt q̄reret maritum arbitratā permiſſum ſibi, vt cōcumberet cum q̄bus vellet ab irato patre deiectā in mare mutatā in hanc volucrē. Idcirco aūt dilectas Thetidi dicit has aues, quod per ſeptē dies q̄bus excludunt fœtus in mari tranquillitas eſt, vt tuta ſit nauigatio.

MANCINELLVS.

¶ Nec mi. ex im.) futurę hyemis hactenus ſigna docuit, nūc vero futuræ ſerenitatis poſt imbrē, quæ oīa Pli. latius ꝓſequitur. Halcyōes, hę aues paulo maiores paſſere ſūt, de q̄bus idē Pli. li. x. c. xxxvij.¶ Noctua.) noctuas nouē voces habere tradit Nigidius, ſcri. Pli. li. x. li. autem. xvij. ꝙ noctua in imbre garrula ſerenitatem oſtendit, ac ſereno tēpeſtatem.¶ Niſus,) de niſo in auē verſo latius videto in. vj. Eclo. Scylla Niſi filia in auem Cyrim verſa eſt,& Niſus in Halietū, vt patet li. viij. meta. apud Oui. Halietus autem eſt aquilę genus, de quo late Pli. li. x.¶ Liquidas voces.) Dictum eſt ſuperius, ꝙ ſi corui carptim vocem reſorbent, ventoſum imbrem ſignificant. Hic vero oſtēdit Maro, per liquidas claraſq; voces ſerenitatem portendi.

ASCENSIVS.

¶ Nec minus. Poſtq́; docuit varia indicia ac ſigna futurę hyemis ſeu tempeſtatis, docet ſigna ſerenitatis dicens ea nō minus certa eſſe q́; ſit hyemis.¶ Ordo autem ne ꝓlixus ſim eſt. Nec minus. i. pariformiter poteris ꝓſpicere. i. præuidere ex imbri. i. pluuia præuia hoc eſt poſt imbrem ſolis. i. apparitionē ſolis,& ſuditatem,& pro. i. ſerena. ſ. tempora, aut loca cœli & aeris aperta. i. nullis nubibus cooperta,& tu poteris non minus cognoſcere. ſ. iam dicta ſignis certis. i. infallibilibus. Nā neq; acies, videt̄ tunc ſtellis obtuſa i. ſtellæ non videntur tunc habere aciē obtuſā nec luna obnoxia radiis fratris. i. Phœbi hoc ē ſolis cui obnoxia eſt, quia ab eo illuminat̄, videtur ſurgere. i. oriri tum. i. tunc obtuſa nec tenuia vellera lanę. i. lanuginis arborum populi aut ſpinę videntur tunc ferri per cœlum,& Halcyones. ſ. aues in mari tempore ſummæ trāquillitatis nidificantes ob quam rem dicuntur dilectæ Thetidi, ideſt nymphæ illi ac deæ maris non pandunt, ideſt explicant in litore pennas, ſcilicet alarum ſuarū,& ſues, ideſt porci immundi, ideſt obſcœni & ceno gaudentes ac fœdi non meminere, ideſt non meditantur iactare ore, ſcilicet ſuo maniplos pro manipulos, ideſt faſciculos ſtramentorum, quanti manibus comprehendi ſolent, ſolutos, ideſt diſſipatos ore, ſcilicet ſuum. (Poteſt enim bis conſtrui) At, ideſt ſed nebulę petunt magis ima,& ita humiditas aeris vincitur ſolis radiis vnde naſcitur ſerenitas,& ipſę nebulæ recumbunt campo, Et noctua auis ea noctu volare ſolita, ſeruans. i. obſeruans occaſum ſolis ante quē nō euolat exercet nequicq́;. i. non, quaſi ſit nequaq́; cantus ſeros. i. ſerotinos cantus, Et Niſus auis illa in quam Niſus Megarenſium rex cōuerſus fingitur,& Halietus dicitur, apparet ſublimis. i. altus & per ſublime volans in liquido aere,& Scylla ſ. filia Niſi dat pœnas, quia ꝓfligatur à patre ꝓ capillo purpureo i. purpurei coloris, quem pater cōſecratum habebat, Quacūq;. ſ. parte, illa. ſ. Scylla fugiens. ſ. patrem Niſum ſecat. i. ſulcat & diuidit aera pēnis. ſ. alarum, ecce. q. d. derepente & improuiſo Niſus inimicus inſequitur ſup. eam, exiſtens inimicus ſup. cum magno ſtridore,& qua ſup. parte. Niſus fert ſe ad auras, i. aperte volat, illa. ſ. Scylla fugiēs. ſ. Niſum leuē. i. celerē, ſecat raptim. i. celeriter ęthera. i. ſublimē aerē pēnis. ſ. ſuis. Tū. i. p̄terea corui ingeminant, ter aut quater gutture rauco, voces liq̄das. i. p̄ter morē claras vt facile ſerenitatis indiciū agnoſcas.& ipſi lęti ſępe in altis cubilibus. ſ. arboꝝ aut rupiū ſtrepitant in folijs: inter ſe neſcio qua dulcedine. ſ. vocis, p̄ter ſolitū. i. vltra q́; ſolet eis vox dulcis eſſe niſi ſit, Neſcio q̄a dulcedine. ſ. t̄pis ipſi lęti crepitāt inter ſe iuuat. i: delectat ſup. eos reuiſere ꝓgeniem paruā. i. pullos, q; pro. i. nidos dulces. Ideo autem dulces q̄a progeniem continent & hoc ībribus actis. i. tranſactis. Mire exprimit naturā coruorum quibus pullorum eſt obliuio niſi ſerenitate cōmoneantur.

PIERIVS.

¶ Nec minus ex imbri ſoles.) Antiqui aliquot codices, ex imbres ſoles, legunt, ea compoſitione qua, exlex,& exſpes, dicitur. Sed ita deeſſet aliquid. Quare melior eſt lectio, quæ in Mediceo codice, cum vulgatis ſentit, dicente preſertim Seruio dari etiam præcæpta, quibus ē tempeſtuoſo cœlo futuram ſerenitatem agnoſcamus.¶ Sublimis in aere Niſus.) In Romano codi. in æthere. Sed omnino melius in aere, quia paulopoſt ſequitur, ſecat æthera pennis, miſſum facio. Sublimis, b, in, l, mutata, ꝙ pleriq; codices antiqui ſcribunt.¶ Inter ſe foliis ſtrepitant.) In Mediceo,& antiquis fere omnibus exemplaribus, legitur, Inter ſe foliis, Nam, in, omnino deſiderabatur, quanquā etiam abſque præpoſitione non aliena lectio ſit à Virgiliana phraſi,& ita. Quod paulo inferius eſt, ſin ortu in quarto, vetera oīa exemplaria, quæ legi, ſin ortu, quarto abſq;, in, legunt, quod elegantius exiſtimatur.

Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verum vbi tempeſtas,& cœli mobilis humor
Mutauere vias,& Iupiter humidus auſtris
Denſat, erant quæ rara modo,& quæ denſa relaxat,
Vertuntur ſpecies animorum:& pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat:
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris:
Et lætę pecudes,& ouantes gutture corui.

SERVIVS.

¶ Haud equidem credo.) Proponit ſibi quęſtionē acerrimā,& de intima philoſophia: quā t̄n totā facilitate diſſoluit. Nā quęrit cur hoīes, quos conſtat eſſe prudētiores aīalibus, ꝑ ſe nō ſentiant qualitatē aeris futurā: ſed eā magis ex aliis aīalibus colligant. Et hoc dicit, homines prudentiā habere naturalē,& ſuo iudicio poſſe vel lętos eſſe, vel triſtes, quæ res in hęc animalia cadere minime poſſunt, quę nihil ſuum habentia, naturam aeris ſequuntur:& ꝑ eius qualitate aut læta videtur aut triſtia: nec prędicere aeris naturā videntur, ſed eā vel proſperam vel aduerſam aduenientem ſequuntur. Nos vero & læti inter nubila eſſe poſſumus,& in ſerenitate ſoliciti.¶ Aut rerum fato prudētia maior.) i. nō eſt illis diuinitus conceſſum ingeniū, nec prudētia, quæ eſt maior rerū fato. Alibi, Metus omnes,& īexorabile fatū Subiecit pedibus.¶ Iupiter.) Aer: vt Hora. Manet ſub Ioue frigido Venator.¶ Auiū cōcentus.) Commiſtus cantus. i. ſymphonia. ¶ Lętæ pecudes.) Aeris ſerenitate gaudentes.

MANCINELLVS.

¶ Haud equidem cre.) Prædicta. ſ. aīalia quibuſdam ſignis oſtendere. Aperit autem cauſas, vnde id procedere poſſit.¶ Ingenium.) propriæ dicitur naturalis ſapientia teſte Nonio.¶ Fato.) Deorum voluntate. Iupiter i. aer.¶ Denſet.) denſet legendum eſt, ſic enim antiqui textus habent, ſic quoq; Priſcia. lib. viij. hic legit. idem etiam Mar. libro x. ait. Poſtremi addenſent acies, Denſo denſas etiam in eadem ſignificatione

ſignificatione & conſtructione reperitur. Vertuntur.) mutanẽ. Species.) qualitates. Nunc.) i. ſereno tempore.

ASCENSIVS.

Haud equidẽ credo &c.) Quia dictũ eſt aues & feras tẽpeſtatẽ pſagire eaq́ʒ hoibus indicare. quæri põt quõ id fiat cũ homo excellentiſſimo ingenio prẹditus debeat eam prius percepiſcere & cæteris aiantibus indicare. Ad hoc reſpõdet verũ quidem eſſe ꝙ nulli aiantium diuinius ſit ingeniũ q̃ȝ homini: ſed qa hõ libertate arbitrij ſui cõtra influentiã cœleſtẽ ſe aut lætitia aut triſtitia aut alia quauis paſſione afficere põt, nec naturali iclinationi ſemper obtẽperat, cæterẹ aũt aiantes ſolius naturæ atqȝ cœlorũ influentiæ habenis cohibitæ, & rõnis expertes non poſſunt nõ geſtire, & cœlo obtẽperare, quocirca imminẽte ſerenitate exultant & ſeuitia ingruente mœrẽt, eo ꝙ ante mutationẽ aeris mutantur cauſæ quæ ſunt ſyderum influentiæ, quas beſtiẹ per rõnis diſcurſum ad alia non diſtinctæ facillime percipiſcunt: hoíesq́ʒ ſit attẽderent non minus ſentirent. Ordo autem eſt. Equidem, ideſt ego quidem haud, ideſt non credo, quia ingenium. i. perſpicacitas & prudẽtia ingenita & cõnaturalis ſit illis. ſ. iam dictis beluis diuinius. i. diuinæ perfectioni aut ꝓuidentiẹ conformius: aut quia maior prudentia rerum ſit illis. ſ. beluis quam ſup. hoibus, fato i. deoꝝ volũtate, aut neceſſitudine cœleſti: hoc eſt per fatum: quõ non regitur is ablatiuus ex vi comparatiua, vnde non eſſet ſenſus fato. i. quam fatum habeat. Nec quam fatum ſit. Veruntamẽ Ser. ita intelligit vt ſit aut quia prudentia maior fato. i. quæ maior eſt quam fatum ſit illis diuinitus. i. à deo infuſa. Eſt. n. prudẽtia maior fato, ideſt influentia cœleſti, quia ſapiens dominabitur aſtris. vnde dicturus eſt poeta. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Atqȝ metus omnis, & in exorabile fatum, Subiecit pedibus. Itaqȝ ſm Seruium legẽdum eſt diuinitus vt ſit. Equidem ego haud credo quod ingenium ſit illis diuinitus, hoc eſt ꝙ habeant ingenium diuinitus infuſum; aut quia prudentia rerum quæ ſ. maior fato ſit illis, veruntñ, quia vt dicturus eſt in quarto huius, Eſſe apibus partẽ diuinẹ mentis & hauſtus Æthereos dixere deum, nãqȝ ire per oẽs Terrasq́ʒ tractusq́ʒ maris &c. in. vj. Ænei. de oĩbus animantibus, ꝙ Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo, nõ male forſan legeret qui diceret quia ſit diuinius illis, ingenium. ſ. quã hominibus ſicut Flaccus in primo ſermonũ poetis mentem diuiniorem quam cæteris hoĩbus cõcedit dicẽs. Ingeniũ cui ſit, cui mens diuinior, atqȝ os magna ſonaturũ des nois huius honorem: legamus ergo, aut cum Ser. aut ſicut prius expoſuimus Verum. i. ſed vbi. i. quo tempore (nam localia & tẽporalia aduerbia fere cõiter ponunẽ) tempeſtas & humor cœli i. aeris mobilis. i. mutabilis, mutauere vias. i. abierunt & alio ſe recẹperunt, & Iupiter. i. aer humidus, denſet aut potius denſat (nã denſeo proprie neutrum, aut paſſiuum eſt ab intrinſecus nata paſſione; ſignificat. n. id quod eſt denſus ſum aut fio, dẽſo vero actiuum ſignificans denſum facio, vt hic) denſat. i. denſa facit auſtris. i. per auſtros ventos deſiccatiuos ea q̃ erant modo. i. paulo ante rara, & relaxat quẹ erant denſa, tunc ſup. ſpecies animorũ ſ. brutoꝝ, vertuntur cũ qualitate aeris, & pectora cõcipiunt nunc ſ. tpe ſerenitatis futuræ alios motus. i. affectus, & alios ſup. cõcipiebant dũ vẽtus agebat nubila. i. impellebat nubes tempeſtiferas hinc. i. ex hac aiorum cũ tempeſtate ĩmutatione naſcitur, ille ſ. notiſſimus & ſuauiſſimus, concentus. i. melodia aut ſymphonia auium. ſ. concinentiũ in agris, ꝙ bene addit vt non quæſtus gratia aut victus, ſed naturali influẽtia cãtare credas, & hinc ſup. ſunt pecudes lætẹ, & corui ſunt ouantes. i. lẹtitiam vocalẽ ſignificantes gutture. ſ. ſuo, quod raucum prius dixit.

PIERIVS.

Et pectora motus cõcipiunt.) In antiquis aliquot cod. pectore, legitur ſing. ablatiuo: vt ſpecies ſit ſuppoſitũ. In Medi. pectore, eſt alia ſcriptione.

Si verò ſolem ad rapidum, lunasq; ſequentes
Ordine reſpicies, nunq̃ te craſtina fallet
Hora, nec inſidiis noctis capiere ſerenæ.
Luna reuertentes quum primum colligit ignes:
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu:
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber,
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento ſemper rubet aurea Phœbe,
Sin ortu in quarto (nanqȝ is certiſſimus author)
Pura, nec obtuſis per cœlum cornibus ibit:
Tòtus & ille dies, & qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem, pluuia, ventisq; carebunt:
Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ
Glauco, & Panòpeæ, & Inóo Melicertæ.

SERVIVS.

Solem ad rapidum.) Velocem. Et notandum, hæc ſigna magis fida & ſubtiliora eſſe, q̃ ex ſole & luna colligimus. Lunasq́ʒ ſequẽtes ordinẽ reſpicies. Non ordinem reſpicies, ſed Ordine, ideſt rationabiliter ſolem ſequentes. Luna enim ſolis circulum ſequitur: licet ipſa ſit inferior. Donatus dicit Lunas, noctes acccipiendas: ſed male. non enim ſigna quæ dicturus eſt, ex nocte ſed ex Luna colligimus. Nunquam te craſtina fallet hora.) Hyperbole eſt: ne hora quidẽ te decipiet. Neqȝ inſidiis noctis capiere ſerenæ. Decipieris. Nam Aphæreſis eſt, & plerunqȝ ſcimus nos decipi ſerenitate. Reuertentes cum primum colligit ignes.) Cum incipit renaſci. Obſcuro cornu.) Non clare lucenti. Maximus agricolis, pelagoq́ʒ parabitur imber.) Id eſt, ſi non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aerem videris, erit vbiqȝ pluuia: ſicut ſupra, Omnia plenis Rura natãt foſſis, atqȝ omnis nauita ponto. Si virgineum ſuffuderit ore ruborẽ.) Si forinſecus habuerit ruborem, nam de interiori parte. infuderit diceret. Aurea.) Ideſt, pulchra. vt, At non Venus aurea contra. Phœbe.) Ideſt luna. Venit autem ab eo quod eſt Phœbus. Et ſciendum quædam propria nomina fœmininum ex ſe facere, neutrum autem nulla: vt Phœbus, Phœbe: Iulius, Iulia: Tullius, Tullia, nõ vt appellatiuum, doctus docta doctũ. Sin ortu quarto.) Aratus tertiam dicit animaduertendam eſſe lunam: hic; quartam; non illud improbans, ſed hoc magis probans, nam ad hoc pertinet, Nanqȝ is certiſſimus author. Exactum ad menſem.) Vſqȝ ad mẽſis vltimam partem. Vnde & exacti menſes dicuntur, qui circa partum ſunt. Ipſe in ſequentibus, Exactis grauidæ cum menſibus errant. Glauco, & Panopeæ, & Inóo Melicertæ.) Glaucus piſcator fuit de Anthedone ciuitate: qui cum captos piſces ſuper herbam poſuiſſet in littore: & illi recepto ſpiritu rurſus mare petiſſent: ſenſit quarundam herbarum potentiam, quibus eſis conuerſus eſt in numen marinum. Panopea autem eſt nympha marina. Inóo) autem patronymicum eſt à matre Ino. Melicerta proprium numinis. Sanè Ino & Melicerta filius, poſtquam ſunt in numina cõmutati, græce Palẹmon & Leucothoe ſunt appellati: latine Portunus, et Mater matuta. His ergo numibus dicit mox ſacrificaturos nautas in littore eis diebus quibus prædicta ſerenitas affuerit: eo ꝙ ſint in mari ſeruati.

PROBVS.

Glauco & Pãopeẹ, & Inoo Melicertæ.) Panopeam hanc virginem nominat inter Nereidas. Glaucus autẽ deus maris eſt. Is aũt piſcator fuit, & guſtu cuiuſdam herbẹ conuerſus eſt in numen. Inoum Melicertam ait Palæmona, quem quidam portumum interpretantur, ipſa autem mater præcipitata cum eo in mare, numen pelagi facta eſt, & appellatur mater Matuta, græce Leucothea. Matuta

MANCINELLVS.

Solem rapidum.) perpetuum ſolis epitheton, nam vt ſupra oſtendimus ſuo calore omnia fere rapit, & deſiccat. Sequentes futuras. Luna reuertentes quum primũ colligit ignes.) i. poſt nouilunium, hinc Varro dicebat, vt ſcrib. Pli. lib. xviij. naſcens luna, ſi cornu ſuperiore obatro ſurget, pluuias decreſcens dabit, ſi inferiore ante plenilunium. Si in medio nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio, ſi in ortu cornua craſſiora fuerit horridam tempeſtatem. Si nigrum ob.) dictũ eſt ſuperius, ꝙ ſi nigra apparuerit luna, imbres portendere creditur, ſi rubicunda ventos. Aurea Phœbe.) Pulchra luna. Sin ortu quarto.) dictum eſt ꝙ quartã lunam maxime obſeruat Ægyptus: quẹ ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit ſerenitatem portendit. Glauco, & Panopeæ, & Inóo Melicertæ.) hic verſus ſic diuiditur. Et Glauco, & Panopeæ, & Inóo. Melicertæ. Gellius lib. xvij. c. xxv. ſcrib. Parthenii poetæ grẹci verſum eſſe. Glauco Nereiq́ʒ, atqȝ maris Genio Melicertẹ, eũqȝ verſum Vir. æmulatum eſſe, & feciſſe duobus vocabulis vetuſte ĩmutatis parem. Glaucus aũt piſcator erat, qui herba quadã guſtata mare ſubiit, atqȝ inter deos marinos recẹptus, de quo late habetur in fine li. xiij. meta. Panopeæ, de hac Ma. li. v. Læua tenet Thetis, & milite, panopæaq́ʒ virgo. Inóo Melicertæ. Learchus & Melicerta filij fuere Athamantis ex Ino Cadmi filia,

Lũẹ colores

Learchꝰ Melicerta.



Virg

ſilia, vt teſtat Oui.lib.iiij.met. Learchus ſaxo illiſus à patre obiit
Ino. Ino aũt cũ Melicerta fugiens ſeſe in vndas dedit, ipſaq; cõuerſa
Leucot. eſt in deam, quæ Leucothoe dicitur, à nobis vero Matuta. Meli/
Matuta certa autem Palæmon dictus eſt, latine Portunus. Hinc Ouidi.
Palęmõ li.vj. Faſt.ait. Leucothoe graii Matuta vocabere noſtris. In por
Portunꝰ tu nato ius erit omne tuo. Quem nos portunum, ſua lingua Pa/
lęmona dicet &c.

ASCENSIVS.

¶Si vero ad ſolé. Docet certiſſima ſigna ex ſolis & lunæ obſer/
uatione haberi. Prius tñ de lunę q̃; de ſolis indiciis loqtur dicés.
Vero pro ſed ſi tu reſpicies ad ſolé rapidũ.i. velocé quod illi per/
petuum eſt epitheton, vnde vt Oui. docet equus illi ſacrificatur.
Ne detur celeri victima tarda deo, & ad lunas ſequentes.i. futu/
ras aut ſuccedentes ordine.ſ. naturali hora craſtina.i. poſtridiana
cuius pridie id feceris, nũq̃; fallet.i. decipiet te neq; capieris.i. de
cipieris inſidiis ſerenę noctis quę.ſ. ſerenitaté diei ꝓmittere fal/
lenter videtur. Si cum.i. quãdo luna colligit primũ ignes reuer/
tentes.i. ſplendoré ſuum.i. ſi poſt nouilunium luna comprehen/
derit obſcuro cornu aera nigrũ.i. nimboſum tunc ſup. maximus
imber parabit agricolis.ſ. in agro & pelago.i. nautis pelagus fre
quentantibus. At.i. ſed ſi ſup. luna ſuffuderit ore.i. forinſecus ex/
preſſerit ruborem virgineum.i. qualis in vultu virgineo eſſe ſo/
let, cũ calorem adhuc plenum habeat tunc ſupp. ventus erit: erit
phœbe.i. luna aurea.i. rutila & pulchra, rubet ſemper vẽto.ſ. futu
ro, quia aer denſus & nubiloſus radios eius in rubedinem trahit.
Sin.i. ſed ſi ſup. luna ibit.i. decurret per cœlũ pura.i. ſine nymbo
aut circulo dẽſi aeris, neq; obtuſis cornibus ſed acutis & hoc or
tu quarto.ſ. poſt nouiluniũ (nã is.ſ. quartus ortus; eſt certiſſimus
author.ſ. ſerenitatis pronũciandę quem Ægyptii etiam ſummo/
pere obſeruant) ſi inquã ſic ibit, &.i. ſimul totus ille dies & oẽs
ſup. qui naſcentur ab illo.i. poſt illum.ſ. quarti ortus vſq; ſup. ad
menſem exactum.i. cõſummatum carebunt ventis & pluuia &
nautæ ſeruati.ſ. a ſubmerſione ſoluẽt in littore vota Glauco deo
illi marino, & Panopeæ nymphæ illi marinę, & Melicertæ deo
quoq; marino, Inoo.i. Inus filio.

PIERIVS.

¶Hora nec inſidiis.) In Mediceo & aliis antiquis codici. neq;.
¶Si nigrũ obſcuro comprehẽderit aere cornu.) Mediceus codex
& antiqua omnia exemplaria, quæ legi, aera, habẽt quarto caſu,
manifeſtum enim eſt obſcuritaté eam, quæ lunaribus cornibus
obuenit. Aere ex obfuſcato procedere. Sed enim Varro ob atrũ
cornu appellat, vt Virgi. nigrum. Obſeruat enim ille modo ſum
mum, modo infimũ, modo vtrunq; cornu obatrum, modo me
diam inter vtrunq; partem obfuſcatã, variis itidem temporibus
pluuias portendere, quare magis placet ea lectio, quę nigrum ait
cornu obſcuro aere. ¶Pura nec obtuſis.) In veteribus cod. neq;
obtuſis legitur, colliſione illa neſcio quid mollius ſonante. ¶Et
qui naſcentur ab illo.) In Ro. cod. naſcet, vnitatis num̃. quod nõ
probatur, ſicuti neq; etiã naſcuntur, inſtãti tẽpore, vt habetur in
Longo. ¶Votaq; ſer. ſol. in littore nautę.) In Ro. co. ad littora le
gitur, quo.ſ. fuerat apellendũ, vt ſeruarentur, q̃; q̃; nõ diſpliceat,
in littore vota ſolui. ¶Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.)
Vt infirmioribus etiã manũ porrigamus, ſcandẽdus eſt verſus,
quem grãmatici nonnulli male diuidunt, ſic igitur dicamus mo
re Aſpri, Glauco, ſpõ, & pano, dact, peæ & dact, ino, ſpon. o me/
li. dact. certę. ſpõ. panopæa vero ex vi nominis ſerenitatis deam
& tranquillitatis authorem ſignificat, proſpectũq; vndecũq; cla
rũ & apertum. Nam q ꝓcelloſo cœlo clauſa fuerant, diſpulſis nu
bibus cuncta aperiuntur, obtutuiq; noſtro liquido ſe offerunt,
idq; oſtendit πᾶν καὶ ὤψ ὠπὸσ.

Sol quoq; & exoriens, & quum ſe condet in vndas:
Signa dabit: ſolem certiſſima ſigna ſequentur,
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe:
Suſpecti tibi ſint imbres, nanq; vrget ab alto
Arboribuſq; ſatiſq; notus pecoriſq; ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radii: aut vbi pallida ſurgit
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo quum iam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis, nam ſæpe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Cœruleus pluuiam denunciat, igneus Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni:
Omnia tunc pariter vento, nimbiſq; videbis
Feruere, non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neq; à terra moneat conuellere funem.
At ſi, quum referetq; diem, condetq; relatum,
Lucidus orbis erit: fruſtra terrebere nimbis:
Et claro ſyluas cernes aquilone moueri.

SERVIVS.

¶Sol quoq; & exoriẽs, & cũ
ſe cõdet in vndas.) Dicitur enĩ
occidens ſol, ſe in mare tingue
re. ¶Signa dabit.) pluuiarum
vel ſerenitatis. ¶Certiſſima ſi/
gna.) De quibus nemini ſit ne/
ceſſe dubitare. ¶Et quæ mane
refert.) Ortu diei. ¶Surgenti/
bus aſtris.) Superueniente no/
cte. ¶Maculis variauerit or/
tum.) Non clara & pura luce
reſplendens in ortu ſuo. ¶Cõ
ditus in nubẽ.) i. ſi orbis eius
quaſi concauus fuerit. quod ip
ſe exprimit dicens. ¶Medioq;
refugerit orbe.) Auſter. ¶Vrget
ab alto.) Imminet & inſiſtit.
¶Satiſq;.) Segetibꝰ. ¶Notus.)
ventus. ¶Siniſter.) Noxius.
¶Sub lucem.) Oriente luce.
¶Denſa inter nubila.) Operto
ſole nubibus. ¶Diuerſi rum/
pent radii.) Abſcõdito ſole &
operto diuerſi radii per nubẽ
erumpent. ¶Tithoni croceum
linquens aurora cubile.) Ti/
thonus frater Laomedõtis Re
gis, adamatus eſt ab Aurora.
Cunque optaſſet prolixiorem
vitam conuerſus eſt in cica/
dam. ¶Male defendet pampinus vuas.) Id eſt, non defendet,
nam decuſſis pampinis etiam vim grandinis patitur. ¶Emenſo
Olympo.) Percurſo & perluſtrato cœlo, cum iam deſcendet ad
occaſum. ¶Profuerit meminiſſe magis.) Ideo Magis, quia à ſo
le venientia veſpertina ſigna, meliora ſunt. ¶Cæruleus pluuiam
denunciat. ¶Breuiter collecta cõcluſio. ¶Omnia tum pariter vẽ/
to. (Id eſt, vbique & pluuiæ & venti erunt. ¶Feruere.) Æſtua/
re & impleri. Cuncta hæc erunt in occaſu conſyderanda. ¶Me
nocte.) Gratiorem ſenſum fecit, interpoſita ſuæ perſonæ com/
memoratione, nam hoc dicit, nulli ſe ſuadere illa nocte nauiga/
re. ¶At ſi cum referetq; diem, condetq; relatum.) Hoc ad futu/
ræ ſerenitatis pertinet ſignum, nam ſi de ipſo die dicas, de quo
præmiſit: ſtultiſſimum eſt. ¶Claro Aquilone.) Serenifico: quia
eſt & nubilus, ſicut ferè omnes venti. Horatius, Albus vt obſcu/
ro deterget nubila cœlo. Sæpe
Notus, neq; parturit imbres
perpetuos.

MANCINELLVS.

¶Ille vbi naſcen. macu. varj. — Solis præſagia.
or.) Plin. de ſolis preſagiis. li.
xviij. inquit, ꝙ quũ oriente ra/
dii nõ illuſtres eminebũt, quã
uis circũdati nube nõ ſint plu
uiam portendent, ſi ante exor
tum nubes globabuntur, hye/
mem aſperam denunciabunt,
ſi nubes ſolé circũcludent. quã
to minus luminis relinquent,
tãto turbidior tempeſtas erit.
¶Vrget.) ſ. imbres. ¶Ab alto.)
i. ab aere. ¶Notus.) qui latine
auſter dicitur. ¶Siniſter.) no/
cens, aduerſus, Aut vbi ſub lu
cẽ, ait idẽ, ſi ſol ex ortu lõge ra
dios ꝑ nubes porriget, & me/
dius erit inanis, Pluuiã ſignifi
cabit. ¶Pallida.) Ait idem, ꝙ — Solis colores
ſol pallidus oriens hybernam
grandinem nunciat. ¶Titho/
ni.) ſui viri. ¶Cœruleus.) ait
idem, ſi in occaſu eius radii in
ſe nubem trahent, aſperam in
proximum diem ſignificabũt
tempeſtatẽ. ¶Igneus euros.)
Ait idem, ſi circa occidentem
candens erit ſol, ventum ſignificat. ¶Lucidus orbis.) ait idem,
quòd ſol purus oriens atque non feruens ſerenum diem nun/
ciat. Si & occidit pridie ſerenos, & oritur tanto certior fides ſere
nitatis. ¶Claro aquilone.) Is enim, teſte eodem: ſerenus eſt Ita/
lię, cum Aphricę nubilus ſit, eſtq; ſaluberrimus oium aquilo. — Aquilo

ASCENSIVS.

¶Sol quoq; & exoriẽs &c.) Nouiſſimo loco ſigna q̃ à ſole de/
prehenduntur recitat nõ ꝓter rhetoricorũ inſtitutum: qui maxi/
mi quęq; ponderis ad finem dicenda monent. Certiſſima autem
atq; eadem maximæ futurę tempeſtatis indicia ſolis ſunt. Quin
etiam ad id quod prætendit maxime conducit ꝙ vltimo loco
ſolis ſignificationem recitat, vt.ſ. nactus occaſionem in gratula
tionem Auguſti ſigna Cæſaris mortem in ſole proſequatur. Di/
cit ergo ſolis eſſe certiſſima ſigna & in ortu & in occaſu quæ va/
riis eius

riis eius coloribus quorũ ſignificationes ponit explicatur. ¶ Ordo aũt eſt. Sol quoq;.i.ét ſol nedũ luna & cæteri planetæ dabit ſigna.i.indicia tẽpeſtatis,&.i.ſimul exoriens.i.quando exoritur, & quũ.i.quãdo condet.i.abſcõdet ſeu præcipitabit ſe in vndas.i. quũ occidit (nam vulgus credit ipſum in vndas maris occidere & pręcipitari) certiſſima ſigna ſequent̃ ſolem, & ſup.ea q̃ ipſe refert.i.repręſentat mane.i.tpe matutino, & quæ ipſe refert aſtris ſurgẽtibus.i.ĩcipientibus apparere nobis, hoc eſt tpe veſpertino. Ille.ſ.ſol de quo.ſ.ſermo eſt, vbi.i.quandõ variauerit maculis.i. offuſcatione nõ integra ſed interciſa q̃ facit vt ſol minus ſit illuſtris ortũ naſcentẽ.ſ.primũ & matutinũ. Oritur.n. vſq; ad meridiẽ ſol exiſtens conditus in nubẽ.ſ.pro parte media & refulſerit medio orbe: tũc ſup.imbres ſint tibi ſuſpecti, quia ſtatim futuri ſunt, nãq; notus ventus ille pluuiam excitãs latine auſter dictus ſiniſter.i.inimicus arboribus & ſatis.i.ſegetibus & pecori vtget ſ.imbres hoc eſt impellit eos, ab alto.ſ.aere vt p̃cipitent̃. Aut vbi i.quãdo diuerſi.i.diſcolores radii rumpent ſeſe inter nubila, ſub lucem.i.paulo ante lucẽ & tpe vergente in lucẽ: aut vbi.i. q̃n aurora.i.dea matutini tẽporis: linquens cubile Tithoni mariti.ſ.ſui crocreũ.i.crocei coloris ſurgit pallida.i.pallorẽ inducẽs in auras heu dolẽtis eſt, pãpinus.i.frõs vitiũ, mitis.i.tenera adhuc (Reperitur hic aut hęc pampinus, ſed Vir. nuſq̃; epithetũ ponit quo genus diſcernas innuens per hoc dubiis ſuperſedendũ) defendet.i. ꝓteget à grãdine, male.i.nõ, aut dic pampinus male.i.non defendet, mitis.i.teneras aut maturas vuas, qa dicturus eſt. Et iam maturis metuendis Iupiter vuis, tũ.i.tunc multa horrida grãdo ſalit crepitans in tectis, hic videntur multa epitheta, ſed nõ ſunt vitioſe poſita, nã multa cum ſit numerale non eſt plenũ epithetũ, licet enĩ dicere, multi diſerti viri: & pauci caſti viri, crepitans aũt diuiſim conſtruitur ab horrida interiecto verbo fallit. Sunt qui legant tam multa vt ſit tam multa vt pãpinus nõ poſſit vuas defendere. Hoc etiã &c. nunc de ſole occidẽte loquitur dicens. Profuerit.i.vtile fuerit etiam meminiſſe.i.annotaſſe hoc.ſ. quod de ſole oriente dictũ eſt, cũ decedet iam Olympo.i.hemiſpherio noſtro emenſo.i.tranſcurſo.i.cum ſol occiderit, profuerit dico magis quia veſpertina ſigna in ſole validiora ſunt. Nã noś videmus ſæpe varios colores errare.i.ſpargi, & mutari in eius.ſ.ſolis vultu. Cœruleus color ſolis, ideſt marinus: denũciat pluuiam color igneus.i.rutilus: denunciat euros.i.ventos orientales. Sin.i.ſed ſi maculę incipient immiſceri igni rutilo, tu videbis tum.i.tunc omnia feruere.i.increbreſcere pariter vẽto & nimbis.i.pluuioſis nubibus. Quiſquam, ideſt quicuuq; is fuerit, non moneat: quia fruſtra id fecerit me ire illa nocte, qua ſcilicet talia ſigna apparuerint per altum, ſcilicet mare neq; conuellere, ideſt diripere & diſſoluere, funem, ideſt retinacula nauium: à terra quibus terræ aſſiguntur naues. At.i.ſed ſi orbis.i.globus.ſ.ſolaris erit lucidus.i. illuſtris, q; pro &, & pariter, quum.i.quando referet, ideſt reducet diem.i.claritatem diurnam, & quum condet, ideſt abſcondet aut finiet & componet.ſ.diem relatum, ideſt ad nos reductum, hoc eſt ſi in ortu & in occaſu lucidus erit globus ſolaris: tu terrebere fruſtra nimbis: & tu cernes ſyluas moueri, aquilone.ſ. vento, claro.i.ſerenitatem inducente.

PIERIVS.

¶ Solem certiſſima ſigna ſequentur.) In Ro.co. & in Mediceo, & Longobardico p̃ſenti tpe legitur ſequuntur: quod maioris eſt dignitatis complectiturq; ita in ſe & præteritum & futurũ. ¶ Diuerſi erumpent radii.) In Ro.cod. rumpunt, biſſyllabum pręſenti tpe. In Med. & aliquot aliis peruetuſtis diuerſi erũpent, eſt & diuorſi. Et Aſper grãmaticus eo loco, vbi diſputat aduerſus eos, qui paſſim geminum ij, per vnum tm̃ ſcribere volebant, vt radi, pro radij, dum duo neceſſario oportere ſcribi contendit, verſum hunc citat, & rumpent, oĩno ſcribit. ¶ Aut vbi pallida ſurgit.) In Medic. & aliquot aliis antiquis ſurget, futuro tẽpore. Sunt tamẽ & qui ſurgit, præſenti legant. ¶ Heu male tum mitis defendit pãpinus vuas.) In Medic. & aliis ferè omnibus antiquis defendet, habetur: per, e, futuro quippe tempore, vti ſuperius ſurget, Prognoſtica enim de futuris eſſe debent. ¶ Sin maculę incipient. In antiquis aliquot incipiunt, & ſuperius decedit, ſed futurum in vtroq; receptum magis.




Deniq; quid veſper ſerus vehat, vnde ſerenas,
Ventus agat nubes, quid cogat & humidus Auſter,
Sol tibi ſigna dabit, ſolem quis dicere falſum
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudemq́;, & operta tumeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,
Quum caput obſcura nitidum ferrugine texit.
Impiaq́; æternam timuerunt ſæcula noctem.
Tempore quanq̃ illo tellus quoq;: & æquora ponti,
Obſceniq́; canes, importunæq́; volucres
Signa dabant: quoties Cyclopum efferuere in agros,

SERVIVS.

¶ Deniq; qd veſper ſerus vehat.) Cõcluſio eſt: q̃ hoc continet, Signa q̃ poſſumus ex ſtellis vel ex vẽtis colligere, melius ex ſole colligimus. ¶ Quid cogitet humidus Auſter.) i.in quã partẽ ſe flectat, vtrũ ad ſerenitatẽ, an ad pluuias, vt diximus ſupra. ¶ Solẽ quis dicere falſum audeat.) i.fallacẽ. Salluſtius, Ambitio multos mortales falſos fieri coegit. ¶ Cæcos tumultus.) Coniurationes & latentes inſidias. ¶ Ille etiam extincto miſeratus Cęſare Romam.) Bonum epilogi reperit locum: vt in Auguſti gratiã defleat Cæſaris mortem. Conſtat autem occiſo Cæſare in ſenatu, pridie Iduum Martiarũ Solis fuiſſe defectum, ab hora ſexta vſque ad noctem, quod quia multis protractum eſt horis, dicit in ſequentibus, Æternam timuerunt ſęcula noctẽ. ¶ Ferrugine texit.) Ferrugo, eſt purpura nigrior, Hiſpana.

Alibi,Et ferrrugine clarus Hibera.⸿ Impia ſecula.) Quibus fuerat Cæſar occiſus. ⸿ Æternam timuerunt ſęcula noctē.) Propter diutinum, & prolixū ſolis defectū.i. timuerunt, ne ſemper ille defectus maneret. ⸿ Tempore quanquam illo tellus.) Ac ſi diceret, quāquam illo tempore non ſolum ſol defecerit,ſed etiam diuerſæ res, & elemēta quaſi fleuerint Cęſaris mortem,& inaudita portēta fuerint:vt ex reliquorum comparatione,minus mirum videaṫ ſolē defeciſſe.⸿ Æquora ponti.) Non ſine cauſa addidit.Ponti, quia ſunt & campi æquora.vt,Ac prius ignotum ferro quàm ſcindimus ęquor.

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam?
Flammarumq; globos,liquefactaq; voluere ſaxa:
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiit,inſolitis tremuerunt montibus Alpes.
Vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentes
Ingens,& ſimulachra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis,pecudesq; locutæ
(Infandum)ſiſtunt amnes,terræq; dehiſcunt.
Et mœſtum illachrymat templis ebur,æraq; ſudant.
Proluit inſano contorquens vertice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus,camposq; per omneis
Cum ſtabulis armenta tulit,nec tempore eodem
Triſtibus,aut extis fibræ apparuere minaces:
Aut puteis manare cruor ceſſauit,& altæ
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.

Erid
Padi

& quæ apud ſenatum agere ꝓpoſuerat,differret.Tādem Decio Bruto adhortante. v. ferę hora progreſſus eſt.Deide pluribus hoſtiis cæſis.cum litare nō poſſet,introiit curiam ſpreta religione, vbi vt diximus vulneribus confoſſus. xxiij. obiit.⸿ Cū caput obſcura) Plutar.vbi de prodigiis poſt extinctum Cæſarem meminit, inquit,Solis præterea lumen caligine obſeſſum,toto nanq; illius anni ſpacio pallens globus, & ſine ſplendore oriens imbecillem,ac tenuem à ſe calorē emittebat, quare grauis ac diſpatientis imbecillitate caloris obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus immaturos,& imperfecto flore illabentes,tantum aeri frigus inerat. Euſebius vero ſcrib.poſt Cæſaris cędem,Romę tres ſimul ſoles exortos, qui paulatim in eundem orbem coierunt.Plin. item lib.ij.capi. xxx.ait. Fiunt prodigioſi,& longiores ſolis defectus,qualis, occiſo dictatore Cæſare,& Antoniano bello totius pene anni pallore continuo,Ouid.item ait,ꝙ ſolis quoq; triſtis imago, Lurida ſolicitis præbebat lumina terris. Id autem Ouid.ante Cæſa. obitum fuiſſe dicit.Virg.vero,& alii authores,vt Pli.poſt eiuſdē obitum.Appia.quoq; li.iiij.ſcri.multa prodigia,ſignaq; perhorrenda Romæ viſa fuiſſe poſt Cæſaris cędem.Meminit & Hora. ode.ij.⸿ Ferrugine.) Colore nigro.⸿ Tempore quanq; illo.)oſtēdit non ſolis tm̄,ſed etiam aliorum plurima fuiſſe prodigia,de quibus ample Appia.vt diximus.⸿ Obſcœniq; canes.)i. abominabilia canentes,Appia.inquit,canes luporum vice vlulatus edidere.⸿ Importunęq; volucres.) Miſcuit poeta ſicut etiam Oui. illa quoq; prodigia,quę ante etiam Cęſariſs obitum fuerāt, de quibus iam diximus Plutar.item ſcrib.ante Cæſaris dictatoris mortem ſolitarias in foro aues dilapſas,& Sue.vt patuit de rēgaliolo aui.Oui.item ait.Triſtia mille locis ſtigiis dedit omina bubo.⸿ Cyclopum in agros.) Cyclopes appellarunt viros quoſdā gygantes,qui in Sicilia iuxta ætnam morantes vnicum lumen in frontis medio habebant,phœbeæ,lāpadis inſtar,Cyclops itaque dici poteſt circularis oculus.⸿ Ætnam.) Strab.lib.vj. vbi de Sicilia meminit, ſcrib.Ætnā montē à Catana abeſſe.lxxx. ſtadia per noctem vero lucere cacumine,interdiu autem fumo,& caligine obſideri,ſæpeq; ignium riui in agrum catanēſium proximę deferuntur.De hac Virg.ait, Cui nomen facies dedit ipſa rotunda.Soli.ſcri.in Ætnæ vertice hyatus duos eſſe crateres nominatos,per quos eructatus erumpit vapor.nec ante ſe flammarum globi attollunt,q̄; interni ſtrepitus antecedant.⸿ Liquefacta ſaxa.)pumices intelligit.⸿ Armorum ſo.)Hęc Oui.fuiſſe ante Cæſaris mortem ſcri.ait enim,Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes.Terribilesq; tubas,auditaq; cornua cœlo, præmonuiſſe nefas.Appia.vero hæc poſt illius mortem fuiſſe ſcrib.ait enim ꝙ hominum immanes voces,armorum ſtrepitus,equorum curſus inſpectante nemine audiebantur.Plin.autem lib.ij.ca.lix. ſic ait,armorum crepitus,& tubæ ſonitus,auditos ē cœlo cymbricis bellis accæpimus:crebroq; prius,& poſtea Germania,de hac videto in Tityro.⸿ Alpes.)montes altiſſimi ſunt, qui Italiam à Germania ſubmouent Plin.lib.iij.Vox quoq; per lucos. Ouidi. quoque ait,cantusq; feruntur Auditi ſanctis,& verba minantia lucis.Plutar.item iquit. Fulgoresq; cœli & nocturnos ſtrepitus, per multa loca delatos,ante.ſ.quam Cæſar obiret:cōuenit enim cum Oui.Appi.poſt obitum Cęſaris ſcribit,hominum immanes voces auditas.⸿ Simulachra.)Oui.ait Vmbraſq; ſilentum,Errauiſſe ferunt,motamq; tremoribus vrbem.Et plutar.ait ꝙ Stra. philoſophus ſcri.complures ignotos apparuiſſe homines,& hoc ante cædem fuiſſe docent,tum Ouid.tum Plu.Pecudesq; locutæ,infandū,Appi.poſt Cæſa.obitū ait,ꝙ bos vocem emiſit humanā,ꝙ infans recens genitus elocutus eſt.Euſebius quoq; poſt illius cædē ait,ꝙ inter cætera portēta,quæ toto orbe facta ſunt, bos in ſuburbano Romæ ad arantē locutus eſt, fruſtra ſe vrgeri non enim frumenta,ſed homines breui defuturos. ⸿ Siſtūt amnes.) De Tibri Hor.ode.ij.ſcri.Ebur.i.eburnea ſimulachra.Ouid. item ait, Mille locis lachrymauit ebur,quod ante mortem fuiſſe ſcri.⸿ Æraq; ſudant.) Appi.poſt obitum ait,ꝙ ex ſimulachris ēt

nonnulla

Soles tres.

Cyclopes.

Ætna.

Alpes.

⸿ Importunæq; volucres.) In alienum tempus ruentes: vt ſtriges,aut bubones nocte gaudentes per diem poſſent videri.⸿ Vidimus vndantē ruptis fornacibus Ætnam.) Malum enim omē eſt,quoties Ætna mons Siciliæ non fumum ſed flammarum egerit globos.&,vt dicit Liuius,tanta flamma ante mortem Cęſaris ex Ætna monte defluxit,vt non tantum vicinæ vrbes, ſed etiam Rhegina Ciuitas afflaretur.⸿ Vndātem)autem,Vndæ modo flammas euomentem.⸿ Liquefacta ſaxa.) Igne ſoluta. ⸿ Sonitum toto Germania cœlo Audiit.)Bene Germania,quam vicerat Cæſar: vt eo occiſo,in rebellionem videretur exurgere.⸿ Inſolitis tremuerunt motibus alpes.)Aut nouis.i. nunquam antea in alpibus factis,aut magnis & maioribus ſolito.⸿ Sub obſcurū noctis.)Circa noctis obſcurum.⸿ Pecudesq; locutæ Infandū.) Aut infanda verba protulerunt:aut hoc ipſum infandum fuit, quòd ſunt contra naturam locutę.⸿ Illachrymat templis ebur.) Scilicet ſimulachrorum.⸿ Æraq; ſudant.) Signa ſunt laboris futuri.⸿ Inſano.) Magno.vt, Quid tantum inſano iuuat indulgere labori?Et ſciendum flumina,cum ſupra modum creſcunt,nō tantum ad præſens inferre damnum,ſed etiam alia futura ſignificare.⸿ Fluuiorum rex Eridanus.) Padum dicit. Fluuiorum autem rex,per Italiam,aut certe per totum orbem ſecūdum quod dicit Lucanus,qui ait cum de iſto flumine loqueretur, Non minor hic Nilo,ſi nō per plana iacentis Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret harenas.Nō minor hic Iſtro,niſi ꝙ,dum permeat orbē, Iſter caſuros in quælibet æquora fontes Accipit, & Scythicas exit non ſolus in vndas.Dicit ergo tantum tunc excreuiſſe Eridanum,vt etiam ſyluas moueret,& erueret arbores.⸿ Triſtibus extis.) Viſceribus pecorum triſtia portendentibus. ⸿ Fibrę minaces.) Fibras dicit venas aliquas,quę ſi forte apparerent in viſceribus,malum omen erat.quę nunc apparuere.⸿ Aut puteis manare cruor.) Nec ceſſauerunt eodem tempore aut fibrę minaces apparere,aut vt puteis manare cruor.⸿ Altę vrbes.) Magnę.

MANCINELLVS.

Cōſpiratio cæſareæ cædis.

Prodigia.

⸿ Deniq; quid veſper ſerus vehat, vnde ſerenas.) veſper,de hoc late ſuperius.Tumeſcere,creſcere.Cæſare conſpiratum eſt in Cęſarem à ſexaginta,& amplius.C.Caſſio,Marcoq;,& Decio Bruto principibus conſpirationis,itáque illum Idibus Martiis in Pompeii curia tribus & viginti plagis confoderunt.Quod Sue. edocet,vtq; Plutar.ait.periit Cæſar.vj.&.l.ætatis ſuę anno poſt Pompe.haud multo amplius.iiij.ſuperſtes annis,ſcri.etiam Sueto.ꝙ Cæſari futura cędes euidentibus prodigiis enunciata eſt, paucos ante menſes Capuæ enim tabula ænea in monumento, in quo dicebatur,capis conditor Capuæ ſepultus,inuenta eſt,cōſcripta literis verbiſq; græcis hac ſententia.Quandocunque oſſa Capis detecta eſſent.fore,vt Iulo prognatus manu cōſanguineorum necaretur,magniſq; mox Italię cladibus vindicaretur. Et immolantem aruſpex ſpurina monuit,caueret periculum, quod non vltra martias Idus proferretur,pridie autem eaſdem Idus auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt.Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis,& ipſe ſibi viſus eſt per quietem,interdum ſupra nubes volitare altas:cū Ioue Dexteram iungere.Et calphurnia vxor eius imaginata eſt, collabi faſtigium domus, maritumq; in gremio ſuo confodi,at ſubito,cubiculi fores ſponte patuere.Ob hæc ſimul,& infirmam valetudinem diu cunctatus,an ſe contineret,

& quæ

nonnulla ſudorem emiſere, alia ſanguinem. ¶ Fluuiorum.) Anapeſtus eſt pro dactylo, talis autem verſus Acephalus dicitur, nã incipit à ſyllaba breui, cum longa eſſe deberet. Econtra procephalus dicitur, quũ à breui deberet icipere, & longa ponitur. ¶ Eridanus.) Padus nulli amniũ claritate inferior, à græcis dicit Eridanus augetur ad canis ortus, liquatis nubibus, hæc & plura Pli. li. iij. Mela vero ſcrib. ꝙ padus ſe per ſeptem oſtia effundit, quorũ vnum magnum Padũ appellant, ſcribit & Plu. ¶ Rex.) hoc ideo ait, Quoniam inter ſydera relatus, & quia nulli amnium claritate inferior eſt, vt diximus, habet autem in cœlo teſte Igin. ſtellas xij. ¶ Fibræ mi.) Plu. ait, Ipſi quoq; Cæſari immolanti cor nuſquam comparuiſſe victimæ: quod dirum ſane erat prodigium. Oui. quoq; ait. Victima nulla litat, magnosq; inſtare tumultus. Fibra monet, cæſumq; caput reperitur in extis. Fibræ antiqui, vt Varro ait, fibram dicebant extremum, vnde in ſagis fimbriæ & in iecore extremum fibra, ponitur autem nunc pro neruis qbuſdam, nunc pro extremitatibus, vel iecoris, vel pulmonis, & ſimilium. ¶ Extis.) Exta dicta ꝙ ea diis perſecentur, quæ maxime extant eminentq;, auctor. Feſt. Lupus. Appia. ſcri. quòd lupi etiam per forum diſcurrere.

Eridan' Padus.

ASCENSIVS.

¶ Deniq; quid &c.) Cõcludit omnia ex ſole melius cognoſci ꝗ ex aſtris minoribus, & quo id probet, tranſit non inepte ad alias ſignificationes ſolis qbus mortem Iulij Cæſaris prænotaſſe creditus eſt. ¶ Ordo eſt. Deniq;. i. vt ſemel dicã aut vt omnia cõcludam & vno verbo explicem, ſol dabit tibi ſigna. i. indicabit tibi quid veſper. i. heſperus ſeu veſperus ſerus. i. tardus, vehat. i. afferat aut ingerat ſeu indicet nobis, & vnde. ſ. flans ventus agat ſerenas nubes, & qd auſter ſeu notus humidus. i. humorẽ in nubem colligens, cogitet. i. congreget. Eſt. n. frequentatiuũ à cogo quod ſignificat ſimul agere & cõpellere, aut quid cogitet. i. prætendat, quia nimirum imbres & pluuiam. i. qdqd per ſydera aut ventos prędicere potes etiã à ſole diſces, & quidẽ certius nam quis audeat dicere. i. affirmare ſolem falſum. i. deceptorium & non veraciter indicatẽ, & id in ſignificatione actiua. Ille. ſ. (quo magis naturalia & quę naturę ſubiecta ſunt credas) monet ſæpe etiam tumultus cęcos. i. excęcãtes aut ignotos prius ꝗ oriantur inſtare i. de proximo aduentare, & monet ſæpe fraudẽ. i. decęptionẽ inſtare, & mouet bella operta. i. latentia & fraude tecta, vnde poſſet conſtrui fraudẽ, & bella operta. i. bellorum opertorum tumeſcere. i. creſcere. Ille. ſ. ſol etiã miſeratus ſup. eſt Romam. i. remp. romanã Cęſare, i. Iulio extincto. i. multis vulneribus interẽpto in ſenatu, quũ. i. qñ. ſ. ſol texit. i. velauit caput nitidum. i. illuſtre & ſplendidum prius ferrugine. i. caligine ferruginei coloris, obſcura. i. ſubnigra & pulla. (Alludit ergo ad veſtes lugubres quaſi ſol ob necẽ Cęſaris in luctu fuerit, nã ferrugo eſt purpura hiſpanica ſubnigra) & ſęcula impia in quibus tam bonus princeps tã crudeliter occiſus erat, timuerunt ęternam noctem, quod reuera in ſaluatoris noſtri obitu multo poſt contigit, quanq;. ſ. ſol ſigna dedit, nihilominus tellus & ęquora. i. aqua prius ęque ponti. i. maris, & canes obſcœni, ideſt obſcœne vlulantes, aut horribilia portendentes & volucres importunę. i. non ſuo tpe volantes nec cõſueta naturæ faciẽtes (dicerẽ quę ſi Mancinellus taceret) dabat quoq;. i. etiam nedũ ſol, ſigna. i. prodigia illo tẽpore. ſ. quo Cęſar occiſus fuerat pauloãte aut paulopoſt. Quoties vidimus. q. d. frequẽtiſſime, ætnam. ſ. montẽ Siciliç perpetuas flãmas euomentẽ vndantem. i. ebullientem ac eructantẽ flãmarum globos in morem ſuperundantis aquę efferuere, ideſt feruorem extẽdere in. i. vſq; ad campos Cyclopum. i. ſiculos in quibus Cyclopes olim verſati dicuntur, & quoties vidimus ætnam, voluere. i. eructare globos flãmarũ & ſaxa liquefacta. i. in calcem ac cinerem fere reſoluta ex feruore ignis iclufi Germania. i. populus Germaniæ audiit ſonitũ armoꝝ toto cœlo & alpes montes inter Italiã & Galliam, tremuerunt inſolitis motibus. Quoq; pro & vox ingens. i. valde magna eſt exaudita. i. clare audita & excepta vulgo. i. à vulgo aut paſſim, per lucos. i. ſyluas ſacras & incęduas, & ſilentes. i. quibus cum ſyluę ſint ſilentiũ eſſe ſolebat & ſimulachra pallentia miris modis, viſa ſup. ſunt, ſub. i. pauloante obſcurum. i. caliginẽ & obſcuritatem ſeu tenebras noctis & pecudes locutę ſunt infandum, interiectio obſtupentis. q. d. quod fari non licet. Amnes ſiſtunt. ſ. ſe aut curſum ſuũ vnde inundatio miranda facta eſt ipſius Tyberis: qui ſtupore viſus eſt ſiſtere curſum ſuum, & terræ dehiſcunt. i. magnum hyatũ faciunt, & ebur. ſ. ſimulachroꝝ mœſtũ. i. mœſtitiam ſuã indicans: illachrymat. i. lachrymis & guttis madet in tẽplis, & æra. i. ſimulachra ęrea ſudant. i. ſudorem emittunt. Eridanus. i. Padus rex fluuioꝝ. ſ. Italię. (Eſt aũt anapęſtus in primo loco pro dactylo) proluit. i. porro lauit & inundauit ſyluas cõtorquens eas, inſano. i. valde magno Vortice. i. gyro & vertigine aquarũ, & tulit. i. vexit armenta cum ſtabulis. ſ. eorum per oẽs campos. ſ. vicinos, nec fibrę. i. extremitates aut venæ extorũ ceſſarunt ſup. eodem; tempore apparere minaces. i. malum portendentes extis triſtibus. i. rem triſtẽ indicantibus, aut cruor non ceſſauit manare. i. diffluere puteis & vrbes nõ ceſſauerunt reſonare per noctem alte: & hoc lupis vlulantibus, quę omnia triſtiſſimi euentus prodigia ſunt, vt à Mancinello explicatur.

PIERIVS.

¶ Deniq; quid veſper ſerus vehat.) In Roma. cod. ferat, legitur, quod paraphraſtice poſitũ fuiſſe crediderim. ¶ Quid cogitet humidus hauſter.) Sunt qui legendum diſputent. Quid cogat & humidus hauſter. Sed paſſim in ant. exemplaribus, cogitet, habetur. ¶ Et mœſtum illachrymat templis ebur.) In Oblongo illo antiquo, lachryma, Sed in Roma. in Mediceo, & aliquot aliis antiquis, illachrymat, ſpecie magis Virgiliana, gaudet enim poeta noſter quas ꝑpoſitiuas particulas nominibus abſtulerit, eas verbis explicare.

Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere cometæ.
Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romana acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguiue noſtro
Emathiam, & latos Æmi pingueſcere campos.
Scilicet & tempus veniet: quum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila:
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes,
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.

SERVIVS.

¶ Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno.) Omen eſt in eo, & quia ſereno cœlo miſſa ſunt fulgura, & ꝙ plura miſſa ſunt. ¶ Diri cometę.) Criniti, & peſſimi: quia ſunt & boni, vt diximus in Æneide, facti ex Ioue, vel Venere, quam rem pleniſſime Auienus exequitur. ¶ Paribus concurrere telis.) Quia in ciuili bello Romani cõtra Romanos eiſdem & ſimilibus telis armisq; pugnauerunt. Lucanus, Pares aquilas, & pila minantia pilis. ¶ Iterum videre Philippi. Ciuitas eſt Theſſalię: in qua primo Cæſar & Pompeius, poſtea Auguſtus & Brutus cũ Caſſio dimicauerunt. ¶ Nec fuit indignum ſuperis.) Quaſi exclamatio eſt ad deos. ¶ Emathiam & latos Aemi pingueſcere campos. Emathia Theſſalia eſt: dicta ab Emathio rege. Aemus autem mons eſt Theſſaliæ. Pingueſcere vero aut fœcundos fieri ex humano cruore, aut Pingueſcere dixit poetice: quaſi humana corpora terra deuorans pinguis effici potuerit, ſicut ex carnium commixtione frequenter humana caro pingueſcit. ¶ Incuruo.) Vna pars orationis eſt. ¶ Scabra rubigine.) Aſpera, vnde & ſcabies dicitur à corporis aſperitate. ¶ Galeas inanes.) Concauas: vt, Galeam ante pedes proiecit inanem. ¶ Grandia oſſa.) Aut multa, aut ingentia: quaſi antiquorum heroum.

PROBVS.

¶ Emathiam & latos ęmi. p. c.) Æmus mons diuidit Thraciã à Macedonia, dictus à noie regis Thracum Æmi, cuius ſoror vxor Rhodope fuiſſe traditur, Emathia dicitur Macedonia, vt ex pleriſq; authoribus liquet, ab Emathiõe fratre Mẽnonis Aurę & Tithonis filij.

MANCINELLVS.

¶ Plura ſereno Fulgura.) Plinius lib. ij. ſcri. ꝙ in Catilinianis prodigiis M. Herẽnius Decurio ſereno die, fulmine ictus eſt. ¶ Cometę. di. t. horrendi.) Plin. lib. ij. inquit. Cometas græci vocant noſtri crinitas horrentes crine ſanguineo, & comarũ modo in vertice hiſpida, fit candidus cometes argenteo crine ita refulgens, vt vix contueri liceat de comete autem Lucanus ait. Et terris mutantem regna cometem. Plin. item ait, terrificum magna ex parte ſydus eſſe, atq; non leuiter piatur, vt ciuili motu Octa. conſul. ¶ Philippi.) Philippi ciuitas eſt in Macedonia, quæ Datos olim dicebatur. Crenida ante Dati nomen appellata, fontes qppe plurimi circa collem vberius ſcaturiunt aquis. Eũ locũ Philippus Vallo ſepſit, & à ſe Philippas nuncupauit. Condita eſt enim ciuitas in pręrupto quodam colle. Apud Philippos demũ, & Caſſius, & Brutus pugnantes cõtra Auguſtũ, & Antonium vi Philippi

quí ſibiipſis mortẽ conſciuere: de qbus oibus videto Appianum li.iiij. Prius aũt circa eadem fere loca pugnauerunt Cæſar dictator, & Põ. vnde Lutius Florus ait, Sic pcipitatibus fatis prælio ſumpta Theſſalia eſt, & Philippicis cãpis, vrbis ĩperii generis humani fata cõmiſſa ſunt nunq̃; vllo loco tm̃ viriũ populi Romani, tm̃ dignitatis fortuna vidit. ┌ Emathiam.) Emathia vt Plini. ſcri. li. iiij. c. xj. antea dicta, poſtea Macedõia. Author quoq; Soli. qui ait ab Emathio primo rege dictã. ┌ Æmi.) Æmus mõs eſt in Thracia vaſto iugo procũbens in põtũ, author Pli. li. iiij. Thracia aũt, vt oſtẽdit Ptolomæus li. iiij. iuncta eſt Macedoniæ, vnde & Luc. li. vj. ait. Qua iuga deuexus pharſalica porrigit Æmus. ┌ Pila.) Modeſtus ſcri. pilũ fuiſſe telum maius ferro triangulo vnciarum. ix. haſtile pedũ quinq; & ſemis, quod ſuo tempore ſpiculũ dicebatur, ad cuius iactum exercebantur pręcipue milites, quod arte & virtute directum, & ſcutatos pedites, & loricatos equites ſæpe tranſuerberat. ┌ Grandia oſſa.) Olim fuiſſe homines grandiores & Home. indicat & Virg. hinc Iuue. ait ſaty. xv. Terra malos homines nunc educat, atq; puſillos.

ASCENSIVS.

¶ Non alias &c. Proſequit̃ inſtitutum ſigna videlicet & pdigia q̃ Cęſaris necẽ pceſſerunt & mala quę ſubſecuta ſunt q̃ oĩa inuit ſolem pnotaſſe. ¶ Ordo aũt eſt. Plura fulgura. ſ. tunc nõ cecidere alias. i. alio quouis tẽpore, cœlo ſupple exiſtente ſereno, quod ad pdigium non ad naturam pertinet, nec cometæ. i. ſtellæ crinitæ & comatæ, diri. i. rem diram vt principis interitum ſignificãtes: non arſere alias toties. Ergo quia id pręſignatum erat Philippi. ſ. campi Theſſalię videre acies Romanas concurrere iterum: quia ſemel ante mortem Cæſaris cũ ipſe cum Põpeio magno dimicaret, & ſemel poſt mortẽ eius, cum Auguſtus cum Caſſio & Bruto eius occiſoribus pugnaret, concurrere dico inter ſe, ideſt mutuo & ĩteſtino ac ciuili bello, paribus telis. i. armis vnde eminus ĩuadere poſſent, loquit̃ aũt de pilis quę ſunt Romanoꝝ tela. Nec fuit indignũ ſuperis. i. ita dignum duxerunt ſuperi, Emathiam. i. Macedoniã & latos cãpos Æmi qui in confinio ſunt pingueſcere. i. pingues fieri, noſtro. i. Romano ſanguine. i. cruore illic effuſo, Scilicet. i. ſcire licet (hoc dicendo ſignificat ſe non ĩmemorem agriculturæ quamuis digreſſus ſit) & . i. etiam tempus veniet, quum. i. quãdo vel quo tẽpore agricola molitus terram ĩcuruo aratro. i. arans ac ſulcans terrã inueniet, pila. i. tela Romana, exeſa. i. corroſa ſcabra rubigine quã. ſ. vligo & contactus terræ generat: aut quãdo ipſe pulſabit raſtris. i. dentalibus grauibus. i. põderoſis inanes galeas, quia cõſumptis capitibus cum quibus ſepultæ erant, mirabitur oſſa grandia quia pſupponebant oſſa hoĩum in ſingulos annos futura minora, quod & Homerus docuit, vnde Satyricus. Terra malos hoĩes nunc educat atq; puſillos: magna ergo oſſa reſpectu eorum quę tunc forent, & hoc ſepulchris offenſis. i. læſis, aut effoſſis.. effodiendo apertis.

PIERIVS.

¶ Scabra rubigine pila.) In antiquis pleriſq; codicibus, robigine, per, o, de quo dictum, Attius, peila, militum per ei, ſcribendũ inſtituit.

Dii patrii, Indigetes, & Romule, veſtaq; mater,
Quæ Thuſcum Tyberim, & Romana palatia ſeruas:
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſæclo
Nę prohibete, ſatis iam pridem ſanguine noſtro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia Cæſar
Inuidet: atq; hominum queritur curare triumphos:
Quippe tibi fas verſum atq; nefas, tot bella per orbẽ
Tam multæ ſcelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes
Arma ferunt: ſæuit toto Mars impius orbe.
Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ:
Addunt in ſpacia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas.

SERVIVS.

¶ Dii patrij idigetes, & Romule veſtaq; mater.) Patrii dii, ſunt qui præſunt ſingulis ciuitatibus: vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autẽ, pprie ſunt dii ex hoĩbus facti, quaſi in diis agẽtes. Abuſiue autem omnes dii generaliter poſſunt dici Indigetes, tã quam nullius rei egentes. Romulum autem ideo inuocat, quia ipſe iam inter deos colebatur. Et recte eum ad Auguſti ſalutẽ inuocat, quaſi ex eo deſcendentis, & qui illius ſit vrbis imperator, quam Romulus condiderat. ┌ Veſtaq; mater, Quę Thuſcũ Tyberim, & Romana palatia ſeruas.) Poetice. Nam verum nomen eius numinis quod vrbi Romę pręeſſet, ſciri ſacrorum lege phibetur, quod auſus quidam tribunus plebis enunciare, in crucem leuatus eſt. ┌ Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.) Excuſat Auguſti tempora, & eum dicit ſuis viribus non compenſare damna rei pu. quæ ex malorum vitiis deſcendiſſe cõfirmat. Horatius, Negligis ĩmeritis nocituram poſtmodo natis Te fraudẽ cõmittere. ┌ Atq; hoĩum querit̃.) Cũ cœleſtes poſſis mœreri. ┌ Vbi fas verſum atq; nefas.) Apud homines ſcilicet, qui ſpernunt licita appetentes illicita. ┌ Squalent abductis arua colonis.) Ad bella ſcilicet. vt, Et latos vaſtant cultoribus agros. ┌ Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellũ.) Vndiq; bellum mouetur. ┌ Euphrates) nãq; orientis eſt fluuius: Germania autem occidentis prouincia. ┌ Vicinę ruptis inter ſe legibus vrbes Arma ferunt.) Et externa & ciuilia bella deſæuiunt. ┌ Vt cum carceribus.) Hoc vult dicere, Res quidem publica habet optimum ĩperatorẽ: ſed tanta ſunt vitia temporum præteritoꝝ, quæ in dies ſingulos aucta ſunt, quemadmodum in proceſſu equorum curſus augetur, vt ea licet optimus rector, refrenare non poſſis: ſicut & auriga à feruenti curſu equos plerunq; nõ poteſt reuocare. ┌ Addunt in ſpatia.) i. currendo plus eorum curſus augetur. ┌ Neq; audit currus habenas.) Currus. i. equi. Sane ſciendum tranſlationem hanc eſſe, non comparationem: quæ ſi ponatur in fine, vitioſum eſt.

MANCINELLVS.

¶ Dii patrii.) Expoſitis ob Cæſaream cędem prodigiis actis nũc ipſum Auguſtũ romanũ imperium ſoluere optat. ┌ Indigetes.) Feſtus ait indigetes dii, quoꝝ nomina vulgari non licet, & indiges Æneas appellatus eſt ab Aſcanio poſt humanũ abſceſſum. Liui. aũt ſcri. appellatum Iouem indigetẽ. Sunt & qui dicant indigetes dici, qui ex hoĩbus ad cõſecrationẽ veniunt, vt Æneas &c. ┌ Romule.) Romulus xviij. natus anno potitus ẽ Romano regno ãnos aũt. xxxvij. dominatus, quintum aũt & qnquageſimũ vitę agẽs à ciuibus ſuis interfectus eſt) licet varia de morte referant̃) cum iã imperiũ non regie ſed tyrannice exerceret, poſt hęc Iulius Proculus in forũ procedẽs Romulum inquit ego ex agro adueniens vidi abeuntẽ ex vrbe armatũ, qui vbi proximus mihi fuit ita eũ dicere audiui, Nuncia romanis Iuli, ꝙ me fortitus ab initio vitæ genius in cœlum duxit, mortali expleto ſęculo, ſum autẽ Quirinus. Succedens exinde in regnum Numa Põpilius ipſum Romulũ: vt naturam ſuperantẽ mortalem tẽpli adornatione, & anniuerſariis ſacrificiis, Quirinum vocatũ ſtatuit honorari. Hæc ex lib. ij. Dionyſii. Veſtaq; vrbis Romæ cuſtos, quã virgines ſeruabant perpetuo igni. Cuius extĩctionem ſup grauia oĩa Romani timebãt. interitum vrbis ſignum id aſſumentes quacunq; accidit cã. De quibus oĩbus plura Dionyſius li. ij. & Oui. in faſtis. ┌ Tuſcum tyberim.) Stra. lib. v. ſcribit, ꝙ ex apeninis montibus Tyberis effluit, pluribuſq; auctus amnibus partim per ipſam excurrit Ethruriã, deinceps vero ipſam diſterminans, primũ quidem ab ea diuidit Vmbriam, poſtea vero Sabinos, & Latinos Romæ ad littus vſq; finitimos, legito item plura in Plin. li. iij. c. vj. Romana palatia. Cornelius tacitus ſcribit, vrbem Romã in palatino mõte primũ ædificatam, in eoq; reges primum, deinde conſules, poſtea imperatores maiori ex parte ſedem habuerũt. Et in bello Macedonico Liuius oſtẽdit in palatio fuiſſe ædem magnæ matris deum à Iunio Bruto dedicatam: fuit & ibidem ædes victoriæ eodem teſte lib. viij. de ſecundo bello pu. in eodem palatio, vt ſcri. Suet. Cæſar Auguſtus templum Apollini dedicauit. ┌ Hũc iuuenem.) Cur Auguſtum intelligens iuuenem appellet late iam diximus in Tityro, Hic illum vidi iuuenem Melibœe. ┌ Iampridem.) multi &. n. romanorum: ab Annibale, Mario & Sylla, à Cæſare & Põ. & aliis antea fuerant interempti. ┌ Luimus.) purgauimus. Luo. n. à luce dicitur: vt ſcrib. Varro. ┌ Laomedonteæ.) ſecũdum fabulas Apollo, & Neptunus troiana mœnia ſtruxere, fictũ eſt, vt aiunt, qm̃, cum troianoꝝ pecunia in ſacro eorũ, deorum ſeruaretur ab eis, Laomedon peiiit redditurum ſe iurans, vnde mœnia inſtaurauit,

Indigetes. Romulꝰ Roma Lito. Laomedon,

nia inſtaurauit,poſtea tñ non reddidit:hinc datus eſt fabulæ lo/
cus,ꝙ deos decęperit.quos vult Maro hic ꝓpterea ét in Roma/
nos ſæuiſſe Iampridé nó,in Auguſti gratiá Iuliũ Cæſa.iá diu à
Euphrates. diis deſideratũ aſſerit.⸿Aratro dignus,ho.)de agriculturæ hono
re videto in principio.⸿Conflantur.)fabricantur,conuertuntur.
⸿Euphrates.)hũc maior fundit Armenia,xt ſcri.Solin.Longisq;
excurſibus Babyloniam diuidit,tandé in ſinum perſicũ deferť.
Mouere aũt Euphraté bellum ait ꝓpter Parthos.Ii enim clade
Craſſiana altius aíos erexerant,ciuilesq; diſcordias populi Ro.
læti accęperant,itaq; vt primũ effulſit occaſio,nó dubitauerunt
erũpere vltro quidé íuitáte Labieno q miſſus à Bruto,Caſſioq;
fuerat,vt hoſtes in auxilium ſolicitaret.Ventidius tamen Anto/
nii legatus,& Labieni copias & oém Parthicum equitatum in/
ter Oronté & Euphraté occidit,de quibus plurima Lucius Flo/
rus.⸿Germania.) hoc ideo dicit,qa poſt Cæſa.cędem germani
ab Romanis deſcierant,Augu.tñ,vt Suet.tradit,eos vltra Albin
flumen ſubmouit.⸿Legibus.)fœderibus.Ruptis ꝓpter Cæſaris
obitũ.Carceribus,carceres vocantur vnde mittunť equi, dicti ꝙ
Carceres. coercentur equi,ne inde exeant,anteq; magiſtratus ſignũ miſit:
author Var.⸿Quadrigæ.)quatuor ſimul equi iuncti , quadrigæ
vocantur,vt ſcrib.Gel.lib.xviij.ca.viij.⸿Auriga.)Aurigę ꝓpriæ
ſunt currũ regentes.Dicitur aũt auriga,quia ſplendorem ſibi agat
Auriga. auris.i.fauoribus populi,hoc eſt,clamoribus.Priſcia.de.xij.car
minibus.Currus ipſe q̃drigæ,per id autem ínuit Martem,nullo
obſtáte:ſæuire,obiuerat.n.Cæſar populoꝶ terror & rector.

ASCENSIVS.

❡Dii patrii &c.)Expoſitis malis q̃ ſol futura indicauit poſt Cæ
ſaris necé p̃catur deos patrios vt ſalté Auguſtũ in reip.ſaluté atq;
romani imperii cõſeruationé diutius viuere ſinant,cum is opti/
mus ſit eius gubernator,táetſi ſint qui gubernenť peſſimi. ❡Or
do eſt.O dii patrii.i.ad patriá pertinétes,aut è patria noſtra,indi
getes.i.nunc inter deos æternos agétes,& nullius indigentes,vt
Ianus,Faunus.Æneas:Romulus.Ilia &c.& ſup.tu O Romule,
pater videlicet vrbis,& veſta mater.i.protectrix materna , affe/
ctione aut veſta.ſ.Ilia rhea virgo veſtalis mater.ſ.Romuli et ꝑ eũ
romani imperii,quę ſeruas.i.cuſtodis & cõſeruas,Tyberim thu
ſcum.i.per Etruriá ex apenninis montibus fluentem.(Ad Tybe/
rin auté ſepulta fuit Rhea ilia adhuc viua:vnde ab Hora.in.j.car
mi.diciť vxorius amnis,quaſi Ilię maritus ſit, verba eius ſunt.
Vidimus flauum tyberin retortis, Littore Etruſco violenter vn/
dis.Ire deiectũ monumenta regis Templaq; veſtæ.Iliæ dum ſe
nimium queréti Iactat vltoré vagus & ſiniſtra Labitur ripa Io/
ue non probante Vxorius amnis)& quę ſeruas romana palatia,
ne ꝓhibete.i.ne ꝓhibeatis ſaltem hunc iuuenem.ſ.Auguſtum ſuc
currere.i.opitulari & ne corruat,ſuccurrendo auxiliari(tractum
eſt eni ab infantibus aut ędificiis caſum minátibus,q̃bus priusq;
cadant ſuccurritur ab his qui ruiná ꝓſpiciunt ) nos luimus ſatis
iápridem.i.iam à pluſculis annis,noſtro ſanguine.i.effuſione ſan
guinis Romani à Troianis oriũdis:periuria Troiæ Laomedõtęę
i.ab Laomedõte rege denominatę(Id diligens poeta fere obſer
uat vt condignis appellationibus Troianos nuncupet.Nam vbi
mollitié exprobrat phryges aut phrygias apellat,vt o vere phry
gię neq; enim phryges,vbi virtutem dardanidas vt Dardanidæ
duri quę vos à ſtirpe parentum.Prima tulit tellus &c.vbi perfi/
dia notat Laomedõtiadas,vt hic &.iij.Ænei.Laomedõtiadę bel
lum ne inferre paratis?Et eiuſdé.iiij. Necdum Laomadõtęę ſen/
tis periuria gentis)O Cęſar.ſ.Auguſte(quod potius cum Seruio
dixero q; vt cum Mancinello de Iulio intelligam.Nam pręſen/
tis temporis verbum,& aduerbium iampridem indicant conti/
nuatam eſſe actionem,ita vt nunc quoq; inuideat atq; queratur
curare triumphos humanos,nó curauiſſe ſolum.Senſus ergo eſt
ꝙ dii inuidentes hominibus pręſentiam Cæſaris Auguſti,quem
vt malos iuſtius puniát,in cœlos tranſlatum velit quaſi vero ob
Auguſti pręſentiam cohibeantur dii à ſęuiore vltione)o Cæſar
igtiur Auguſte,regia cœli.i.regnum cœleſte(Eſt autem regia do/
mus quam reges habitát quaſi ſubaudiatur dominus at ędes grę
ce dicitur αὐλή.i.aule)íuidet.i.moleſte ꝑmittit iápridé nobis te,
& queritur.i.conqueritur te curare triumphos hoíum , cum ſis
dignus cœleſtibus.Quippe.i.vtpote vbi.i. poſtq; phas.i.licitum
& à diis approbatum,verſum ſup.eſt.ſ.in nephas,hoc eſt reputa
tur ac ſi ſit nephas atq; nephas verſum ſit,ita vt phas putetur,&
vbi tot bella.ſ.geruntur per orbem.i.mundum hunc & tã multę
facies.i.ſpecies ſcelerum ſup.fiunt per orbem,& vllus honos.i.re
uerétia aut cultus nó eſt.ſ.amplius aratro.i.agriculturæ dignus
i.debitus,aut nó vllus honos dignus aratro eſt aratro,& vbi ar/
ua ſqualent.i.ſqualida fiunt ac ſitu vincuntur , colonis.i.agrico/
lis,abductis.ſ.ab aratro in bellum ciuile & vbi falces,ideſt cultri
meſſorii,curuę conflantur.i.flatu follium fabrorum conuertun/
tur in rigidum,ideſt induratum & difficulter flexibilem ,enſem,
ideſt mucronem,& Euphrates.i.accola Euphratis populus,ſcili/
cet maioris Armeniæ & Parthiæ,mouet bellũ hinc.i.ab vna par/
te & Germania.i.populus teutonum rheni accola, mouet bel/
lum illinc.i.ab altera parte,& vrbes vicinę.i.Italię & ſociales q̃ſi
in medio imperii poſitę ferunt.i.cõferunt arma,hoc eſt bella ge
runt inter ſe,ideſt inteſtina & ſocialia , legibus , ideſt fœderibus
quibus inter ſe confederatæ erant ruptis,ideſt violatis.Mars im
pius,ideſt ad impia bella,vt ſunt inteſtina inſtigans,ſęuit,ideſt ſę
uitiam ſuam exercet toto orbe & ideo vt per Auguſtum pacetur
optat poeta vt diutius apud ſe maneat.Vnde dictum eſt in Buc.
Pacatumq; reget patriis virtutibus orbem.Vt,ideſt quemadmo
dum,quum quadrigæ.i.quaterni equi currum trahere ſoliti effu
dere,ideſt effuſi proripuere ſe ,carceribus.i. repagulis quibus à
curſu donec ſignum daretur:arcebantur,addunt ſe in ſpacia.ſ.in/
tra metas cõſtituta,& auriga,ideſt rector equorum tendés,ideſt
contrahens & tenſa tenens fruſtra ꝙ impar viribus eorum fer/
tur,ideſt violenter protrahitur equis.ſ.ſuis,neq; currus.i.equus
currens,aut quadrigę,audit.ſ. obtemperanter , hoc eſt contem/
nit habenas quibus haberi & cõtineri debeat.Sane ſicut eques ꝓ
equo aliquádo reperiť,ita & hic currus niſi metaphora ſit.Ideo
autem curulia certamina inſtituta ſunt vt ſint aurigádi complu/
res periti:nam è curribus olim dimicabant,ſicut in bello troia/
no factum docet Home.Et hæc in primũ librum Georgicon ſuc
cinctius emiſſa ſunt.

PIERIVS.

❡Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.)Seruius negat eſſe
comparationé,quę ſi ponatur in fine,vitioſum habeatur.Quin/
tilianus tamé vult eſſe cõparationem,quia interdum pręcedit
rem,cui comparatur,interdũ ſequitur.Quod quidem in Home
ro Porphyrius obſeruauit,&,vt,dictio ſæpe ſignum eſt cõpara/
tionis.⸿Addunt ſe in ſpacia.)In codi.Mediceo , & aliquot aliis
ant.legere eſt.Addunt in ſpacia,abſq;,ſe,pronomine,id quod ab
eruditis quibuſdam agnitum.

GEORGICORVM LIBRI PRIMI FINIS.

ARGVMENTVM
ASCENSIANVM

HActenus aruorum cul
tus &c.vt perpetuo te
nore P.Virg.Maronis
Argumentum ouidianum. textum explicare poſſim,cõſti
tui argumentorum,q̃ ab Oui/
dio & Mácinello collecta ſunt
ordinem atq; facilem explana
Tetraſtichon tionem pręmittere.Argumen
tum itaq; ouidianũ eſt tetraſti
chon.i.quaternariũ, quaternis
enim verſibus cõplectitur in
ſingulis libris totá materiam,
qđ quoties ſingulis fit carmi/
nibus monoſticha dicũť,quo/
ties binis diſticha,quoties ter/
nis triſticha,quoties quaternis
nis tetraſticha,quoties quinis
pentaſticha & ita deinceps.Ná
monos dicitur vnum ſeu ſolũ
dyo duo.tris tres,tetras qua/
tuor penta quinq;.ſtichos au/
tem verſus.❡Ordo autem eſt
ille.ſ.poeta nobilis videlicet
Maro hactenus ſup.cecinit cul
tus aruorum.i.agriculturá,&
ſydera cœli.i.quæ ſunt in cœ/
lo hoc eſt ſyderũ obſeruatio/
né & ꝓnoſtica,& canit.ſ.mo/
do in hoc.ij.li.comas pápine/
as.i.frõdes vites & colles viré
tes.i.habentes arbores virides
& virentes,& vires loci deſcri
ptas,ideſt loca vitium deſcri/
ptarũ in quibus.ſ.optime na/

P.OVIDII NASONIS IN SECVN
DVM GEORGICON VIRGI
LII TETRASTICHON,

Hactenus aruorum cultus,& ſydera cœli:
Pampineas canit inde comas,colleſq; virenteis,
Deſcriptaſq; locis viteis,& dona Lyæi,
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

ANTONII MANCINELLI IN
EVNDEM ARGVMENTVM.

Proponit,Bacchũq; vocat Maro rite ſecundo
Arboribus diuerſa datur natura creandis.

Panditur inſitio: vitis diuerſa notatur:
Italiæ laudes, ſpecies telluris habentur,
Quo vitis ponenda modo, quo tempore, quid ver
Afferat, hinc viti qualis ſit cultus habendus.

ſcantur niſi legendum ſit lo-cis, & ſenſus canit vites deſcriptas.i.per ſcripta aſſignatas locis, ſcilicet quaſq; ſuis, atq; ca-nit dona Lyęi, ideſt Bacchi hoc eſt vinum cura reſoluens & canit ex ordine, lętos.i.fœcundos & vberes & fertiles ramos oleę & pomorum, alii legunt lectos, vt ſit canit ramos oleæ lectos, ideſt interciſos ex ordine pomorum.i.pomiferarum per inſitionem videlicet, alii læto.i.pulchro ordine.

PRoponit &c. ¶ Ordo eſt Maro.ſ. Virgi. ꝓponit.ſ.narranda, ſecundo ſcilicet libro: & vocat.i.inuocat, rite, ideſt decenter ſecundum priſcam poetarum conſuetudinem, Bacchum, ſcilicet vitiſatorem vbi de vitibus præcipue locutus eſt, & id quidem primo loco facit, proponit inquam, & inuocat. Natura datur arboribus creandis.i.diuerſa deſcribitur natura arborum procreandarum, & id ſtatim prima parte executionis. Inſitio, ideſt modus inſerendi & inſitas faciendi, panditur, ſcilicet in ſecunda parte executionis. Vitis diuerſa.i.diuerſæ naturę & bonitatis notaẗ.ſ.in tertia parte executionis. Laudes Italiæ habentur, ideſt recitantur, ſcilicet in quarta parte. Et ſpecies telluris habentur.ſ.in quinta, & quomodo vitis ſup. ſit ponenda i.conſerenda habetur ſup. in ſexta, ſcilicet parte, & quo tempore, & id in ſeptima, & quid ver afferat, habetur ſupp. & hoc in octaua parte, & ſcilicet Maro monſtrat, ideſt oſtendit, & docet videlicet in nona parte, qualis cultus ſit habendus, ideſt adhibendus viti & monſtrat.ſ.in decima parte commoda ſyluarum, ſcilicet olearum & aliarum arborum ſponte naſcentium & nõ tantopere coli exigentium vt vites. Et agreſtes, ideſt in agris verſantes, laudantur.ſ.in vltima parte huius ſecundi libri. Et ita ſingulę ferę materię in toto libro pertractãtur ſuo ordine, ſcilicet quo iam explicitæ ſunt. Reſtat igitur authoris explanatio, ante cuius textum tetraſtichon Ouidianum ſicut in omnibus fere codicibus reperitur ponemus.




P. VIRGI. MARONIS GEORGICORVM LIBER SECVNDVS.

HActenus aruorũ cultus, & ſydera cœli.
Nunc te bacche canam, necnon ſyluestria tecum
Virgulta, & ꝓlẽ tarde creſcentis oliuæ.
Huc pater o Leneę (tuis hic oĩa plena.
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno

PROBVS.

HActenus aruoꝝ cultus & ſydera cœli: Nũc te Bacche canam.) Mire iterauit illũ verſum, Quid facit lætas ſegetes, quo ſydere terram. In hoc autẽ libro exequitur culturam agri conſiti, qui omnium arborum continet genera. Et ſciendum eſt Virgilium vites quoque arbores dicere. vt, Nec ſecius omnis in vnguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret & Hactenus, vt multi volunt, vna pars orationis eſt, & eſt aduerbium ſignificans hucuſq;. Alii duas partes volunt, pronomẽ & aduerbiũ: vt ſit tenus hac: ſicut, Et Crurum tenus à mento palearia pendent, ſed melius eſt vnam partem accipere orationis. ¶ Hactenus ſydera cœli.) Pleonaſmos. nec enim alibi, quàm in cœlo ſunt ſydera. ¶ Bacchę.) Inuentorẽ pro vitibus

Floret ager:ſpumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni:nudataq; muſto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

pro vitibus poſuit, de quibus κατ᾽ ἐξοχὴν in hoc libro loquitor.nam vites præcipue ſunt; licet & aliarum arborum faciat commemorationẽ.¶ Nec non ſylueſtria tecum virgulta.) Ideſt infœcundas arbores,quibus pcipue in Italia vites cohærent.¶ Tarde creſcentis oliuæ.) Res enim diu duratura tardius creſcit.¶ Huc pater ô Lenæe.) Pater,licet generale ſit omnium deorum,tamen ꝓprie Libero ſemper cohæret:nam Liber pater vocatur.¶ Lenæus.) autẽ ἀπὸ τοῦ ληνοῦ,ideſt à lacu.Nam quod Donatus dicit ab eo,quòd mentẽ leniat,non procedit: nec enim poteſt græcum nomen Latinam etymologiã recipere.¶ Tuis hic omnia plena muneribus.) Tuis muneribus hic ſunt omnia plena:& ea vbiq; requirunť.¶ Pampineo autumno.) Cuius tempore vites folijs & fructibus plenę ſunt:& ſub quo maturæ fiunt.Et Pampineo pro pampinoſo dixit,vt nemus frondeum pro frondoſum.¶ Tibi floret.) In honorem tuum exultat & lætus eſt.Nam autumnali tempore re vera florere non poteſt ager.¶ Vindemia.) Cum vindemiam numero ſingulari dicimus,vnius anni ſignificamus:cum plurali,multorum:vt meſſem,meſſes:hyemem,hyemes.hæc enim ſemel tantum annis quibuſq; contingunt.Multi tamẽ volunt Videmiam eſſe totius orbis generaliter,Vindemias ſingularium partium:vt plus ſignificet ſingularis,q̃ pluralis numerus.ſicut plus eſt cum dicimus,per terram pluit,quàm per terras.tunc enim omne elementum per ſingularem numerum,non terras aliquas ſignificamus.Muſto,muſtum numero tantũ ſingulari dicimus,ſicut & vinũ:licet Ouidius abuſiue dixerit muſta.Sed hoc ille plus fecit,ꝙ & muſtis dixit:cum(vt diximus)de his nominibus tres caſus tantum vſurpari conſueuerint.

PROBVS.

¶ Nunc te Bacche canam.) Bacchari eſt furere,inde & Bacchę dicũtur,quæ per furorẽ ſacra Liberi patris celebrabant,& ipſe Bacchus vocať à furore,quem incutit cultoribus ſuis.Idem Lenęus dicitur torcularis à nomine græco,& quod ληνοῦ appellant torcular.¶ Cothurni.)ſunt calciamentorum genera venatori apta quibus crura etiam muniuntur,cuius calciamenti effigies eſt in ſimulachris Liberi & Dianæ.

MANCINELLVS.

¶ Hactenus aruorum.) Huius quoq;.ij.voluminis argumẽtum carminibus patet.Sed cur poeta ab agroꝝ cultura incœperit poſtea vitium,de exordio ſcribẽs aperui,vbi & vitium arborumq; culturas Emophum Athenienſem primum inueniſſe.Pli.referente edocui.¶ Hactenus cecini.)ſ.eſt enim Meſozeugma.¶ Sydera cœ.)pleonaſmos eſt in dictione cœli.i.ſuperabundantia,de qua late Fab.lib.ix.¶ Te bacche.) Ideſt tua munera,vt vites,de quo latius ibi,Poculaq; inuentis acheloia miſcuit vuis.Dicitur autẽ Bacchus à furore,quẽ incutit cultoribus ſuis,vt Probus aſſerit.¶ Sylueſtria virgulta.) Syluestres arbores,inter quas & geniſtas, & ſiler,& ſalices accipe.De virgultis autem diximus in Tityro.¶ Tarde cre.oli.) Plin.lib.xvij.cap.xij.ſcrib.Natura tarde creſcere omnia longo æuo duratia,at quæ occidunt velocia eẽ,vt ficus,malus,pirus.Idemq; lib.xvij.cap.lxj.ſcribit ad ſua tpa duraſſe in Linterno Aphricani prioris manu ſatas oliuas,& myrtus eodẽ loco conſpicuæ magnitudinis.¶ Lenæ.) Lenæus Bacchi nomẽ, lenos enim torcular dicitur,Lenæus torcularis,vt Probus ait.¶ Grauidus autumno.)non grauidis in ablatiuo,ſed grauidus in nominatiuo legendum eſt,ſic enim antiqui textus habẽt,eſt ergo diaſtole figura.¶ Floret.) Lætus eſt labris ahenis.¶ Cothurnis.) Videto Eclo.vij.¶ Muſto nouo.) & hic pleonaſmos eſt,vel epexegeſis,nam vt ſcrib.Noni.Muſtũ non ſolum vinum:verum nouellum quicquid eſt,dicitur,recte Neuius vtrũ ſit melius virginem an viduam ducere,virginem ſi muſta eſt.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶ Hactenus aruoꝝ cultus &c. Poſtq̃ in primo libro oſtenſum eſt:quid faciat lætas ſegetes quo ſydere terram vertere conueniat:nunc docturus vlmis adiungere vites:arbuſtúq; deſcripturus: facit continuationẽ ſequentium cum precedentibus dicẽs:hactenus deſcripſi cultus aruoꝝ,& ſydera cœli,nũc te Bacche canã &c.Itaq; ꝓponit in principio,inuocat ibi,huc pr̃ ô Lenæe:& proſequitur ibi,principio arboribus.In primo autem libro agriculturam executus eſt:quia ea magis neceſſaria eſt mortalibus quàm vitium plãtatio,priorq; inuenta.Sane ſm̃ Mancinellum meſozeugma eſt in primi verſus elocutione.De quo qd ſentiã puerulis paucis explicauero.Zeugma fit quoties duoꝝ aut plurium conſtructibilium tertium expreſſum cõformať vicinio ri aut viciniſſimo in debitis accidentibus & ad reliquum aut reliqua reduci poteſt facta accidentium conformitate.Quoties autem tertium in principio ponitur,dicitur protozeugma hoc eſt anterius zeugma quod Seruius vocat zeugma à ſupiori:vt ſi dicam.Fleuit mater & filij eius quoties in medio meſozeugma:nã meſon medium dicunt græci,vt mater fleuit,& filij eius, Quoties vero in fine dicitur hypozeugma ſeu ſubzeugma:hoc eſt zeugma ab inferiori,vt mater & filij eius fleuerunt;hic ergo quia tertiũ hoc eſt verbum in fine ponitur,vr̃ potius hypozeugma dicendum.Neq; id quidem in accidente congruitatem mutante: hoc eſt in genere aut numero aut perſona,aut caſu,ſed in tempore duntaxat:nam in verbo canam intelligitur verbum cecini,eiuſdem numeri & perſonæ:ſed diuerſi temporis.Seruius quoq; atteſtatur pleonaſmon cum dicit ſydera cœli: quia non ſunt alibi quàm in cœlo ſydera vt inquit:abundat ergo particula cœli:verumtamen non difficilis eſt eius rei purgatio.Sed nos ordinẽ ꝓſequamur q talis eſt.Ego inquit Virgilius:hactenus,ideſt ad hunc vſq; locum,ſubaudi cecini cultus aruorum & ſydera cœli.i.occaſus & ortus ſyderum in cœlo exiſtentium,& qualem queq; tempeſtatem cient.Nunc.i.deinceps.i.in hoc ſecundo libro:ô Bacchę ego canam te.i.tua dona:hoc eſt vitem.Poſſemus à vocandi caſu incipere ſic,ô Bacche ego cecini hactenus cultus &c.nunc canam te necnon.i.& etiam canã tecum:virgulta ſylueſtria.i.arbores in ſyluis naſci ſolitas,& prolem oliuæ.ſ.arboris quæ & olea dicitur,creſcentis tarde.O pater Lenæe.i.torcularis aut torculari præfecte:hoc eſt Bacche veni huc.i.ad me,& in auxilium meum omnia.ſ.ſunt.hic.i.in hoc opere, plena tuis muneribus.i.inuentis,& donis, hoc eſt plurima eorum quæ hic deſcribentur vt vites & eaꝝ arbores ſunt tua munera.ager grauidus.i.onuſtus autumno pampinis: hoc eſt vitium frondibus aut folijs decorato: floret tibi.i.honorem tuum,aut tibi:tanq̃ authori aut inuentori ſuo.Vindemia ſpumat tibi labris.i.vaſis labratis quibus vinũ multum transfunditur:plenis, ſcilicet muſti recens preſſi. Veni inquam huc ô pater Lenæe, & tinge mecum.i.vt ego crura nudata.i.nuda facta cothurnis.i.altis illis calciamentis quæ etiam ſuras ambiunt,& quibus agricolæ fere vtuntur ſicut & venatores & omnes quibus inter ſpinas & vepres currendum eſt.ſignificat autem ſe poeta in hoc opere agricolam & vinitorẽ pro loci qualitate:cothurnis inq̃ direptis.i.raptim depoſitis:tinge dico muſto.i.vino nouo: quia nondum in vas ſuum miſſo:hoc eſt aſpira mihi rem vinariam tractanti.

PIERIVS.

¶ Multa nimirũ in hoc libro deerunt:quia paginæ nonnullæ in codice,Romanis literis ſcripto,cui potiſſimũ innitimur deſiderantur.Quoad vero licuit,alijs codicibus adiuti ſumus,& oĩno multa obſeruatione digna deprehendimus,quę ſi non omnia ad lectionis emendationẽ,certe ad ſententiarũ illuſtrationẽ faciãt: quicquid id fuerit,Lectorem rogatum velim,vt boni conſulat.

Principio arboribus varia eſt natura creandis.
Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus,ipſæ
Sponte ſua veniunt:camposq;,& flumina late
Curua tenent:vt molle ſyler,lentæq; geniſtæ,
Populus,& glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine:vt altæ
Caſtaneæ,nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Æſculus,atq; habitæ Graijs oracula quercus.

SERVIVS.

¶ Pricipio arboribus.) Creandarum arborum naturaliter ſunt tria genera.Aut enim ſua ſponte naſcuntur : aut ex ſeminibus fortuito iacentibus ſurgunt, aut ex radicibus pullulant.nam cætera vſus inuenit fauente natura.¶ Sponte ſua.) Sponte modo nomen eſt : quia iunctum eſt ei genus, quo caret ſemper aduerbium.¶ Veniunt.) Creſcunt: vt alibi, Illic veniunt felicius vuæ.¶ Camposq; & flumina late Curua tenent.) Per tranſitum oſtendit in quibus locis arbores ſponte naſcantur,ſcilicet in humidis.Nam terra mater eſt rerum omniũ, & ſeminum cunctorum creatrix.¶ Vt molle ſyler.) Arboris genus eſt.Syler,& notandum genus neutrum de arbore:quod

Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſylua:
Vt ceraſis, vlmiſq́; etiam Parnaſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubijcit vmbra.

re: quod eſt admodum rarõ. ¶Glauca canentia fronde ſalicta.) Locum ſalicum ꝓ ipſis arboribus poſuit. bene autẽ ait. ¶Et glauca & canentia.) Nã ſalix ab vna parte alba eſt, ab altera viridis. Sane Cacephaton eſt glauca canẽtia. ¶Pars aũt poſito de ſemine ſurgunt.) Quacunq; ratione proiecto, vel ab auibus, vel ab hominibus: ne incipiat eẽ induſtriæ. Dicit quippe pleraſq; arbores ex ſemine naſci non ſtudio hominum iacto, ſed quocunq; modo & euentu. ¶Pars ſurgunt.) Pro ſurgit. ¶Nemorũq; Ioui quæ maxime frondet Æſculus.) Ordo eſt, Nemorũq; maxima æſculus, quæ Ioui frondet, ideſt quæ creſcit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui conſecratum. ¶Atq; habitæ Graijs oracula quercus.) Nam in Dodonæo nemore arbores dantes reſponſa fuiſſe dicuntur. ¶Habitæ autem Graijs.) vel quaſi non credens dixit, vel quaſi Italus, qui loca illa neſciret. vel re vera quondam Habitæ, quia illo iam tempore ſilebant. ¶Pullulat ab radice.) Mira in ſingulis proprietas, nam ait, ſponte ſua veniunt, ſurgunt de ſemine, pullulat ab radicibus. ¶Vt ceraſis vlmiſq;.) Hæc ceraſus his ceraſis facit. Sane Ceraſus ciuitas eſt Ponti: quã cum deleſſet Lucullus, genus hoc pomi inde aduexit, & à ciuitate Ceraſum appellauit. Nam arbor ceraſus pomum ceraſum dicitur. Hoc aũt etiã ante Lucullum erat in Italia, ſed durum: & cornum appellabatur: quod poſtea mixto nomine, cornoceraſum dictum eſt. ¶Parnaſia laurus.) A Parnaſſo monte Apollini conſecrato.

PROBVS.

❧Atq; habitæ graijs oracula q̃rcus.) exiſtimat in dodonæi Iouis oraculo q̃rcũ vocalẽ fuiſſe, ex qua lignum Minerua argonautis futura p̃diceret. ¶Vt Ceraſis vlmiſq; ẽt Parnaſia laurus.) Ex vrbe ceraſunte, quę eſt in põto Lucullus, qui oppugnauit Mithridatẽ, tráſtulit arboris genus, quod fert ceraſia poma. Ipſe aũt oppidi noĩe ceraſon vocauit, pomũ ceraſium. ¶Parnaſia laurus.) dicit quia ſubiecta eſt Apollinis tutelæ, cuius oraculum delphicũ parnaſo monti phocidos ſubeſt. *Ceraſis. Cera.*

MANCINELLVS.

❧Principio.) canã videlicet ſiue à p̃ncipio. ¶Arboribus varia, eſt natura creãdis.) Maro in hac re Theophraſtum ſecutus eſt, ille enim lib. ij. inquit. Aruorum ſummatim plãtatarũ generationes, aut ſponte aut ſemine, aut radice, aut euulſiõe, aut ramo, aut ſurculo, aut ipſo trunco factitãtur. Videto aũt paulo inferius ibi videlicet. Hos natura modos &c. ¶Molle ſiler.) Plin. li. xxiiij. c. xxxvj. inquit. Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant, ſerpentes & hunc fruticẽ refugiunt, baculũq; ruſtici ob id ex eo gerunt. ¶Geniſtæ.) Pli. lib. xix. c. ij. inquit. Aſia ex geniſta facit ligna ad retia p̃cipue in piſcãdo durãtia, frutice madefacto decem diebus, & lib. xxiiij. c. xxiij. ait Geniſta quoq; vinculi vſum p̃ſtat, flores apibus gratiſſimi. Geniſta itẽ mixta cum axungia genua dolentia ſanat. ¶Populus.) legito Pli. li. xv. c. xxvj. ¶Glauca.) Glaucus color viridis cœruleus dicitur, vt in Gel. legitur li. ij. c. xxvj. ¶Salicta.) Plin. lib. xvj. cap. lij. ſcri. de Salice. quod in Aſia tria genera obſeruãt nigram vtiliorem vitibus, candidã agricolarum vſibus, tertiã, quæ breuiſſima eſt, quam elicem vocant. ¶Caſtaneæ.) de ijs multa Columel. lib. iiij. & Pli. xv. ¶Æſculus.) Arbor eſt glandifera ab edo, nã eius fructu olim homines veſcebatur, & Plin. lib. xvj. cap. vj. inquit. glans optima in quercu, atque grandiſſima, mox æſculo. ¶Oracula quercus.) Exiſtimant in Dodonæi Iouis oraculo quercum vocalem fuiſſe, ex qua Minerua argonautis, futura p̃dixit. Probus author. Strabo vero lib. vij. inquit, Dodonæum autem oraculum, quemadmodum & cætera quodãmodo derelictum eſt, Videto latius Eclogã. ix. ¶Ceraſi.) Ceraſi ante victoriã Mythridaticã. L. Luculli nõ fuere in Italia. Ab vrbis anno ſexcẽteſimo octogeſimo, is primum vexit ponto, ſeptentrione frigidiſq; gaudent Pli. lib. xv. c. xxv. ¶Parnaſia laurus.) Plin. lib. xv. c. vlti. ſcri. q̃ duo genera eius tradit Cato, Delphicam, & Cypriã. Delphicã eſſe æquali colore. viridiorem. Maximis Bacchis, atq; è viridi rubentibus, hac victores, Delphis coronati, & triumphantes Romæ. Cypriã eſſe folio breui nigro per margines imbricatũ criſpam. ¶Se ſubijcit.) attollit.

*Siler. Geniſtæ Glauc⁹ color. Tria genera. Salicũ. Æſcul⁹. Quercus. Duo genera lauri.*

ASCENSIVS.

❧Principio arboribus &c.) Hæc eſt pars executiua in qua incipit tractare de arboribus fructiferis vitiferis & cæteris. Nulla enim eſt arbor quæ nihil agricolis conferat. Sylueſtres enim & ſteriles ſe præbent hoc eſt materiam aut ædificiorum aut ignis. Oſtendit aũt variam arborum naturam, vt qua via eas ſibi agricola comparet noſcat. ❧Ordo eſt. Principio. ſ. canã aut deſcribã quia varia &c. Aut principio. i. in primis notandis agricolę, eſt varia natura creandis arboribus, ideſt ad creandas, & producendas arbores, aut arboribus creãdis, ideſt quæ creantur. Nam ꝓ quia aliæ, ideſt aliquæ veniunt, ideſt oriuntur ipſæ, ideſt per ſe nullis hominum. i. nullis hominibus. (Elegantius tamen & ſignificantius dixit quam ſi dixiſſet nullis hominibus, nã nullis hominum qui partitionẽ denotat idem eſt ac ſi dicat, ne vnus quidem homo quicunq; is ſit) cogentibus. i. compellentibus per artem aut laborem, & tenent. i. occupant late. i. ampliter campos & flumina curua. i. ripas fluminum quę fere curuę ſunt, vt ſiler. i. illud genus fruticis, molle. i. tenerum & flexibile, & geniſtæ lentæ. i. flexibiles, & teneræ & populus arbor iuxta ripas ſponte naſcens & ſalicta canẽtia, ideſt albicantia. ſ. in cortice, fronde glauca, ideſt cœrulei ac viridis coloris, Et hæ quidem ſponte. Autem ꝓ ſed. pars, ſcilicet arborum hoc eſt arbores partim ſurgunt. i. pullulant & exoriuntur de ſemine, vt caſtaneæ altę, ideſt ſublimes & æſculus quę frondet Ioui, ideſt in honorem aut tutelam Iouis maxima, ideſt maximis floribus, aut vberrimis, nemorum. i. inter nemora Ioui ſacra & quercus habitæ. i. exiſtimatæ, graijs. i. græcis oracula. i. pro oraculis & reſponſis deorum. credunt enim græci in Dodona ſylua quercus vocales oracula edidiſſe. Denſiſſima ſylua. ſ. maxima congeries arborum nouellarum pullulat alijs, ab radice vt ceraſis & vlmis, etiam laurus Parnaſia, ideſt quæ plurima naſcitur in Parnaſo in gratiam phœbi, parua. i. cum adhuc parua eſt, ſubijcit, ideſt ſurſum iacit & attollit ſe ſub ingenti vmbra matris. i. maioris laurus è cuius radice, pullulat. Sunt ergo triplices, naturæ arboribus creandis. Nam aliæ naſcuntur ſine ſemine, & radice, aliæ ex ſemine, aliæ ex radice, addi poteſt quarta ſed mixta earum quæ ex ſemine & ex radice naſcuntur, nam fere quæ ex ſemine, etiam ex radice naſcuntur.

Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Syluarum, fruticumq́; viret, nemorumq́; ſacrorum.
Sunt alij, quos ipſe via ſibi reperit vſus.
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis. hic ſtirpes obruit aruo,
Quadrifidasq́; ſudes, & acuto robore vallos.
Syluarumq́; aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant: & viua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ, ſummumq́; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
Et ſæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatamq́; inſita mala
Ferre pyrum: & prunis lapidoſa rubeſcere corna:

SERVIVS.

❧Hos natura primũ dedit.) Bene primũ. Nam vt etiam ſupra dixim⁹, fauor naturæ fuit ẽt ad alios inueniẽdos. contra naturam enim nihil hominũ inuentum valeret. ¶Via ſibi repperit vſus.) Ratione. vt, Inueni germana viam. ¶Hic plantas tenero.) Inter plantas & plantaria, hoc intereſt, quòd plantæ raptæ ſunt de arboribus. Plantaria vero, quæ ex ſeminibus nata cum radicibus & terra propria transferunt: vt, Et viua ſua plantaria terra. ¶Sulcis.) Foſſis: vt, Auſim vel tenui vitem committere ſulco. ¶Hic ſtirpes obruit aruo.) Altius deponit validiores cũ radicib⁹ plãtas. ¶Quadrifidasq; ſudes.) Ita robuſtas vt poſſint in quatuor partes diuidi. ¶Et acuto robore.) Pro acuti roboris accipimus. Et bis idem eſt dictum. nam & valli, & ſudes idẽ ſunt. ¶Syluarumq; aliæ p̃ſſos ꝓpaginis arcus. Expectant. Propago p̃cipue vitibus congruit. vnde apparet Syluas eum etiam de vitibus dicere. ¶Et viua ſua plantaria terra.) Et alię ſyluarum expectant plantaria cum ſua terra viua, ideſt naturali, vt, Viuoq; ſedilia ſaxo, ideſt naturali. Inde ẽ, Mutata ignorẽt ſubito ne ſemina matrem. ¶Quin & caudicibus ſectis.) Caudicibus poſuit ꝓ codicibus ſicut caulẽ, ꝓ colẽ: fauricẽ, ꝓ ſorice dicimus. Fit autẽ, quod

Quare agite ò proprios generatim diſcite cultus
Agricolæ, fructusq́; feros mollite colendo:
Neu ſegnes iaceant terræ. iuuat Iſmara Baccho
Conſerere, atq; olea magnum veſtire Taburnum.

quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum ſicci ſtipites ſecantur vſq; ad medullam, & terræ infoſſi ex ſe arbores creant: quod ſine dubio mirum eſt. ¶ Truditur.) Vrgente natura procreatur. ¶ E ſicco ligno.) Ex arido. ¶ Radix oleagina.) Deriuatum ab olea. ¶ Impune videmus.) Sine damno ſui. Et loquitur de inſitione. Sane inſitas arbores dicimus: inſertas vero cauſas aut fabulas. ¶ Lapidoſa corna.) Dura. Alibi, Lapidoſaq́; corona Dant rami. ¶ Proprios generatim.) Generatim, per ſingula genera. Generaliter autem eſt ſimul omnia. γενικῶσ, κὰι κατὰ γένοσ. ¶ Segnes terræ.) Pigre, infœcundę. & docet poſſe induſtria etiam loca aſperrima ad fertilitatem perduci. ¶ Iſmara.) Montes Thraciæ. ¶ Olea magnũ veſtire taburnũ.) Per hos montes ſignificat etiam montuoſa & aſpera loca tentanda eſſe. Taburnus aũt mons campaniæ. ¶ Veſtire.) vero, implere ſignificat.

PROBVS.

¶ Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atq; olea magnum veſtire taburnum.) Thracia vino fertilis, cuius nationem quandam appellat Home. Aliter oppidũ eſt Iſmarus, quod expugnauit Vlyſſes, cum à Troia diſcederet. & victor vinum accæpit à Marone, cuius pater Cupithus traditur, quod Cyclopi dedit. Eius aũt tanta vis exiſtimatur: vt vnum metrum vini viginti etiam metra ſuſtineat aquę, Ergo quia tam efficax eſt natura in vino thraciæ, pręcæpit eam conſerendam vitem. Taburnus mons eſt Apuliæ regionis quæ fertilis eſt olea.

MANCINELLVS.

¶ Hos natura modos.) Pli. lib. xvj. c. xxxij. inquit, Arbores quas naturæ debeamus tribus modis naſcuntur, Sponte aut ſemine aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit. ſed latius vide ibi, principio arboribus, &c. ¶ Syluarum.) Sylua ab hyle quod eſt materia dicitur, vel à xylon quod eſt lignum eſt aũt ſylua generalius nomen. ¶ Fruticum.) Frutex eſt, qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed nõ demoritur, neq; areſcit, vt herba. ¶ Nemorum.) De nemore videto Eclogã. vj. ¶ Via.) ratione. ¶ Hinc plantas.) Plin. lib. xvij. cap. vij. inqt auulſisq́; arboribus ſtolones vixere. quo in genere, & cum parui ſunt, auelluntur, partemq́; aliquam è matris quoq; corpore auferunt, ſecum hoc modo plantantur punicę coryli. mali, ſorbi, fici in primisq́; vites. ¶ Stirpes.) Craſſos truncos cum radicibus. ¶ Quadrifidas ſudes.) perticas vel ſurculos in quatuor partes fiſſas. ait enim Theophraſtus libro primo. Oleas quoq;, & ficos multifidas demittere ſolent. Plin. etiam lib. vij. ca. xvij. ait ex eodem inuentu eſt ſurculos abſciſſos ſerere. hoc primo ſepis cauſa factum ſambucis, cotoneo, & rubis depactis, Mox & culturę, vt populis, alnis, ſalici, quæ vel inuerſo ſurculo ſeritur Acuto robore vallos. i. palos acutos, & ſurculos. Seruntur enim ſurculi quadrifidi & acuti. ¶ Propaginis arcus.) Pinus Baccha & propagine ſeritur. Citrea item grano & propagine. author Plinius libro. xvij. Terræ mandare cacumẽ, vti de ſalice dictum eſt. ¶ Caudicibus.) Caudex dicitur in arbore quod ſupra terram ſimplex aſſurgit, in herbis vero caulis appellatur, vt Theophraſti interpres oſtendit. ¶ Radix oleagina.) Radix eſt quod ſubter telluri cohęret, Olea autem Theophraſto teſte libro ſecundo pluribus modis venire videtur: Nam ex trunco, ramo conciſo, radice, ligno virga. ¶ Impune.) ſine damno. ¶ Vertere.) ſupple ſe in alterius ſcilicet ramos. ¶ Iſmara.) Iſmarus Thraciæ mons inſignis oleo, & vino, teſte Vibio. ¶ Taburnum.) Taburnus mons eſt Apuliæ regionis, quæ fertilis eſt oleæ, vt Probus inquit, Poeta libro Æneidos. xij. meminit etiam dicens, Ac veluti ingenti ſylua, ſummove taburno. Cum duo conuerſis inimica in prælia tauri, Frõtibus incurrunt.

(Margin: Syluæ. Frutex. Caudex Caulis. Radix. Olea.)

ASCENSIVS.

¶ Hos natura modos primum &c.) Sunt itaq; inquit tres modi arborum naturaliter naſcẽtium, quibus quartum adiecit ars quę triplex eſt, nam aut alteri arbori per inciſionẽ inſigitur virgultũ: aut abſciſſum terræ cõmittitur eiq́; conglutinatur, per tranſplantationem plantaria nouam naturam induunt. Quinetiam radix, aut truncus interdum proplanta terræ committitur. ¶ Ordo eſt natura dedit primum. ſ. prius q̃; ars inuenta eſſet quæ naturã imitatur: hos. ſ. dictos modos arborum videlicet creãdarum, oẽ genus ſyluarum. i. magnarum arborum in quibus ſunt alta ſilentia, & fruticum. i. humilium virgultorum quæ ad menſuram iuſtam arbori non aſſurgunt, hyeme tamen non intereunt, & ſacrorum nemorũ. i. lucorum viret his. ſ. modis dictis. Alij. ſ. modi, ſunt. i. extant, & reperiuntur quos, ipſe vſus. i. experientia reperit ſibi. i. ad ſuum commodum via. i. ratione & exercitatione hic. i. quis plantator abſcindẽs plãtas. i. ramos aut virgulta vt plantent, de tenero corpore matrum depoſuit. i. credidit & commiſit ſulcis. i. ſcrobibus hic. i. alius, obruit. i. ſepeliuit & cooperuit aruo. i. terra qualis eſt in aruo ſtirpes. i. truncos craſſos cum radicibus, & ſudes. i. perticas, quadrifidas. i. in quatuor partes fiſſas, & vallos. i. palos & ſtipites robores, ideſt trũco acuto quomodo ſalices in ſepibus naſcuntur. Et aliæ ſyluarum. i. aliæ ſyluæ, expectant, ideſt deſiderãt vt procreentur arcus. i. curuaturas ſeu ramos circunflexos, propaginis. i. vitis, vt pinus citreæ aliarumq́; ex propagine naſcentium, & expectãt plantaria. i. plantas cum radicibus viua. i. virẽtia ſua terra. i. per ſuam propriam & natiuã terram aut expectãt plantaria viua cum ſua terra. i. volunt vt radices trãſferant vna cum terra in qua primum natæ ſunt. Aliæ. ſ. arbores, nil, ideſt nõ alicuius, non egent alicuius radicis, aut nil. i. non egent radicis, & putator, ideſt amputator & deciſor referens, ſummum cacumen. i. virgultum ex vertice arboris, haud. i. non dubitat, ideſt veretur aut formidat, mandare. i. committere terræ. ſ. ipſum cacumen vt radices iaciat, & pullulet. Quin. i. quinetiam: quaſi dicat, & quod plus eſt radix oleagina. i. oleæ arboris, truditur. i. pullulat vbertim è ligno ſicco, cui. ſ. incluſa eſt. & hoc caudicibus. i. codicibus hoc eſt truncis ſectis. i. fiſſis & diuiſis mirabile. i. quæ res eſt mirabilis dictu. i. dum dicitur aut vt dicatur. (Codicem pro trunco accipi notum eſt ex illo Iuuenalis reſidens in codice pellex, pro volumine vero accipitur eo quod ſicut in codice. i. trunco, ſunt multi libri. i. interiores cortices in quibus, vt in membranis olim ſcriptitabãt, ita in codice, ſunt multa folia ex libro olim conſtantia. Reprehẽdit aũt hoc loco Seruius à Beroaldo his verbis. Dicuntur à Seruio hoc in loco ea quæ nec vera ſunt, nec veriſimilia, nec ab vllo ſcriptorum memorata, neq; Virgilianis, verſibus conuenientia, nãq; poeta illis verſibus loquitur de inſitiõe qua leuigatur falce truncus, & aut inter corticẽ lignumq́; inſerit calamus, aut fiſſo trunco imprimitur medullæ, cuius rei tota diſciplina tradita eſt à Columella, in, tertio, à Plinio in. xvij. à Palladio pluribus in locis & tanta eſt vis inſitionis, vt etiam ſatiuę ſylueſtrium radicibus inſerantur natura ſiccioribus, aptiſſima. n. eſt inſitis ſiccitas, vt author eſt Plinius. Inde dictum eſt à poeta, Truditur è ſicco radix oleagina ligno. i. olea inſeritur & radices agens, viuiſcit etiam in ſicco ligno, quod eſt mirabile dictu. Cato pręcipit inſeri oleas luna ſicca. Hæc ille. Ex qbus patet quod non lignum ſectum pullulat, ſed in ligno ſicco ſecto incluſum virgultum. ſed ad ordinẽ redeo.) Et nos, videmus impune. i. paſſim ſicut quod ĩpune fit, paſſim fieri ſolet, vertere. i. trãſmutare ramos alterius. i. vnius arboris. in. ſ. ramos alterius. ſ. arboris, & nos videmus, pirum mutatã. ſ. in natura per inſitionẽ ferre mala inſita, ramorum inſitorum fructus à piris longe diuerſos, & nos videmus ſępe corna lapidoſa. i. lapidibus ſeu oſſibus, plena, rubeſcere prunis, ideſt ferre pruna rubicundula. Quare, ideſt quamobrẽ quod, ſ. ſua eſt cuiq; natura & naturæ ſequitur ſemina quæq; ſuæ. Agite, adhortandi aduerbium, ò agricolæ diſcite generatim, ideſt per ſingula genera, proprios cultus. ſ. arborum. i. quomodo coli, volunt vt ferant mites fructus, vnde ſequitur, & mollite. i. molles & mites facite fructus feros. i. ſylueſtres, colendo, ideſt per cultũ. (Capitur aũt hoc loco colendo actiue apud Quintilianum paſſiue cum dicit. Sed memoria excolendo ſicut cætera, omnia augetur) neu. i. neue terrę iaceant ſegnes. i. ignauę, & inutiles nihil frugum, aut bonorum fructuũ ferẽtes (niſi forte malis dicere, neu fructus iaceant ſegnes terræ. i. in terra hoc eſt humi) iuuat. i. adiuuat rẽ agricolę & delectat, conſerere Iſmara montẽ Thracię Baccho i. arbutis, vt vites Baccho dicatas ferant, & iuuant, veſtire taburnum. i. montẽ illum Apulię olea, cuius ferax eſt. Iuuat aũt. i. delectat quia iucundum eſt videre lętos fructus, aut iuuat. i. prodeſt, quia vtile eſt feraces terras conſerere.

(Margin: Codex. Beroal.)

PIERIVS.

¶ Sũt alij quos ipſe via ſibi reperit vſus.) In Longobardico exẽplari viam, legit accuſatiuo caſu, quod forte non diſpliceat, ſi ordinẽ feceris, Sunt alij, quippe modi, quos vſus reperit ſibi viam. Seruius tamen agnoſcit via. i. ratione. vt Inueni germana viam, alij dicunt, via, inter eundũ qppe in ipſo pgreſſu rerum & experientia. In mediceo paraphraſis eſt, via, ingenio.

Tuq; ades incœptumq; vnà decurre laborem,
O decus, ò famę merito pars maxima noſtræ
Mœcenas, pelagoq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto:
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Ferrea vox, ades, & primi lege litoris oram.
In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
Atq; per ambages, & longa exorſa tenebo.

SERVIVS.

¶ Tuq; ades Mecœnas.) Adeſto, & incœptum fauorē omnibus libris impendito, nam vbiq; eum iuocat. ¶ O decus, ò famæ merito pars maxima noſtræ.) Horatius, O & præſidium & dulce decus meum. ¶ Pelagoq; volans da vela patenti.) Simplici generi carminis præſta fauorem: vt vela fauorē accipiamus. ¶ Patēs pelagus.) carminis facilitatem, Hoc autem carmen facile eſſe ipſe ſignificat dicēs, &. ¶ In manibus terræ.) hoc eſt in facili & in ꝓmptu res poſita eſt: &. ¶ Non ego cūcta meis amplecti verſibus opto.) ideſt, Nō ſum vniu. rſa dicturus: nec enim poſſum, quare & ſuam verecunde extenuat poſſibilitatem, & Mecœnatis auribus ex ſui carminis breuitate blanditur. Alij aliter accipiunt. Conſtat Mecœnatem fuiſſe literarum peritum, & plura compoſuiſſe carmina. nam etiam Auguſti Cæſaris geſta deſcripſit, quod teſtatur Horatius dicens. Tuq; pedeſtribus Dicis hiſtorijs prælia Cęſaris Mecœnas melius, ductaq; per vias Regum colla minacium, vt hoc nunc dicat. ¶ Incœptū vna decurre laborē.) ideſt adeſto, & ſimul ſcribamus. licet enim quæ tu ſcribis, conſtet eſſe ingentia: meum aūt carmen & breue ſit, & totum id explicare nō poſſim, debes tamē fauere minoribus, vt Pelagoq; volans da vela patēti, ſit ingentia ſcribe. ¶ Et primi lege litoris oram.) Faue minora ſcribēti. Non ego cuncta meis. Lucretij verſus, ſed ille ænea vox ait, non ferrea. ¶ Primi lege litoris oram.) Lege nauticus ſermo eſt, qui nunc & ad nauigandum, & ad lectionem poteſt referri. Nam hoc dicit, faueto principio, vel humilitati carminis mei. ¶ In manibus terræ.) Ideſt in facili & in promptu eſt terrarum deſcriptio. quod πρόχειρον Græci dicunt. ¶ Non hic te carmine ficto, atq; per ambages, & longa exorſa tenebo.) Ideſt ſimpliciter vniuerſa deſcribam: neq; vt in Æneide, aliquibus figmentis, aut vllis vtar ambagibus. ¶ Lōga aūt exorſa.) dicit procœmia longe repetita: quæ conſtat eſſe vitioſa.

MANCINELLVS.

¶ Tuq; ades.) primo volumine Aug. Cæſa. inuocauit. hic, vero Mecœnatem, cui & totum opus dedicat. Incœptumq; vnà decurre laborem. i. auxiliare mihi tuo ingenio. ¶ Patenti vela.) i. patēti & amplæ materiæ. ¶ Vela.) ſtudium, & auxilium. ¶ Volans.) citus & feſtinus in antiquis textibus, & volans, & volēs legitur, vtrūq; conuenit. ¶ Non mihi ſi.) non optarem amplecti cuncta inquit ſi centum &c. ¶ Ferrea vox.) firma, indeficiens. ¶ Et primi lege, litoris oram.) nauiga extremitatem primi litoris. i. principio huius voluminis tuo mihi ingenio, ac ſtudio faue Per ambages, verborum circuitus. ¶ Longa exorſa.) longa exordia, vñ ſtatim ad narrationem conuertitur.

ASCENSIVS.

¶ Tuq; ades.) Quē primo volumine dūtaxat nūcupauit dicens quo ſydere terras. Vertere Mecœnas &c. hic inuocat Mecœnatē non vt, numē ſed vt amicum numinis. Inuocat aūt quia ſupra vires videtur arborum naturas exequi, quo circa dixerat prius generatim diſcite cultus agricolę, & ne temere rem tantam conatus culparetur, dicit non ego cuncta meis amplecti verſibus opto. Ne tamē breuitati deſit vtilitas dicit ſe reciſſurum ſuperflua hoc mō. Non hic te carmine ficto. Atq; per ambages & lōga exorſa tenebo. Tum incipit docere de arboribus ſponte naſcentibus, vt in ſequenti particula videbimus. ¶ Ordo autem in hac particula eſt. Tuq;. i. & tu hoc eſt etiam tu non ſolum Auguſtus, ò Mecœnas decus. i. ornamētum. ſ. meum & merito. ſ. tuo pars maxima noſtrę famę ades. i. adſis cum fauore tuo, & decurre mecum laborē incœptum. i. adiuua me incœptum opus ad finem celerius perducere & tu volans. ſ. mecum. i. celerē operam nauans de pelago patenti. i. per metaphoram materiæ expoſitæ, vela. i. ſecundum proceſſum & auxilium ſicut naues velis celerius ꝓuehunt̄ q̄ remis dūtaxat. Ego non opto amplecti. i. proſequi meis verſibus. i. carminibus cuncta. ſ. ad arbores pertinentia. Non. ſ. optarē amplecti cuncta aut non poſſem exequi cuncta, ſi. i. tametſi linguæ ſint mihi centum & vox ferrea. i. infrāgibilis & firmiſſima (Lucre. tamē dixit ærea) ades inquā & lege oram. i. extremitatē, primi litoris. i. proximam primo litori regionem (perſtat in metaphora ſumpta à nautis ab eo vbi dixit, pelagoq; volans da vela patenti. Nam qui egregie laborant dicuntur nauare, quaſi nauibus quibus cōmode & abunde multa ad portum peruehuntur id agant: non minoribus vehiculis, lege ergo oram primi litoris mecum. i. ſtatim à principio ingredere mecum hoc patens pelagus in tam vaſtam, atq; amplam de arboribus creandis materiam quam non penitus percurremus ſed generatim capita dicemus, ita vt in primo litore ſemꝑ verſari videamur) Lege inquam oram in manibus. i. in ſinu & cōplexu terrę, hoc eſt non profundam naturalium rerum ſcrutationē, ſed facilē, & apertam trademus: vnde ego non tenebo. i. immorabor, & ſuſpenſum faciam te, hic. i. in hac materia carmine ficto i. figmentis poeticis ornato, atq; non tenebo te hic ꝑ ambages. i. verborum circuitus & inuolucra, hoc eſt per dubias ſententias, & per longa exorſa. i. exordia & per longas inſinuationes, q̄bus in cauſa honeſta vti non decet.

PIERIVS.

¶ O decus: ò famæ merito pars max. noſtrę Mecœnas.) In codicibus aliquot antiq̄s, noſtri, legitur, quod ſi admitteretur, neceſſariū eſſet legere, vt nōnulli cenſent. O decus ò fama & me. pars max. noſtri. Sed enim in Mediceo, & alijs caſtigatioribus exemplaribus famæ noſtræ, legitur. Quod vero, Mœcenas, non Mecœnas, ſcribendum ſit, oſtenſum alibi, nimium vero eſt, quod in codicibus nonnullis habetur. ¶ O decus ò famę me. pars max. noſtrę.) potius enim cum Horatio, decus, legendum, ò & pręſidiū & dulce decus meum.

Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras:
Infœcunda quidem: ſed læta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen hæc quoq; ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis:
Exuerint ſylueſtrem animum, cultuq; frequenti
In quaſcunq; voces artes, haud tarda ſequentur.
Necnon & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant:
Creſcentiq; adimunt fœtus, vruntq; ferentem.
Nam quę ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos:
Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram:
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores:
Et turpeis auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendendus: & omnes
Cogendæ in ſulcum, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleę melius, propagine vites

SERVIVS.

¶ Sponte ſua &c.) Ad illud quod omiſerat redit, & exequitur qualitatem trium generum, quæ ſupra memorauit: arborum ſcilicet ſponte natarum, procreatarum ex ſemine, & earum quę de radicibus pullulant. ¶ Infœcunda quidem.) Fœtu carētia, & ꝑ tranſitum rem phyſicam tangit, nam ſemen ſalicis eſum, dicit̄ infœcunditatē gignere. Et ſupra ait, Glauca canentia fronde ſalicta. ¶ Læta & fortia.) Quaſi hoc in ipſis arboribus genus ſit fœcūditatis. ¶ Quippe ſolo natura ſubeſt.) Quia vt ſupra diximus, naturaliter reꝝ omnium mater eſt terra, & vniuerſa intra ſe cōtinet ſemina. Hinc eſt, Quippe ſolo natura ſubeſt. Nam natura dicta eſt

cta eſt ab eo quòd naſci aliq̄d faciat. Mire aūt ait. ¶ Subeſt.) Ideſt, ineſt latenter: quia non apparet. Vnde Epicurei dicunt nihil eē, quod non habeat originē ſui. Nā hoc eſt, Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. ¶ Scrobibus mādet mutata ſubactis.) Nos ſcrobes genere dicimus maſculino, licet Lucanus dixerit contra artem, Exigua poſuit ſcrobe. ¶ Exuerint ſylueſtrem animum.) Naturalem aſperitatē & infœcunditatem. ¶ Artes.) Fœcunditates ex arte venientes. ¶ Hoc faciet.) Ideſt erit fœcunda, ſi inde transferetur. ¶ Vruntq; ferentē.) Quę ferre pōt: ſi ei vmbra non noceat. ¶ Pomaq; degenerant.) Modo deḡnant, in peius vertunt̄, alias in melius. Poma vero arbo

Reſpondent, ſolido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & duræ coryli naſcuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeæq; arbos vmbroſa coronæ,
Chaoniiq; patris glandes, etiam ardua palma
Naſcitur, & caſus abies viſura marinos.

arborum ex ſemine procreatarũ dicit: quas cõſtat, niſi traſlatæ aut inſitæ fuerint, non reſpõdere qualitati ſeminis ſui. ⁋ Fert vua racemos.) Vuã pro vite poſuit.i.fructum pro arbore. Sane racemus botryonis eſt pars, & botryo græcũ eſt & ſic vuã pro vite poſuit. ſicut Horatius pro vino: nam ſic ait. Cecubum & prælo domitã Caleno Tu bibes vuam. ⁋ Cogendę in ſulcum.) In ordinẽ cõponendę, aut certe arãdæ. ⁋ Multa mercede.) Multo labore, à ſequẽte, quod ꝑcedit intellige. ⁋ Sed truncis oleæ melius.) Quia ſupra ait, Truditur è ſicco radix oleagina ligno. Et iam redit ad eos modos quos inuenit induſtria. Dicẽdo aũt Melius, oſtendit ẽt alias arbores ex truncis poſſe creari. Sane olea eſt arbor ipſa: vnde deriuatio eſt oleum. Oliua vero fructus ipſe, vnde oliuum dicitur. Legimus tñ & oliuã de arbore. vt, Incũbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. ⁋ Solido Paphiæ de robore myrtus.) Sicut & olea. Paphię aũt Veneriæ, à Papho inſula, in qua Venus colitur. Huic aũt myrtus conſecrata eſt, vel ꝙ hæc arbor gaudet litoribus, & Venus de mari dr̃ procreata: vel ꝙ, vt medicorum indicant libri, hęc arbor apta eſt mulierũ neceſſitatibus plurimis. ⁋ Plantis & durę coryli naſcũtur. Duras dixit, non ad lignũ, ſed ad fructũ ipſarum referẽs. Alij eduræ legũt, q̃ſi, non durę, vt paulopoſt, Enodes trũci.i. ſine nodis. vt, E, modo minuẽtis non augẽtis habeat ſignificationẽ. Sane coryli proprie dicuntur. nam auellanæ ab Auellano Campanię oppido, vbi abũdãt, noĩatæ ſunt. ⁋ Herculeæq; arbos vmbroſa coronæ.) Ipſe alibi, Herculea bicolor cum populus vmbra. ⁋ Chaoniiq; pr̃is.) Iouis Epirotici. ⁋ Ardua palma.) Aut alta, aut ad quã difficile perueniatur. ⁋ Caſus abies viſura marinos.) Eſt enim abietis ſpẽs apta nauibus, quam Sappinum Vulgo vocant.

PROBVS.

⁋ Solido paphiæ de robore myrtus.) inſula eſt Cypros tota Veneri ſacrata, in qua eſt oppidum Paphos à quo paphiam myrtum appellauit arbuſculã, quæ Veneris tutelæ eſt ſubiecta. ⁋ Herculeæq; arbos vmbroſa coronæ.) populus, quia Herculis tutelæ exiſtimetur ſubiecta teſtatur in Æneid. Virgi. dicens. Dixerat herculea bicolor, cum populus vmbra. Velauitq; co. foliisq; innexa pependit.

MANCINELLVS.

⁋ Infœcunda.) ſterilia. ⁋ Lęta.) ampla. ⁋ Solo natura ſubeſt.) de
Myrtus natura, & terrę ſeminibꝰ videto Eclo. vj. & li. j. Geor. ibi, ĩpoſuit natura locis, & ibi latius. Quiq; nouas alitis nõnullo ſemine fruges. ⁋ Mutata.) Pli. lib. xvij. c. viij. inqt ante omnia igitur in ſimilem transferri terram, aut meliorẽ oportet. Præfodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet, tanto donec pingui ceſpite obducant. Magnũ ante annum fieri iubet vt ſolem, pluuiasq; combibant. Arborẽ nec minorẽ bima, nec maiorem trima transferri quidã ꝑcipiunt. Alij cum annum impleat, pleriq; id demum cauẽt, vt plaga deputati cacuminis meridiem ſpectet. ⁋ Subactis.) i. verſatis, excultis, & effoſſis. ⁋ Cultuq; frequenti.) Pli. lib. xvij. ca. xlj. ait. atq; in totum omnis cura fertilitatẽ adiicit, fertilitas ſenectam. ⁋ Ferentem.) i. fœtus. ⁋ Tarda venit.) niſi. ſ. digeſta fuerit ꝑ vacuos agros & poma in peius vertentur. ⁋ Vua.) vitis ipſa niſi è ſeminario fuerit tranſpoſita turpes racemos producit. Sationes enim vitium duo genera, vt ſcribit Colu. lib. iiij. ca. xiiij. malleoli, vel viui radicis, quod vtrũq; ab agricolis vſurpatur, & in prouinciis, magis malleoli, neq; enim ſeminariis ſtudent, nec vſum habent faciendæ viui radicis. ⁋ Trũcis oleæ.) de hoc lege Catonẽ ti. xlv. ⁋ Propagine vi.) De hoc videto Colu. lib. iij. ca. vij. Myrtus. Theophraſtus lib. ij. inquit, quòd myrtus & ligno, & ramo prouenit. Plin. lib. xvij. ca. xvj. ſcri. ꝙ ramo ſeruntur, & punica pali laxato prius meatu, item myrtus. Capite vero. vij. atq; myrti genera omnia in campania baccis ſeruntur Romæ propagine Tarentina. ⁋ Paphiæ myrtus.) Paphos Cypri vrbs, portum habebat & templa optime ſtructa Stra. libro. xv. author eſt, Pli. vero lib. ij. ait quod celebre phanum habet Veneris paphos, in cuius quadam area
Paphos non pluit. Paphiæ ergo venereæ. ⁋ Eduræ coryli.) non duræ fragiles. De corylis plura in Tityro. ⁋ Herculeæq; arbos vmbroſa coronę.) Ideſt populus Herculis tutelę ſubiecta, qui vt aiunt ad inferos accedens populea fronde ſe coronauit. ⁋ Chaoniiq; patris.) i. Iouis Dodonæi, vide latius lib. j. Geor. ibi Chaoniãq; pingui. &c. ⁋ Palma.) de hac videto li. j. Geor. palmas epiros equarũ. ⁋ Abies.) Plin. lib. xvj. cap. xvj. ſcrib. abietem expetitam nauigiis. ſitumq; habere in excelſo montium, ceu maria fugerit idem Pli. lib. xvj. cap. xl. ait quod abies admirationis pręcipuę viſa in nauı quę ex Ægypto Caij ꝑncipis iuſſu Obeliſcum in vaticano circo ſtatutũ, quatuorq; truncos lapidis eiuſdẽ ad ſuſtinendum eũ abduxit. Qua naue nihil admirabilius uiſum ĩ mari certum eſt, Longitudo ſpacium obtinuit magna ex parte, oſtienſis portus latere leuo, quę arboris craſſitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat.

Ingẽs. Nauis. Obeliſcꝰ

ASCENSIVS.

⁋ Sponte ſua &c.) Incipit ergo narrare, & prio de ſponte.i. ſine ſemine ac radice naſcentibus dicens eas robora læta.i. pulchra & procera habere: cuius rei cauſam interrogatus Æſopus. At q videlicet herbæ & arbores natiuæ pulchriores ſint ſatiuis reſpõdit has à matre illas ab aliena educari. vnde Maro hic dicit qppe ſolo natura ſubeſt: Ineſt.n. inqt ſua cuiq; uis atq; naturalis potẽtia. quã amittunt quę illinc trãsferentur alió. Verũtamẽ ſi trãsferantur mitiores fiunt & fructus ſi quos ferunt mitiores edent quaſi domita luxuriantis naturę ferocitate. Simile quoq; iudiciũ cẽſet de iis quę ex radicibus pullulant vt ex ordine textus patebit q talis eſt. Ea ſupp. quę tollunt.i. erigunt ſe, ſua ſpõte.i. ſpontanea natura nullo cogẽte nec ſerẽte nec plantãte ſine ſemine & radice in auras luminis.i. in aera, hoc eſt in ſublime ſurgunt quidẽ infœcũda.i. ſterilia aut fœcunditatem impedientia, aut ĩmites & inutiles fructus quantum ad eſum fere afferentia, ſed ſurgunt læta.i. in bona habitudine hoc eſt pulchra & nitida ſicut ſunt fere aĩalia lęte viuentia, & oĩa ſui aſpectu lætitiã nobis afferentia & fortia i. robuſta hoc eſt ſunt ſterilia quidẽ ſed fortia & pulchra & ita materiam vtilẽ pręſtent non fructum, ideo aũt lęta & fortia ſurgũt, qppe.i. quia certe natura.i. naturalis uis producẽdi ſubeſt.i. occulte ineſt ſolo.i. terrę natiuæ, tamen ſi qs inſerat.i. per inſitionẽ in alium truncũ trãsferat, aut mandet.i. cõmittat ea ſcrobibus.i. foſſis ſubactis.i. aptis, ipſa mutata.i. qñ mutata fuerint & exuerint animum ſylueſtrẽ, aut ipſa exuerint animũ.i. naturam ſylueſtrẽ, iam mutata. ſ. ad mitiorẽ naturã, & ipſa ſequentur haud tarda.i. non cunctantia nec ĩmorantia aut repugnantia, frequẽti cultu.i. per frequentẽ cultũ in quaſcũq; artes uoces.i. uocaueris ea. Necnon.i. ẽt ſup. arbor ſterilis.i. infœcũda, quę exit.i. pullulat ab imis ſtirpibus.i. radicibus faciet hoc.i. exuet ſylueſtrẽ animũ & ſequetur in quaſcunq; uoces artes, frequẽti cultu, & id qdẽ, ſi ſit digeſta i. domita & mitificata per agros uacuos.i. apricos & ſoli expoſitos ut à ſole coquatur. Nam frondes altæ & rami mr̃is opacant. ſ. umbris, nunc. ſ. in ſyluis ſtantem, & adimunt.i. impediũt, ipſi creſcẽti fœtus.i. fructus, & urunt.i. opprimunt & macerant, ferentẽ.i. ferre parantem & flores emittentẽ. Nam arbos quæ ſuſtulit.i. ſurſum tulit.i. erexit & extulit ſe ex ſeminibus iactis vt q̃rcus uenit.i. creſcit tarda, factura umbrã nepotibus ſeris.i. diu poſt eã uenientibus, hoc eſt diu, eſt anteq̃; largos fructus habeat & diutius anteq̃; alias arbores aut ex fructu aut ex radice ſua creet, quibus umbram faciat. Et poma degenerant.i. generoſitatẽ ſeu nobilitatem virtutemq; ſuam amittunt, oblita priores ſuccos.i. ꝑ inumbrationẽ aut diuturnũ in uno loco ſitum, & per longam propagationẽ fiunt poma minora & deteriora quam in prima plantatione aut inſitione fuerant. Et uua. ſ. neglecta & ſylueſtris fert auibus prædam: uidelicet turpeis racemos quos homines colligere refugiunt. Scilicet.i. ſcire licet, cur id fiat, quia labor eſt impẽdẽdus omnibus. ſ. arboribus, unde fructum bonum expectas, & omnes. ſ. arbores, cogẽdæ ſupp. ſunt in ſulcum.i. liram & ordinẽ interuallo ſignato per uomerẽ, & domandæ ſunt multa mercede.i. fœnore & lucro quod domanti eas obuenerit. Sed oleæ.i. arbores oliuæ reſpondẽt melius. ſ. uotis noſtris truncis, id melius naſcuntur è truncis, & uites reſpondẽt melius. ſ. deſiderio noſtro, ꝓpagine.i. per propaginẽ.i. palmitem propagantẽ. (Sane propago pro ꝓgenie primam corripit quam pro uite ꝓducit) Myrtus paphiæ.i. Veneri paphiæ.i. cypriæ dedicatæ aut q̃ iuxta paphum plurimę naſcuntur, naſcuntur de ſolido robore.i. non de ramali aut ſurculo, & coryli edurę.i. non ſatis duræ, aut & durę. ſ. in fructu, ſed plures edurę legunt.i. extra duriciẽ poſitæ hoc eſt fragiles naſcuntur plantis, & fraxinus arbor illa ingẽs i. ualde magna naſcitur. ſ. plantis & arbos umbroſa Herculeę coronę.i. populus è cuius frondibus Hercules ſibi coronam conſeruit, & glandes patris Chaonij.i. epirotici, uidelicet Iouis hoc eſt iuglandes naſcuntur ẽt plantis, & palma ardua naſcit̃ ẽt plantis, & abies.i. arbor, vnde fere naues texunt̃ potiſſimũ ex ea quę

in mõtibus

in motibus naſcitur (nā eſt paluſtris ēt mollior) viſura caſus marinos.i.pericula & naufragia in mari, naſcitur plantis, poſſet fortaſſis conſtrui vt ſit coryli duræ in fructu videlicet, naſcuntur è plantis & ita de alijs repeteretur è, prępoſitio, ſed dura eēt poſtpoſitio plātis è, vbi poſſet dicere è plantis, ſtante verſu. Quo circa conſultius Mancinellum ſequeris.

PIERIVS.

¶ Infœcunda quidem.) Quod ait Seruius ſemen ſalicis eſum in fœcunditatem mulieribus gignere, idem & Plin. affirmat, quanquam de folijs nō de ſemine loquatur, ait enim folia ſalicis contrita, & pota, intemperantiam libidinis coercere, atq; ita in totū auferre vſum ſæpius ſumpta. Atq; alibi, ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentum eſſe, Salicis vero ſemē exiguum admodum, vt diligentiores ſcriptores tradunt, in folijs eſt, nam ſunt q nullum eſſe ſalici ſemen putent. ⁋ In quaſcunq; voces artes.) In codicibus aliquot antiqs legere eſt, In quaſcunq; voles artis, In quibuſdam, velis, ſed enī voces, magis omnino placet eruditis. ⁋ Plantis & duræ coryli naſcuntur.) In codicibus aliquot antiq. e duræ coryli, legitur. Seruius vtranq; lectionem agnoſcit. Sed exemplaria vetera maiori ex parte cum vulgata lectione, & duræ, habent.

SERVIVS.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.
Caſtaneæ phagos, ornuſq; incanuit albo
Flore piri: glandemq; ſues fregere ſub vlmis.
Nec modus, inſerere atq; oculos imponere, ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmæ
Et tenues rumpunt tunicas: anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus. huc aliena ex arbore germen
Includunt: vdoq; docent inholeſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur: & alte
Finditur in ſolidum cuneis via. deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus: & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos:
Miraturq; nouas frondes, & non ſua poma.

¶ Fœtu nucis arbutus horrida.) Verſus dactylicus. nam male quidam horrēs legunt. Horrida autē, hiſpida. Et iam tranſit ad inſitionem, quæ duplex eſt. Nam aut inſitio dr̄ cū infixo trunco ſurculus fœcundæ arboris ſterili inſeritur: aut oculorum impoſitio, cum inciſo cortice libro alienę arboris germen inſerimus. ⁋ Et ſteriles platani malos geſſere valentes, Caſtaneæ fagos, ornuſq; incanuit albo Flore pyri.) Dicit qd in quam arborem debeamus inſerere. In arbuto nucem, in platano malum, in fago caſtaneam, in orno pyrum. Sed caſtaneæ fagos, eget expoſitione, non.n. in caſtanea fertili infœcunda fagus inſeritur. vnde aut hypallage eſt, vt Caſtaneæ fagos, ſit pro fagi caſtaneas geſſere, aut eſt mutāda diſtinctio, vt ſit, Et ſteriles platani malos geſſere valētes Caſtanę. Hoc eſt infœcundę arbores platani fortes ramos caſtanę portauerunt. ⁋ Fagos, ornuſq; incanuit albo flore pyri.) Secundum quam dictionē fagos, licet breuis ſit gos, finalitatis tamē rōne producitur. Fagos.n. incipit eſſe noīatiuus caſus gręcus ſingularis, non pluralis, noſter accuſatiuus. Alij neutrum probant: & ita accipiunt, Caſtanę flore fagos, incanuit: Pyri flore ornus īcanuit: vt ſimiliter fagos nominatiuus ſit gręcus. ⁋ Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex.) Aut, non eſt ſimplex aut fortuita ratio, ſed ea quæ ingenti labore colligit̄, aut hoc dicit, Nō eſt idē inſerere, quod & oculos imponere: quarum rerum diſcretionē hoc loco cōmemorat, ſicut nos diximus ſupra. ⁋ Trudunt.) Propellunt, eijciunt. ⁋ Tunicas.) i. arborū interiores libros. ⁋ Huc includunt.) Quia ait ex aliena arbore: & eſt mutatio, ideo non ait hic includunt, ſed. Huc. Sic Cicero. Includuntur in carcerē condēnati. vtiq; qui illuc fuerant aliunde deducti. ⁋ Inoleſcere.) Cōcreſcere. συμφύειν. ⁋ Mirata eſtq; nouas frondes, & non ſua poma.) Ingēs phantaſia. Et ſane Mirata eſtq; legendum eſt, vt ſtet verſus.

MANCINELLVS.

Arbut⁹. Platan⁹ Inſerē/di mo/dus.

¶ Arbutus horri.) Verſus eſt dactylicus. Arbutus. autem arbor eſt fruticoſa, pomum habet ſimile terreſtribus fungis, dr̄ alio nomine Vnedo, argumēto vnum tantum edendi. Plura. Pli. xv. li. c. xxiiij. ⁋ Valentes.) i. feraces. ⁋ Platani.) hęc arbor lata folia habet vti vitis, & ficus, Pli. li. xvj. cap. lxxvij. legito. ⁋ Caſtanee fagos.) ſ. geſſere, ſolebat enī caſtanea ſylueſtris ex phago inſeri, quo glandes ꝓduceret. ⁋ Ornus.) arbor eſt ſterilis albo cortice. ⁋ Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex. Plin. lib. xvij. ca. xiij. docet. quod ſemine quoq; inſerere natura docuit. quod quidem aues in mollibus arborum lecticis egeſſerant, & ventus forte immiſerat in aliquas corticum rimas. Vnde vidimus, inqt, ceraſum in ſalice, platanum in lauro, laurum in ceraſo. Ratio poteſt eē duplex & prima inter corticē lignumq; inſerēdi mox truncum inforare medium priſci, ipſiq; medullæ calamum vnum imprimere. neq;.n. plures capiebat medulla ſubtilior, poſtea truncum leniter findere cœperūt, cuneoq; tenui fiſſura cuſtodiēte, in rimam deciſum calamū inſerebant, ſed obſeruandum, ne fiſſura in nodo fiat. Certūq; eſt ab humeris arborum orientē æſtiuum ſpectantibus ſurculos petendos, & è feracibus, & è germine nouello, niſi vetuſtę arbori inſerantur. ij enī robuſtiores eſſe debēt, ꝑterea vt pręgnantes. i. germinatione turgētes, & quos parere illo ſperauerint anno, inſerunt̄ aūt, & inuerſi, cum id agitur vt minor altitudo in latitudinē ſe fundat, Calamis ex acutis medullā, ne nudet calamus, ad corticē vſq; ſuū deprimat̄, nec cortex explicetur in rugas. ideo lachrymantes calamos inſeri non oportet, nec aridos quidē. Id ēt religionis ſeruāt, vt luna creſcēte calamus vtraq; deprimat̄ manu, validiuſq; demiſſi tardius ferunt, fortius durāt, nō hiſcat nimium rima, ne compreſſum necet. Si craſſior truncus inſeratur inter corticē, & lignū, inſeri melius cuneo, optime oſſeo, ne cortice rumpat̄ laxato, ceraſi libro dēpto. finduntur hę ſolę, & poſt brumā inſerere aptiſſimum q̄; proximum terræ, patiatur, nodorū trunciq; ratio eminere calami ſex digitorum longitudine nō amplius debēt. Cato inſeri præcępit pira, ac mala per ver tantū luna ſitiēte, hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiē, ac ſine vēto auſtro. Et abūde arbitrantur paleato luto rimam cuſtodire duobus digitis inſito extāte, inſeritur aūt oleaſter calamo, & inoculatiōe vt idē ait cap. xvij. De inſitu vero, & inoculatione optime etiam Theoph. meminit. li. j. de cauſis plantarū. Meminit itē Col. li. iij. c. xxvj. ⁋ Nam qua ſe medio.) Hæ arbores recipiunt talē inſitionem, teſte Columella qua humidum, ſuccoſum & validū librū habēt ſicuti ficus adde ēt caſtaneam, & oliuam, &c. Et alte finditur. Fiſſuram trium digitorum Columella docet.

ASCENSIVS.

¶ Inſeritur vero ex fœtu &c.) Poſtq̄ elocutus eſt de naturali arborum procreatione, nunc loqtur de artificiali, quā tn̄ natura & inuenit & perficit videlicet de inſitione, quę tribus modis fit ſemine inſitu & inoculatione. Semine quoties arbori puluerulentę aut putri incidit aut infertur ſemē quod germinat: germiniſq; radices principali trunco conglutinant̄ ita vt ab eiſdē radicibus poſtea nūtriantur. De inſitu aūt & inoculatione Ser. differit, quia vero non, videtur Seruio approbabile arborē ſterilē fœcūde inſeri, vt phagū caſtaneæ nec hypallagæ locus ſatis aptus eſt in mediocri ſtylo & re ſeria, malit dictionem phagos eſſe nominatiui caſus ſingularis numeri vt ſit ordo. Steriles platani geſſere malos. i. ramos caſtaneæ valentes. i. tam validos vt mali. i. arbores nauiū eſſe poſſint & phagos. i. arbor illa glandifera, & ornus incanuit. i. albicauit albo flore pyri. verum Mācinellus ſentit caſtanee ſylueſtri & parum fertili inſitas eſſe phagos vt glandē ferat, quę ſuibus vtilior ſit, quo modo ordo erit. Vero pro ſed, arbutus. i. arbor illa horrida. i. hiſpida, inſerit̄. i. recipit inſitionē ex fœtu. i. ſurculo aut fructu nucis. i. nux aut ſurculus eius pōt per inſitionē arbuto conglutinari, & platani arbores, illæ à latitudine foliorum, dictæ geſſere malos. i. arbores pomiferas valentes. i. vtiles & fertiles (niſi mauis Seruium ꝑus expoſitum imitari) & caſtaneæ. ſ. ſylueſtres geſſere phagos. i. arbores glandiferas in vſum porcorum, aut ad materiam habendam (materies. n. phagorum cælatoribus magno vſui eſt, vnde in Buco. Pocula ponam phagina, cælatum diuini opus Alchimedontis. Præterea poſſet loq de inſitione naturali, ſi videlicet aut auis glandem phagi in caſtaneæ ſpecum detulerit, aut ipſa deciderit, vt poeta naturam rerū exprimat, & non ſolū quod agricolis conducat) & ornus arbor illa ſterilis incanuit. i. albicauit albo flore pyri & ſues fregere glandē ſub vlmis (ergo in glandiū vſum facta eſt inſitio, vnde nō mirum ſi phagum caſtaneæ inſitam dicit ꝑſertim illic vbi nimia caſtanearū copia) nec modus inſerere. i. inſerēdi & inſitionē faciēdi eſt ſimplex. i. vniformis & vnus, & modus imponere. i. imponēdi oculos. i. modus inoculandi non eſt ſimplex. Nam qua ſup. parte

parte gemmæ.i.groſſi noduli ſeu germina, e quibus frondes & fructus exeunt, trudunt ſe de cortice medio & rumpunt tenues tunicas.i.librum ſeu corticẽ interiorẽ, ea ſup. parte fit anguſtus ſinus.i.oculus, & receptaculum in ipſo nodo & ipſi inſitores, includunt huc.i.in hunc ſinũ ſeu oculũ, germen.i.ſurculũ aut virgulam, quæ quia inſeritur inſita dicit & docet.ſ.germẽ inſitũ, inoleſcere.i.concreſcere & cõſolidari, libro.i.interiore cortice, hudo.i.humorẽ & ſuccũ intrinſecus habẽte & ita vegeto ac veſco. Aut trunci enodes.i.nullũ nodũ habentes, reſecantur.i.finduntur, rurſum.i.iterũ, & via.i.rima & apertura.finditur.i.findẽdo fit alte.i.pfunde, in ſolidum.i.in robur & lignum ipſum nedum in corticem ac librum finditur dico cuneis, qui oſſei præcipiuntur eſſe, deinde.i.poſt aperturam, plantæ feraces immittuntur.i.inſeruntur nec longũ tps ſup. intercidit, aut elapſum eſt & ingens arbor exijt ad cœlum.i.exorta eſt, felicibus.i.fœcũdis aut fertilibus ramis, & eſt mirata.ſ.arbor prior nouas frondes.ſ.arboris inſitæ, & poma non ſua.i.ſuæ naturæ conformia.

PIERIVS.

¶ Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneæ fagos, ornuſq;, incanuit albo flore piri.) In aliquot Priſciani codd. antiquioribus, hiſq; præſertim, quos ab Hieronymo Aleandro contubernali meo viro literatiſſimo accæpi, vno exemplo lectionem hanc ita citatam inueni, caſtaneæ, cum puncto, vt genitiui ſit caſus dictioni, malos applicandi, mox fagus ornuſq;, incanuit albo flore piri. Quam lectionẽ etiã Seruius agnoſcit, dum, fagos, nominatiuum eſſe Græcum, dicit, dum, os, finalitatis rõne produci poſſet, licet alioqui breuis ſit. In Mediceo co. ita ſcriptum, vt in vulgatis codicibus habetur. ¶ Plantæ immittuntur.) Sunt antiqui codices, in quibus legere eſt immittantur, reliqua tamẽ omnia per indicatiuum modum dicta, & longe melius eſt, immittuntur.

Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotoq;, nec Idæis cypariſſis:
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ.
Orchades, & radij, & amara pauſia bacca:
Pomaq;, & Alcinoi ſyluæ: nec ſurculus idem
Cruſtumijs, Syrijſq; pyris, grauibuſq; volemis.

SERVIVS.

¶ Prẽterea genus haud vnũ.) Docet nunc etiam in ſingulis arborum ſpebus eſſe aliquam varietatem ¶ Lotoſq;.) Lotos Nympha quædam fuit, quam cum amatam Priapus perſequeretur, illa deorum miſeratione in arborem conuerſa eſt quæ vulgo faba ſyriaca dicit. ¶ Vnam in faciem.) In eandem ſimilitudinem. ¶ Orchites.) à gręca etymologia, ſed obſcœna, ideſt à teſticulis qui ὄρχεις dicuntur. ¶ Radij.) Oliuæ ita à longinquitate nominatæ. ¶ Amara pauſia bacca.) Oliua à pauiendo dicta, ideſt tundendo. aliter enim ex ſe oleum non facit. Amara autem bacca viridi, vt alibi, Floribus atque apio crines ornatus amaro, ideſt viridi, nam de pauſia viride oleum fit, vnde contra dulce dicitur non viride. ¶ Pomaq;.) Subaudi à ſuperioribus, Non vnam naſcuntur in faciem. ¶ Alcinoi ſyluæ.) Ideſt pomiferæ arbores. nam Alcinous rex Phæacum fuit diligens cultor hortorum, vnde per eius ſyluas, arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait, quod haberet καὶ ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σαφυλῇ σαφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. ¶ Cruſtumijs.) Cruſtumia pyra ſunt ex parte rubentia ab oppido Cruſtumio nominata. ¶ Syrijſq; pyris, grauibuſq; volemis.) Ideſt magnis. Nam & volema ab eo quòd volam impleant dicta ſunt. Vñ & inuolare dicimus.

PROBVS.

Cypreſſus. ¶ Idæis Cypariſſis) Cypariſſum dicit cypreſſum, quidam dicunt à cypariſſo. qui in inſula chia, cum haberet ceruum manſuetum quem vnice diligebat, & errantem in ſyluis ignarus iaculo traieciſſet, Inedia ſe necauit, quem quia nec conſilio à morte, nec viribus medicinæ, Apollo qui eum immoderate diligebat, reuocare poterat, conuertit in cupreſſum arborem luctuoſam. Quidam putant, vt Aſclepiades ait, Boream fuiſſe Celtarum regem, qui filiam Cypariſſam amiſerat, & nouum arboris huius genus primus in eius tumulo ſeuerit. Ob eamq; cauſam eſſe luctuoſam cupreſſum. Idæas autem cypariſſos ideo dicit, quòd copioſæ ſint in nemore matris magnæ. ¶ Orchites, & radij, & amara pauſia.) Orchites à magnitudine appellatę, quòd ſimiles ſint teſticulis, qui græce ὄρχεις dicuntur, Pauſia: oleæ genus eſt acerbæ, quam poſſian vocant. ¶ Pomaq; & Alcinoi ſyluæ.) Alcinoi ſyluas dicit, quia refert Homerus eum habuiſſe pomarium incredibili ſuperbia. Fuit autem rex Phœacum qui ſunt in inſula corcyra, & habuit ex Arete fratris ſui filia Rhexenoris Nauſicaam filiam, quæ Vlyſſi inopi in litore opem tulit & Ituro patris donum veſtitum dedit.

MANCINELLVS.

Vlmus. ¶ Vlmis.) Vlmi duo genera grẽci nouere. Motoſam, quę fit amplior. Campeſtrẽ, quæ fruticoſa, ſunt & alia gña, vt Plin. docet, lib. xvj. ca. xxx. ¶ Nec ſalici.) videto paulo ante ibi. Et glauca canetia frõde ſalicta. Lotos. ¶ Lotoſq;.) huic magnitudo eſt, quæ piro, inciſuræ in folio crebriores, alioquin ilicis viderentur differetię, plures, eæq; maxime fructibus fiunt. Naſcitur fructus denſus in ramis myrti modo, ligno color niger ad tybiarum cantus expetit Plin. lib. xiij. cap. xix. Cypariſſus. ¶ Idæis cypariſſis.) Cypariſſi duo genera, fœmina metam habet in faſtigium conuolutam, mas ſpargit extra ſe ramos, in Idæis montibus cypariſſus plurima eſt. Pli. lib. xvj. ca. xlvij. ¶ Oliuę.) Oliuarum genera tria. dixit, Vir. inquit Pli. Orchites. lib. xv. cap. iij. ¶ Orchites, & radios & poſias.) poſia plurimũ carnis habet, orchites olei. Probus autem ſic ait, Orchites à magnitudine appellatę quòd ſimiles ſint teſticulis. Orchis enim teſticulus dicitur. Pauſia. ¶ Pauſia.) oleæ genus acerbę: quam poſiam vocant. In Varrone item poſea & pauſia legitur. Colu. li. vj. c. vj. ſcribit decem olearum genera in notitiam ſuam perueniſſe. Sunt autem Pauſia Algiana, Liciniana, Sergia, Næuia, Culminia. Orches: Regiona, Circites, Murtea, Ex quibus bacca iucundiſſima eſt pauſia, ſpecioſiſſima, eſt regia etiam virga quæ potius eſcæ, quàm oleo eſt idonea, pauſię tamen oleum ſaporis egregij, dum viride eſt. Orches quoq; & radius melius ad eſcam quàm in liquorem ſtringitur. Orches. Oleum optimum Licina dat, plurimum ſergia, oĩs olea, & maior fere ad eſcã, minor oleo eſt aptior. ¶ Alcinoi ſyluæ.) Probus ait, alcinoi ſyluas dici, quia refert Homerus, eum habuiſſe pomarium incredibili ſuperbia, fuit aũt Rex phœacum, qui ſunt in inſula corcyra. Plin. itẽ ſcribit lib. xix. ca. vij. & antiquitas nihil prius mirata eſt, q̃ & heſperidũ hortos, ac regũ Adonis, & Alcinoi. Alcinous. Cruſtumium. ¶ Cruſtumijs, ſyrijſq; pyris grauibuſq; volemis.) Pli. lib. xv. ca. xv. de pyris inquit, Cunctis aũt cruſtumia gratiſſima, ꝓxima phalerno à potu quoniam tanta vis ſucci abundat. Lactea hæc vocantur in ijs, qui allij colore nigro donant lyriæ propterea dixit volema Virgilius à Catone ſumpta, & qui ſementina, & muſtea nominat. ¶ Cruſtumijs.) Plinius lib. iij. de Italia loquens ait. Volaterrani cognomine Etruſci Volſinenſis in eadẽ parte oppidorum veterum nomine retinent agri cruſtumini. Calatranus, idem etiam tertio capite ſexto ſcribit cruſtumium fuiſſe in Latio oppidum.

ASCENSIVS.

¶ Præterea, poſtq̃ ꝑnotauit varios inſerẽdi modos, monet varietatem eſſe in ſingulis arborum ſpeciebus dum inſerantur, quę qualis ſit nõ exequitur: ſed ne imminutus culpetur pręmuniuit ſeſe dicens. Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto & quære agite ò proprios generatim diſcite cultus Agricolæ &c. Nominat ergo arbores quæ varie inſeri volunt, quas quia commentarij ſatis deſcribunt. Ordinẽ tantum compegero qui talis eſt, prę terea, ideſt præter hoc quod ſit diuerſus inſerẽdi modus, genus, ſcilicet inſerendarum arborum eſt haud, i. deſt non vnum, ſed ſupple diuerſum nec vlmis fortibus, ideſt diu durantibus è quibus rotæ fieri ſolent, nec ſalici, nec loto nec cypariſſis idæis. i. in ida plurimum naſcentibus. ſ. vnum genus eſt, nec oliuæ pingues naſcuntur in vnam faciem. i. ſpeciem aut formam. ſ. orchites. i. baccæ oliuæ pingues. multum olei habentes & à teſticulis quorum formam habẽt denominatę & radij. i. oliuæ oblongæ, & pauſia, ideſt oliua carnoſa (quam Plin. poſiam vocat, ſed au in o, paſſim mutatur) amara bacca, ideſt habens amaram baccam & poma ſupp. non naſcuntur in vnam faciem, & ſyluæ alcynoi. i. quales coluit Alcynous phœacũ rex, hoc eſt arbores pomiferę, non naſcuntur in vnam faciẽ, nec idẽ ſurculus. i. germen aut virgultum eſt pyris cruſtumijs, ideſt ab illo oppido in latio denominatis, & ſyrijs à patria ſic vocatis, aut quia ſubnigra ſunt, & volemis. ſ. pyris, grauibus. i. ponderoſis & volam. i. interiorem partem manus implentibus, vnde dicta putatur, hoc eſt, non ſatis eſt ſcire diuerſos inſerendi modos, ſed oportet noſſe, quæ arbores in vlmum, quæ in ſalicem, quę in lotõ, & quę in cypariſſum inſeri velint. Neq; id quidem ſatis, nam dato q̃ vlmo noris oliuam recte inſeri, non continuo quãlibet ſpẽm oliuę inſeres ſed noris prius an orchites

anorchites an radios an poſias habere velis & cui arbori conue/niat. Itē ſi pirū habere velis nō ſatis eſt inſitionē facere, ſed ꝓ volemis habēdis opus erit ſurculo volemi & ita de reliquis.

PIERIVS.

¶ Naſcūtur oliuæ Orchites & radij.) Quāuis Seruius orchites, agnoſcit, in Mediceo tn̄ & alijs antiquis codicibus manu ſcriptis. Orchades habetur. Nam cum ὄρχις ὄρχεος teſticulus dicat̄ ꝑ κ, quæ vocalis apud gręcos non grauate plerunq; trāſit in, A, vocalē ancipitē, facile inde potuit Orchas Orchadis fieri, ſed puto grāmaticos voluiſſe Inſulas à fructu ea ſcriptione diſtinguere. Itaq; apud Catonē, Varronē. & Iuniū Moderatum & Orchis & Orchites paſſim legitur, eaq; nominis formam Iouianus pontanus etiam agnoſcit, quāuis alibi variet.




Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.
Quam Methymnæo carpit de palmite Leſbos.
Sunt Thaſię vites: ſunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles: leuioribus illæ
Et paſſo Pſithia vtilior, tenuiſq; Lageos
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam:
Purpureæ, Precięq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ vites, firmiſſima vina:
Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phaneus:
Argitiſq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te menſis, & dijs accæpta ſecundis,
Tranſierim Rhodia, & tumidis Bumaſthe racemis.
Sed neq; q̄ multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus. neq; enim numero comprendere refert.
Quem qui ſcire velit: Libyci velit æquoris idem
Diſcere, q̄ multæ Zephyro turbantur arenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus:
Noſſe quot Ionij veniant ad litora fluctus.

SERVIVS.

¶ Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.) Ideſt vites quoq; diuerſę ſunt. ☞ Noſtris autem Italis. Et bene pendet dixit. Nulla enim vitis in Italia eſt quæ non pendeat. ☞ Quam Methymnæo carpit de palmite Leſbos.) Leſbos i/ſula eſt, cuius ciuitas Methymna habens precioſiſſimum vinum. ☞ Thaſiæ vites.) A Thaſo inſula nominatæ. ☞ Mareotides albæ.) Ægyptiæ. Mareotis enim pars eſt Ægypti, & dicendo Albæ oſtendit etiam eſſe purpureas, vel alterius coloris. ☞ Pinguibus hę terris habiles, leuioribus illę.) Pinguibus Thaſiæ, Leuioribus Mareotides, Nam ordinē poſitū ſequimur, cum aperte aliquid non commemoratur. ☞ Paſſo Pſithia vtilior.) Bene vtilior, vt oſtendat etiam de alia vua poſſe paſſum fieri, ſed melius de Pſithia paſſum aūt dicitur à patiendo. Nam decoquitur muſtum, & inde fit paſſum. hinc Defrutum dictum eſt quòd defraudatur, & quaſi fraudem patitur. ☞ Tenuiſq; Lageos.) Lageos eſt quę latine leporaria dicitur. Tenuis aūt, penetrabilis, quæ cito deſcendit ad venas. ☞ Tentatura pedes.) Terentius, Neq; pes, neq; mens ſuum ſatis officium facit. Olim autem aduerbium eſt cuiuſlibet temporis. ☞ Purpureæ.) Purpurei coloris. ☞ Precięq;.) Hæ cito matureſcunt. vn̄ & ꝓciæ dictæ ſunt, quaſi pręcoquæ: q̄ ante alias coquantur. ☞ Quo te carmine dicam Rhetica?) Hanc vuam Cato ꝓcipue laudat in libris, quos ſcripſit ad filiū: cōtra Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei aptam eē, miraturq; tur eā laudauerit Cato. Sciēs ergo vtrūq; Virgilius, mediū tenuit, dicēs, Quo te carmine dicam Rhetica. ☞ Nec cellis iō cōtēde Falernis.) Licet ſis à Catone laudata, tamē vino te Campano præferre non debes. Cellis aūt Apothecis dicit. nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mōs eſt Cāpaniæ in quo optima vina naſcūtur. ☞ Sunt & amineę vites firmiſſima vina.) Amineū vinum dictum eſt, quaſi ſine minio. i. rubore, nam album eſt. Sane amineum dici verſus probat, qui ſtare non pōt, ſi aminneum dixerimus. ☞ Tmolus & aſſurgit q̄bus & rex ipſe Phanęus.) Aſſurgit, Duplex eſt hoc loco expoſitio, nā alij volūt ſine vitio in ſub/

auditione

auditione eſſe poſita,quæ aperte dicere non poſſumus,vt ſit,q/
bus vinis aſſurgit,ideſt cedit Tmolus & Phanæus. Quod ſi aper
te dicatur,eſt vtrũq; vitioſum,tamen vinis de græco traxit: nã
οἶνοσ dicunt.Pleraq; aũt ſubaudiri quę aperte non poſſumus di
cere,& ipſe alibi docet dicens,Nec dextræ erranti deus adiuit.Et
Salluſtius qui ait,Quis à Sertorio triplices inſidiæ,per idoneos
ſaltus poſitæ erant. Prima autem & ſubaudiendum reliquit in/
ſidię:quod penitus dicere non poſſumus.Alij ad ſuperiora refe/
runt,vt Quibus,non ad vina referamus,ſed ad vites, vt ſit qui/
bus vitibus cedit Tmolus & Phanæus, montes vitibus conſiti.
Et eſt figura: qualis illa in Æneide, Me puer Aſcanius capitiſq;
iniuria chari: Quem regno Heſperiæ fraudo, ſcilicet Aſcanium,
non,quem caput.Tmolus mons eſt Ciliciæ.Phanæus mons eſt
in promontorio Chij:dictus à Phanæo rege.Vt auté aſſurgit,ce
dit ſit.tractum eſt à ſedentibus,qui in honoré alicuius,aſſurgere
conſueuerunt.⸿Rex ipſe Phanęus.)De Lucillio hoc tractum eſt,
qui ait,χῖοσ τὲ δύνασται.i.οἶνοσ.⸿Argitiſq; minor.)Quantũ
ad ſolam pertinet ſpém.⸿Menſis & dijs accæpta ſecundis.)Gra/
ta ſacrificijs & menſis ſecundis,pomorum.ſ.⸿Bumaſte.)Vua in
mammæ bouis ſimilitudinem.⸿Sed neq; quàm multæ ſpés,
nec nomina quæ ſint Eſt numerus.)Scit apud diuerſos lecta eſſe
innumerabilia vitium genera,quibus offenſus ait,Colligere tan
ta vitiũ genera,nec vtile eſt nec poſſibile.Qui enim conatur vni/
uerſa cognoſcere,debet etiam impoſſibilia ſcire,vt eſt arenarium
vel fluctuum numerus.

PROBVS.

¶Non eadé arboribus pendet vindemia noſtris.q.m.c.d.p.l.)
Leſbos eſt inſula Aſię in ſinu teggo cõſpicua troadi,& thraciæ à
Leſbe filio Macharis appellata,in qua eſt oppidũ,quod appellaẗ
methymna.Ex quo fuit Arion citharœdus,palmité,ſignificat vi/
tem.⸿Sũt thaſię vites.ſ.e.m.a.)à thaſo dr̃ inſula,vñ thaſias,Ma/
reotidas ægyptiacas intelligimus à palude mareotide,quę eſt in
Ægypto,pſithiæ genus vitis,& laggos & pręcię,& purpureę,ar
gites aũt dicta eſt à candore.⸿Tmolus aſſurgit qbus & rex ipſe
Phanęus.)Tmolũ vult intelligi Lydiæ monté oĩno fertilé,Pha
nęũ portũ vult eſſe inſulę chiæ,& ſignificari inde chium amineũ.
⸿Rhodiá & bumaſthos.)genera ſunt,vuarũ.Rhodia, à loco di/
cta.Bumaſthos q͏̃ imitetur papillas vaccæ,Ionius fluctus, dicit
adriatici maris,quod Ionium eſt ab Ione dictum.

MANCINELLVS.

s ar ¶Arboribus noſtris.)i.Italicis vitibus,Pli.enim lib.xiiij.ca.ij.
ait,vites iure apud priſcos magnitudine quoq; inter arbores nu
merabantur,Ioui ſimulachrum in vrbe populonia ex vna con/
ſpicimus vite,tot æuis incorruptum.Ité Maſſiliæ patria meta/
ponti templum Iunonis viteis columnis ſtetit,nec eſt ligno vlli
bos. æternior natura.⸿Leſbos.)Probus ſic ait,leſbos eſt inſula aſiæ
in ſinu Ægeo conſpicua Troadi & Thraciæ,in qua eſt oppidum,
quod appellaẗ Methymna,ex quo fuit Arion citharœdus.)Tha
ſos. ſiæ vites.)Plin.libro.xiiij.cap.quarto inquit,Dixit Vir.Thaſias,
& mareotidas,& lageas compluresq; externas,quæ nõ reperiũ
tur in Italia.Thaſos aũt inſula erat libera olim.Etria dicta,& idé
ſcribit libro quarto cap.xiij.Herodotus ſcrib.q͏̃ Thaſos dicta eſt
à Thaſo filio phœnicis, quæ inſula eſt in mari ægeo.⸿Mareoti/
des.)docet Probus q͏̃ ægyptiacas intelligimus à mareotide pa/
lude,quæ eſt in Ægypto. Idé quoq; aſſerit Acro & Porphyrio
ode.xxxvij.p̃mi volu.iuxta quam paludé vinum optimum eſſe
aiunt Mareoticum appellatum.⸿Pinguibus terris.) Colu.lib.
iiij.cap.primo ſcri.Celſum cenſere optimum eſſe ſolum vitibus.
Nec denſum nimis nec reſolutum ſoluto tamé propius,nec exile
nec lætiſſimum,proximum tamé huberi,nec ſiccũ,nec vligino/
ſum,modice tamé roſcidum,nec amarũ,nec ſalſum,ne ſaporem
vini corrumpat.⸿Paſſo pſythia vtilior.)à patientia nomé acinis
datur paſſis,vt ſcrib.Plin.lib.xiiij.cap.vero.x.ait.pſythium paſſi
genus ſuum ſaporé non vini referens,quo aũt pacto paſſum fiat
ſſum late docuit Columel.lib.xij.cap.xxxix.paſſum inquit Nonius,
dicitur liquoris genus,quod ex vua paſſa cogitur,alibi dixerat,
paſſum eſt proprie rugoſum,vel ſiccum,vnde & vua dicta paſſa
eſt,quòd ſit rugis implicata,hinc Plautus ait pro vua péſili paſ/
ſa, & Lucilius Rugoſi paſſiq; ſenes.⸿Lageos.)hanc extremam
ſcribit eſſe Plin.quæ non reperitur in Italia. Lagos aũt lepus di/
citur,inde lageos leporaria dici põt.⸿Olim quandoq; cum ſit te
ęcia. nuis & penetrabilis.⸿Pręcięq;.)Pli.lib.xiiij.ca.xij.inquit,præ/
ciæ,duo genera magnitudine diſcernuntur.Dicuntur aũt precię,
quaſi pręcoces,quod ante alias matureſcunt.⸿Quo carmine.)
quibus laudibus.⸿Rhetica.)ante Tyberium Cęſaré inquit Plin.
lib.xiij.ca.ij.Rheticis prior menſa erat.Hæc aũt locis temperatis
fœcundæ bonitatis copiam pręſtat,eſtq; breuis, & cute omniũ
tenuiſſima conferta acino,degener vino.Rheticę aũt vites dicun
tur à Rhetia regione.⸿Ideo.)q͏̃ laudanda es,& dicéda.⸿Cællis Rheticę
falernis.)ſecũda vini nobilitas falerno agro erat,qui ager à pon
te campano leua petentibus vrbanam coloniam ſyllanam nuper
Capuæ contributam incipit,author Pli.lib.xiiij.ca.ix.⸿Aminęę
vites.)Macro.lib.iiij.ſaturnalium,de oleis,& vuis ſic ſcribit.Si/
cut vuarũ iſta ſunt genera aminea.ſ.ab regione.Nam aminei fue
runt vbi nunc falernum eſt,& Plinius lib.xiiij.cap.ij.inquit prin
cipatus datur amineis propter firmitaté,ſenio quoq; p̃ficienté
vtriq;, quinq; eius genera prima ex amineis matureſcit ocyſſi/
me,atq; putreſcit.Idé.c.v.ait.Eſt & nigra aminea,cui ſyriace no
men,de amineis aũt ét plura Colu.lib.iiij.cap.ix.⸿Tmolus.)de
hoc latius lib.j.Georg.Croceos vt Tmolus odores.⸿Aſſurgit.)
iactat ſe,vel eleuatur, & creſcit.altior.n.mons ipſe videtur viti/
bus adultis.⸿Quibus.)vitibus.ſ.vnde Probus ait,Tmolũ lydię
mõté amineo fertilé vult intelligi.⸿Rex ipſe Phanęus.)Probus
ait,quod Phanęum portum vult eſſe inſulæ Chię,& ſignificari,
inde Chiũ amineum,rex aũt ait,quoniá vt aiunt,à Phanęo rege
portus ille appellatus eſt.⸿Argitiſq; minor.)Probus ait,argitis
dicta eſt à candore,argetus aũt candidus dicitur.⸿Rhodia.)vi/ Rhodos
tis à loco dicta eſt:eſt.n.Rhodus in Lycia inſula, teſte Mela. &
Pli.li.v.⸿Menſis ſecundis.)primæ menſæ carnis erant, ſecũdæ
vero pomorum,quæ bellaria dicebãtur.Vnde Macro.li.ij.ſatur.
ſic ait.Significant aũt bellaria omne mẽſæ ſecundæ genus.Vina
quoq; dulciora eſt iuenire in comœdijs antiquioribus hoc voca
bulo,dictaq; ea liberi bellaria.Dijs eius.n.vino illis libẽter liba/
bant.⸿Bumaſthe.)Pli.lib.xiiij.c.ij.ait.Tumẽt vero mammarum Buma/
modo Bumaſthi. Componitur aũt ex bu, quod magnum quid ſthus.
enunciat,& maſthos,quod eſt mamma.⸿Eſt numerus.)Pli.lib.
xiiij.c.ij.inqt genera vuarum atq; vitium comprehẽdi numero
poſſe vnus exiſtimauit Democritus,cuncta ſibi græciæ cognita
p̃feſſus.Cæteri innumera atq; infinita eſſe prodiderunt.⸿Liby/
ci æquoris.)Pom.Mela inqt mare,quo Aphrica cingitur à ſepté
trione libycum à meridie æthyopicum,ab occidente atlanticum
dicimus.⸿Zephyro.)videto lib.j.Et putreis Zephyro,&c.⸿Io/
nij fluctus.)Soli.ſcri.quod gręci Thuſcum mare Ionium,vel tyr
rhenum.Itali inferum vocant,& Strab.lib.ij.ſcrib.Ionicum ſi/
num partem eẽ eius maris,quod adriaticum dicitur.Hęc ille.Be Beroal.
roaldi autem deſcriptio eſt.Paſſum fit ex ſtica,aut apiana vua,in Paſſum
ſole,aut oleo feruente vſq; ad conſumptionem dimidiati ponde
ris aduſta,& in dolium cum muſto iniecta.Defrutum vero vinũ
eſt muſto vſq; ad dimidiam partem decocto à fruendo,ſic dictũ
quod in mellis moré in vaſculo conſeruari poteſt,authore Palla
dio,cætera in Man.aut Bero.videbis.

ASCENSIVS.

¶Non eadẽ arboribus &c.Nũc vitibus quoq; varietaté eẽ oſtẽ/
dit,earumq; varias ſpés enumerat, dicens. Non eadem,ideſt il/
la ipſa vindemia,ideſt non eadem vitis vindemianda pendet no
ſtris, ideſt Italicis(loquitur.n.Italicis)arboribus qbus.ſ.mari/
tantur vites non eadẽ dico quam leſbos.i.vindemiator Leſbius
carpit,ideſt carptim aufert de palmite methymneo, ideſt iuxta
methymnam Leſbi ciuitatem creſcente.vites thaſiæ,à thaſo inſu
la maris ęgei olim etia vel etria dicta denominatæ:ſunt ſupp.ſed
non eędem cum ijs quæ pendẽt in noſtris arboribus.Et ſunt ma
reotides.ſ.vuę aut vites ægyptiacæ;albę.ſ.in colore,& hæ.ſ.tha
ſiæ vites ſunt habiles.i.coaptabiles terris pinguibus:quia in illis
plantari volũt & illę.ſ.mareotides ſunt habiles:terris leuioribus
i.puluerulẽtis,& pſythia.ſ.vua vtilior paſſo.ſ.faciẽdo(quod quo
modo fiat ex Beroaldo in Seruium ſtatim diſces)ſupp.eſt & la/
geos.ſ.vua tenuis.i.ſubtilis:tentatura,ideſt titubare & vacillare
factura olim pedes.ſ.poti & vinctura,ideſt connexura,& impe/
ditura linguam.ſ.eius qui eius vinum ſubtile & penetratiuum
immodice biberit,& ſup.ſunt purpureæ.ſ.vuæ,& pręciæ,& pręz/
coces.i.pręter cęteras coctę & mites ac maturę,& ò rhetica quo
carmine.ſ.an laudatiuo cum Catone,an vituperatiuo cum Ca/
tullo,dicam.i.deſcribam te?q.d.id dubito,nec contendo,ideo qa
ſ.laudaris à Catone, cællis.ſ.vinarijs,phalernis.i.in quibus ſunt
vina phalerna,à phalerno monte campaniæ Italicæ vbi naſcun
tur denominata.Et ſunt vites amineæ à regione potius q͏̃ à colo
re,ſic dictę,appoſitorie,firmiſſima vina,qbus.ſ.vitibus(nam,vi
nis non vtimur)Tmolus mons ille Lydię.Sed Neſtor Tmolus
legit hoc loco, pręter aliorum moré,dicitq; erroré Seruianum
ſecutus Cilicię monté eſſe.Eſt præterea controuerſia de ſignifi/
catione huius verbi aſſurgit.Nam Mãcinellus ita interpretatur,
vt ſit iactet ſe,vel eleuatur, & creſcit.Altior enim(inquit)mons

ipſe videt̃ vitibus adultis. Ser. aũt exponit aſſurgit.i.cedit,& reuerentiã facit, in cuius ſñiam libẽter eo, non tam ꝙ ita legi apud Iuue. Si iuuenis vetulo nõ aſſurrexerit, &c. q̃ꝫ ꝙ vberior ſit ſñia,

Aſſurgo & maior ornatus. Nam laudẽ aminearum vitium dicit, ꝙ Tmolus,& phaneus aſſurgunt.i.tanq̃ꝫ melioribus reuerentiã prębẽt. Quin ſi à loco dicuntur aminee, non accumulantur eis Tmolus & Phaneus, Ornatus aũt mirus eſt in vocabulo rex. Magnę.n.dignitatis ſunt, quibus rex aſſurgit.i.reuerẽtiã prębet. non q̃bus altior fit. Itaq; haud dubie poetæ mẽs eſt vites amineas præſtantiores eſſe ijs, quę in Tmolo,& Phanęo creſcunt: Ordo igitur eſt q̃bus.ſ.vitibus Tmolus mons ille Lidię aſſurgit.i.aſſurgẽdo reuerẽtiã facit tanq̃ꝫ melioribus,& quibus ipſe Phanæus, portus.ſ. chię inſulæ à rege denoiatus, in chio aũt ſunt optima vina, optima aũt quæq; ſolẽt in portũ deferri, vt vendantur, per portũ ergo oĩa vina illius inſulę intelligit. Et eſt argitis.ſ.vua cãdida minor.ſ.in molle,& extẽſione: ſed q̃a acinos modicos habet,& pelliculã tenuẽ, ſuccum vero ſubtilẽ dicit, cui.i.cum qua vlla.ſ.alia vua non certauerit.i.cõtenderit, aut fluere tantũ.i.in fluxu tanto, hoc eſt in reddẽdo tanto vino, aut durare.i.in durando ꝑ totidẽ annos, reddit, ergo plurimum vini, quod diutiſſime conſeruari põt. Et ò rhodia.ſ.vua aut vitis à Rhodo inſula Liciæ dicta, accæpta.i.grata dijs.ſ.in ſacrificijs,& ſecundis menſis, q̃ñ.ſ.bellaria & dulciora vina exponebantur, ego nõ tranſierim.i.ſilentio prætererim, hoc eſt ꝓtermiſiſſe velim te,& ò bumaſthe vua dicta à bouis mãma, tumidis.i.amplis & inflatis racemis, ego nõ trãſierim te.i.ſine tui mẽtione. Quia vero harũ mentionẽ facit ne culpetur aliarũ non meminiſſe dicit, Sed neq; refert.i.intereſt aut ad rẽ facit ſcire q̃ꝫ multæ ſint ſpẽs.ſ.vitium, nec quæ ſunt noĩa.ſ.earum. Eſt numerus.ſ.vitium neq; refert cõprehendere ſup.eas numero quẽ.ſ.numerum, qui velit ſcire, idem velit diſcere.i.tantundẽ profecerit ac ſi velit dicere q̃ꝫ multæ harenę litoris libyci turbentur zephyro.i.vento illo ab occidente flante, aut idem velit noſſe.i. nouiſſe & ſcire ſeu cognoſcere quot Ionij fluctus aut quot fluctus.i.procellæ, Ionij.ſ.maris: veniant.i.appellantur ad litora, vbi.i.quando eurus ventus ille ab oriente flans incidit. violẽtior i.valde impetuoſus,&, violentior ſolito incidit dico nauigijs.i. in nauigia. quoniã ſcire vt difficillimum ita minime vtile foret: quocirca dehortatur à numero vitium comprehendendo.

PIERIVS.

¶Et quo te carmine dicam Rhœtica? ne cellis, ideo contende falernis.) In cod. aliquot ant. legere eſt ne cellis adeo, vt etiam citatum eſt ab Aruſiano: Quod neſcio quid elegantius habere videtur. adeo, pro tamen. Quamuis ideo Seruius agnoſcit, ſuper hãc ſententiam Plinius. In Veronenſi agro Rhœtica vina optima, falernis tamen poſthabita à Virgilio. Strabo Rhœti ad Italiã vſq; pertinẽt, quæ ſupra Veronam ac Comum eſt, vinum Rhœticum inter Italica egregie commendatũ. ⸿ Sunt & amineæ vites firmiſſima vina.) Omnibus fere doctis negocium faceſſere viſum eſt carmen hoc, dum in nomine amineæ, ſcriptionem alij aĩaduertendam, alij ſyllabarum quantitatem introſpiciendam, alij vini genus exquirendum ſollicite cenſerent. Nam quod apud Seruiũ legitur aminneæ, dici oportere propter verſum, qui ſtare nõ poſſet, ſi, Amineæ. diceretur: putauit is, & ſcripto prodidit aminias a minio dictas, quod vinum id album ſit,& idcirco ſine minio. quare ſecundam à principio ſyllabam produci debere vno plus, N, interiecto iudicauit, niſi Amymneæ legatur ex Stephano. Sed enim ille aminæos inter epiroticos enumerat. Fuerunt alij, qui Virgilianum carmen totum inuerterent: eadem offenſi dubitatiõe, quod ei nomini non eſſe locum ea qua circunfertur ſede fixo arbitrarentur. Putarunt alij Virgilium nomen authoritate ſua verſui licenter adcommodaſſe. Sed enim cum animaduerterim apud grecos ἀμμίνεον ſcribi preſertimq́; apud Ariſtotelem, qui Ammineos

Ammineos Theſſaliæ populos ſuę regionis vites in Italiam trãſmiſiſſe, tradit in Politicis,& ab illis vuę nomen impoſitum, memorq́; eſſem Auſonium Pæonium eruditum ſane authorem & ſi non vſq; quaq; cultum, eademq́; quæ apud græcos ſcribitur ratione nomẽ verſibus inſeruiſſe, cum cecinit. Solus qui Chium miſcet & ammineum, quo.ſ. Tibullianum illud interpretaretur. Nunc mihi fumoſi veteres proferte ſalernos Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado. Facile adductus ſum, vt Mediceum codicẽ, atq; alterum quendam vaticanæ Bibliothecę in huius verſus lectione caſtigatiores dubio procul exiſtimarem, in quibus ſcriptũ eſt. Sunt ẽt ammineæ vites, qua lectione omnis & ſcriptionis & ſyllabarum ambiguitas tollitur. Quod vero Seruius aſſerit vinũ ammineum album eſſe, ideoq́; dictum quaſi ſinę minio, commenticium eſt: cum agnoſcat Plinius vitem ammineam nigram cui nomen Syriace. Et ex pluribus ammineis genus tantũ vnum deſignet Columella quod albidas vuas habeat. Præterea ſi verũ illud eſt, quod pleriq; tradunt, ammineum vinum idem & falernum eſſe, id nigrum potius habebitur Martialis elogio dicentis. Marmorea fundẽs nigra falerna manu. Nam Macrobius ait ammineos fuiſſe, vbi nunc falernus ager. Genuſq́; vitis ãmineæ minoris vulgo notiſſimæ, quę campaniæ celeberrimos veſuuij colles ſurrentinoſq́; veſtit agnoſcit Columel. ſolaſq́; ab antiquis agnitas atteſtatur & ſuis quoq; tẽporibus vetuſtiſſimas quaſq; vineas ammineas exiſtimatas, cęterum Virgilius diuerſum quid à Macrobio tradere videt̃ cũ ſedulo diſtinguat ſpẽs, quaternaq; genera duabus cõparationibus cõplectatur Rhœtica falernis cõferendo cũ quibus tamẽ ea, vtpote deteriora minime contẽdere debeant. Moxq́; ammineum ſubiungat, cui Tmolium ex Libya, & Phanęum ex chio comparat, minoreq́; argitem, quãuis hęc vitis & liquoris copia, & vetuſtatis firmitudine ſit cæteris oĩbus ante ferẽda, aſſurgeret tamen vinum eius ammineo, illiq́; priorem locum cedere aſſeuerat. Qui q̃dẽ ſi falernum & amineũ idẽ agnouiſſet Vinum: non ita ſtatim per comparationes in diuerſa genera diſtribuiſſet, illud Rhœticis, hoc Chijs & quibuſdam alijs anteferẽdo. Sane vero falernium id oĩno eſſe, quod vulgo nunc græcum appellant pleriq; non ineruditi conſentire vidẽtur. Sed nos hæc alijs, quos intellexi negocium huiuſmodi ſumpſiſſe, diſputanda relinquemus cum eo ſolicita magis cura properemus, vt veterum codicum lectionem à tinearum iniuria, quoad fieri poteſt, vindicemus. ⸿ Tmolus & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanęus.) In antiquis aliquot codi. manu ſcriptis legere eſt abſq;,& particula. Tmolus aſſurgit quibus. Atq; ita neceſſe eſſet cõtinuare ordinem elocutionis, firmiſſima vina, quibus Tmolus adſurgit,& rex Phanęus. Sed.n. obſtat ſyllaba. Trocheus ea ſede poſitus exẽplo caret, neq; cęſura vlla ſuccurrit quę cõmunẽ locum faciat, quare commenti ſunt Grammatici,&, illud tanq̃ꝫ cuneũ, aut farturam aliquam interponere, quę verſum ſuſtineret vel faticentẽ obſtiparet: quorum tamen omnium ambiguitatẽ ſuſtuleris, ſi quod in Mediceo,& in Long. vaticanæ Bibliothecæ legitur, admiſeris. Ibi enim Tmolius adſurgit: denominatiuum nomen à Tmolo habetur. vt enim ab Olympo Olympius à caucaſo caucaſius, ita à Tmolo Tmolius. Eritq́; ordo, Quibus vinis rex Tmolius adſurgit,& rex Phanęus. ⸿ Non ego te mẽſis & dijs accæpta ſecũdis.) Quãuis hic numerus vt in vulgatis codicib. habetur,& grauis ſit & ſonoritatis plenus,& ad heroici ſtyli maieſtatẽ propius accedat, plura tñ ex antiquis exẽplaribus, quæ legimus, adonio præpoſito numero ſic habent. Non ego te dijs. Inde alcmanico tetrametro. & menſis accępta ſecundis cuiuſmodi numeri eſt Horatianum illud. O fortes peioraq́; paſſi. ne mediocri ſtylo verſus ita inſurgeret, atq; hũc numerũ agnoſcit Seruius, ſignificat vero eam eſſe & efui & potui bonam. dijs.n. libationes fiunt, menſis vero ſecundis & poma & fructus alij inferuntur.

SERVIVS.

¶Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.) Aut generale eſt, ſicut ait in primo, Et quid queq; ferat regio, aut ad ſuperiora pertinet vt ſit ſenſus talis, Non prodeſt noſſe cũcta vitium genera: nec omnia procreantur in omnibus terris. ⸿ Craſſis paludibus.) Lutoſis naturaliter. ⸿ Litora myrtetis lætiſſima.) Locũ poſuit pro ipſis arboribus, ſicut ſalictum

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt:
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni,
Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni:
Litora myrtetis lætiſſima, deniq; apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem,& frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos:
Diuiſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum
Fert hebenum, ſolis eſt thurea virga Sabæis.

ſalictum pro ſalicibus. nã myrtetũ eſt locus arbor vero ipſa myrtus vocatur. ⸿ Deniq; apertos Bacchus amat colles.) Hic eſt ꝙ vites amant montium laxiora. ⸿ Aſpice & extremis.) Intuere etiam extremum orbem cum ſuis cultoribus domitum: nam ſubaudimus Cũ. Et per tranſitũ maieſtatẽ Romani laudat imperij. ⸿ Eoaſq́; domos Arabũ.) Arabia, Panchaia, Sabæorum gens eſt, apud

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaq́;& baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleraq́; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis?vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllę iactu potuere ſagittæ:
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.

apud quam tus naſcit̃.vt,Solis eſt turea virga Sabęis.Itē, totaq́; turiferis Panchaia pinguis arenis.Plautus. Arabico ture.¶ Pictosq́; Gelonos.) Stigmata habentes:populi Scythię.vt,Pictiq́; Agathyrſi.¶ Diuiſę arboribus patrię.) Regiones.vt, Italiam quæro patriā.¶ Sola india nigrum fert hebenum.) Atqui & in Ægypto naſcitur,ſed Indiam,omnē plagam Æthiopiæ accipimus. Sane & hæc hebenus & hoc hebenū dicitur:hic neutro vſus eſt. Lucanus vero ait, Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes. Hebenus aūt arbor eſt,quæ cęſa dureſcit in lapidē.¶ Balſamaq́;.) Que vacat.vt alibi,Dixitq́;,& prælia voce diremit. Sane Balſamum eſt arbor ipſa : Opobalſamum: ſuccus collectus ex arbore:nam ὀπὸσ dicitur ſuccus: τὸ ξύλον lignum ipſius arboris. Probatio aūt opobalſami,vt dicit Plinius, hæc eſt, Si contra ſolem feratur & corruptum non fit,manum ferentis exurit.¶ Semper frondentis acanthi?) Acanthus arbor eſt in Ægypto ſemper frondens,vt oliua,laurus. Acanthos dicta qa ſpinis eſt plena. Abundat hac etiam Circina inſula.¶ Velleraq́; vt folijs depectāt tenuia Seres?) Apud Indos,& Seres ſunt quidam in arboribus vermes,& bombices appellantur , q in aranearum morem tenuiſſima fila deducunt. Vnde eſt ſericum : nam lanam arboream non poſſumus accipere,quia vbiq; ꝓcreatur.¶ Oceano propior Gerit India lucos.) Hæc enī habet arbores magnas, quæ eſt iuxta Oceanū.hinc eſt, Extremi ſinus orbis . ¶ Depectāt.) Decerpant.ſed alij depectat legunt,quod ſi eſt: Seres , poſuit pro Sers:ſicut trabes pro trabs. Sic Lucanus,ſub iuga iam Seres,iam barbarus iſſet Araxes.¶ Non tarda.) I deſt ſtrenuiſſima, nam Liptotes figura eſt.

PROBVS.

¶ Eoasq́; domos arabum pictosq́; gelonos.)ſunt ſcythæ dicti ab Herculis filio Gelono & Echidna,vt in.iiij.Herodotus refert. ¶ Hebenum.)lignum eſt nigrum precioſum. Balſamum eſt liquidum medicamentum oculorum curationi neceſſarium,quod arboribus diſtillat in modum picis. Acanthus eſt herba ſpinoſa,folia lata habens,& rugoſa.¶ Quid nemora Æthiopum molli canētia lana. Velleraq́; vt folijs depectāt tenuia ſeres.) Exiſtimant̃ beſtiolæ quædam:quas bombycas vocant . quidam iudicant ex arundinum folijs ſeras,veluti lanā facere,& inde fieri ſerica, Seres autem natio eſt in vltima India.

MANCINELLVS.

¶ Apertos,Bacchus amat colles.) Colu.lib.iiij.c.xxj.ſcribit eſſe proprietatē in vitiū ſurculis,vt alij meridiano axe conualeſcant, quia calidiores,alij ſeptētrionē deſiderent,qa contriſtantur ęſtu, & quidē temperamento lætentur orientis,vel occidentis & Celſus,vt refert idē Colu.lib.iiij.c.j.cenſebat ſolum vitium eſſe,nec campeſtre,nec præceps,ſimile tamen edito campo. Cœlum porro,neq; niuale vinea,nec ęſtuoſum deſyderat,calido tamen potiusq̃; frigido lætatur,imbribus,magisq̃; ſerenitatibus offenditur,& ſolo ſicco q̃; nimis pluuioſo eſt amicior:perflatu modico, leniq́; gaudet.¶ Taxi.)de Taxo videto Plin.lib.xvj.ca.xxj.¶ Aſpice & extremis.) Sicuti primo volumine oſtendit non quamlibet regionē omnia producere,eodem modo hic diuerſas eſſe arboribus patrias,& hoc quia dixerat. Nec vero terræ ferre oēs , &c.Et apertos Bacchus amat colles,&c.¶ Extremis domitum cultoribus orbē.)i.cum extremis cultoribus. In Auguſti aūt laudem id dicitur , Ab Auguſto enim , vt ſcribit Euſebius Indi per legatos amicitiam poſtularunt. Et Hora.libro quarto ode.ix.ait Auguſto ſcribēs. Te cantaber non ante amabilis, Medusq́; indus , te profugus ſcythes miratur.¶ Eoas.) Oriētales.¶ Arabum.)arabię ps vt Dionyſius ſcribit,quæ ad orientem & auſtrum ſpectat,rubro alluitur mari. Vtq; Solinus ait Arabia ſacra interpretatur partē eius Eudæmonem Græci,noſtri beatam nominauerunt,non fruſtra. Nam præter odores , quos creat plurimos ſola tus mittit,
Geloni. in eiuſdē ſaltibus Myrrha prouenit.¶ Pictosq́; gelonos.)geloni, vt Solinus ſcribit populi ſunt in ſcythia . Qui de hoſtiū cutibus, & ſibi indumenta faciunt,& equis ſuis tegmina,ijs propinq ſunt agathyrſi,qui vt illi coloribus ſe pingere conſueuerunt,agathyrſi aūt vt ſcribit Mella , ora artusq́; pingunt , vt quiq; maioribus præſtant,ita magis, vel minus. Cæterum iiſdem notis omnes,& ſic vt ablui nequeant.¶ India.) vide libro primo Georgicorum.
Hebenū India mittit ebur.¶ Hebenum.) Plinius li.xij.cap.ij.ſcribit quòd inter Indię arborum magnitudinē.Virgi. Hebenū nuſquā alibi naſci profeſſus Herodotus eam Æthiopię intelligere maluit,accēdi eam Fabianus negat,vritur tamen odore iucundo.materia nigri ſplendoris,ac vel ſine arte ꝓtinus iucūdi.¶ Sabæis.)latius ibi molles ſua tura ſabæi . ¶ Balſama.) Pli. libro.xij.cap.xxxvj. inquit . Sed omnibus odoribus præfertur balſamum,vni terrarum iudeæ conceſſum,eſt autem arbuſcula viti ſimilior quam myrto,perpetua coma ſemen eius ꝓximum guſtu,colore ruffum.nec ſine pingui. Ramus inciditur vitro lapide,oſſe ſine cultellis,ferro lædi vitalia odit: ſuccus è plaga manat:quē Opobalſamum vocant:eximiæ ſuauitatis lignum xylobalſamū vocat̃,& coquit̃ in vnguētis. Pro ſucco ipſum ſubſtituere officinæ,præcipua autem gratia lachrymę,ſecunda ſemini:tertia cortici,minima ligno,&c.¶ Acanthi.)eſt acāthos hic arboris ſpēs alibi herba,videto latius Eclo.iij.¶ Æthiopum.)Æthiopia Ægypto cōtermina:inſignes arbores non fere habet præter liniferas,propior tamē huic natura lanæ maiorq́; folliculus granati modo mali. Pli.li.xiij.cap.xvj.¶ Seres.) Hi vti Pli.ſcri.lib.vj.c.xvij.regionē inhabitāt,quæ ſpectat æſtiuū orientē,& primi ſunt hominū,qui naſcant̃ lanificio ſyluaꝝ nobiles,ꝑfuſam aqua depectentes frondium caniciē. Solinus addit ꝙ lanuginis teneram ſubtilitatē humore domāt ad obſequium,& quòd hoc illud ſericum in vſum publicū damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtentare potius corpora,q̃; veſtire,primo fœminis,nunc etiam viris perſuaſit luxuriæ libido.

Opobalſamum xylobalſamum. Acāth⁹. Seres.

ASCENSIVS.

¶ Nec vero terræ &c.) Docet cauſam quare non conducat nec facile ſit oēs vites noſſe,quia.ſ.non oēs vbiq; naſcuntur. Et ita,qui vites Italię non aliarum regionum adhuc ignoret,neq; eas noſſe ꝓfuerit. Et quo id probet vtitur quadam inductione aliorum terræ naſcentium . Reprehenditur autem Ser.à Beroaldo in expoſitione illius. Velleraq́; vt ſo.cuius verba recitabuntur ibi vnctos ſaliere ꝑ vtres,quia ſimul reprehenduntur . ¶ Ordo hic eſt. Nec vero,ideſt non etiam omnes terrę poſſunt ferre omnia quia ſalices naſcuntur in fluminibus , alni naſcuntur in craſſis paludibus,orni ſteriles naſcuntur in ſaxoſis montibus. Litora ſunt lætiſſima,ideſt accæptiſſima myrthetis,ideſt myrthis ipſis deniq;, ideſt vt ad inſtitutum redeam:Bacchus.i.vitis amat colles apertos.i.apricos , & ſoli expoſitos , taxi arbores in corſica plurimæ naſcentes amant aquilonem & frigora,aſpice orbem.i.globū terræ domitum.i.ſubactum , & cultum extremis cultoribus.i.vſq; in extremum eius extenſis (quod in Auguſti gratiam dicit ꝑ quē tunc licebat etiam extremos cultores orbis aſpicere,videtur enī commentarijs ſententia,vt orbis dicatur domitus cum cultoribus,hoc eſt vt etiam cultores domiti dicantur:veruntamen poſſet ſenſus eſſe , quòd orbis ſit domitus cultoribus,& tamen adhuc ſeruet naturam ſuā,ita vt nec omnes terræ ferre omnia poſſint,quātumcūq; domitæ & ſubactæ ſint) & aſpice domos eoas, ideſt orientales , arabum,ideſt quas arabes ad mare rubrum ꝓtēti habitant,& aſpice gelonos,populos illos ſcythiæ pictos more.ſ.agathyrſoꝝ (de quibus Mancinel.) & ſupp.videbis quia prię ideſt terræ naturę ſunt arboribus diuiſæ.i.diſtinctæ , ideſt quòd ſua cuiq; arbori ſit pria. Nam ſola India fert hebenum.i.lignum illud nigrum (ꝓ arbore autem viua dicitur . Hebenus mareotica &c.) Virga turea , ideſt turifera eſt ſolis ſabæis populis illis in confinibus arabiæ. Quid.i.ad quid referam.i.recēſeam & narrē tibi,&.i.pariter balſama ſudantia ligno odorato.i.odorifero, &,ideſt ſimul Baccas.i.fructus ſylueſtres ſparſim naſcētes,acanthi,illius virgulti ſemꝑ frondētis? Quid,ideſt ad quid dicam tibi nemora Æthiopum canētia.i.albicantia,molli lana,quæ non multum à lino diſcedit,& quid dicam, vt.i.qualiter ſeres populi illi ad æſtiuum orientē ꝓtēti , depectant.i.decerpant pectinibus folijs.i.de frondibus arboꝝ,tenuia vellera.ſ.lanæ vnde ſiunt veſtes ſericeæ tenuiſſimæ bombicinis non diſſimiles,aut quid dicā, quos lucos.i.quas arbores India ꝓpior.i.valde vicina.oceano.ſ. mari,appoſitorie ſinus extremi orbis gerit.i.ꝓducit,vbi.i.ī quo loco vllæ ſagittæ,haud.i.non potuere vincere.i.ſupare & excedere iactu.i.ꝓiectu ex arcu,ſummum aera,ad quē,ſcilicet arbores ptingunt,& quidē,ideſt tamē certe,illa gens eſt non tarda , imo apprime ſtrenua pharetris ſumptis.ſ.ad ſagittandum quia opti

mi ſunt ſagittarij, & tamen non ita altum iacere poſſunt telum, vt ſummitatem arborum in aera extenſarum attingere poſſent, vnde notum eſt miram eſſe celſitudinem eorum, ſed quid inqt dicam.i.prolixius deſcribam hæc? quaſi dicat. Id fruſtra fecero cum in noſtris regionibus non naſcantur: & ita perſtat in cauſa reddenda, cur non profit comprehendere vites numero.

Pierius.

PIERIVS.

¶Eoasq́; domos.) In Longobar. domus, quarta declinatione legitur, quod & apud. T. Liuium in antiquis codicibus obſeruatū. ⸿Solis eſt thurea vi.ſa.) In Longobar. Solis & thurea, ſed ineme date. Thurea vero abſq; adſpiratiōe in antiquis codicibus: quod multi fuere, qui tus latinum eſſe vocabulum, & à tundendo dictum voluere.

Media fert triſtes ſuccos, tardumq́; ſaporem
Felicis mali: quo non prę́ſentius vllum,
Pocula ſiquando ſæuę infecere nouercę:
Miſcueruntq́; herbas, & non innoxia verba:
Auxilium venit: ac membris agit atra venena,
Ipſa ingens arbos, faciemq́; ſimillima lauro:
Et ſi non alium late iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi
Ora fouent illo: & ſenibus medicantur anhelis.

SERVIVS.

¶Media fert triſtes ſuccos.) Di, ſine ſibylo proferenda eſt: græcum enim nomen eſt, & Media prouincia eſt. ⸿Triſtes ſuccos.) Amaros. Vt, Triſtiſq; lupini. ⸿Tardumq; ſaporem Felicis mali.) Apud Medas naſcitur quædam arbor ferēs mala, quæ medica vocatur: quam per Periphraſim oſtendit, eius ſupprimens nomen. Hanc pleriq; citrum volunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus ſcripſit: & docet longe aliud genus arboris eſſe. ⸿Tardum autem ſaporē.) dicit, vix intelligibilem quod illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & interior facile ſuum oſtendit ſaporē. ⸿Felicis mali.) Secundum eos qui dicunt citrum fœcūdum: nam hæc arbor. ideſt citri, omni pene tempore plena eſt pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. Aut certe Felicis, ſalubris. Nulla enim efficacior res eſt ad venena pellenda. ⸿Sæuæ nouercæ.) Aut hæ quæ ſęuę ſunt: aut epitheton eſt omnium nouercarum. ⸿Non innoxia verba.) Liptotes, ideſt nocentiſſima. Et eſt augmentum quaſi parum putēt venena miſcere, niſi etiam magicos cantus addiderint. ⸿Membris agit atra venena.) Radices, nuces, lupini, citrum, apium proſunt contra futurum, non contra iam accæptum venenum. Vnde etiā antiquitus ante vllas alias epulas, hæc ſolebant menſis apponi, apparet ergo non eum de citro loqui in præſenti, cum dicit. Membris agit atra venena. Iam data. ⸿Faciemq; ſimillima lauro.) Figura Ciceronis, qui ait in Ceſarianis, Sed ſimillimum deo iudico. Sane etiam hæc probat citrum non eſſe: nam citri arbor & multum non pōt creſcere, & multo habet folia maiora quàm laurus. ⸿Alium late iactaret odorē.) Et infinitum emittit ſuum odorem, & longe alium quàm laurus. ⸿Flos apprima tenax.) Apprima, ideſt maxime. Et eſt nomen pro aduerbio. ſicut, Et pede terram Crebra ferit. pro crebro. ⸿Animas.) δύσπνοιαν, ideſt pulmonis vitioſum anhelitum, quod exprimit ſubdens. Senibus medicantur anhelis. ⸿Olentia ora.) Putentia, ideſt δυσωδίαν oris: Notandum ſane huic vni tantum arbori incubuiſſe Virgilium & expreſſiſſe vbi ſit, qualis ſit, cuius poteſtatis ſit, ſicut in quarto de herba amello, quod qui de arboribus aut herbis ſcripſerunt, in omnibus exequuntur.

PROBVS.

¶Media fert. t. ſ. t. q. ſ. felicis mali.) pars parthorū media eſt appellata à Medo filio Medeę & ægei, vt exiſtimat Varro qui quatuor libros de argo nautis edidit. Arbor autē: quæ deſcribitur à Virg. naſcitur quidem: & in Italia. Sed non eſt eiuſdem effectus cuius in media appellatur rododaphne.

MANCINELLVS.

Media. ¶Media.) vt Stra. ait in lib. xj. eſt in ptes duas diuiſa, in maiorē, & minorē. Maioris metropolis ſunt, Ecbatana magna ciuitas, & medici imperij caput, qua Parthi regia vtebātur. Nam reges ibi æſtatē agebant, frigida. n. eſt media, hyemē vero ſeleuciæ, quæ ſecus Tygrin eſt prope Babylonē, altera pars eſt media atropatia ab Atropato duce noīata. Dr̄ autē Medus Medeæ filius regioni nomē īpoſuiſſe. ⸿Felicis mali.) Pli. li. xij. c. ij. ait. Malus aſſyria,

Malus aſſyria. quā alij vocāt medicā, venenis medetur, Folium eius eſt vnedonis intercurrētibus ſpinis. pomū ipſum alias non mandit odore pcellit folioꝝ quoq;, q trāſit in veſtes vna cōditus, arcetq; aīaliū noxia. Arbor ipſa omnibus horis pomifera, eſt alijs cadētibus, alijs matureſcētibus, alijs vero ſubiacētibus. Nec alia arbor laudatur in medis, eius autē grana parthorū proceres incoquebant eſculētis, cōmēdandi halitus gratia Macro. vero li. iij. Satur. capite de nuce pinea ſic ait. Quod aūt ait idem Cloatius, Citreum & ipſum pſicū malū eſt ſm̄ Virg. felicis mali, quo nō præſtantius vllum, & reliq̄. Et vt nemo dubitet hæc de citreo dixiſſe Vir. accipe quæ Appius in libro de ſylueſtribus arboribus dicat, Citrea. Idē

malus

malus & Perſica, altera generatur in Italia, & in media altera. Et paulopoſt de Citreo loquēs ait. Eſt aūt odoratiſſimum, ex quo interiectura veſti tineas necat: fertur aūt venenis contrariū, contritū cum vino purgatione virium ſuaꝝ bibētes ſeruat. Generantur aūt in omni perſide omni tēpore mala citrea, alia. n. præcarpuntur, alia aūt interim matureſcunt. vides hic & citreum nominari, & omnia ſigna pomi, quæ de eo Virgi. dixit, licet nomen citrei ipſe non dixerit. Hæc Macro. ⸿Triſtes ſuccos.) Soli. c. xlj. ſcri. Pomum ipſum, de quo iam diximus, eſſe ſapore aſpero, & amaritudinis miræ. Ergo triſtes ſuccos. i. amaros, vt ibi. ⸿Triſtiſq; lupini, &c.) Tardumq; ſaporem. i. diutius immorantē guſtanti propter miram amaritudinē. vnde non pcedit, vt ille ait, vix intelligibilē, amaritudo. n. illico ſentitur. Agit atra venena. i. expellit venena ipſum malū, quod iam late ſuperius patuit. Apprima, pro apprime. i. valde. ⸿Animas.) i. habitus.

ASCENSIVS.

¶Media fert.) Deſcribit plixius vnius mali virtutem, quod alij citrum, alij patrio noīe medicum malum appellandū putāt, alij roſam lauream, de qua re Mancinelli videbis citationes. Seruius ſummopere contēdit non eſſe citrum, contra Macrobius ſentit, at qui cum Plinio medicum malum appellabit errare non poterit, naſcitur. n. in media. Eius aūt deſcribendi videtur hæc ratio. vt ſignificet multas eſſe arborum ſpēs, variaſq; naturas, quas Italia non fert, Ideoq; fruſtra deſcribi. q. d. quid proſit noſſe, qa media fert triſtes ſuccos, &c. ¶Ordo eſt. Media. ſ. regio à Medo Medeæ filio denominata: fert ſuccos triſtes. i. amaros: & ſaporē tardum. i. immorantē, & hebetantem guſtum mali. i. pomi felicis. i. ſalubris, quo. ſ. malo. vllum auxilium non venit præſentius. i. ſalubrius, & citius, aut melius adiuuans, ſęuę nouercę infecere qñ, ideſt aliquando pocula. ſ. priuignorum, hoc eſt liberorum, & ſi miſcuerunt herbas. ſ. non innoxias, hoc eſt toxica & verba nō innoxia. imo maxime noxia, & faſcinatoria, ac pro, & ſup. quo vllum aliud auxilium, non agit. i. expellit membris. i. à corporibus ſumentium non agit dico prę́ſentius. i. citius & melius q̄; ſ. dictū pomum venena. (Dixi poetam interdum rē depingere, ac ſyllabæ mutatione ſniam innuere, vt illic, Matri longa decē tulerunt faſtidia menſes, &. iij. Ænei. Obſtupuſ. ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit. in quibus ſyllaba media præter naturam correpta videtur, ſubitum motū ſignificare, ſicut & hic penultima in dictione miſcuerunt, quæ cū longa ſit tamen corripitur forte, vt ſubitam nouercæ ad facinus accinctionē depingat, atq; mali dexteritatē in medēdo. Nec audiēdus erit, qui miſcuerint, leget, qa tunc dixiſſet, non infecere ſed infecerint) Ipſa arbos. ſ. medica, q̄ hoc pomum fert, eſt ſup. ingens. i. valde magna, & ſimillima faciem. i. habens faciem, hoc eſt facturam, & effigiē corporis ſimillimam lauro (vnde roſam lauream quidam intelligunt. Eſt autē figurata locutio faciem ſimillima, quæ ſynecdoche à pleriſq; dicitur. Facies aūt totā corporis deſcriptionē, ac facturā ſignificat. vnde. v. Ænei. qbus aſpera quondā: Viſa maris facies.) Et ſi. ſ. arbor non iactaret. i. à ſe emitteret late. i. protenſe alium odorē quā ſ. laurus, erat, id eſſet laurus (Erat apud Oui. nonſemel leges pro foret, aut eſſet poſitum, & apud Flac. j. ſer. ſaty. iij. Decies cētena dediſſes huic parco, & paucis contento. v. diebus. Nil erat in loculis) folia ſup. haud. i. non labentia. i. defluentia aut decidētia vllis ventis, flos eſt tenax apprima pro apprime, nomen pro aduerbio. i. valde (quaſi ad primos gradus tenacitatis. Iungitur autem nominibus non verbis. Habetq; mediā ſicut primam. Comicus. Apprime vtile in vita) medi. i. populi mediæ, fouent illo. ſ. flore, aīas. i. halitū anhelitū, & ora olentia. ſ. grauiter, & medicantur. i. medent, ſenibus anhelis. i. aīam, aut anhelitū ægre trahētibus. Et ita hoc pomū peculiariter deſcribit, ac laudat, vt nāciſcatur occa

ſionem

ſionem laudum Italiæ inſerendarum. Cum enim apprime vtile ſit, & in ſola media repertum videtur ſingularis eſſe mediæ gloria. Si ergo percuncteris quid ſimile in Italia reperiatur, Reſpondeat longe excellentiora. vnde infert. Sed neq; medoꝝ ſyluę, &c. vt in ſequentibus explanabimus.

PIERIVS.

¶ Quo non præſentius vllum.) In Longob. codic. p̃ſtantius, legitur. Sed p̃ſentius magis placet eruditis. ¶ Miſcuerūtq; herbas.) In Oblon. pueteri cod. atq; ēt in Long. miſcuerant, legitur quod minime placet. In altero antiquo Miſcuerint, habet. Sed ego nū quā lectionē primā reijcerē, cū in Bucolicis, tulerunt, & apud Terentiū, emerūt, eadē figura legat. ¶ Flos apprima tenax,) Q nāuis nōnulli codices habeant, apprime, magis tñ placet, quod in vetuſtioribus legit, adprima, eamq; lectionē mihi videtur agnouiſſe Aruſianus, Et in antiquo Terētij cod. manu ſcripto legitur. Meis me omnibus ſcio eſſe adprima obſequentem: eſt vero græca figura non inelegans ἐπὶ τὰ πρῶτα. Quoniā vero multi ad hanc ętatē quod nam hoc malum ſit quod à Virgilio deſcribitur, non ocioſe quærunt quid ego ſentiam dicam, bona eoꝝ. venia, qui aliter iudicant. Nā medicum malum, pomum id eſſe Virgilio videtur. quod vulgo Naranzium apud Venetos, apud Romanos & campanos ab anguloꝝ denſitate, quibus ſuccus intrinſecus diſpeſcitur, in folliculos ſuos collectus. Malangulum appellabat, ab alijs in citriorum ſpēs accæptum. Hāc ſane arborē & huiuſmodi fructum Vir. pingit dum triſtis ſuccos memorat: dum tardum ſaporē, dum fertilitatē, dum medicamenti vim contra venena habere (quod à Nicandro accæptum mutuo) dū ſimillimā eſſe lauro, dum folia indecidua virore æterno: dum floris tenaciſſimā, dum grauem animam emendare dicit, vbi autem Nicander ait. μήδοντε καὶ ἐμπριόεντα σίνηπι Sunt, q μῆλον legunt. Sed enī īterpres μῆδον agnoſcit, & addit ἐστὶ δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον ὅ ἐστι τὸ νεράντζιον dictione ita ſub barbarice ſcripta: quo ſnīa magis oībus innoteſceret. Eādē porro arborē & Macrobius & Plinius eſſe oſtendunt, quā ēt apud Perſas eſſe ea fructuum commēdatione dicunt, vt poma alia p̃carpant, alia interim matureſcant, alia ſubnaſcantur: ſitq; deniq; arbor ipſa omnibus horis pomifera. Addunt mala venenis contraria, odore pręcellētia. Eſculētis cōmēdandi halitus gratia, incoqui ſolita. Illud p̃terea in ipſis citrijs experimur, (qñ nomen hoc in id genus omnia iam receptū eſt) quod de folioꝝ odore Plinius tradit, trāſire quippe in veſtes vna conditum, arcereq; aīalium noxia. Quod vero Seruius ideo coniecturā facit non eē citriū, quia dicit Poeta. Ac membris agit atra venena, leue eſt. non. n. intelligēdū inferre venenum mēbris, ſed pcul à membris agere. Quam quidē opinionē meā eo audētius ſum ppalare adgreſſus, quod virū & literatura præſtantem, & felicitate ingenij ſtiliq; candore omnibus admirandū Iacobū ſincerum attium idem ſentire adinueni. cum ergo Neapolim ad ſalutandum hominem Roma profectus eſſem.

SERVIVS.

Sed neq; Medorum ſyluæ: ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis,
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere ſatis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, denſiſq; virum ſeges horruit haſtis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuere: tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert,
Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver aſſiduum: atq; alienis menſibus æſtas:
Bis grauidæ pecudes: bis pomis vtilis arbos.

¶ Sed neq; Medoꝝ ſyluæ.) Iam incipit laus Italię, quam exequit ſecundum præcepta rhetorica. Nā dicit eam & habere bona oīa, & carere malis vniuerſis. ¶ Ganges.) Indię fluuius, per quam puincia ſignificatur. ¶ Hermus.) Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens. ¶ Laudibus Italiæ certent.) Figurate. nam certo tecum dicimus. ¶ Bactra.) Regio iuxta Aſſyrios: vñ & populi Bactriani dicunt. ¶ Panchaia.) Arabia, vt diximus ſupra. ¶ Non tauri ſpirantes naribus ignē.) Quales fuerūt in Colchide ciuitate Scythię. nā hoc habet fabula, Iaſon Colchos pfectus ad tollēdū vellus aureū quod dicauerat Marti Phryxus, fretus Medeæ auxilio: & peruigilē draconē occidit, & eius dentes ſeuit iunctis tauris ignē afflantibus, vnde nati ſunt armati, qui primum fecerunt impetum in Iaſonē fruſtra: poſtea mutuis vulneribus conciderūt. Has aūt conditiones Oeta rex propoſuerat, cui Apollo reſponderat, tādiu eū fuiſſe regnaturum, quādiu illud vellus fuiſſet in tēplo. ¶ Seges horruit.) Non placuit. Seges aūt quia de ſemine. ¶ Grauidæ fruges.) Large abundantes. ¶ Maſſicus humor.) Vinum Campanū à Maſſico mōte Cāpaniæ. ¶ Hinc albi Clitumne greges.) Vocatiuus eſt Clitumne. Clitumnus aūt fluuius eſt in Meuania, quæ pars eſt Vmbriæ ptis Tuſcię, de quo fluuio, vt dicit Plinius in hiſtoria naturali, animalia q̄ potauerint, albos fœtus creāt. ¶ Maxima taurus Victima.) Quia triumphantes de albis tauris ſacrificabant. ¶ Perfuſi flumine ſacro.) Fluento. Perfuſi autem tauri qui ante triumphantes vſq; ad templa ducebantur. Aut certe Perfuſi greges intelligamus: quod ad equos triūphales poteſt referri. ¶ Duxere triumphos.) Si equi, duxerūt: ſi bōues, deduxerūt. ¶ Hic ver aſſiduum.) Verna temperies: nam ver, aſſiduum eſſe non poteſt. Horatius, Ver vbi longum tepidaſq; præbet Iuppiter vmbras. ¶ Bis grauidæ pecudes.) Verum eſt. vnde enim in Bucolicis, Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit. ¶ Bis pomis vtilis arbos.) Biferæ ſunt arbores.

PROBVS.

¶ Nec pulcher. g. a. a. tur. hermus. Laudib⁹. i. c. n. b. n. i. Totaq; tu. Panchaia. p. a.) Gāges fluuius eſt Indiæ, Hermus lydię, q fert aurū. ¶ Bactra.) oppidū Indoꝝ. ¶ Panchaia.) regio à rege pācheo dicit. Hinc albi clitumne greges, & maxima taurus. ¶ Victiſſima. ſ. t. p. f. ſ.) Clitumnus eſt Etrurię flumen à fronte nauigabilis. (margin: Pāchaia)

MANCINELLVS.

¶ Sed neq; medoꝝ.) orditur iam Italiæ laudes, ditiſſima terra. De medorum diuitijs videto Stra. li. xj. ¶ Pulcher Ganges.) Stra. lib. xv. ait, ꝙ à montibus ganges deſcēdit, cumq; in planiciem peruenit, ad orientem conuerſus in mare progreditur vnum oſtium habens ꝗq; omnium indicorum flumen maximum ſit. Pulcher igitur Poeta ait ob eius magnitudinē. Pli. aūt lib. xvj. c. xix. plura de Gāge deſcribit. ¶ Hermus.) fluuius eſt in Mœonia, q ſmyrneos campos ſecat, & phrygiā ſcindit à graia. Hunc quoque hermū fluctibus aureis ęſtuaſſe antiquitus creditur, author eſt Soli. cap. xxvij. ¶ Laudibus Italiæ.) Plin. lib. iij. cap. vj. de Italia inquit. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, & numine deum electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret, imperia ritusq; molliret, & tot populoꝝ diſcordes, ferasq; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret: breuiterq; vna cūctarum gentium in toto orbe patria fieret, tanta nobilitas omnium locorum, tanta rerum ſingularum, populorumq; claritas. Vrbs Roma vel ſola in ea, & digna etiam recta ceruice facies, Eſt & cāpaniæ ora, felixq; illa, ac beata amœnitas. Iā vero tota ea vitalis, ac perennis ſalubritas cœli tēperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſyluarum genera, tanta frugum, & vitium: olearumq; fertilitas, tam nobilia pecorum vellera, tam optima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumq; vbertas, totā eam pfundēs, tot maria, portus, remigiumq; terrarum cōmercio patēs vndiq;. Neq; ingenia, ritusq;, ac viros, & ſigna, manuq; ſuperatas cōmemoro gentes, hæc & plura ille. Multa etiam Stra. lib. vj. commemorat. ¶ Bactra.) Stra. li. vj. ſcri. ꝙ in ſcythia ſit bactra vrbs, quæ etiā Zariaſpa appellata eſt, Plin. tamē, lib. vj. cap. xvj. ait pcedēdo ad Bactriam oppidū, quod appellāt. Zariaſtes. Poſtea inqt Bactri quorū oppidū Zariaſtes, quod poſtea bactrū à flumine appellatū eſt. ¶ Indi.) ſcribit Diony. ꝙ ī pleriſq; Indię locis auꝝ eruit: quodq; multi ex eis inde quęſtum aucupantur, alij telas lineas cōtexunt: alij tectos elephantum dentes abradūt, alij per fluminum decurſus incedentes, perquirunt, berillos, adamantes, iaſpides, ametiſthos, ſunt ibi & arua p pulchra, & læta, quę & vniuerſum ſemper annum virēt. ¶ Pāchaia.) perſidis regio, ab rege Pancheo, vt Probus inquit. ¶ Hęc loca.) Laudat Italiam, ꝙ expers eſt maloꝝ, bonorumq; ferax. ¶ Non re. tauri.) apud Colchos in pōto id euenisse Iaſoni: Ouid. ſcri. li. vij. meta. Quod item Medea Iaſoni ſcribens apud eundē poetā in Heroidibus ſic ait. Martis erant tauri

(margin: Herm⁹. — Italia. — Zariaſpa.)

pluſq; ꝑ cornua ſæui, Quorum terribilis ſpũs ignis erat, Ære pedes ſolidi prætentaq; naribus ora. Nigra per afflatus hæc quoq; factas ſuos. Semina præterea populos genitura iuberis, Spargere deuota lata per arua manu. Qui peterent natis ſecum tua corpora telis, Illa eſt agricolæ meſſis iniqua ſuo. Diod. autem lib. v. hæc omnia latius. Diximus, & nos aliqua Eclo. iiij. ❡ Maſſicus humor.) Plin. de cãpania loquens lib. iij. ca. vj. Is iungunt phalerni, Caleni deinde conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentiniq; montes, & lib. xiiij. c. ix. de vinis generoſis Italiæ inquit. Certant Maſſica æque & monte Gaurano, puteolos, baiasq; proſpectantia, Clitumni in phaliſco Clitumnianis aqua pota cãdidos boues facit, In Bœotia amnis Melas oues nigras. Pli. lib. ij. c. cvj. Hinc albi clitumne gre. Ordo eſt: ò clitumne. hinc ex Italia albi greges, & taurus maxima victima ſæpe tuo ſacro flumine perfuſi duxere Romanos triumphos ad templa deum. Triumphãtes enim albis equis: curru inaurato, capite coronato lauro ꝑ vrbem vecti capitolium aſcendebãt ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato albo tauro: domum poſtea repetebãt. ❡ Tẽpla deum.) Erat in capitolina arce celeberrimum Iouis optimi maximi templum, de quo Tac. lib. xix. meminit Erat & Iunonis monetæ Mineruæ delubrum. In capitolio demum deorum omnium ſimulachra colebantur, vt Seruius lib. ij. inquit, ibi videlicet, Ecce aũt Pãthus &c. ❡ Hic ver aſſi. atq; alie. menſibus æſt.) hoc ait quoniã ẽt Strab. lib. vj. ſcribit Italia ſubiacet vniuerſi aeris temperiei. Solinus item inquit ineſſe Italiæ locorum ſalubritatem & cœli tẽperiem, quod & Plinius ſcribit.

ASCENSIVS.

❡ Sed neq; medorum, &c.) Apte ingreditur laudes Italiæ, ne videlicet patriæ ſuæ immemor culpetur, vbi laudarit alias. Laudat autem eã plena laude, oſtendens videlicet, & mala abeſſe, quę tñ alijs ſunt & bona fere aliarum adeſſe. Quã rem ẽt Pli. approbat, vt oſtendent verba Mãcinelli ſuis locis ponẽda. Sane ſi ad ſingula bona reſpexeris, inuenies ea in multis regiõibus vberiora, aut meliora: ſi ad omnia ſit, nuſq;, cum non deſint, qbus ẽt peculiariter vincat. ❡ Ordo eſt. Sed neq; ſyluæ. ſ. pomiferę, medoꝝ: appoſitorie ditiſſima terra, qa vt Iuſti. ſcri. flumina exhauriebant medis, non diuitiæ ſub Xerxe rege. Nec Gãges fluuius Indię pulcher i. ſpectabilis in magnitudine, aut varijs diuitijs ornatus atq; hermus fluuius mœoniæ, turbidus. i. turbulentus auro. i. aureis arenis immixtis certent. i. merito contendãt laudibus, & titulis Italiæ,

liæ, non Bactra vrbs ſcythiæ, & regio vicina, non ſup. certet, laudibus Italię: neq; Indi. ſup. certent, hoc eſt regiones Indię, & tota pãchaia pinguis harenis turiferis, ſupp. non certet. Quia tauri ſpirãtes. i. efflãtes naribus. i. ꝑ nares ignẽ, non inuertere hęc. ſ. Italię loca, ſicut in colchide ciuitate ſcythię, & hoc dentibus imanis i. efferaciſſimi hydri. i. anguis aq̃tici, ſatis. i. ſeminatis nec ſeges. i. ſatio, virum horruit. i. horrida creuit, denſis galeis, & haſtis, ſicut in Colchide ẽt contigit: Sed fruges grauidę. i. fœcũdę, & grãdes, fœcundę quidem ad alias ꝓcreãdas, grandes autem ad vſum ſeruiũt, & humor bacchi. i. vini maſſicus, ideſt cãpanus à mõte Italiæ denominatus, impleuere, ſup. hęc loca. ſ. Italię, & oleę ſupp. lætę, & armenta lęta. i. pinguia, & incolumia, ac nitida tenẽt hęc loca. Equus bellator. i. belliger infert hinc. i. ex his locis Italiæ ſeſe. i. ſemetipſum, cãpo, ideſt in cãpum, exiſtens arduus. i. altus, & erectus. Et ò Clitũne (amnis in phaliſco apud Meuaniã deflués) albi gregis. ſ. equoꝝ, aut iuuencorum, & ꝓ. i. taurus. ſ. albus. appoſitorie maxima victima, hoc eſt quæ Ioui à triumphante offertur, ꝑfuſi tuo flumine ſacro. i. ad ſacrificium eos à poteſtate (quia poti eo fluento albeſcunt) duxere ſæpe hinc. i. ex his locis Italiæ triumphos. i. triumphãtes Romanos, ad templum deum. i. deorum. ſ. capitolium. Inſidebant enim equis albis ſacrificaturi iuuẽcum intactum, & album (Sane ſi ꝑ albos greges iuuencos intelligit dicendo, & maxima taurus, victima, oſtẽdit taurum eẽ egregium. i. ſeorſum à grege nominandum, ſicut Achillẽ, dicẽs Troas reliquias Danaum, atq; immittis Achilli, & ita expoſitiue ponitᷣ particula, & ſi vero de equis loqtur duo dicit) hic. ſ. in Italia eſt ver. i. temperies verna, qa nunq; eſt intẽſiſſimum frigus, aũt cauma aſſiduum. i. ꝑpetua, atq; æſtas. i. calor ęſtiuus, menſibus alienis. ſ. in quibus alibi hyems eſt, pecudes ſunt bis grauidæ, hinc. ſ. in Italia. vnde in Buco. Lac mihi non ęſtate nouum, non frigore deſit, & arbos. i. arbor eſt bis fertilis pomis. i. bis fert quotannis poma. i. bifera eſt ſicut plurimę ſunt ficus.

PIERIVS.

❡ Tenent oleæq; armentaq; læta.) In Mediceo, & antiquioribus aliquot cod. & ijs preſertim: qui particulam, q;, germinare gaudẽt legere eſt. Tenẽt oleæ armẽtaq; læta. abſq; particula, q;, poſt dictionem oleæ. ❡ Bis pomis vtilis arbos.) In Mediceo arbor. agnitam vero differentiam inter arbor, & arbos à veterum nonnullis, alio loco diximus. Quod attinet ad ſniam deſumpta ea ęſt ex Varrone, vbi dicit: Malus biferæ, vt in agro conſentino.

At rabidæ tygres abſunt, & ſæua leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immenſos orbes per humum: neq; tanto
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem:
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis:
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
An mare quod ſupra memorem, quodq; alluit infra?
An ne lacus tantos? te Lari maxime, teq;
Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita clauſtra?
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor?
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo:
Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus auernis.

SERVIVS.

❡ At rabidæ tygres abſunt.) Malũ Armenię. ❡ Et ſæua leonum ſemina.) Malum Libyę. Semina, Genera. Et eſt Lucretij ſermo. Nam quòd ait. Sæua aut cruenta accipimus, aut re vera ſęua ſemina. Vt eni dicit Plinius, Animalia hæc quę ſunt cum acutis vnguibus, frequenter parere non poſſunt: vitiantur enim intrinſecus ſe mouentibus pullis. ❡ Nec miſeros fallunt aconita legentes.) Mira arte vſus eſt vt excuſaret rem quam negare non potuit. Nam aconita naſcuntur in Italia: ſed non ea obeſſe dicit, quia ſunt omnibus nota. Hæc autẽ herba dicitur nata eſſe de ſpumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in ſaxis & cotibus naſcitur, aconitum dicitur. ἀπὸ τῆσ ἀκόνησ, ideſt à cote: & dicimus, τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα. ❡ Neque tanto ſquameus.) Sunt quidem ſerpentes in Italia, ſed non tales quales in Ægypto, aut in Aphrica. ❡ In ſpiram.) autem, in collectionem volubilitatis: quod eſt à funibus tractum. ❡ Adde tot egregias vrbes.) Laudat Italiam à ciuitatibus, quas & plures habet, & maximas & opportuniſſime collocatas. ❡ Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.) Quòd laudat etiam Cicero in libris de repub. ❡ An mare quod ſupra.) Ideſt Adriaticum. ❡ Quodq; alluit infra.) Ideſt Tyrrhenum. ❡ Te Lari maxime.) Larius eſt lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in originibus, per ſexaginta tenditur milia. Et Larius, Lari vocatiuus facit, ſicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri. ❡ Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino? Benacus lacus eſt Italię,

lię, qui magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas. Aſſurgens aũt vocatiuus eſt caſus, vt ſit, Memorẽ & te ò Benace aſſurgens; ideſt tumeſcẽs fremitu mario. Aut certe Antiptoſis ſit, pro aſſurgentem. ❡ An memorem portus Lucrinoq; addita clauſtra?) In Baiano ſinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem lacus ſunt duo, Auernus, & Lucrinus: qui olim propter copiam piſcium vectigalia magna præſtabant. Sed cum maris impetus plerunq; irrũpẽs exinde piſces excluderet, & redẽptores grauia dãna paterentur, ſupplicauerunt ſenatui: & profectus C. Iulius Cęſar, ductis brachijs excluſit partem maris: quæ antea infeſta eſſe conſueuerat, reliquitq; breue ſpatium per Auernum, qua & piſcium poſſet copia intrare, & Fluctus non eſſent moleſti. quod opus, Iulium dictum eſt. ſed hic ambitioſe vndam Iuliam appellauit fremẽtẽ contra moles à Iulio oppoſitas. ❡ Indignatum magnis ſtridoribus æquore.) A ſolita excluſum licentia, & indignationẽ ſuam ſtridoribus prodens.

PROBVS.

❡ Nec miſeros fallunt aconita legẽtes.) aconita ſunt venenorũ genera, quæ fere in petris naſcuntur Scythię iuxta meotida paludem. Exiſtimatur autem eſſe ex ſpuma cerebri, quam is perfuderit ꝓtractus ab Hercule in lucem. Aconita autem græce cautis nomine dicuntur, illam enim ἀκόνην appellãt. ❡ An mare quod ſupra memorẽ quodq; alluit infra?) Cingit Italiã ab ſeptentrione adriaticus ſinus, à meridie Tuſcum mare, adriaticum ſuperũ appellant,

pellant,thuſcum inferum.⁋ An ne lacus tantos te lari.m.t.q;.fl.e.
fr.aſſ.benace marino?) Vterq; lacus eſt in Italia. Larius vmbros
tangit,& peruenit vſq; comum.Benacus eſt,ex quo Mincius flu
men oritur,quod præterfluit Mantuam.

MANCINELLVS.

¶Tygres.) de ijs videto Eclo.v.⁋ Leonum.) de his legito Pli.li.
viij.c.xv.⁋ Aconita.) videto Eclo.viij.Prima aũt Hecate Aconitũ
inuenit,de quo latius Diod.li.v.Pli,aũt lib.xxviij.c.ij.de Aconi-
Angues to plura ſcribit.⁋ Anguis.) ſcribunt in India ſerpentes in tantam
magnitudinem adoleſcere,vt ſolidos hauriant ceruos taurosq;,
Metrodorus circa Rhyndacum amnem in ponto,vt ſupra volã-
tes,q̃uis alte,pnicitérq; alites hauſtu raptas abſorbeant,author
Plin.lib.viij.ca.viij. In ſpiras,reuolutionem.⁋ Sub antiquos mu
Italiæ ros.) hoc eſt ſub antiqua oppida.Multa ſiquidem Italiæ oppida
maria. prope mœnia,vel intra habentia flumina habẽt.⁋ An mare.) Ita-
Tyrrhe lia,vt Plin.ſcri.li.iij.c.vj.ſita eſt inter duo maria inferum,& ſupe
num. rum,inferum à græcis.Thuſcum & Tyrrhenum vocatur,Supe-
rum vero adriaticum appellant ab Adria inclyta vrbe,vt Strab.
Lacus. ait,Probus ẽt inquit,Cingit Italiam à ſeptentriõe Adriaticus ſi-
Larius. nus,ab meridie Thuſcũ mare, Adriaticum ſuperum appellatur.
Tuſcum inferum. Lacus tantos.⁋ Larius.) vti Stra.lib.vj.memi-
nit in Gallia ciſalpina ꝓpe Comum vrbem lacus eſt, quẽ Adua
fluuius auget,inde amnem Padum ingrediens.Eſt aũt vt idẽ ſcri.
lib.iiij.larius longitudinis fere ſtadiorum.ccc.latitudinis.xxx.q
amnẽ eijcit Ticinum ſane grandem.⁋ Benace.) Benacus,vt Stra-
bo in fin.lib.iiij.lacus ſtadiorum.ccccc.longitudinem habet,lati-
tudinem vero.xxx.de quo Mincius amnis ęffluit.Eſt etiam lacus
Verbanus longitudinis quidẽ ſtadiorum.cccc.latitudo vero an-
guſtior eſt quam Benaci,emittit fluuium aduam.omnes aũt tres
dicti lacus in Padum influunt,oriũturq; ex alpibus.⁋ Lucrinoq;
Lucrin⁹ addita clauſtra.) Lucrinus ſinus vſq; Baias latitudinẽ pandit,qui
ex exteriori pelago per aggerem longitudinis ſtadiorum octo,
latitudinis aũt vnius orbitæ arcetur.Illum aũt ab Hercule tradu
cendarum à Gerione boum cauſa aggregatũ fuiſſe perhibẽt,quẽ
cum pedibus perambulari propter fluctus ingruentes ꝑ hyemes
ſuperne vix poſſet,Agrippa exornatũ melius conſtruxit,leuiori-
Auern⁹. bus.n.lembis præſtat ingreſſum,intra autẽ lucrinum ſinũ Auer-
nus eſt, qui comprehenſam Miſenum vſq; tellurem manualem
efficit inſulam à maris ſpatio inter ipſum,atq; cumas.Eſt autem
auernus & fundo,& oſtio ſinus commodus,& magnitudine &
natura portum continens, vſum tamen portus nequaq̃ ꝓbens,
quoniam ante illum lucrinus portus iacet.Supercilia aũt ardua,
auernum vndiq; circuncludũt,pręter oſtiũ,ſuo qdẽ tpe amœnis
culta modis inquit Stra.olim aũt agreſtibus refert à nemoribus
& proceris arboribus inuia:nã poſtea auerni lucũ ſuccidit Agrip
Iulius pa locis ꝓpulchra adornatus ædificia,hęc ex Stra.⁋ Iulia vnda.)
portus. Iuliũ portum intelligit.de quo Suet.in Augu.ſic ait.Donec naui
bus exinde ęgre fabricatis,ac viginti ſeruoꝝ millibus manu miſ-
ſis,& ad remum datis portũ Iuliũ apud Baias immiſſo in lucri-
num,& auernũ mari lacũ:efficit,in quo cum hyeme totas copias
Æſtus. exercuiſſet Põpeiũ inter Milas & Naulochũ ſuperauit.⁋ Æſtus.)
is eſt maris acceſſus.i.inquietudo.Vnde & æſtuaria,per quę ma-
re viciſſim tam accedit,q̃ recedit,fretum aũt appellatum,ꝙ ibi Fretum
ſemper mare ferueat:nam fretum eſt anguſtum,& quaſi feruens
mare ab vndarum feruore nominatum.

ASCENSIVS.

¶At rapidæ tygres &c.) Iterum in laudẽ Italię oſtendit illi ma
la & incõmoda aliarum regionum deeſſe & bona abundare,di
cẽs illic nec tygres nec leones nec aconita venenata,neq; imma
nes ſerpentes eſſe ſed egregias vrbes, amœna & vtilia flumina:
lacus & prata & duplex mare ſuper & inferum.i. adrianum &
tyrrhenum. ¶Ordo eſt.At ideſt ſed tygres rapidæ,ideſt perni-
ciſſimæ & imaniſſimæ vt ſunt in armenia,abſunt,ſcilicet ab Ita-
lia,& ſæua.i.ferocia ſemina leonum vt ſunt in Aphrica abſunt.ſ.
ab Italia,nec aconita.ſ.venenata vt ſunt in ponto,fallunt, ſcili-
cet in Italia legentes,ideſt colligẽtes miſeros.i.ignaros nec prę-
tendentes malum,& ita miſeratione dignos.Nec anguis ſquam-
meus,ideſt ſquammoſus rapit per humum,ideſt terram.ſ.Italię
immenſos.i.maximos orbes.i.ſinus & anulos in quos ſe colligit
neq; colligit ſe in ſpiram.i.collectionem volubilitatis,hoc eſt vt
iterũ dicat in anulos,tanto tractu quanto alibi videlicet in aphri
ca aut Ægypto.adde.ſ.ad pecudum fœcunditatem aut ad vaca-
tionem incommodorum,tot egregias vrbes,& labores operum
ideſt laborioſa,ac laborata opera,& tot oppida cõgeſta,ideſt ac-
cumulata, ſaxis præruptis manu, & ad flumina ſubter labentia
antiquos muros.An memorem?quaſi dicat non opus eſſe(cum
nemo ſit qui ignoret.)ideſt recitem,mare,ſcilicet adrianũ quod
alluit,ſcilicet Italiam ſupra,ideſt ad partem ſuperiorem,hoc eſt
orientem verſus ad Venetias,ſcilicet an mare,quod alluit infra,
ideſt à parte inferiore.hoc eſt mare tyrrhenum quod inferum vo
cant ad Caietam occidentem verſus.An ne,ſcilicet memorẽ po-
tius,tantos lacus,ideſt ſtagna aquarum videlicet ò lari maxime,
ideſt ampliſſime(eſt autem in Gallia ciſalpina prope comum)
ſupp.memorem te,& te ò Benace,lacus,ſcilicet Italiæ aſſurgẽs,
ideſt eleuans fluctibus & fremitu marino, ideſt inſtar & in for-
mam maris.An memorem portus,& clauſtra,ideſt obſtacula &
obices, addita,ſcilicet ab Iulio Cæſare lucrino, ſcilicet lacui,&
memorem ęquor.i.mare indignatum.ſ.iter ſibi præcluſum eſſe
indignatum dico magnis ſtridoribus,qua.ſ.parte vnda Iulia.i.à
Iulio Cæſare occluſa,ad portum Iuliũ,ſonat longe,& hoc pon
to,ideſt mari refuſo, ideſt iterum infuſo ruptis obſtaculis, vnde
Hora.in arte. Debemur morti nos noſtráq;, ſiue recæptus Ter-
ra Neptunus claſſes aquilonibus,arcet Regis opus,ſterilisq; diu
palus aptaq; remis &c.) & qua ſcilicet parte,tyrrhenus æſtus,
ideſt feruor maris tyrrheni,immittitur fretis auernis,ideſt in fre
ta auerna,hoc eſt in feruorem & inundationem atque acceſſum
maris in auernum,ideſt lacum vicinum Baiis: iuxta quem dici-
tur deſcenſus ad inferos.

PIERIVS.

¶At rabidæ tygres abſunt.) Non diſplicet quod in Mediceo &
antiquis alijs legitur.At rapidæ tygres:ea enim animalia & per-
nicitate curſus, & truculentia notantur.

Hæc eadem argenti riuos,ærisq; metalla
Oſtendit venis,atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virum,Marſos,pubemq; Sabellam,
Aſſuetumq; malo Ligurem,Volſcosq; verutos
Extulit:hæc Decios,Marios,magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello,& te maxime Cæſar:
Qui nunc extremis Aſiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum.tibi res antiquæ laudis,& artis
Ingredior,ſanctos auſus recludere fonteis:
Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen.

SERVIVS.

¶Auro plurima fluxit.) Co-
pioſior fuit.in rem pręcioſio-
rem.⁋ Aſſuetumq; malo Ligu
rẽ.) Ideſt labori. ⁋ Volſcosq;
verutos.) Italiæ populi ſunt.
⁋ Extulit hæc Decios.) Crea-
uit.Decij autem duo fuerunt,
quorum vnus bello Italico,
alter Gallico ſe deuouere pro
repub.⁋ Marios.) Marij mul-
ti fuerunt:quorũ vnus ſepties
fuit conſul.⁋ Camillos.) Abu
ſiue.Nam vnus fuit qui à Gal-
lis ſublata ſigna reuocauit.
⁋ Scipiadas.) Pro Scipiõibus
dixit: ſicut Amazonidum ꝓ
Amazonum alibi poſuit. Sci-
piones autem duo fuerunt,auus & nepos: quorum vnus leges
victæ Carthagini impoſuit.alter eandem diruit.Hęc autem om-
nia plenius in ſexto memorauimus.⁋ Imbellem auertis.) Ideſt
auertendo reddis imbellem.⁋ Romanis autem arcibus.) Roma-
nis vrbibus,à Romano imperio.⁋ Magna virum.) Virorum for
tium.Iam concludit laudans à viris,à fertilitate rerum,à Satur
ni imperio.⁋ Tibi res antiquę
laudis,& artis ingredior.) In
tuam vtilitatem ſcribo car-
men Georgicon.Antiquæ au-
tem laudis, vel magnæ, vel
quòd apud maiores in ingen-
ti honore fuerat agricultura.
⁋ Aſcræum carmen.) Heſiodi
cum.Nam Heſiodus de ciuita
te Aſcra fuit.

PROBVS.

¶Hæc genus acre virũ mar-
ſos pubẽq; ſabellã: Aſſuetũq;
malo ligurem volſcosq; veru
tos.) Sabelli gens eſt Italiæ.
Appuli ijdẽ appellant,& Dau
ni,volſci veruti:ideo dicunt,
ꝙ dolonibus in ꝓlio ſoliti ſint
vti.⁋ Aſcręumq;.c.t.p.o.c.) Aſcra vicus eſt Bœotiæ:in quo exiſti
mat natus Heſiodus,q ſcripſit ἔργα καὶ ἡμέραι Quo libro.Agri
quoq; cultus rationẽ ſtringit,Et ideo dicit Aſcręum carmẽ Virg.
per Romana oppida canere.

MANCINELLVS.

¶Metallum.) Metallum à metallò dicit, quod eſt ſcrutor,vel
inquiro.

inquiro. Nam in omni fere materia: vna inuenta vena, non procul inuenitur alia, quod & Pli. notauit lib. xxxiij. c. viij. ¶ Auro.) Aurum auſtria plurimum gignit, neq; in alia parte terrarum tot ſæculis hæc fertilitas, Italiæq; parcitum eſt vertere interdicto patrum, alioquin nulla fœcundior metalli quoq; erat tellus, &c. Pli. xxxiij. c. v. ¶ Marſos.) marſi Italiæ populi velocitate pedum plurimum ad curſum præſtant, vt Diony. ſcri. Soli. aūt ait. Marſorum gentem ſerpētibus illæſam eſſe, ſed nihil mirum à Circes filio hi genus ducunt, & auita potentia deberi ſibi ſciunt ſeruitiū venenorum, ideoq; venena contemnunt. Stra. vero li. v. ait, ꝙ Alba marſis finitima eſt in excelſo locata ſaxo, prope fucinus eſt lacus longitudine par pelago, is autem Marſis, & vicinis maximo omnibus vſui fit. ¶ Sabellam.) Sānitis intelligit: q̄ vt Feſtus ait: dicti ſunt à colle ſamnio, vbi ex ſabinis aduentantes conſederūt. Plin. vero lib. iij. ca. xij. ꝙ ſamnitij erant Italiæ populi, quos ſabellos, & ſamnitas græci dixere. Ea gens, vt Florus li. j. ait, opulenta erat, fallax, rapida, ac furioſa, & in exitium vrbis agitata, pertinax, ſexies enim rupto fœdere cladibusq; ipſis animoſior erat, hos tamē quinquaginta anni per Fabios, & Papirios patres, eorumq; liberos vrbs Roma ſubegit ac domuit. Sunt autem Samnites inter campaniam, & Apuliam, vt oſtendit Stra. lib. v. regionem montanam poſſidentes, & mari non admodum proximi. Hæc autem natio exigua eſt quidem, cæterum fortitudine cōſpicua. oſtentata Romanis eorum ſępiſſime virtute: tandem cum libertatem aſſequi vellent, deſciuerūt, vnde Marſicum exarſit bellum. Marſicum aūt ideo nominatum: quoniā à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initiū. ¶ Aſſuetumq; malo ligu.) Liguria in ipſis apenninis montibus inter Galliam, atq; Etruriam ſita eſt nihil deſcriptione dignum habens: niſi ꝙ vicatim vitam agunt. terram arantes aſperrimam, fatigantesq; ligonibus. imo vero ſaxa incidentes vt Poſſidonius inquit: ita Stra. li. v. Diony. etiā lib. vj. ſcri. ligures patriam habitātes aſperam, ac omnino ſterilem plurimo labore continuoq; vitam puram agere. Venationibus continue vacare, captisq; feris fructuum inopiam ſuſtentare, in terra cubare vt plurimum, hocq; pacto priſco more abſq; apparatu aliquo viuere. Deniq; mulieres virorum viros ferarum robur, & vires habere, feroces eſſe, & acuti ingenij, non in bello ſolum, ſed in omni vita &c. Propter ſupradicta igitur mala, & labores ait Maro. Aſſuetumq; malo ligurem, non autem malo. i. latrocinijs, vt quidam volunt, propter illud Æneid. Vane ligur, &c. nam poeta hic eos laudat & Diodo. vitam puram agere eos ſcribit. ¶ Volſcosq; verutos.) Diodo. alicar. inquit. Vrbs volſcorum inſignis velitræ magna ipſa, & populoſa. hæc ille: propter quod eſt apud Syllium lib. viij. Setia & in celebri miſerunt valle velitrę. i. frequenti valle. Nam adhuc veſtigia appiæ viæ in eius valle exiſtunt diſtantis à mœnibus ſtadia. xij. vel circa. Celebratur etiam hodie continue vrbs ipſa à peregrinis illac tranſeuntibus, cū ab vrbe Roma Neapolim petunt, & econuerſo. Fuit inde Auguſtus Octauius oriundus, de quo late apud Traquillum, qui inter alia ſic ait, Velitris antiquitus tacta de cœlo parte muri: reſpōſum eſt eius oppidi ciuem quandoq; rerum potiturum, ſero tamē documentis apparuit oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe. Diſtat autem ab vrbe Roma viginti millibus paſſuū, ab lauinio vero millibus paſſuum tribus. ¶ Verutos.) Verutū eſt telum breue & anguſtum, vt ſcribit Nonius. Probus vero inquit, Volſci veruti ideo dicunť. ꝙ dolonibus in prælio ſoliti ſint vti. ¶ Decios.) de ijs & reliquis late Plin. de viris illuſtribus. ¶ Scipiadas.) vt P. Scipionem & Cneum fratres, qui in Hiſpania pro Romano imperio occubuerunt, & Cornelium Scipionem Publij filium, qui deuicta Carthagine aphricanus dictus eſt. Cuius frater. L. Scipio ob Aſiam deuictam, Aſiaticus eſt appellatus, & Cnei Scipiōis. P. Cornelium Naſicam filium, qui in tota vrbe vir optimus iudicatus eſt. Adde & his Scipionē Æmylianū carthaginis exitium, de Scipionibus autem hęc, & plura Plutar. Cæſar. Auguſtum intelligit: nam vt ſcrib. Lucius Florus ſcythæ miſerant legatos Auguſto, & ſarmatę amicitiam petentes, ſeres etiam, habitantesq; ſub ipſo ſole Indi cum gemmis, & margaritis elephātosq; inter munera trahentes nihil magis q; longinquitatem viæ imputabant, quā quadriennio ī pleuerant. Parthi quoq; quaſi in victoria permanerent, rapta clade craſſiana ſigna retulere, hæc ille: meminit etiā Sue. ¶ Saturnia tel.) Saturnus enim in Italia regnauit, quo tempore aureum ſæculum fuiſſe aiunt, cōſtruxitq; vrbē in monte Capitolino, quam Saturniā appellauit, hinc Maro lib. viij. ait, Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem. Ianiculumq; illi, huic fuerat, Saturnia nomen. & Varro ſcri. Tarpeium montē Saturnium à Saturno appellatum, & ab eo Saturniā terrā. ¶ Magna virum.) Ordo eſt: magna parens virum, repetit enim parēs. ¶ Antiquæ laudis.) Quanta agricolis laus eſſet olim circa principium aperuimus. Pręterea antiquorꝫ multis in Italia vinearum cultura laudata fuit, de quo videto Plin. lib. xiiij. ca. vj. Laudabať item Italia ob generoſa vina: de quibus idem lib. xiiij. c. ix. ¶ Sanctos fontes.) Muſarum. ¶ Aſcræum.) Carmen. Heſiodi Aſcræi intelligit, qui princeps omnium de agricultura præcepit, & carmine executus eſt, quem poſtea Maro hic in Geor. imitatus eſt. De Aſcra autem latius Eclo. ſexta.

Marſus — Fucin⁹. — Sānites. — Marſi/cūbellū — Ligures — Velitræ — Verutū. — Scipiones. — Saturnius.

ASCENSIVS.

¶ Hęc eadē &c.) Continue laudat Italiā, ſed nunc à venis & viris dicēs, hęc eadē. ſ. Italia oſtendit & tū non ſcrutatur, riuos argēti. i. argētiferos, aut riuos. i. venas argēti, & oſtendit venis. i. in venis terrę metalla æris & fluxit plurima auro: hæc. ſ. Italia extulit. i. ſublimauit & ad gloriā deduxit acre genus virum. i. virorꝫ. ſ. marſos & pubere. i. iuuentutē ſabellā. i. ſamnitū, & ligurem populum inferioris Italię, aſſuetū malo. i. labori & duræ vitæ, & volſcos illos populos Italiæ, verutos. i. qui verua & ſudes præuſtas in prælia ferre ſolebant. hi ſunt populi de quibus generaliter locutus eſt, hæc. ſ. Italia extulit decios. ſ. patrē & filiū qui ſe ambo ꝓ rep. deuouerūt, & Marios & Camillos pręſtātiſſimos Romanorum duces, & extulit Scipiadas. i. Scipiones, duros. i. fortes & inuincibiles bello. i. ad bellū, & extulit te ô maxime Cęſar. ſ. Auguſte, q exiſtens nunc victor in extremis oris. i. regionibus Aſiæ auertis Indū. ſ. populū, imbellē. i. qui facis ipſum imbellem auertendo arcibus Romanis: ita ꝙ in eas moliri nihil audeat, q̄ſi verò illic ſtatus ſit ita vt cum Horatio dicat. Nihil tale ortū aut orīturū, & quod in ſexto dicturus eſt. Nimiū Romana propago viſa potens ſuperis, & præ gaudio & admiratione exclamet ſalutans Italiam his verbis. O tellus. ſ. Italica ſaturnia quę. ſ. ab eo ꝙ illic Saturnus aliquando latuit, appellatur, magna parēs frugū, & magna parens virum. i. virorꝫ videlicet præſtantium, ſalue i. ſalua & incolumis ſis, ego ingredior. i. exordior tibi. i. in tuā gloriam res antiquæ laudis & artis. ſ. agrariam, hoc eſt agriculturā, auſus recludere. i. aperire, ſanctos. i. inuiolabiles fontes videlicet muſarum, aut abſtruſos locos rei ſanctę, & cano per oppida Romana, carmē Aſcræum. i. Geor. quale Heſiodus Aſcręus primus ſcripſit. Dixi in regulis Bucolici carminis, re particulam quoties verbo ad velamen aut clauſuram pertinenti coniungitur cōtrarium importare, vt claudo & recludo velo & reuelo &c.

PIERIVS.

¶ Imbellē auertis Romanis arcibus Indū.) Ad id reſpexit aiunt nonnulli, quod Indi cum Antonio & Cleopatra veniebāt: vt in viij. Æneid. habetur. omnis eo terrore Ægyptus, & Indi, Omnis arabs oēs verterunt terga ſabęi. dicunt itaq;, auertis & imbellem facis, aut imbellē victum iam nec bellantē. Cæterum quid grande: ſi auertis imbellem? Quare id potius tactū crediderim, quod Suetonius in vita Auguſti memorat. Eum Virtutis, moderationisq; fama: Indos ēt ac Scythas auditu modo cognitos pellexiſſe ad amicitiam ſuā: populiq; Romani vltro per legatos petēdā. Imbellem igitur abſq; vllo belli negocio. Quāuis non ſum neſcius Lucanum dicere eos cœli clementia molliores fieri.

Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;:
Quis color, & quę ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ, collesq; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis:
Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus, & ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta:

SERVIVS.

¶ Nunc locus aruorum ingenijs.) Naturis. Tempus eſt inquit naturam agrorum deſcribere. Et multi hoc loco culpāt Virgilium, quòd in vnum coegit quatuor librorum propoſitionem. Nam & de aruo, & de conſito, & de paſcuo, & de floreo iſto in loco commemorat. quod ideo non eſt reprehendendum, quia non ea late exequitur: ſed carptim & breuiter tranſit, quæ latius explanat in ſingulis. ¶ Quæ robora cuiq;.) Quæ ſit poſſibilitas vniuſcuiuſq;. ¶ Quis color.) Quæ ſpecies. quomodo dicimus, quo colore ille recitauit: licet breuiter etiam ſit dicturus de colore terrarum. ¶ Difficiles primum.) Pene ſte-

riles,

riles,parum creantes. ¶ Maligni.) Infœcũdi. ¶ Tenuis vbi argilla.) Sine humore,quia eſt piguis. ¶ Calculus.) Lapis breuis terræ admixtus. Dictus calculus quòd ſine moleſtia ſui breuitate calcetur. ¶ Viuacis oliuę.) Diu viuentis. Hinc ſupra,Tarde creſcẽtis oliuę. Res enim diu duratura tarde creſcat neceſſe eſt. ¶ Tractu.) Plaga,regione. ¶ Dulciq; vligine læta.) Vligo proprie eſt naturalis humor terrę,ex ea nunq̃ recedens. Bene autem dulci addidit,ad diſcretionem amarę. Vliginoſus ergo ager eſt,ſemper vuidus,nam vuidus dicitur qui aliquando ſiccatur. ¶ Felicem limum.) Terrarum ſcilicet,ideſt fertilem,nam fluminum limus eſt noxius. ¶ Huc.) Illuc. ¶ Et ſilicem curuis inuiſam.) Radices enim eius ſibi inuicẽ ſunt nexæ,& auulſę renaſcuntur. ¶ Olim.) Quouis tempore. ¶ Pateris & auro.) Pateris aureis: ἐν διὰ δυο. vt Molemq; & montis. ¶ Pinguis tyrrhenus.) Victimarum ſcilicet carnibus. ¶ Inflauit ebur.) Tibiarum quibus in aurem ſacerdotis cani ſolebat. ¶ Lancibus pãdis.) Aut patulis,aut extorum pondere curuatis. ¶ Fumãtia reddimus exta.) Sacerdotum vſus eſt verbo. Reddi enim dicebantur exta,cũ probata & elixa aræ ſuperponebãtur.

*Glarea.*

Quiq; frequens herbis,& fertilis vbere campus:
(Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere:huc ſummis liquuntur rupibus amnes:
Felicemq; trahunt limum:quiq; editus Auſtro:
Et ſilicem curuis inuiſam paſcit aratris.)
Hic tibi præualidas olim,multoq; fluentes
Sufficiet Baccho vites:hic fertilis vuæ:
Hic laticis:qualem pateris libamus,& auro,
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

ſcos appellant,atq; Thuſcos, Grę ci vero eos hoc nomie nominauerunt à Tyrrheno Atys filio,q ex Lydia colonos hãc in regionem dimiſit. cæterum Thuſciæ longitudinem maximam à Luna vſq; Oſtiam per littus ſtadiorum millibus duobus,& quingentis ſcribit Stra. libro.v.& Plin.lib.iiij. ꝙ Tyrrheni à ſacrificio ritu ligua grę corum Thuſci ſunt nominati ¶ Pandis.) curuis.

## PROBVS.

¶ Hic laticis.q.parte.l.e.a.Infl.c.p.ebur. Tyrrhenus ad aras pinguis.) Tyrrhenus thuſcus tibicem ſignificatur: vel ꝙ non ſit ſubtilis muſicæ barbara,vel ꝙ tumeant buccæ inflantes tibias,quę ſignificantur ebore dicto.

## MANCINELLVS.

*Ingeniũ.* ¶ Ingeniis.) i.naturis,& qualitatibus. Ingenium nanq; dicitur ſua ſponte natura,quod hic etiam Non. intellexit. Primum cano ſ. ¶ Difficiles primũ) ſenſus ẽ ꝙ terrę difficiles,colles maligni,ſterilis terra,vbi eſt tenuis argilla,& arua calculis plena oliuis gaudent. ¶ Tenuis argilla) nõ pinguis creta. Pli.lib.xvi.c.v. ſcribit argilloſam terrã eſſe,quæ opere difficillima,quæq; raſtros,ac vomeres ingẽtibus glebis oneret. ¶ Calculus) lapillus. ¶ Dulci huligine.) Dulci pinguitudine,& naturali humore,non autem amara. ¶ Atq; pinguis humus) ſenſus eſt ꝙ humus pinguis & fertilis dulci huligine,& campus herboſus & fertilis hubere,& abundãtia qualis campus in montis conualle eſſe ſolet,& ager qui expoſitus eſt auſtro,& qui filicem habet,vitibus conueniunt,& vina

*Filices.* optima producunt. ¶ Montis conualle.) Cato agrum iudicat ad radicem montium planicie in meridiem excurrrente,quæ eſt totius Italiæ ſitus. Plin.lib.xvij.cap.v. ¶ Filicem inuiſam aratris) id ait,qnia ex vna radice complures exeunt filices,& radices ipſę longę ſunt in obliquum quibus ſues pingueſcunt,folia cimicem necant ſerpentem non recipiunt, Plin.lib.xxiij.c.xliij. ¶ Præualidas.) amplas. ¶ Sufficiet.) ſubminiſtrabit. ¶ Baccho.) vino. ¶ Fertilis.) ſ.eſt. ¶ Laticis) vini pateris,& auro.i.pateris aureis per Endiadin. ¶ Libamus ad aras.) ſ.piguis,& tyrrhenus. Thuſcus: tibi

*Tibia Tuba.* cem ſignificatur,vel ꝙ non ſit ſubtilis muſicæ,vel ꝙ tumeãt buccę inflãtes tibias,quæ ſignificatur ebore dicto. Probus ſcribit potius tamen pinguis victimarum carne. ¶ Ebur) tibiã itelligit,quãuis tubam,non tibiam Tyrrheni inuenerint. Vnde Virgi. Tyrrhenuſq; tubę mugire per æthera clangor,& Pli.li.vij. ſcribit æneã

*Tyrrhenus.* tubam inueniſſe Piſeum Tyrrhenũ. obliquam tibiam Mydã in phrygia. geminas tibias Marſiam. In eadem gente lydios modulos Amphion. cum tibiis canere voce Trozenus Dardanus inſtituit. Adhibebatur autem tuba non ſolum in pręliis,ſed in omnibus feſtis diebus propter laudis,vel gaudii claritatem. Vnde in

*Lydi muſici.* pſalterio dicitur Canite initio menſis tuba,in die inſigni ſolennitatis veſtrę,prę ceptum enim fuerat Iudęis,vt initio noue lunę tuba clangerent. Tibias autem diu funeribus ferunt adhibitas, mox & ſacris gentilium. ¶ Tyrrhenus,) tyrrhenos Romani Etruſcos

## ASCENSIVS.

¶ Nunc locus ar.inge. Facto honeſto ad iſtitutam materiam regreſſu poeta incipit recludere ſanctos fontes,hoc eſt ſubtiles ad rem agrariam pertinentes indagines: quales ſunt de terrarum ingeniis atque naturis,quæ non ſine ſubtiliore ſcrutatione deprehenduntur. ¶ Ordo igitur eſt nunc locus,ſcilicet eſt ingeniis,ideſt ingenitis naturis & viribus aruorum,ſcilicet deſcribẽdis,hoc eſt deſcribenda ſunt ingenia aruorum,quę videlicet robora,ideſt quæ vires ſint cuiq; ſ.aruo,& quis color,ideſt quæ qualitas quę ex colore deprehenditur,& quę natura ſit rebus ferendis, ideſt producendis,tam ergo de fertilibus videlicet aruis q̃; de ferendis,ſcilicet viribus & pomiferis arboribus quę ferunt & feruntur loqui prætendit. Primum.ſ.cano aut ſcire oportet ꝙ terrę difficiles,& colles maligni,ſcilicet ad frugum productionem vbi,ideſt in quibus eſt argilla,ideſt terra cretacea tenuis,ideſt nõ pinguis,& vbi eſt aruis dumoſis,ideſt veproſis calculus,lapillus frequens qui calce offenditur gaudent ſyluam oliuæ viuacis ideſt diu durantis antequam moriatur. Palladia,ideſt à Pallade ſeu Minerua inuenta,hoc eſt vbi terra ad fruges inutilis videtur aptiſſima eſt ferendis oleis,vnde oleaſter.i.imitator oleę hoc eſt olea ſylueſtris: ſurgens eodẽ tractu.i.in eadem regione cœli plurimus.i.frequentiſſimus,eſt indicio.i.ad indicium,hoc eſt indicat illic oleam quoq; faciliter naſci poſſe,& agri ſtrati.i. conſperſi & oppleti baccis.ſ.oliuis ſylueſtribus quę.ſ. ab oleaſtris deciderent ſup.ſunt indicio. At.i.ſed humus,ideſt terra,verbum ponetur ibi. Sufficiet Baccho vites &c.quę erit pinguis & lęta vligine.i.naturali humore & campus quę frequens eſt herbis.i.multas herbas ſponte producẽs,& fertilis hubere.i.fœcunditate ſua naturali,qualẽ nos ſolemus deſpicere.i.deſpicientes hoc eſt deorſum inſpicientes videre ſępe in caua conualle montis (quia ſup. amnes liquuntur.i.defluunt dulciter,huc.ſ. ad huiuſmodi campum ſup.de ſummis rupibus.i.montibus ſaxoſis & pręruptis & ſ.amnes trahũt huc,ideſt ad hunc quem diximus campum limũ felicẽ.i.fœcundum,quiq; duę ſunt dictiones.i.& hic ſupp.campus qui eſt editus.i.expoſitus in altiore loco auſtro.i.vẽto meridionali & qui paſcit filicem.i.herbam illam inuiſam.i.moleſtam aratris,quia radices eius obſunt aratris hic dico cãpus & hæc humus ſufficiet.i.abunde ſubminiſtrabit tibi olim vires pręualidas i.prę ceteris validas & fluentes multo Baccho.i.vino hic.ſ.campus eſt fertilis vuę.i.bene fert vuam hic ſup.eſt fertilis laticis.i.liquoris in vua latentis,hoc eſt vini,qualem.ſ.liquorem aut laticem,nos libamus.i.offerimus: pateris & auro ꝓ pateris aureis per endiadin quę fit quoties inter dictionem regentem & rectã ponitur cõiunctio faciẽs ambo ſubſtãtiua eiuſdem caſus quæ deberent eſſe diuerſi caſus,aut alteꝝ in adiectiuum verti vt molem & montes pro molem montium &c. Sunt aũt paterę vaſa ampliter patentia: quum.i.quãdo tyrrhenus.i.lydius aut thuſcus ex tyrrhenis ſeu lydis oriũdus pinguis aut ex frequẽti ſacrificio aut pinguis apparet dum inflat,quia maxillæ inflantibus tubas inflãtur,cum ergo inflauit ebur.ideſt tybias eburneas & inflando viſus eſt pinguis ad,ideſt iuxta aras & quum,ideſt quãdo nos reddimus,ideſt offerimus lancibus dandis,ideſt in curuum patentibus exta,ideſt inteſtina extantia fumantia.ſ.ab igne quo cremabantur,aut recens exempta.

## SERVIVS.

¶ Aut vrentis culta capellas.) Omne enim quod momorderint,vrunt vnde eſt,Et ad morſo ſignata in ſtirpe cicatrix. ¶ Saturi tarenti.) Aut fœcundi,aut quod eſt iuxta oppidũ Saturum. Tarentum enim & Saturum

Sin armenta magis ſtudium,vituloſq; tueri,
Aut fœtus ouium,aut vrenteis culta capellas:
Saltus,& Saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cycnos.

Saturum vicinæ ſunt Calabriæ ciuitates. Horatius, Me Saturiano vectari rura caballo. ¶ Lquidi fontes.) Puri, ſine peſtilentia. ¶ Et quantum longis.) Vt in Aeneide diximus,hoc dicit Varro fuiſſe in Roſulano agro,poſtq; Velinus

ꝰnus ſiccatus eſt lacus: vbi longam perticam magnitudo ſuperabat herbarum.

Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

PROBVS.

¶ Saltus & ſaturi perito. l.t. Et qualem. i.a.m.c.) Tarentum oppidum in Italia condiderunt parthenidæ: hoc eſt exules lacedæmoiorum, duce Phalanto. In finibus autem taretinorum eſt locus quem Saturium vocãt. vnde ẽt paludem ſaturã: cuius ẽt in. vij. mentio eſt, quum ait Virg. Qua Saturę iacet atra palus. g. q. p. i. q. t. u. a. m. m. c. vrẽtis. ‸ Saturi.) Saturi ergo tarenti à ſaturio loco: vel à Satura palude dixit. Quidam dicunt tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodã ſaturo, qui eſt prope tarentũ ſaturum cognominatum. Dicitur autem Tarentum Neptuni filium Lacedæmonia ciuitate ex ſaturia Minois cretenſiũ regis filia ꝓcreaſſe filiũ. Hunc proiectũ, naufragio facto, delphines in Italiam euexiſſe dicuntur. Cuius hodieq; teſtimonium manet. Nam in municipio tarentinoꝝ hominis effigies in delphino ſedentis eſt à Saturia vxore eum locum ſaturia appellaſſe fertur. Et poſtea ei loco ex ſuo nomine, nomen Tarentum impoſuiſſe. Ideo infelicem Mantuam dicit, quia Mãtuanis, ꝙ à Romanis deſciuerant, agri adempti ſunt.

Saturiũ

Tarẽtũ.

MANCINELLVS.

¶ Magis ſtudiũ) ſup. eſt tibi. ‸ Aut ouiũ fœ. aut, &c.) S, cũ ſua vocali ꝑcedenti tollitur in ſcãſione, quidã vero textus antiqui ſœtũ habent. ‸ Vrẽtis culta ca.) hoc ideo, qa vt Plin. ſcri. li. viij. c. xlvij. Capris aĩa eſt, quã ouibus ardẽtior, earũq; morſus arbori exitialis, oliuã lambẽdo quoq; ſterilẽ faciũt: eaq; ex cã Mineruę imolantur. ‸ Saturitatẽ.) à ſatura palude ei vicina, vel ob agri bonitatem, vt Probus ait, Longinqua. ta. eſt. n. Tarentũ calabriæ ꝓxima vrbs extrema Italiæ, de quo late Stra. li. v. Florus ſcri. Tarentũ Calabriæ quondã & Apuliæ totiusq; Lucaniæ caput poſitũ in ipſis Adriatici maris faucibus. ‸ Mantua.) cauſam de amiſſis Mãtuæ aruis late diximus in argumento Tityri in flu. Myncio videlicet q Mantuã ꝑterfluit. ‸ Exigua tm̃.) Cæſar vopiſcus cum cauſam apud cenſores ageret, campos Roſiæ dixit Italiæ ſumẽdos eſſe in quibus perticas pridie relictas gramen operiret, ſed non niſi ad pabulum probat Pli. li. xvij. c. iiij.

ASCENSIVS.

¶ Sin armenta magis ſtudium. Quia conſtituit deſcribere ingenia terrarum, & cuius rei, quęlibet fertilis ſit, ſubinfert naturam etiam terræ paſcuæ atq; herbiferæ, oſtendens quo in loco præſtet: dicens qa iuxta Tarentum & Mantuam iterumq; per tranſitum non inutilem plangit Mantuanorum iacturam qui citra culpam tam felicia prata amiſerant. Sane in qua re Mancinellus diſputat difficultatẽq; facit, alii facili pede elabuntur, legentes neq; aut ouium fœtũ neq; aut ouiũ fœtus, ſed aut fœtus ouiũ Seruius ſummopere cõtẽdit Virg. nõ vſum eſſe elipſi huius literę s, quã tñ veteres frequẽtiſſime vſurpant. Vbi ergo alii eius literæ aſſumptionẽ cenſent, vt in illo. Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro, qũo multi legunt, Seruius iudicat legẽdũ & cernere ferro, Et vbi qbuſdam legendũ videt̃. Hic ſpecus horrendus, & ſæui ſpiracula ditis. Seruius legendũ cẽſet, hic ſpecus horrendũ cui lectioni etiã ſonoritas ſuffragat̃, q̃ & huic loco negat legendũ aut ouiũ fœtũ, legamus ergo. Aut fœtus ouiũ. ¶ Ordo eſt, ſin. i. ſed ſi ſtudiũ ſupp. eſt tibi. i. ſtudes & optas magis. ſ. q̃; vineam tueri. ſ. à fame & inedia armenta & vitulos, aut fœtus ouium. i. agnos aut capellas vrentes. ſ. morſu ſuo, qa quidquid mordent areſit, culta. ſ. aut vineas aut arbuſta, aut ſegetẽ petito ſaltus & lõginqua. i. lõginquas regiones tarẽti ſaturi quod eſt iuxta ſaturã paludẽ vnde & ſaturũ fieri põt, & qđ ſaturas reddit pecudes & petito campum qualem Mãtua ĩfelix. i. disfortunata q̃ citra culpã agros & prata amiſit, amiſit diſco paſcentẽ flumine herboſo, cygnos. i. holores niueos i. ſane cãdidos, & vbi ſup. fõtes liqdi nõ deſunt gregibus. ſ. ad potũ, & gramina nõ deſunt imo abundãt per liptotẽ ad eſcã & vbi ros gelidus. i. frigore matutinali cõcretus reponet. i. reſtituet tm̃ ſ. herbarum exigua. i. modica & breui nocte. ſ. ęſtiua, hoc eſt ſpacio ẽt breuiſſimę noctis, tm̃ dico: quantũ armenta vt boues bubuli vaccę tauri, ęqui, & ſimilia aĩalia carpẽt. i. abrodẽt lõgis diebus. ſ. æſtiuis, eſt ergo antithetõ lõgis diebus & exigua nocte. Reponere aũt eſt reſtituere ablatũ, tractũ à nummulariis qbus dum ſatisfit reponitur quod prius poſuerãt, & ita eſt gratiã aut debitum referre. vnde Iuthurna hæc rapta pro virginitate reponis, Sane ſicut ponere eſt aliquando materiam quãuis primũ deſcribere ita reponere eſt interdũ quod ſemel ſcriptum eſt iteꝝ ſcribere: quo id emendatius fiat. vnde Hora. in arte. Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem. & Iuue. nunq̃; ne reponã &c.

PIERIVS.

¶ Aut fœtus ouium, aut vrẽtis culta capellas) In ant. oĩbus co. manuſcriptis, quos verſare contigerit, ſcriptum obſeruaui. Aut ouium fœtus aut vrentis cultã capellas, vbi, Tus, ꝓut in veteribus poetis ſępe accidit, elidet̃. De caprarum vero halitu arboribus exitiali pleriq; multa dixere, hac porro de cauſa apud veteres, ſi quis locaret prædium, excipiebatur, vt Varro ait, ne colonus teneret capras.

SERVIVS.

¶ Aut vnde iratus.)) Infœcũditate diuturna. ‸ Antiquasq; domos.) Aut reuera antiquas, aut charas. Salluſtius, Tantum antiquitatis curęq; maioribus pro Italica gente fuit. Eſt autẽ ecbaſis in iſta deſcriptiõe. ‸ Ieiuna glarea. Sicca & ſterilis terra. ‸ Caſias roreq;.) Caſia, & Roſmarinus apibus aptæ ſunt herbę. ‸ Tophus ſcaber.) Lapis aſperrimus, vnde & ſcabies dicit̃ ab aſpitate. ‸ Nigris.) Nocentibus. ‸ Necant.) Nicander & Solinus, q de his rebus ſcripſerunt. ‸ Quæ tenuẽ exhalat nebulã. Dicit agrum oĩum rerum feracẽ. Quatuor enim genera agroꝝ imitatur qui ſolus poteſt quod illi quatuor: ſicut ſequẽtia indicant. ‸ Fumosq; volucres.) Quaſi fumos. ſ. ex humore. ‸ Suo gramine.) Naturali ſcilicet, nõ coacto. ‸ Nec ſcabie, & ſalſa lędit rubigine ferrũ.) Proprie. Nã rubigo quaſi ſcabies ferri eſt. ‸ Diues capua.) Ideo diues, quia talem arat. ‸ Veſeuo.) Veſeuus mons eſt Liguriæ, ſub alpibus poſitus, nam Campaniæ Veſuuius dicitur: pro quo multi Veſeuum eſſe poſitũ volunt. ‸ Et vacuis clanius non ęquus acerris.) Acerrę ciuitas eſt Cãpaniæ, haud longe à Neapoli: quam Clanius pręterfluit fluuius, cuius frequẽs inundatio eã exhaurit. Vnde ait. ‸ Vacuis.) i. infrequentibus.

Nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum (nanq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis, non vllo ex æquore cernes.
Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis,
Aut vnde iratus ſyluas deuexit arator:
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquasq; domos auium, cum ſtirpibus imis
Eruit, illæ altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulſo vomere campus,
Nam ieiuna quidem, cliuoſi glarea ruris,
Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat:
Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios æque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum: & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres.
Et bibit humorem, & quum vult, ex ſeipſa remittit:
Quæq; ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit:
Nec ſcabie, & ſalſa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ eſt: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo, & vacuis & Clanius non equus Acerris,

recentem exquirunt improbe

PROBVS.

¶ Talem diues arat capua, & vicina Veſeuo Ora iugo & vacuis, Clanius non ęquus acerris.) Veſuuius mons eſt in cãpania, vino fertilis, quem veſeuum iugum dicit. Eiuſdem campaniæ flumen Clanius iuxta Acerræ nomine, ſed gygantis nomine Clanius dictus eſt, ideo dicit vt Metrodorus, ait. Non æquus, aut idcirco, Acerris exiſtimatur, quod eas ſæpe inundet, quæ vacuæ iccirco dicuntur, quod pene deſertæ ſunt.

MANCINELLVS.

¶ Nigra,) pulla terra eſt optima, & operi ſatiua, quę temperatæ vbertatis eſt, mollis, facilíſque culturæ nec madida, nec ſitiens, & poſt vomerem nigreſcens, & quam aliter vomerem comitantes, coruiq;

coruiq; aratoris veſtigia ipſa rodentes. Plin. li. xvii. ca. v. ¶ Nāq; hoc imita. aran.) ſenſus eſt, ꝙ arando fit ſolum putre, neq; enim vt inquit Colu. libro. ij. c. ij. aliud eſt colere q̄; ſoluere & fermentare terram, ideoq; maximos quæſtus ager præbet. ¶ Plauſtra,) de iis li. Geor. j. ¶ Syluā deuexit.) noualem intelligit, cæſa vetere ſylua, videto in Tityro de nouali. ¶ At rudis.) i. ſterilis & macer. ¶ Enituit,) incanuit non nigruit vt pingui agro euenit. ¶ Ieiuna
Glarea. glarea,) i. ſicca, macraq; terra, minutiſſimis lapillis mixta, glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in Venafrano Plin. ſcribit libro xvij. cap. quarto. ¶ Caſias,) de caſia late Eclog. ij. Plin. lib. præterea. ij. cap. xxj. de cura & pabulo apium, ait harū ergo cauſa oportet ſerere thymum, roſam, violas, lilium, fabā, caſiam, &c. ¶ Humiles,) candidæ enim caſię, magis ſe, humi ſpargunt, ſuntq; odoratæ. ¶ Roremq;,) rorem marinum intelligit. ¶ Tophus ſcaber,) Plin. li. xvij. c. iiij. ait ꝙ Tophus ſcaber natura fabricabilis, expetitiui, quoq; ab authoribus pro vitibus. ſ. Sequenti vero capite, inquit fruges alit tophaſea alba, quæ ſi ſit inter frondes, reperta eſt ad refinitum fertilis. ¶ Chelydris.) Calabria chelydris frequentiſſima eſt, vt Solin. ſcrib. titulo de Italia. ¶ Diues capua,) Strabo libro. v. ſcribit Capuam Campaniæ caput eſſe, Campaniamq; cāpos omnes felicitate ſuperare. Et Plin. lib. decimooctauo, inquit ꝙ quantum vniuerſas terras campus ille campanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ laboriæ vocatur quem phlegreū græci appellant finiunturq; laborię via ab vtroq; latere conſulari: quæ à puteolis, & quę à Cumis, Capuam ducit. ¶ Veſeuo iu
Laborię go.) Veſeuus, veſulus, & veſuuius dicitur, eſt autem mons in
Veſeu⁹. Campania teſte Solino qui vt ſcribit Strabo libro. v. amœniſſimis habitabat agris, excępto cacumine. Dicunt alii Neapolim ad quartum lapidem ꝓximū eſſe. De hoc Plin. Iunior quomodo ſuo tempore arſerit late ſcribit lib. v. epiſtola vero. xvj. &. xx. ¶ Clanius.) cāpaniæ flumen eſt clanius iuxta Acerras à nomine gygantis ita dictus. Non ęquus autem Acerris ideo exiſtimatur, quod eas ſæpe inundet, quæ vacuę iccirco dicuntur quod pene deſertæ ſunt author eſt Probus.

ASCENSIVS.

¶ Nigra fere &c. Oſtendit quæ terra vitibus & quæ paſcuis cō gruat, nunc docet, quę frumento conueniat dicens, quod nigra & pinguis ſic tamen vt ſit putris non nimis cōpacta. Item quæ prius arboribus cōſita erutis illis noualis facta ſit, deinde iterū redit ad arbuſtorum. i. arboꝝ vitibus maritandarum terram. Itē ad eā in qua oleę vberius naſcantur, vt ex ordine patebit q talis eſt, Terra nigra fere. i. pulla & fuſca & pinguis ſub vomere preſſo. i. profundius immiſſo, & cui. ſ. terræ eſt ſup. ſolum. i. ſuſtentaculum glebę putre. i. reſolutum, & non nimis cōpactū) namq; ꝓ quia, nos imitamur arando efficere terrā putrem ſicut nonnulla naturaliter eſt) huiuſmodi in quā terra eſt ſup. optimā. i. cōuenientiſſima frumentis. i. variis frugibus vt tritico & hordeo ac farri, tu non cernes. i. nemo cernet plura plauſtra. i. frugum vehicula decedere ex vllo æquore. i. ex campo ęquo & plano decedentes redire domum. i. in horreum tuum & hoc iuuencis, ideſt bobus iunioribus & ita fortioribus & agilioribus ex iuuēta, ſed tardis, ideſt tarditatis pondere & onere frugum quas domum auehunt plura dico q̄; ex tali terra hoc eſt illa terra maximam faciet tibi vſuram frumenti. Aut ſup. vtilis eſt ille campus vnde arator iratus. ſ. ſterilitati arborum, deuexit ſyluā. i. cunctas arbores, & euertit. i. funditus eruit, nemora ignaua, ideſt inutilia, & nullum fructum afferētia, per multos annos, & eruit cum imis ſtirpibus. i. radicibus antiquas domos, ideſt habitationes auium. i. arbores excelſas, & ille. ſ. aues, petiere altum. ſ. aera, relictis nidis, at, ideſt ſed cāpus rudis. i. ſterilis & macer aut reuera adhuc incultus, eni-
tuit,

tuit, ideſt incanuit & albicauit, ſcilicet paulo poſt vomere impulſo. Nam glarea ieiuna. i. terra macra lapillis imixta, quidem. i. certe ruris cliuoſi. i. qualis eſt in rure cliuoſo, vix miniſtrat apibus caſias. i. herbas illas odoriferas quibus apes veſcuntur humiles, ideſt humi naſcētes, parumq; propter ſterilitatem illic ſurgētes, & vix miniſtrat rorem. ſ. marinum. Et tophus. i. lapis ille ſcaber i. aſper & cauernoſus, hoc eſt terra in qua frequēs tophus eſt & creta. i. terra cretacea exeſa. i. conſumpta chelydris. i. ſerpentibus illis nigris. i. nociuis. Eſt aūt cōſtructio ſemiplena, nō enim videtur referendum ad illud vix humiles apibus &c. vnde ſubaudiendum mihi videtur tales ſunt ꝙ qui de agricultura ſcribunt vt Nicander & Solinus, negent alios agros ferre cibum ęque. i. æqualiter dulcem ſerpentibus & præbere latebebras curuas ſerpentibus. ſ. hoc eſt talis terra eſt aptiſſima latebris & eſcis ſerpentū nō frugibus ferendis. (Si in textu eſſet vt tophus vbi eſt & tophus, facile reperiret ordo, ſic videlicet negant alios agros ferre aquæ dulcem cibum, vt tophus ſcaber, ſup. fert quod quia non exprimitur eſſe locutio minus grammatica. Sit ergo in ſubauditione quod diximus) Illa. ſ. terra q̄ exhalat, ideſt expirat & emittit tenuem, ideſt modicam & exilem nebulam & fumos volucres. i. faciliter euaneſcentes, & quæ bibit. i. attrahit humorem & quæ ipſa. i. ꝑ ſe nullo adiuuante remittit ex ſe. ſ. humorem dū ipſa vult (non dices ex ſeipſa vna dictione, quia ſi ipſa eſſet ablatiui caſus produceretur vbi nunc quia nominatiui caſus corripitur) quęq; i. & quę (ſunt enim duæ dictiones) veſtit ſe ſemper ſuo gramine viridi. i. terra herbifera ſpōte ſua nec lędit ferrum. ſ. aratri, ſcabie & rubigine ſalſa. i. ex ſalſedine naſcēti, illa dico intexit vlmos vitibus lętis. i. fœcundis & iocundis aſpectu & illa. ſ. eadem eſt ferax oleæ, & tu experiere. i. inuenies colēdo. i. dum colis illam & i. ſimul facilem. i. parabilem, & benignam quia multum herbiferā pecori & patiētem (nomen eſt). i. toleratiuā, vomeris vnci. i. incurui, & ſic adiectiuū eſt aut vnci. i. dentis ipſius vomeris, vt ſubſtātiuū ſit. Capua. i. tractus iuxta Capuam quę ciuitas eſt Italię Cāpanię caput diues. ſ. fertilitate agroꝝ arat talē. ſ. agrum & ora. i. regio vicina iugo Veſeuo. ſ. mōti i Cāpania & Clanius. i. accola clanii qui eſt fluuius Campaniæ non æquus. i. iniurius, acerris. i. ciuitati illi campaniæ, vacuis. i. euacuatis ex frequēti inundatione clanii q̄ ſi nulla eſſet nihil eſſet illarū agro fertilius, arat ergo talem. ſ. terram in omnibus autem ponitur continens pro contentis, agri pro colonis quorum eſt arare.

PIERIVS.

¶ Et cui putre ſolū.) Et cui, dactylū eſſe videt Valerius Probus aſſeuerare, dū cui, ex duabus breuibus cōſtare affirmat, nōnunq̄; vero in iambum creſcere, fieri etiam īterdum ſynalœpham. ¶ Roremq;, miniſtrat, Pli. xix. Ros marinus locis putridis, ac macris ſeritur. ¶ Aut, vnde iratus ſyluā deuexit arator.) In Medi. codic. deiecit legitur. ¶ Et tophus ſcaber & nigris exeſa chelydris.) Ita in veteribus oībus habet, male vero poſuere, qui, ſcaber nigriſq; publicandum curauerunt. ¶ Quæq; ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit.) In antiquiſſimo codice Romano, numerus ita habet. quæq; ſuo ſemper viridi ſe. gr. v. ¶ Et ſalſa lædit rubigine ferrū.) In Ro. codice, vti ſæpe dictum Robigine, per. o. legit, prima ſyllaba. ¶ Illa ferax oleæ eſt,) In antiquiſſimo codic. Romanæ notæ, & in mediceo, oleo, legitur & ita in quodam alio vetuſtiſſimo habetur, ex qua dictione vltima ſyllaba abraſa fuit, & oleæ repoſitum. ¶ Et vicina veſeuo ora iugo.) In Ro. veſęuo, ſcriptū ē corrupte, falſum vero eſt, quod apud Seruium legitur veſeuum montem eſſe liguriæ ſub alpibus poſitum. Nam ille veſulus appellatur, de quo Virgilius alibi, veſulus quem pinifer affert, veſeuus vero de quo hic Virgilius, cāpaniæ mons qui & veſuuius, & veſuius, dicitur.

SERVIVS.

¶ Supra morem.) Abūdāter, plus ęquo. Iſti aūt verſus incōparabiles ſunt: tantam habent ſine aliqua periſſologia repetitionem. ¶ Denſa magis Cereri.) Bene addidit magis, nam hoc vult oſtendere qd vbi melius naſcit, pōt enim & frumētum in rara, & vinum in dēſa, ſed nō feliciter, aut naſci. ¶ Capies.) Eliges. vt, Aut cepere, aut captas iā deſpectare videntur. ¶ Inſolido.) Ne ager ſit cō cauus. ¶ Aptius vber erit.) Ap-
tior

Nunc, quo quanq; modo poſſis cognoſcere, dicam.
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa requiras:
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Denſa magis Cereri, rariſſima quæq; Liæo:
Ante locum capies oculis: alteq; iubebis
In ſolido puteum demitti, omnemq; repones
Rurſus humum: & pedibus ſummas ęquabis arenas.
Si deerunt, rarum pecoriq; & vitibus almis
Aptius vber erit: ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis:
Spiſſus ager: glebas cunctantes, craſſaq; terga

tior vbertas & fertilitas. ¶ Glebas cūctātes.) Validas, graues, magnas: vt, Auidusq; refringit Cūctātem. ¶ Expecta.) Proba vt, Et rebus ſpectata iuuēt⁹. ¶ Nec māſueſcit arādo.) Dum aratur, alibi de arboribus ita, Exuerint ſylueſtrē aīum. ¶ Sua nomina.) Propriā generoſitatē. vt, Et nos aliquod nomēq; decuſq; Geſſim⁹. ¶ Specimē.) Dignam probationem. ¶ Spiſſo vimine.) Spiſſi viminis. ¶ Qualos, Colaq; prælorū.) Qualos, per quos vinum defluit,

Expecta:& validis terram proſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus,& quæ perhibetur amara
Frugibus infelix:ea nec manſueſcit arando:
Nec Baccho genus aut pomis ſua nomina ſeruat:
Tale dabit ſpecimen,tu ſpiſſo vimine qualos,
Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis.
Huc ager ille malus,dulceſq; à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur:aqua eluctabitur omnis
Scilicet:& grandes ibunt per vimina guttæ,
At ſapor indicium faciet manifeſtus,& ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

fluit;qui & ipſi à colando dicti ſunt.Præla aūt trabes ſunt quibus vua iā calcata pręmitur. ☞Eluctabitur.) Cum mora egredietur.☞Amaror.) Amaritudo,& eſt ſermo Lucretii, & vera lectio ipſa eſt.Nam multi Amaro legunt; vt ſit, Senſu amaro.

MANCINELLVS.

¶Lyęo,Lyęus Bacchi à Lyo, quod eſt ſoluo,eo quod mentem & membra vinum diſſoluat,vnde ſequitur paralyſis. ☞Huber.)fertilitas.☞Proſcinde iuuencis.)ad frumenta ſerenda.ſ.☞Salſa tellus.) Plin.li.xvij. c.iiij.ait,ſalſæq; terræq; multo melius creduntur tutiores à vitiis innaſcentium animalium.☞Amara,)Plin.lib.xvij.cap. v.ait, terram amaram,ſiue macram ſi quis probare velit demonſtrāt, eam atræ,degeneresq; herbæ.☞Specimen,)documentum,indicium,ſignum,experimētum.☞Qualos,)Calathos.☞Colla prælorum.)ideſt torcularium,vaſa viminea,ſeu crates illas virgeas quæ, vinaceis ſupponuntur p̄lis,ideſt lignis quibus,calcata vua præmitur.☞Fumoſis tectis,);ſolent enim huiuſmodi res in tectis ſeruari,ne pluuia putreſcant.☞Eluctabitur,) exibit.☞Amaror,)Gel.lib.j.ca.xxj.ſcrib.hoc loco legendum eſſe amaror & nō amaro,Aitq; poetam id à Lucretio ſumpſiſſe,qui quidem li.iiij. dixit.Quum tuimur miſceri abſinthia tangit amaror.

ASCENSIVS.

¶Nunc quo quanq; modo.Docuit,quæ terræ quibus rebus cōgruant,nunc docet,quomodo tales eſſe noſcantur dicens,ego dicam,ideſt deſcribam,nunc,ideſt deinceps quomodo tu poſſis, ideſt quilibet poſſit cognoſcere quanq;,ideſt quamlibet terram Igitur.Si tu requiras,ideſt diſquiras & noſſe velis,an ſcilicet terra ſit rara,an denſa ſupra morem,ideſt modum , & menſuram, hoc eſt immodice,requirere autem potes,quia altera,ſcilicet dēſa fauet magis Cereri,ideſt frumento,& altera,ſcilicet rara fauet magis Baccho,ideſt vino,aut vitibus,quod exponit dicens denſa,ſcilicet fauet magis Cereri & quęq; rariſſima,ideſt omnis,valde rara,ſupp.fauet lyæo,ideſt Baccho,hoc eſt vino,aut vitibus. Si tu ergo id requiras,tu capies oculis,ideſt deliges,ante , ideſt priuſquam agas,hoc eſt primum,& iubebis,puteum demitti,id eſt deorſum mitti in ſolido,ſcilicet loco,hoc eſt pleno & non cauernoſo,nec rimoſo,demitti dico alte,ideſt ꝓfunde , & repones rurſus omnem humum,ideſt terram,& tu æquabis, ideſt planabis pedibus,ideſt cōculcando & ſuppeditādo ſummas harenas, ideſt ſummitatem terræ iam parum deſiccatæ,ſi ſcilicet harenæ, deerūt.i.deficient,ita ꝙ non poterunt foſſam replere:rarum ſup. eſt illud vber,& erit aptius pecori ,,ideſt paſcuis aut arboribus, q̄bus pecus veſcitur,& vitibus almis.i.altricibus aut Baccho ſacris.Sin.i.ſed ſi.ſ.arenæ negabunt poſſe ire.i.redire in ſua loca.i. in foſſam vnde pauloante effoſſæ erāt,& terra ſuperabit.i.ſuper extabit & abundabit,repletis ſcrobibus.i.poſtq̄; ſcrobes & foſſę fuerit replete,ager.ſ.ille eſt ſpiſſus.i.dēſus,& expecta à tali agro poſt arationem glebas cunctantes,ideſt graues & quæ te immorari poſſent & terga craſſa,ideſt porcas,hoc eſt terras ab aratro proiectas craſſas,& denſas,& proſcinde terram iuuencis validis, ideſt robuſtis. Autem pro ſed,tellūs ſalſa,& quæ amara, perhibetur,ideſt dicitur infelix,ideſt infauſta,frugibus (nā ea nec manſueſcit , ideſt manſuefit arando , ideſt dum aratur,nec ſeruat Baccho genus, ideſt propaginem quia ex vitibus illic ſatis nemo plantaria ſeruet cum immite vinum ferrent,aut non ſeruat pomis ſua nomina quę,ſcilicet à loco nobili denominari ſolent,vt punica perſica, picentina ) ea dico terra dabit tale ſpecimen, ideſt experimentum,& indicium ſpectabile,tu diripe,ideſt rapiēdo aſſume tectis fumoſis vbi ſcilicet pendet in futuram vindemiam qualos,ideſt calathos & corbes vimine ſpiſſo , ideſt denſe conſerto & diripe colla prælorum,ideſt vaſa viminea quę ad præla,hoc eſt ligna quibus vuæ præmuntur extenduntur,& ille malus,ideſt ſalſus,& amarus ager hoc eſt terra ſumpta ex illo agro,& dulces vndę,à fontibus , ſcilicet ſumptæ , calcentur, ideſt ſtipentur calcibus huc , ideſt in hæc vaſa viminea ad plenum,ideſt donec plena fuerint. Scilicet , ideſt ſcire licet , cur id præcipiat quia omnis aqua eluctabitur , ideſt expelletur vi pedum , cum quibus luctari videtur , & grandes guttę , ſcilicet aquæ ibunt , ideſt manabunt per vimina,at,ideſt ſed,ſapor manifeſtus faciet indicium.ſ.ſui,an dulcis an vero ſalſus atq; amarus ſit,& amaror,ideſt amaricies ſeu amaritudo ſi ſit,torquebit ora tentantum , ideſt periculum facientium ſenſu,ideſt per ſenſum.Sunt qui legant ſenſu amaro,ſed A.Gellius conuincit legēdum eſſe amaror.Multa ergo ſunt abſtracta huius concreti amarus videlicet amaritas,amaritudo,amaricies,& amaror amaroris,ſicut dulcor dulcoris.

PIERIVS.

¶Nunc quo quamq; modo.) In codicibus fere omnibus antiquis quocunq; modo,legit̃,quę lectio:minime recępta eſt.☞Alteq; iubebis in ſolido puteum demitti.) In Mediceo videbis,legitur:vt domini curam & diligentiam ad opus recte faciendum inuidet:vnde ſtatim ſubiicit.Et pedibus ſummas æquabis Harenas,quod ꝑperā in codi.aliquot legitur,pedibus ſummis . Eſt & puteū dimitti,legere.Sed demitti p e,hoc eſt deorſum mitti longe melius.☞Si deerit.) In Mediceo & antiquis aliis, Deerunt,& derunt,facta ſynæreſi ex duobus ee,in vnū.☞Craſſaq; terga expecta.In Ro.cod.legas,exerce,ſed lōge melius,expecta,vt in cęteris codicibus habet̃.☞Tu ſpiſſo vimine qualos) In Longobardico,ſpiſſos vimine qualos,legitur,ſed magis placet,ſpiſſo vimine,vt i Medi.& aliis habet̃.☞Aqua eluctabit̃ oīs.) In antiq̄s pleriſq; codi.luctabit̃,legit̃,q̄d non ita ꝓbatur,quū eluctabitur,rē magis pingere videatur.☞Sēſu torquebit amaror.) Quāuis Seruius,& aliquot alii verā hanc eſſe lectionem aſſerāt,& à Lucretio ſumptā.Cum tuemur miſceri abſinthia tangit amaror,Accedantq; codicū nōnulloꝝ peruete rū teſtimonia,multaq; in hanc lectionē Aulus Gellius cōgeſſerir,diſplicere tamē nō pōt quod in antiq̄ſſimo codi.Roma.amaro,legit̃.Sapor enim vtriq; verbo ſuppoſitum eſſe poteſt. In Lōgobardico etiā amaro ſcriptum erat.Sed enim r,litera altera manu & atramēto appoſita eſt, idē factum in Mediceo.

Pinguis item quæ ſit tellus,hoc deniq; pacto
Diſcimus.haud vnq̄ manibus iactata fatiſcit:
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida maiores herbas alit:ipſaq; iuſto
Lætior:ah nimium ne ſit mihi fertilis illa:
Neu ſe præualidam primis oſtendat ariſtis.
Quæ grauis eſt,ipſo tacitam ſe pondere prodit:
Quæq; leuis promptum eſt oculis prædiſcere nigrā:
Et quiſquis color:at ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt:piceæ tantum,taxiq; nocentes
Interdum:aut ederæ pandunt veſtigia nigræ,

SERVIVS.

¶Habēdo.)Dū habetur.☞Lēteſcit.)Cohæret.☞Iuſto lætior.) Vltra modū,pluſq̄; oportet.☞Ah nimiūne ſit mihi fertilis illa.) Ne herbæ plus ęquo creſcentes ſpem adimant frumētoꝝ.Vnde ait in primo, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.☞Primis ariſtis.) Herbis ſurgentibus , quarum luxuries futuris frugibus nocet : quas culmi tenues ferre non poſſunt.☞Et quiſquis color.)Vera lectio hæc eſt.nā male q̄dam.Et quis cuiq; legunt, excludentes at:vt ſit,Et quis cuiq; color,ſceleratū exquirere frigus Difficile eſt.Alii colos legunt,vt excluſo s , fiat Synalœpha: & ſcādamus ita , Et quis cuiq; col' at ſceleratum:vt ſic ſit,quē admodum, Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro,q̄d non ꝓcedit.Tunc enim,r,in,s,mutat̃,cū longa opus eſt ſyllaba, vt color colos;, labor labos, honor & honos.hic aūt nō ſolū longā nō facit ſyllabam:ſed etiā excludit̃ s cū ſuperiore vocali,vnde legendum eſt quiſq̄s color,quod nec obſcuritatem affert,nec fidē derogat lectioni.☞Sceleratum.☞Nocens,oīa exurēs.☞Hederę pandunt veſtigia nigrę.) Hederę indicant frigus,nā veſtigia,appellauit indicia.Nigrę autem , ad albarum diſcretionem,vt Hedera formoſior alba.

MANCINELLVS.

¶ Fatiſcit.) diſſoluitur, aperitur. ⸿ Habendo,) dum habetur, humida maiores herbas alit. Plinius libro.xvij.cap.quarto inquit, nec ſemper aquoſa eſt terra, cui proceritas herbarum, quę grauis eſt, idem li.xvij.c.iiij.ait. Nec grauis, aut leuior iuſto deprehēdiť

Picea. pondere, qũo enim terræ pondus iuſtũ intelligi pōt? ⸿ Picee,) Picea mōtes amat atq; frigora hęc plurimam reſinā fundit, idem li.xvj.c.xv. ⸿ Taxiq; nocentes,) eſt enim venenoſa arbor, de qua

Hedera. late idē li.xvj. ⸿ Hederę nigrę,) idē li.xxxiiij.c.xlviij. ſcri. hederā inimicam ſatis oībus, ſerpentium frigori gratiſſimam: eſt autem candida & nigra, de qua etiam latius Ecloga ſeptima.

ASCENSIVS.

¶ Pinguis item &c. Eandem rem proſequitur oſtendens videlicet qua via poſſemus terrarum qualitates deprehendere. Vnde ordo eſt. Itē nos diſcimus deniq; hoc pacto.i.modo quæ tellus ſit pinguis. Nā ea ſup. Iactata manibus haud.i.nō fatiſcit, i.diſſoluitur & aperitur, ſed lēteſcit.i.fit lenta, hoc eſt cohęret ad digitos habendo, ideſt dum habetur in morem picis, ſicut pix quæ ſe tāgentibus hæret. Et per ſenſum à contrario dat intelligere quod quę fatiſcit & reſoluitur in puluerem macra fit. Humida alit herbas maiores quam ſup. arida, aut maiores, ideſt ſane magnas, & ipſa eſt lætior, ideſt vegetior iuſto, ideſt quam iuſtum eſt & quā oportet ah ne, illa, ſcilicet humida ſit mihi, nimium fertilis, ideſt ferax, aut luxurians neu, ideſt neue illa oſtendat ſe præualidam, ideſt præter cæteras, validam & huberem in primis ariſtis, ideſt cum primum exurgent ſpicę. Cognoſcitur ergo humida ex abūdantia herbarũ & ſegetũ. Contra arida ex raritate earum. Terra ſup. quæ grauis eſt quęq;.i.& quæ leuis, prodit.i.manifeſtat ſe tacitā.i.tacentē aut licet nihil de ea dicatur, ipſo pondere.i. grauitate & pōderoſitate. Promptum.i.facile eſt prædiſcere.ſ. priuſquā aliquis dicat oculis.i.viſu, nigrā.ſ.terram quæ terra nigra ſit & quiſquis.i.quicunq; ſit ſup. terræ color. At.i.ſed, requirere.i.exquiſite noſſe, frigus ſceleratum.i.infeſtum & nociuum occulte nocens more ſceleratorum, eſt difficile, tantum.i.tantummodo piceæ.ſ.arbores & taxi ēt arbores quę frigora amant nocētes, imo interdũ ſola vmbra necantes, & hederæ nigræ (quia ſunt etiam albę, vnde in Buco. Hedera formoſior alba) pandunt.i.manifeſtant & palam oſtendunt iterdum veſtigia.i.indicia frigoris, quę ſic frigidam terram eſſe indicant, vt veſtigia greſſum eius cuius ſunt. Et hæc de terrarum ingeniis & qualitatibus.

PIERIVS.

¶ Neu præ validam.) In Romano codice, in, Mediceo & aliquot aliis, nec habetur. In quibuſdam aliis, ne. ⸿ Ipſo tacitum, ſe pondere ꝑdit.) tacitum, vel aduerbialiter vel in ſupini figura. vt cur longe repetere debeamus, non video, quum antiqua omnia exemplaria, Tacitam, habeant. ⸿ Et quiſquis color, at ſceleratum exquirere frigus Difficile.) In codicibus nonnullis admodum vetuſtis legere eſt, Et quis cui ve color ſceleratum. In Medi. Et quis cuiq; colos at, vt ſit abiectio illa quam tāgit Seruius, qui tamē lectionem illam magis approbat, quę vulgatis in exēplaribus habetur.

His animaduerſis, terram multo ante memento
Excoquere: & magnos ſcrobibus concidere montes:
Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas:
Quàm lætum infodias vitis genus: optima putri
Arua ſolo, id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor,
At ſi quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum ſimilem exquirunt: vbi prima paretur
Arboribus ſeges: & quo mox digeſta feratur:
Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant:
Vt quo quæq; modo ſteterit: qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi:
Reſtituant. adeo in teneris conſueſcere multum eſt.
Collibus, an plano melius ſit ponere vites:
Quære prius: ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere, in denſo non ſegnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupinos:
Indulge ordinibus: nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Vt ſæpe ingenti bello quum longa cohorteis
Explicuit legio: & campo ſtetit agmen aperto,
Directæq; acies: ac late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus: nec dum horrida miſcent
Prælia: ſed dubius mediis Mars errat in armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum,
Non animum modo vti paſcat proſpectus inanem:
Sed quia non aliter vites dabit omnibus æquas
Terra: neq; in vacuum poterunt ſe extendere rami.

SERVIVS.

¶ His aīaduerſis.) i.agri qualitate deprehenſa. ⸿ Terrā multo ante memēto Excoquere.) Hoc dicit, nō eſſe eo anno ponendas vites, quo fodiuntur ſcrobes: ſed poſt annum. vt calore, frigore, & labore ruſtici poſſit terra putrefieri. ⸿ Infodias.) Obruas. ⸿ Et labefacta mouens.) Hypallage. mouens & labefaciens. ⸿ Ante locũ ſimilē exquirũt.) Dicit, in trāſlatione arboꝝ ſimilē terram eſſe reqrendā. ⸿ Arboribus ſeges.) Quia de ſeminario loqtur arboꝝ, bene ſegetem appellauit. ⸿ Digeſta.i. ordinata. vt, Digerit in numerum. ⸿ Matrem.) Terram. vt, Antiquam exquirite matrē. ⸿ Qua terga obuerterit axi.) Septentrioni. Nā græce ἅμαξα dicitur. ⸿ Collibus, an plano melius ſit ponere vitem Quære.) Atqui ſupra ait, Deniq; apertos Bacchus amat colles, ſed ēt in vallibus poni poſſe vites ſuperius indicauit. vt, Hic tibi præualidas olim multoq; fluētes Sufficiet Baccho vites. Vnde modo vtrũq; complectitur, & dicit quemadmodum in plano, quemadmodũ in collibus vites ponere debemus. ⸿ Metabere.) Eliges. & lōge alia ſignificatio eſt Metor metaris (vnde Lucanus, Heſperios audax veniā metator in agros) & alia Metior metiris. Illud enim metatus ſum: hoc menſus ſum facit. ⸿ Denſa) Pro dēſe. vt, Et pede terram Crebra ferit. pro crebro. ⸿ Indulge ordinibus.) Da operam: vt, Indulgent vino. & eos effice largiores. Nā de plano ait, Denſa ſere. ⸿ In vnguem.) Ad perfectionem. Et eſt tranſlatio à marmorariis, qui iuncturas vnguibus ꝓbant. Horatius, Ad vnguem Factus homo. ⸿ Arboribus poſitis.) Vitibus ordinatis. ⸿ Secto limite.) Ducto. Vnde & ſectę philoſophorum dicuntur, ideſt ductus. ⸿ Quadret.) Conſentiat, congruat. Tranſlatio à quadris lapidibus, qui ſibi bene conueniunt. ⸿ Fluctuat.) Splendet. ⸿ Numeris.) Ordinationibus. Paſcat proſpectus.) Delectet: vt, Atq; animum pictura paſcit inani.

MANCINELLVS.

¶ His aīad.) i.terrarũ natura percępta, vel cognita. ⸿ Exco.) calore videlicet & frigore. ⸿ Multo ante.) ſ.q̃; lętum infodias vitis genus. ⸿ Scrobibus) hoc dicit, qm̄ vitiũ ſurculi, teſte ēt Pli.li.xvij.c.xx. ſeruntur & in ſcrobe, & in ſulco lōgiori, ſuper quos tenerrima igeriť terra: ſed eſſe vitis radicē in media ſcrobe oportet. Et Col.lib.iij.c.iiij.ait. Item ſi ſcrobibus, aut ſulcis vineam poſituri erimus, optimũ erit ante annum ſcrobes vel ſulcos facere. ⸿ Magnos modo.) hoc iubet. Quia cliuoſa altiores poſcunt ſcrobes, quod itē Pli.li.xvij.c.xxj. docet. Maro ſupius ait. Aptos Bacchus amat colles, Colu. ēt li.iij.ca.iiij.ait. Curādũ autem eſt, vt locis arduis, & cliuoſis altius vitiis deponať quā ſi humidis, & planis Aqloni, vt eiꝰ ſ.frigore excoquatur. ⸿ Optima.) ordo eſt, arua putri ſolo optima ſunt. putri.i. mollificato & ſolubili. ⸿ Id vēti,) vt arua ſint putri ſolo. ⸿ Pruinę) de his iam dictum eſt. ⸿ Labefacta.) i.cōuulſa, effoſſa, ſubacta. ⸿ Iugera.) Iugeri menſura ducentos, & quadraginta lōgitudinis pedes continet. dimidiũq; i latitudine de quo Fab. libro.j. Plin. vero libro.xviij. cap.iij. ait ꝙ iugerum vocabatur qđ vno iugo boũ exarari Iugerũ.
in diē potuiſſet. Actus in quo boues agerentur cũ arant vno impetu iuſto, Hic erat centũ viginti pedũ, duplicatuſq; in lōgitudinem iugerũ faciebat, Hæc ex Pli. Varro iugeꝝ ait dictũ, ꝙ iunctũ eſt duobus actibus quadratis. ⸿ At ſi quos. &c.) hoc eſt ſi q ſunt vigilantes. ⸿ Prima ſeges) i.ſeminarium, vel arborũ vel vitium. Locum ſimilē Theophra.li.iij. de cauſis plantarũ ait, ex ſimili loco, aut nō deteriori ſemen accipiēdum. Col.li.iij.c.j.ait. Optimũ eſſe eodē agro, quo vitem depoſiturus es, vel certe vicino facere ſeminarium, at ſi campeſtres, & vliginoſos agros poſſidebis ꝓderit quoq; ſeminariũ ſimili loco facere, & vitē largo cōſueſcere humore. Idē Col.li.iiij.c.ix. ſic ait, ſed & qualitas ſoli plurimum iuuat,

ſuuat, vt ex macro aut mediocri trāſducat̃ in melius: nam quod
aſſuetum eſt pingui, nullo modo maciē terrę patitur, niſi ſępius
ſtercores, de hoc latius idem li.iiij.c.v. ¶ Cœli regi.) Cato ꝑcipit
meridianam cœli partem ſignare in cortice, vt trāſlata iiſdem, &
aſſuetis ſtatueretur oris, ne aquiloniæ meridianis oppoſitæ ſoli
bus finderentur, & algerent meridianæ aquilonibus. Hæc & plu
ra Pli.li.xvij.c.viij. ¶ Axi.) i. ſeptētriōali cœlo. de quo Feſt. Adeo
multum eſt, tm̃ ꝓdeſt. Oui. quoq; ait in arte. Fac tibi conſueſcat,
nil aſſuetudine maius. Et Theophra.li.v. ait ꝙ mos ſolitus pluri
mum valet, fit enim tanquā natura. ¶ Collibus an plano.) de ſo
lo, & cœlo vitibus opportuno, videto latius ibi. Deniq; apertos
Bacchus amat colles. ¶ Metabere.) parabis, ſic enim Nonius hūc
locum aperit. ¶ Denſa.) pro denſe. Col.lib.iij.c.iiij. inquit. Vinea
q̃ anguſtiſſime conſeritur quoquo verſus quinq; pedum ſpacio
interpoſito, ponitur inter.vij.vel.viij. pedes quā rariſſime. Vt etiā
facile arari poſſit inter denos pedes cōſtituitur. Pli. aūt. li.xvij.c.
xxj. ait, ꝙ inter binas vites intereſſe oportet pedes quinos: mini
mum aūt lęto ſolo pedes quaternos tenui plurimum octonos.
Nec ſecius arboribus poſitis in vnguē quadret omnis via ſecto
limite. i. ducto tramite, vel ſulco, nec ſecius, nec aliter quā vitibꝰ:
ſolent enim arbores inter vites ſeri, vel nec ſecius. i. nō aliter ar/
boribus. i. vitibus via quadret, q̃; acies inter ſe ante incœptū præ
lium. ¶ In vnguem.) ad perfectionem, eſt enim metaphora ſum
pta à Marmorariis, qui quidem iuncturas vnguibus ꝓbāt. ¶ Le/
gio.) In legione erant centurię.lx. Manipu.xxx. Cohortes.x. vt
Cynth.li.vj. notauit authore. Gel.lib.xv.c.iiij. Legio aūt dicta eſt
ꝙ leguntur milites in delectu, vt Var. ducet. De legionibus autē
& cohortibus videto Modeſtum.

ASCENSIVS.

¶ His aīaduerſis &c. Poſtq̃; naturas terrarum edocuit ꝑſcribit
quo pacto terra colenda ſit potiſſimum ꝓ vitibus ferēdis: quod
peritiſſime facit ne primi libri partes in hūc cōgeſſiſſe culpetur.
Nam in hoc libro eatenus licet agriculturā deſcribere quatenus
ad vitium aut arborum ſationem cōducit. ¶ Ordo igitur eſt. his
ſ. prædictis de terrarum ingeniis animaduerſis. i. conſideratis, &
cognitis. i. poſtq̃; noſti quę ſit ſua cuiq; terrę natura, & quorum
feliciter ferax ſit, tu memento quoq;. i. etiam excoquere. ſ. ſoli/
bus terram, & cōcidere ſcrobibus. i. in ſcrobes, hoc eſt foſſas, ma
gnos montes, & memento oſtendere aquiloni glebas ſupinatas
i. qua parte terram ſpectabat in cœlum verſas, ante. i. priuſq̃; info
dias. i. plantes aut obruas in foſſam genus vitis lętū. i. fertile &
lętitiā tibi allaturū, arua ſunt optima ſolo putri. i. putrefacto &
reſoluto, vēti & gelidæ pruinæ curāt id. ſ. vt ſolum putrefiat, &
ideo inuertendū & ventis ac ſolibus pruinisq; exponendū eſt, &
foſſor robuſtus. i. purus & fortis mouēs iugera. i. terrā quātam
ꝙ. i. par boū ſingulis diebus arare poteſt labefacta, ideſt effoſſa
& ſubacta, hoc eſt ſubigens & mouens ea, vt ſit ſm̄ Seruium hy/
pallage, labefacta pro labefaciens paſſiuum pro actiuo, aut labe
facta. i. mollificata priuſq̃; moueat aut inuertat. at. i. ſed ſi vlla vi
gilantia, haud. i. non fugit. i. præteriit (eſt enim præteriti tempo/
ris quia primam producit) quos. i. aliquos viros. i. ſiqui adhibue
rint oēm diligentiam ipſi exquirunt ante. ſ. q̃; transferant vites
aut arbores, locum ſimilē, vbi. i. in quo prima ſeges. i. ſatio pare/
tur arboribus, & quo. i. ad quem ipſa ſeges digeſta. i. adulta fera/
tur. i. transferatur, mox. i. paulo poſt. ſ. curabūt vt locus, vbi pri/
ma erit ſatio aut plantatio arborū ſit ſimilis illi quo mox tranſ/
feratur ne ſemina. i. plantaria mutata ſubito ignorent matrem. i.
primam productricem. Quinetiam. i. inſuper, illi vigilantiſſimi,
ſignant in cortice. ſ. arboris transferendæ, regionem. i. faciem &
ſitum cœli, vt quomodo quęq;. i. quęlibet. ſ. arbor aut vitis ſtete
rit. ſ. in priore ſolo, & qua parte tulerit. i. perpeſſa ſit, calores au/
ſtrinos. i. aduſtionem venti auſtralis, & quæ terga ipſa obuerte/
rit axi. ſ. ſeptentrionali eo ſup. modo & ab ea parte, reſtituant eā
terræ adeo. i. intantum eſt multū conſueſcere. i. conſuetum eſſe
in teneris, ſcilicet annis & naturis, quia prima quęq; tenacius hę
rent, atq; cōſuetudo eſt altera natura, quęre, ideſt diſquire etiam
prius an melius ſit ponere vites ſupple in collibus an in plano:
quia dictum eſt, denique apertos Bacchus amat colles. Situ me/
tabere, ideſt parabis aūt eliges ad parandum: ſicut qui caſtra me
tantur locum capiunt: agros campi. i. loci capacis, & pinguis ſere
denſa, pro eo quod eſt denſe & mixtim quia Bacchus. i. vitis eſt
non ſegnior vbere, ideſt fœcunditate campi in denſo. ſ. loco, hoc
eſt vitis, reſpondet vbertati terræ. Sin. i. ſed ſi ſupp. metabere, ſo/
lum in quo ſeras vineam: accliue. i. aſſurgēs paulo collibus, ideſt
mōticulis & collis ſeu colles ſupinos. i. ad cœlum erectos indul
ge, ideſt da operam ordinibus. i. vt in ordinem digerātur: nec ſe/
cius. i. nō aliter omnis via. i. ſitus arborum quadret in vnguem
i. perfecte in formam quadrangularem: fiat arboribus poſitis. i.
diſpoſitis, limite ſecto. i. diuiſo in lineas directas & quadrangu/
las. Vt. i. quemadmodum quum longa legio explicuit, ideſt ordi
nauit ſæpe & ingenti bello cohortes. i. claſſes ſuas & agmē. i. quę
à duce in prælium iamiam agi poteſt multitudo, ſtetit in campo
aperto, & acies directæ, ſcilicet ſūt, & omnis tellus fluctuat, ideſt
micat late. i. ampliter, ære renitenti. i. armis æreis obnitentibus
à nitor nō à niteo. Ipſi ſup. ſic inſtructi necdum. i. non adhuc mi
ſcent ꝑlia. i. conſerunt manus, ſed mars dubius. i. incertus an eos
in ꝑlia inflammabit an ad concordiā redire ſinet, errat in mediis
armis. i. ſic conſtruuntur in ordinem vites vt ſolent ante ꝑlium
inſtrui exercitus qui ſigno dato mox conſeruntur. Sint ergo oīa
dimenſa. i. cōmenſurata, paribus numeris. i. ordinationibus non
ſup. ideo vti. i. vt ꝓſpectus. i. pulcher, de longe hoc eſt porro aſpe
ctus. (Eſt enim pulchrū videre arbores vitiferas in ordinē con/
ſertas) paſcat. i. delectet animū inanē. i. ſeſe rebus inutilibus oble
ctātē: ſicut. j. Æneid. Atq; animum pictura paſcit inani, Sed ſup.
ideo quia terra non dabit aliter. ſ. q̃; in ordinem digeſtis, oībus. ſ.
arboribus & vitibus ęquas. i. ęquales vires hoc eſt ęqualia nutri
menta neq; rami. ſ. arboꝝ, poterūt ſe aliter extēdere in vacuum,
quia ſi confuſe & mixtim ſerantur alia aliā impediret, & ita neq;
ſolem ſimiliter exciperent, neq; nutrimentum à terra ęquale ha
berēt neq; ramos impeditos extenderent.

PIERIVS.

¶ Et magnos ſcrobibus concidere mōtes.) In codice Romano,
circūdare montis, legit̃, quod ſuos habet amatores. In Mediceo
abſq;, &, legitur, Excoquere magnos ſcrobibus cōcidere mōtes.
Nam & mēbrū, quod ſequitur abſq;, copula, eſt. ¶ Mutata igno/
rent ſubito ne ſemina matrem.) aliquot ab hinc annis, omnes ad
vnum conuenere, vt, Mutata, ſcriberēt, & ad ſemina referri vel/
lent, quum tamē in veteribus omnibus exēplaribus, manu ſcri/
ptis, Mutatam, quippe matrē legat̃, eaq; de cauſa Virgilius ſimi
lem locum exquirēdū admoneat, ne accidat ſeminibus, quod &
infantibus, vbi vel matris, vel nutricis vbera mutaueris. Fit enī,
vt alias reformident, eaſq; pertinaciter repoſcant, quibus à tene
ris inſueuerint. Nam quod ſemina mutata, de loco ad locū trāſla
ta interpretari volunt, ineptū eſt. In Medi. cod. apex ille compē
diariæ notę, qui pro. M. finali illitus erat, nunc abraſus eſt. De di
ligētia vero q̃ ſit adhibēda, ne vites deteriore ſeramus ſolo, mul
ta apud Col. & Theophra. ¶ Adeo à teneris cōſueſcere multū ē.)
In Roma. cod. multum eſt. Antiquoꝝ more ſcriptū eſt vt multa
apud Plautū, eſt ēt in teneris, lectio codicis Medicei. ¶ Collibus
an plano melius ſit ponere vites.) In codi. aliquot anti. cū Medi
ceo, vitē vnitatis numero legas: qđ figuratius eſt. ¶ Directęq; aci
es.) In Ro. cod. & hic, & alibi. Derectę legitur eadēq; lectio eſt in
Mediceo. ¶ Ære renidēti tellus.) In codicibus aliquot. Renitēti,
ſyllaba refragāte legitur. Sed enim, Renidenti, cum Roma. codi.
& quibuſdā aliis legendū. Renidere enim ꝓpriū æris eſt, quum
politum & leuigatum fuerit, cuiuſmodi eſſe arma decorum eſt,
quod à Vegetio ꝑcipitur, Nam & Seruius. Fluctuat, ſplendet ex/
ponit, vt ab hac ſentētia non recedat. Quāuis id per metaphorā
potius dictū videtur, eo quod Inſtructę acies fluctuum marino
rum inſtar moueri vident̃. Renidere vero quāuis apud Catullū
& Statium, ad blanditionem quandam ſignificare videat̃, apud
Horatium tamen eo ſignificato dictū quo hic Virg. vtitur, Non
ebur, neq; aureum mea renidet in domo lacunar. ¶ Terra neq;
in vacuū poterunt ſe extendere rami.) In Ro. codice abſq; pro/
nomine, ſe, legitur, Poterunt extendere, vt alibi ferro accingūt,
abſq; ſe, & lateri adglomerant noſtro, eodem modo. In Medi/
ceo tamen & aliis, id pronomen habetur.

Forſitan & ſcrobibus, quæ ſint faſtigia quæras:
Auſim vel tenui vitem committere ſulco.
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos:
Æſculus in primis, quæ quantum vertice ad auras

SERVIVS.

¶ Forſitan & ſcrobibus quæ
ſint faſtigia quæras.) Vt etiam
ſupra diximus, ſcrobes ſunt
maſculini generis, nam Cice/
ro in Oeconomicis ſic dicit: &
Plautus ait Sexagenos ſcro/
bes. Minor autē eſt Lucani, &
Gracchi authoritas. Nā Luca.
ait, Exigua poſuit ſcrobe. Grac
chus, Abūde foſſa ſcrobis eſt,
quod exēplum in Terentiano
eſt. ¶ Quæ ſint faſtigia q̃ras.)
Faſtigium & ſummæ & imæ
partis

Ætherias,tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam,non flabra,neq; imbres
Conuellunt:immota manet:multoſq; per annos
Multa virum voluens durando ſæcula vincit.
Tam fortes latè ramos,& brachia tendens
Huc illuc,media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram.
Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem:
Neve inter vites corylum ſere:néve flagella
Summa pete:aut ſummas defringe ex arbore plantas.
(Tantus amor terræ)neu ferro læde retuſo
Semina:neve oleæ ſylueſtres inſere truncos.
Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis:
Qui furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit:frondeſq; elapſus in altas
Ingentem cœlo ſonitum dedit,inde ſecutus
Per ramos victor,perq; alta cacumina regnat:
Et totum inuoluit flammis nemus:& ruit atram
Ad cœlum picea craſſus caligine nubem.
Preſertim ſi tempeſtas à vertice ſyluis
Incubuit:glomeratq; ferens incendia ventus.
Hoc vbi:non à ſtirpe valent:cæſæq; reuerti
Poſſunt:atq; ima ſimiles reuireſcere terra.
Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris.

partis poſſumus dicere:ſicut altū & mare & cœlū dicimus. Hinc eſt,Cœlumq; profundū. Cū & puteus ſit profundus. ¶Auſim.) Auſus ſim,audebo. ¶Sulco.) i.foſſa. ¶Æſculus in primis.) Arbor eſt glandifera, quæ licet ab eſu dicta ſit,tamē per æ,ſcribitur,ſicut & cælatū,licet à cęlo cęlas habeat deriuationem. ¶Nō flabra.) Hoc nomē tm̄ pluralem recipit numerum,ab eo vero quod eſt flamina,flamen poſſumus dicere,licet ſit vitādum propter aliā ſignificationē. Nā dicitur flamen Dialis,flamen Martialis. ¶Neve īter vites,corylum ſere.) Radices.n.eius nocent vitibus. ¶Neue flagella ſumma pete.) Flagella dicuntur ſūmæ arborum partes,ab eo qđ ventorum crebros ſuſtinēt flatus. ¶Tantus amor terræ.) Sic diligēter à ruſticis ager eſt colendus. ¶Ferro læde retuſo.) Retuſo,obtuſo,quo vites q̄ſſantur potius quam putantur. ¶Neue oleæ ſylueſtres inſere truncos.) Nō quod nō proſit, ſed vt etiā ipſe dicit propter caſum īcēdii. ¶Incautis paſtoribus) Negligentibus,circa alia occupatis. ¶Et ruit atrā.) Egerit,emittit,& ruere facit. Nā modo Ruit agētis eſt. ¶A vertice.) Ab Aquilone.vt,Hic vertex nobis ſemper ſublimis. ¶Ferens.) Flans.vt, Fieret vēto mora ne qua ferēti. ¶Hoc vbi.) Subaudi contigerit. ¶Superat.) Supereſt.vt, Quid puer Aſcanius ſuperátne?

MANCINELLVS.

¶Tenui ſulco.) videto paulo ſupius ibi. Et magnos ſcrobibus cōcidere mōtis. ¶Penitus.) maxime. ¶Flabra.) vētorum flatus. ¶Multoſq; per annos.) quidā antiqui textus habēt ēt multoſq; nepotes,qđ magis placet. Erit aūt ordo,& durādo voluens multa virum ſęcula vincit multos nepotes,ſiue,& voluēs multa virum ſecu.durādo vincit multos nepotes.i.multā,& longā poſteritatē. Multoſq; per annos voluens,multa virum ſæcu.durando vincit,i.ſuperat illa ſęcula,nō ſuperať ab illis. ¶Sęcu.) ſęculū ſpaciū annoꝝ centum vocaꝝ dictū à ſene,ꝙ longiſſimum ſpaciū ſeneſcendoꝝ hoīum putant. Var.eſt author. ¶Verg.) inclinent. Ad ſolē cadentē Pli.lib.xvij.c.ij.ait,ꝙ Vir.vites ad occaſus ſeri dānauit,aliqui ſic maluere q̄ in exortu,à pluribus meridiem probari aīaduerto,nec arbitror perpetuum quidquid in hoc præcipi poſſet,ad ſoli naturam,ad loci ingenium,ad cœli cuiuſq; mores,dirigenda ſolertia eſt. In Aphrica meridiem vineas ſpectare & ſi viti inutile,colono ſalubre eſt. Quoniam ipſa meridianæ ſubiacet plagæ:quapropter ibi,qui in occaſum,aut ſeptentriones conſeret,optime miſcebit ſolum cœlo,cum Virg.occaſus improbet, Nec de ſeptentrione relinqui dubitatio videtur,at qui in Ciſalpina Italia magna ex parte vineis ita poſitis compertum eſt:nullas eſſe feliciores,multum rationis obtinent venti. Hæc ex Pli. Corylū,de Corylo vide in Tityro,eſt autem fructicoſa arbor, de qua multa Theophra.li.iij. ¶Fla.ſum.) Theophra.li.v.de cauſis plantarum ſcri.plantas petendas eſſe ab radice potiſſimum, quod ſi minus cōſequi poſſint,à parte inferiore arboris,potius q̄ à ſuperiore accipiunt,enim,viuaciora intelliguntur,excæpta vite,ac fico,& quidquid humidum ſit,quippe humida parte ſuperiore melius geminant. Columel.libro.iij.capi.ij.ait,ꝙ vitis ſemina optima habentur,à lumbis:ſecunda ab humeris,tertia ſumma in vite lecta,quæ celerrime comprehenduntur,vt ſint feraciora,latius autem eadē habentur li.iiij.c.x. ¶Flagella.(ſummæ arborum partes dicuntur à ventorum flatu. ¶Retuſo.) hebeti. Theophra.lib.v.de cauſis plantarum ait,ꝙ ferro quàm leuiſſime purgandæ ſunt arbores:& vites etiam,periculum nanq; interius propter vlcera imminet,quemadmodum enim radicibus vulneratis quum foditur arbores deterioreſcunt,ſic etiam vulnere partis ſuperioris noxam eandem his poſſe afferri credēdum eſt. Quum nequeunt tolerare ſemina arborum:vel vitium plantulas. ¶Ruit.) emittit. ¶Ab vertice.) à ſeptentrione. Tempeſtas vētorum furor. ¶Ferēs.) flans. ¶Hoc vbi.) ſupp. euenerit. ¶Infelix.) ſterilis.

ASCENSIVS.

¶Forſitan & ſcrobibus &c. quia præmonuit ſcrobes præfodere,& vites in ordinem diſponere:docet ſcrobium ꝓfunditatem dicens. Tu quæras.i. percuncteris forſitan,&.i.etiā quę ſunt faſtigia.i.altitudines:ſeu profunditates,ſcrobibus.ſ. fodiendis,hoc eſt q̄ profunde effodi debeat. Ad quod reſpondet,ego auſim cōmittere vitē:&.i.etiam tenui ſulco,ſed arbor,cui vitis maritatur,defigitur.i.deorſum īfigitur terrę, altius.i.profundius,& penitus.i.pene intus,& viſceribus terræ,& ęſculus.ſ.arbor in primis.i.inter primas,hoc eſt pręcipue æſculus infigitur alte, quæ.ſ.æſculus tendit tantum i.intantum radice.i.per radicē in tartara.i.ad inferna,quantū tendit vertice.i.ſummitate,& cacumine:ad auras æthereas i.cœlum verſus. Ergo quia tā firmiter radicata eſt,hyemes i.tempeſtates non conuellunt illam.ſ.æſculum,non flabra,ideſt venti neq; imbres.i.pluuiæ,ſed manet immota,& vincit.i.voti compos permanet durando per multos annos voluens.i.tranſigens multa ſæcula virum.i.virorum,aut legamus multoſq; nepotes.& ipſa voluēs durando multa ſęcula virum,vincit multos nepotes.i.poſteriores eorum,tum.i.deinde poſtquam ſic radicata eſt,ipſa tendens.i.extendens huc illuc.i.in diuerſas partes ramos fortis,& pro.i.brachia.ſup.fortia,ipſa exiſtens media ſuſtinet ingentem vmbram.ſ.ramorum ſuorum. Neue &c. Docet quo loco,& quo reſpectu ad cœlum vites ferendæ ſint,dicens, Neue ſere Corylum.i.auellanam inter vites,neue pete ſumma i.extrema flagella.i.ramalia,aut ne defringe plantas,ideſt ſurculos,& virgulas inſerendas ex ſumma arbore,ideſt ex ſummitate arboris,tantus.i.tam magnus eſt amor terræ.ſ.ꝙ quo ei viciniora ſint omnia eo ſint fertiliora,neu.i.neue læde ſemina.i.virgultum inſerendum,ferro retuſo.i.hebeti,neue inſere ſylueſtres trūcos oleæ.ſ.inter vites,& arbuſta,nam ignis excidit ſæpe paſtoribus incautis.i.non recte cauentibus,nec proſpicientibus,qui.ſ. ignis tectus primum furtim.i.more furti ſub pingui cortice,videlicet oleæ comprendit,ideſt inuadit poſtea,& ſimul occupat:robora.i.truncum,& elapſus ſurſum,& extra lapſus componiť n.ab extra,in altas frondes.ſ.oleę,dedit cœlo.i.aeri ingentem ſonitum.i.crepitum,& fragorem,eo enim quod frondes virides ſunt,crepitant,& quia pingueis cremari poſſunt,& ipſe ignis victor ſecutus inde.i.poſt combuſtionem frondium,regnat per ramos,& per alta cacumina.i.ſummitatem arborum,& inuoluit i.implicat,totum nemus flammis,& ipſe craſſus caligine.i.fuligine picea.i.qualem pix generat,ruit.i.ꝓiicit(Capitur.n.hic actiue)atrā nubem.ſ.fumi ad cœlum preſertim ſi tempeſtas.ſ.ventorum,incubuit.i.ingruit ſyluis.i.in ſyluas à vertice.i.à ſeptētrione ſm Mācinellū,aut potius deſuper ita,vt ignis à ſummitate vi ventorum deiiciatur in truncos & inde in vicinas arbores,& ſi ventus ferens.i.inflans glomerat incendia.i.flāmarum globos ꝑ cacumina. Vbi.i.in quo loco aut tempore,hoc ſup.euenerit,ipſe oleę non valēt reuireſcere à ſtirpe,& cæſæ.i.amputatę,nō poſſunt reuerti,& reuireſcere ſimiles in ima terra & ita oleaſter infelix.i.infœcundus,ſuperat.i.ſuperabūdant foliis amaris.i.habēs amara folia,qui dominatur extinctis oleis.

PIERIVS.

¶Altius ac terrę penitus defigiť arbor Æſculus.) Antiqua exēplaria ſunt,in quibus Altior.legatur,Quæ quidē lectio in Mediceo cod.ſubditicia eſt,quū prius,altius,ſcriptū eſſet. ¶Multoſq; per annos,Multa virū voluens duranda ſæcula vincit.) In Ro. cod.legere eſt.Multoſq; nepotes,multa virū. ¶Neue inter vites Corylū ſere.) In antiqs exēplaribus.Coryłū per v,ſcribi,quaq; ratione,diximus in Bucolicis,ſunt vero qui intelligāt ꝓceptum

hoc,

hoc,quia Coryli ſunt exiles,neq; diuturnæ,minimeq; idoneæ, quibus vites applicentur.Sed enim potior eſt cauſa quia vitibus nocent,quare iſerius in antipharmacum dixit.Et in veribus torrebimus exta colurnis,vt hoſtia nocẽs eo præcipue virgulto coquatur,quod itidem vitibus nocet,ea enim de cauſa Caper Baccho imolabatur.¶Aut ſummas defringe ex Arbore plãtas.) In veteribus aliquot codicibus ſummas omnino legitur,In quibus &,Deſtringe,non defringe habetur.In Romano vero & aliquot aliis antiquioribus.Summa vnitatis numero,ſexto caſu legitur Ex arbore enim,Summa & ima eleganter dicere ſolemus.¶Neu ferro lęde retuſo.) In exemplaribus antiquioribus,retunſo,legitur,vt vomeris obtunſi,de quo alibi.¶Frondesq; elapſus in altas.) Nõnulla ex veteribus elabſus,ſcribunt per,b,characteriſticum thematis,ita etiam in.iij.Labſus,& alibi eodẽ modo.Harum vero literarum,b,&.p.viciſſitudinariũ conſenſum ſuperius oſtendimus,vnum addam exemplum,quod ẽ contrario carpo,& ſcribo,quum præteritum faciunt characteriſticum præſentis in ſibi cognatam mutant,vt ſcribo ſcripſi,facit,contra vero carpo carbſi per.b.enim præteritum verbi huius enunciari Terentius Scaurus atteſtatur,ſed & ſcribſi,per.b.in antiquis & approbatis exẽplaribus inuenio,vt in Terẽtiano codice vaticano,quẽ pleriq; omnes docti homines magni faciunt,ſcriptum eſt.Tu te his rebus finem pręſcripſiſti pater.Quare mihi non ſit mirum in tanta,ſententiarum varietate,vt labor verbum characteriſticũ ſuum in præterito retinere poſſit.

SERVIVS.

Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat author:
Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems:nec ſemine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis ſatio eſt:cum vere rubenti
Candida venit auis longis inuiſa colubris.
Prima vel autumni ſub frigora:cum rapidus ſol
Nondum hyemem contingit equis.iã præterit æſtas.
Ver adeo frondi nemorum,ver vtile ſyluis:
Vere tument terræ,& genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Coniugis in gremium læte deſcendit,& omnes
Magnus alit magno cõmiſtus corpore,fœtus.
Auia tum reſonant auibus virgulta canoris:
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager,Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arua ſinus,ſuperat tener omnibus humor:
Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto
Credere,nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros:
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem,
Sed trudit gemmas,& frondes explicat omneis.

¶Nec tibi tã prudẽs qſquã,) Dicit quo tẽpore vites ponẽdę ſint,& ꝓbat tolerabiliter autũno melius verno,nã dicturus,Ver adeo frõdi nemorũ,ver vtile ſyluis.¶Cõcreta radicem.) Ante enim quaſi gutta quædã eſt ex terra & humore ꝓcreata,quę poſtea tẽditur in radicem.¶Vere rubenti.) Floribus ſplendido.¶Candida venit auis.) Iuuenalis,Serpente Ciconia pullos Nutrit.¶Vere tument terræ.) Aſper ſimpliciter accipit,vt terrę nominatiuus ſit pluralis.Donatus vero terræ genitiuum vult eſſe ſingularem:vt ſit ſenſus mutata diſtinctione,Vere tument,ſyluæ.ſ.à ſuperioribus:terræ,& genitalia ſemina poſcunt.i.tument ſyluæ & genitalia ſemina terrarum requirũt.Sed melius Aſpeꝝ ſequimur:vt.¶Genitalia ſemina,quæ nos iacimus intelligamus,non quę ex terra ſyluæ ſuſcipiunt.Genitalia autem dicimus ſemina,quibus aliquid procreatur & gignitur.¶Tument.) Suſpenduntur.¶Pater omnipotens fœcundis.) Interdum pro aere Iuno,& ꝓ æthere Iupiter accipitur.Aliquotiens & pro aere & pro æthere Iupiter.Iuno vero pro terra & aqua:ſicut hoc loco itelligimus.Nam æther nõ habet pluuias,vnde ætherem pro Ioue accipimus:cui tribuuntur aer & æther:quæ duo mixta terrę & humori vniuerſa procreant.Dicit autem verno tempore eſſe pluuias,quibus cuncta naſcuntur:vnde fœcundis imbribus dixit:quibus terra fœcundatur.¶Magno cõmixtus corpore fœtus.) Pro corpori.vt,Hęret pede pes.Item alibi,Et magno ſe corpore miſcet.Licet poſſimus accipere,Commixtus terrę magno ſuo corpore i.ætherio.¶Certis diebus.) Statutis,legitimis,à natura arcana quadam ratione diſpoſitis:vt tractat Lucretius,qui dicit rationem hãc ex ętherio calore deſcẽdere.¶Almus) age.Ab eo quod nos alat.¶Zephyri.) Fauonii,alibi,Et zephyro putris ſe gleba reſoluit.Horatius,Soluitur acris hyems grata vice veris,& Fauoni.¶Nouos ſoles.) Dies vernales.¶Nec metuit ſurgentes pampinus auſtros.) Varie.Nam ſupra ait,Audent ſe gramina tuto Credere.¶Trudit.) Propellit,effundit in folia.

MANCINELLVS.

¶Borea ſpirante.) Cum ſolũ flatibus aquilonis concreſcat,atq; ſicceſcat auſtrinis cõtra labeſcat,atq; humeſcat,plantaq; pari ratione humidior ſiccior ve ſeipſa reddatur,hac de cauſa melius ꝑ auſtrum ſeritur radicatur enim germinaturq; celerius,cum planta turgens creditur ſolo turgenti,cœlumq; adeſt emollitum atque benignum,aquilone autem aduerſa omnia veniunt,frigent etenim plantæ,atq; laborant,& ſolo gelato,neq; radicem ęque demittere,neq; germen edere poſſunt,hæc ex Theopha.li.v.de cauſis plantarum.¶Optima vinetis ſatio eſt.) Columella lib.iij.c.iij.ait.Plantaria facito ab oriente à.x.luna & à.xx.hæc vel melior eſt vitibus ſatio,ſed quum ſeres frigidos vẽtos vitato,docet etiam ibidem Columel.quo pacto plantaria debeant fieri,& libro.iiij.capi.xiiij.ait quod vitis vere autũno tempeſtiue deponitur,Vere,melius ſi aut pluuius,aut frigidus ſtatus cœli eſt,vt ager pinguis,aut cãpeſtris,& vliginoſa planicies.Rurſus autũno ſi ſicca,ſi calida eſt æris qualitas,ſi exilis,aut arduus cãpus,ſi macer ꝑruptus ve collis.Vernæq; poſitionis dies fere quadraginta ſunt ab idibus Februarii vſq; in æquinoctiũ rurſus autumnalis ab idibus octo.in kal.Decẽ.Sationis autẽ duo genera,Malleoli,vel viui radicis,quod vtrũq; ab agricolis vſurpat &c.¶Prima vel autũni.) Theophraſtus li.iij.de cauſis plantarũ ait,Turgeſcit ſolum quum humectum,atq; tepidũ eſt,ſtatumq; temperatum aeris obtinet,tunc agile fertile atq; lętũ cõſiſtit,quod duobus fieri temporibus maxime arborum generi ſolet vere,ac autumno,& quidem his temporibus arbores magis ſerimus.Sed melius vere,tunc n.ſolum humidũ eſt,& ſol tepefaciens elicit germen,& cœlum placidum,atq; ſolidũ cõſtat,ita vt ex his oĩbus educatio & germinatio proſpere ſequi poſſit,tamen ſatio cõmunior omnium,vel ꝑlurimorum,tã fructuum q; plantarum tempori verno tribuitur,hęc ille.¶Rubenti.) florido.¶Candida auis.) Ciconiam intelligit,quam ẽ lõginquo venire,non dubiũ eſt,vti & grues illas hyemis,has ęſtatis aduenas nec venire,ſed veniſſe cernimus,honos his ſerpentium exitio,tantus,vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe,eadẽ legimus pœna,quæ in homicidas.hæc & plura.Plin.libro.x.ca.xxij.¶Quum rapidus ſol.) rapit enim ac trahit ad ſe cuncta torrens,& ſorbens calore ſuo quo liquor ſiccatur,de quo etiã ante patuit.¶Æſtas.) Autũni calorem æſtatem appellauit.¶Tumẽt.) turgeſcunt.Et genitalia ſemina poſcunt,ſemper.n.ſolo turgenti ſemina mandare oportet,ſic enim optime germinatio agitur,vt ſcrib.Theophraſtus li.iij.de cauſis plantarum.¶Coniugis in gremium.) Iupiter,vt dixit Ennius,is eſt quem græci vocant aerẽ,qui ventus eſt,& nubes,& imber poſtea dictus,quia mortalis.atq; arbores,herbasq; omnes iuuat.Iupiter item cœlum dicitur.Varro ſcrib.talia Iupiter.i.aer qui ventus eſt,& nubes imber poſtea:Deſcendit in gremium lætę cõiugis.i.Iunonis,quę & terra & Philoſophus ethi.lib.viij.ſcrib.Euripidem hæc dicere.Quũ eſt ſicca tellus ipſa certe tum imbrem amat,quum turget æther imbri,quum cœlum tumet affectat,vt telluris in ſinus cadat.¶Æther.) Iupiter,quem ſummum deum,mundiq; aĩam voluere.Euripides ętherem cœlũ ipſum,ac Iouẽ voluit vt ſcri.Tulli.li.j.de.n.d.Lętę fœcundę veris tẽperie.¶Magno corpore.) ſ.terræ.Subeſt.n.natura terrę,vnde ſuperius ait.Quippe ſolo natura ſubeſt.Natura aũt res oẽs creat,auget,alitq; vt Lucre.ĩquit.¶Reſonant.) Oui.item li.j.faſtorum ait.Et tepidum volucres concentibus aera mulcent.Ludit & in pratis,luxuriatq; pecus.¶Zephyri.) de his late li.j.Geor.Et zephyro putris ſe gleba reſoluit.¶Superat tener omnibus humor.) Ver vero calidum fecit,& humefactũ deus omnium fabricator.Sicca ęſtas,& calida,autũnus ſiccus,& frigidus.Hyems humida pariter & frigida,author eſt Macro.li.vij.¶Nouos ſoles.) tũc enim eſt noua tpis ętas,vt ẽt Oui.lib.j.faſt.inquit.¶Auſtros.) qui humidi ſunt,& nubila nutriunt,

de quibus

Ciconia

Iupiter Aer.

Æther.

de qbus latius ſupra. ꝩ Imbrē.) i. grādinē, ait enim Aquilo li. vj. met. Induroq́ꝫ niues, & terras grādine pulſo. ꝩ Gēmas.) vitium oculos intelligimus per Metaphoram, vt latius patuit Eclo. vij.

ASCENSIVS.

¶ Nec tibi &c.) Docet quo vento flāte arādę aut fodiēdę ſint terræ dicens quia non borea ſed zephyro qui veris tempore flat in cuius laudem parumper digreditur. ¶ Ordo eſt. Nec quiſquam author tam prudens. i. quantumcunq; prudens habeatur, perſuadeat tibi mouere. i. aperire arando aut fodiendo tellurem. i. terrā rigidam. i. conſtrictam gelu, & hoc borea. i. vento illo ſeptentrionali ſpirante. i. cum ſpiritu & ſibilo flāte, quia hyems. i. tempeſtas hyberna ac pluuioſa, claudit, tum. i. tunc. ſ. cum boreas flat gelu, nec patitur. i. non permittit aut ſinit affigere terræ radicem cōcretam, & hoc ſemine iacto. i. poſtq̄ꝫ iactum ſit ſemen. Optima autē ſatio eſt vinetis. i. vitibus vere rubenti, ſ. floribus, vnde & purpureum alibi dicitur, cū. i. quādo auis candida. ſ. ciconia inuiſa colubris lōgis quibus. ſ. paſcitur, venit. ſ. ad nos vel ſub. i. pauloāte prima frigora autumni, cū. i. quando ſol rapidus. i. ad ſe humores attrahentes aut celeriter ſemper currens nondum contingit equis ſuis hyemem. i. lineam aut ſignum vbi exiſtēs hyemem facere ſolet, & cum iam æſtas pręterit. i. inter cauma & frigus intenſum Ver. eſt adeo. i. valde multū vtile, frondi nemoꝝ, ver eſt adeo vtile ſyluis, terræ tument. i. grauidæ fiunt vere, & poſcunt ſemina genitalia. i. qbus cōcęptis generent quia æther. i. aer tepidus, hoc eſt Iupiter exiſtens pater oīpotens deſcendit tum. i. tunc. ſ. tēpore verno, læte. i. lętanter in gremium coniugis. ſ. Iunonis quę ꝓ terra ponit̃ vnde & terrenorum regnorum moderatrix à poetis cenſetur, cenſet̃, ſup. cum imbribus fœcundis. i. fertilibus aut fœcunditatē parientibus, & ipſe. ſ. Iupiter cuius oīa plena ſunt, cōmixtus. ſ. cū magno corpore. ſ. totius terrę, alit oēs. ſ. terrę, & virgulta auia i. in qbus nulla eſt via, hoc eſt ſylueſtria, reſonāt, tū. i. tūc auibus canoris, & armēta repetūt tūc certis diebus (Cęteris. n. in coitu ſatietas eſt, homini pene nulla) Venerē. i. rē naturalē ad ꝓpagandam prolē. Et ager almus. i. quo alimur parturit tūc. ſ. in vere, & arua laxāt ſinus. i. gremiū & recęptaculū ſeminū laxāt dico. i. aperiunt & diſſoluunt, auris zephyri tepētibus. i. teporē afferētibus humor tener. i. molliculus, ſuperat oībus. ſ. viuentibus, & gramina audent credere. i. cōmittere ſe, tuto. i. ſine periculo, nec pampinus. i. ſi frōdes vitiū, metuit ſup. tūc auſtros ſurgētes, aut imbrē i. copiam pluuiæ, actū. i. ipulſum ſup. de cœlo ſup. cū magnis aqlonibus ſed trudit. i. propellit & effundit in folia, gemmas. i. vitium oculos aut modulos, & explicat. i. pandit, omnes frondes, quibus. ſ. opus eſt arboribus fructiferis.

PIERIVS.

¶ Tellurem borea rigidā ſpirante mouere.) In Ro. co. moueri, legitur, quod minime diſplicet. Imperſonale enim habet neſcio qd magis generale ex Seruii ſententia. Nā ēt in ſegetū cultu pcęptum hmōi dedit & borea flante neq; arandū, neq; ſerendū monent agricolationis magiſtri. ꝩ Zephyriq; tepentibus auris laxāt arua ſinus.) In Ro. cod. & in Medi. tremētibus, legit̃, quod ſi admittas dictū erit ab effectu, magis vero placet, tepētibus, ob rationem phyſicā, quod calidi ſit aperire, vt frigidi cōdēſare. ꝩ Audēt ſe gramina tuto credere.) Celſus ait Virgilium ſcriptum reliquiſſe germina, quare male gramina repoſitū eſt, loquitur enim de arborum omnium fœtu.

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies: alium've habuiſſe tenorem
Crediderim, ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis: & hybernis parcebant flatibus Euri:
Quum primum lucem pecudes hauſere, virumq́;
Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
Immiſſæq; feræ ſyluis, & ſydera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem:
Si non tanta quies iret frigusq́; caloremq́;
Inter: & exciperet cœli indulgentia terras.

SERVIVS.

¶ Non alios prima.) Hoc ſecundum licentiam poeticam dixit, nam falſum eſt. Conſtat enim poſt factū mundum ex qualitate curſus ſolis tempora eſſe diuiſa. ꝩ Tenorem.) Ductum. ꝩ Ver illud erat.) Abſoluta elocutio: quidquid illud fuit, ver fuit. ꝩ Hybernis flatibus.) Aſperis, ſęuis. ꝩ Virumq́ꝫ ferrea progenies.) Procreata ex lapidibus ad laborem alibi, Vnde homines nati durum genus. ꝩ Immiſſęq́ꝫ ferę ſyluis.) Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui ſe Proſelenos eſſe aſſerunt, ideſt ante lunam natos: quod & Cicero in Fundaniana commemorat: & Statius qui ait Arcades aſtris lunaq́ꝫ priores. ꝩ Hunc laborem.) Vel frigoris, vel caloris. ꝩ Quies.) Tranquillitas. Et eſt veris definitio, Cœli indulgentia.

MANCINELLVS.

¶ Originem mundi. Pli. ſcri. mūdū quod alio noīe cœlū appellari libuit, neq; genitum, neq; interiturum vnq̄ꝫ noſtri Theologi ſcribunt. xv. kal. aprilis mundū creatū fuiſſe die ſolis. Poeta etiā idem videtur aſſerere, ait enim, ver. illud erat, &c. Orbis dictus eſt mundus, quoniam eius forma in ſpeciem orbis abſoluti globata eſt, vt Piln. docet, magnus orbis, magnus ait, quod vt teſtatur ēt Pli. immenſus eſt, & infinitus, ac finito ſimilis furorq́ꝫ eſt menſuram eius animo quoſdam agitaſſe, atq; prodere auſos pecudes. v. & vj. die volatilia, & animalia cūcta genita ſunt, deinde homo, qui illis dominaret̃ in quo quidem poeta ipſe noſtræ fidei ſequitur opinionem. ꝩ Ferrea ꝓgeni.) Fabulas ſequitur narrantes è lapidibus natos homines, de quo latius Oui. ꝩ Et ſydera cœlo.) quarto die facta ſunt luminaria duo in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terrā. ꝩ Laborē.) ſ. caloris & frigoris. ꝩ Indulgētia cœli.) i. aeris tranquillitas, & temperies.

ASCENSIVS.

¶ Non alios &c. Quo facilius perſuadeat vernam temperiē eſſe in rebus ineuntibus & iam primum creandis aptiſſimā dicit etiā mundi totius originem in verno tēpore fuiſſe, non quia iam ver eſſet cū mūdus fieret, ſed qa prima tēperies quæ iam ꝓducto mūdo fuerat verna erat, primiq́ꝫ qui illuxerint ſoles vernales. Conſentit ergo cū fide mūdum eſſe creatum, & aliquādo icœpiſſe, & ſtatim eo creato ver fuiſſe, hoīeſq́ꝫ vltimo loco creatos, ſed poetice dicit ferreos, ſicut li. j. de lapidibus iactis loquens. Vnde homines nati durū genus, verūtamē meo iudicio de his hoibus qui tēpore Pyrrhę erāt nō loquitur ſed de primis, nam loquitur de his q ſtatim poſt ꝓductionē primarū pecudū ꝓgeniti ſunt quos ferreā

ferreā ꝓgeniē forte appellat, qa ꝓgenitores erāt ferreoꝝ vt ꝓgenies nō ſolū ꝓgenitos ſed & ꝓgenitores ſignificet. Inde n. cęteri ꝓgeniti dicuntur. Ordo ē. Ego crediderim nō alios dies. i. ſoles q dies faciunt non alios dico q̄ꝫ vernos illuxiſſe ſup. in prima origine mūdi creſcētis. i. vt primū mūdus creatus ad aliarū rerū ꝓpagationē creſcere cœpit, ve pro vel, ego crediderim. i. auſim credere, dies in prima origine mundi, creſcētis nō habuiſſe aliū tenorē. i. ductū alium q̄ꝫ vernū illud. ſ. qdqd fuit in prima origine mūdi erat ver, magnus orbis. i. pricipiū magnę reuolutionis, totius ſ. mūdi agebat ver. i. tēpeſtatem vernā, & euri. i. vēti illi oriētales frigidi & cōtrarii zephyro ſeu Fauonio in vere flāti, parcebāt. i. abſtinebāt, hibernis flatibus, tūc. ſ. quū. i. qn̄ pecudes hauſere primū. i. vt dicunt primitus, lucē. i. claritatē diei (qa pecudes erāt ante hoies formatę) & quū ꝓgenies ferrea. i. dura q̄ſi robore aut lapidibus primū genita, aut potius, vt dixi; ꝓgenies ferrea. i. ferreos ꝓgenitura, viꝝ. i. virorū extulit caput duris aruis. ſ. ſaxoſis. & feræ ſunt imiſſę ſyluis. i. in ſyluas, & ſydera ſunt miſſa cœlo (niſi dicas ferę imiſſę ſydera. i. imittēdo effectę ſydera cœlo. i. ad ornatū cœli, fabulant̃. n. ſigna cœleſtia feras ferme fuiſſe, ſed prior cōſtructio melior eſt.) Nec res tenerę. i. recēs genitę poſſent pferre hūc. i. talē laborē vētoꝝ. ſ. & frigoris, ſi tāta qes. i. tēperies, et cōcordia nō iret. i. itercederet iter frigus, qd. ſ. i hyeme eſt, & calorē q ē in ęſtate dn̄ant̃, & ſi idulgētia. i. benigna iſluētia, & q̄ſi clemētia, cœli. i. aeris nō exciperet. ſ. ab aduerſis, & nociuis terras.

PIERIVS.

¶ Cum primū lucem pecudes. Roma. & Mediceus co. Cum primę lucē pecudes, legunt, qd nō diſplicet. ꝩ Virūq́ꝫ Ferrea progenies duris caput extulit aruis.) Lactā. li. j. lectionē agnoſcit, terra, vbi dicit. Illud hoc loco ꝑterire nō poſſum: quod errātes quidā philoſophi aiunt hoies, cęteraq́ꝫ aīalia ſine vllo artifice orta eſſe de terra. Vnde illud Virgilianū. Terrea ꝓgenies duris caput extulit aruis. Sed quātum ꝑtinet ad terreā, tā inſtrumenti noſtri monumētis cōſonū eſt: q̄ꝫ à philoſophoꝝ antiqoribus ſcholis nō alienū Ægyptiis, Arabis, & pleriſq; aliis nationibus, apud quas reꝝ naturaliū diſciplina claruerit, in eandem ſn̄iam facile cōcedētibus. In qbuſdam vero Lactantii codicibus verba illa. Procreata eſt ex lapidibus. Ex Seruii commentario importune videas inſerta Virgiliano carmini. Illud autē terrea, eruditis auribus nō ſatisfacit qui putant Lactātii codicē deprauatum: quū ferrea, ſententiam nihil immutet.



Quod ſupereſt, quæcunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut ſqualēteis infode cōchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisq; ſubibit
Halitus, atq; animos tollent ſata, iamq; reperti,
Qui ſaxo ſuper, atq; ingentis pondere teſtæ
Vrgerent. hoc effuſos munimen ad imbres,
Hoc, vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.
Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram,
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes,
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, & ipſa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos.
Tum leues calamos, & raſæ haſtilia virgæ,
Fraxineasq; aptare ſudes, furcasq; bicornes,
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Aſſueſcant, ſummasq; ſequi tabulata per vlmos.
Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas,
Parcendum teneris, & dum ſe lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis.
Ipſa acie falcis non dum tentanda, ſed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
Inde vbi iam validis amplexæ ſtirpibus vlmos,
Exierint, tunc ſtringe comas: tunc brachia tonde:
Ante reformidant ferrum, tunc deniq; dura
Exerce imperia, & ramos compeſce fluenteis.

SERVIVS.

¶ Quod ſupereſt.) Non quod deeſt, ſed quod ſequitur. ¶ Premes,) Demerges, infodies. ¶ Quæcūq; virgulta,) Siue de plantariis, ſiue de arboribus. ¶ Lapidem bibulū. ¶ Qui arenarius vocatur. ¶ Aut ſqualentes infode cōchas.) Cocleæ autem propter admittenda ſpiramina īfodiunt. Lapis vero arenarius, & ꝓpter ſpiramina, & ꝓpter hauriēdū humorē, ſi forte nimius fuerit. Squalentes. Sordidas. ¶ Animos tollent.) Sument ab his rebus magnanimitatē. ¶ Iamq; reperti.) Scilicet diligētiores. ¶ Effuſos munimen ad imbres,) Contra nimias pluuias. ¶ Hiulca.) Nimiis caloribus fiſſa. ¶ Ad capita.) Poſitarū. ſ. vitium. ¶ Iactare autem bidētes.) Hoc ad cōminuendas pertinet glebas. ¶ Flectere luctantes.) Cum q̄dam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. ¶ Leues calamos.) Nitidos. Dicit autem & cannas & virgas radendas, ne ex corticibus rubigo aduerſa vitibꝰ poſſit creari. ¶ Sequi tabulata.) Tabulata ſunt rami effuſiores & in plana tendentes, non in altiora creſcentes. ¶ Per purum.) Per aerem. ¶ Ipſa acie falcis nōdum tentāda.) Si acies, ſenſus hic eſt, Teneris adhuc vitibus, nō eſt falcis acies neceſſaria ſi Acie, ſubaudiuimus virgulta: vt ſit, Ipſa virgulta nōdum falcis acie tentanda ſunt. ¶ Stirpibus.) Solidioribus palmitibus, i. truncis. ¶ Frons tenera.) Frōdis vera lectio eſt. Lucre. Frōdiferasq; domos auiū. Apud antiqores enim ſingularis noīatiuus erat frōdis: hodie vero & à frōte & à fronde vnus eſt noīatiuus frons, ſicut etiā lens à lente, & à lende capitis breuiore pediculo.

PROBVS.

¶ Tabulata per vlmos.) rami ſunt, q vites ſuſtinent ꝑ tranſlationē, qa ruſtici, quū putāt, ſupra eos ramos ſtāt, hoc eſt tabulas.

MANCINELLVS.

Fimus. Agri. ¶ Quod ſupereſt.) quod reſtat docendum eſt ſup. vel aduertendum. ¶ Fimo.) Theophraſtus li. iij. de cauſis plantarum inquit, quod ſtercus agrum, & ſolutum & tepidū reddit, quod alii ꝓtinus terræ permixtū plantæ aggregant, alii inter terram ſuperiorē mediū diſponūt. ¶ Occule terra.) terra, inferior alit vitem & arborem, ſuperior cuſtodit, Col. lib. iij. c. iij. author. ¶ Lapidē.) lapides, ſubiiciunt, vt plantę per hyemē humore perfrui, & ꝑ æſtatē poſſint refrigerari. Eniuero contra vtrūque tēpus ita præparaſſe oportet, vt lapides humorem cōtineant & æſtate radicibus calorem ꝓpulſent, alii ſarmenta, ſubſternunt, alii vas fictile plenū aquę apponunt. Theophraſtus edocet li. iij. Col. etiam libro. iiij. c. iiij. ait, in imo ſcrobe lapides, circa pōdo qnq; poni to ne vitem premant, Sed iuxta radices ſint. Theophraſtus autem ꝑdicto libro ait, oportere etiam calculos ab amne, aut faucibus torrentis petitos, nam ſi lapis latus, atq; perpetuus ſit, arbori eſt noxę, ſi rotundus, minutusq; ſubiiciat, refrigerat, & aquam tranſmittit, & locum radicibus peruiū præſtat, lapides pręterea hyeme tepefacere, æſtate refrigerare poſſe affirmant. ¶ Squalentis.) ſqualens, à ſquamis dicitur ſplendens, à ſqualore vero ſordidum. Squalē ¶ Qui ſaxo ſuper.) Maronis præceptum fuit, vt in ſcrobibus lapides diſponerentur, qui ſinguli nō excederent, quinq; librarum pondus, hi enim videntur & aquas hyemis, & vapores æſtatis, ꝓpulſare radicibus author eſt Col. li. iiij. c. xv. ¶ Munimen.) ſ. eſt. Hoc. ſ. munimē eſt. Hiulca ¶ Hiulcam ſiti.) i. ſiccitate aperiente ea arua. ſ. ab hio hiulcus deducitur. Catullus etiam ait, Quum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. ¶ Canis æſtifer.) vij. kalendas Auguſti canicula apparet, eſtq; caligo æſtuoſa, vt ſcrib. Columella li. xij. Et Plinius ſecundo ait, caniculæ exortu accendi ſolis vapores quis ignorat? ¶ Ad capita.) capita vitium putata circunfodito, arare incipito, vltra, citraq; ſulcos perpetuos ducito, ita præcipit Cato, teſte Plinio libro. xvij. ca. xxi. Columella autem lib. v. ait, quod ſat pleriſq; viſum eſt ex kal. Martii vſq; in Octob. triceſimo quoque die nouella vineta confodere, omnesq; herbas & præcipue gramina extirpare, &c. ¶ Aptare.) ſupereſt. ¶ Tabulata.) cacumina ipſa, &

arborum

arboꝝ caſulas. ☞ Parcēdum teneris.) Plin. li. xvij. docet nō eſſe feſtinandum ad putationem nouellę vitis, ſed primo in circulos materiē colligendā. Nec niſi validę putationē admouendā. ☞ Palmes agit.) vitis materia mollis. Qui per nouella brachia emiſſus fructum affert, propterea lætus palmes ait poeta. Dicitur autem palmes, vt Feſtus ait, quod in modum palmarū virgulas, quaſi digitos edit. Et Col. ait lib. iiij. c. vj. ꝙ Malleolus nouellus eſt palmes innatus primi anni flagello, &c.

ASCENSIVS.

¶ Quod ſupereſt. Redit ad inſtitutum ſuum docens quo pacto terræ vitibus ferendis aptandę ſint. ¶ Ordo autem eſt. Quod. i. vt agamus quod ſupereſt. i. agendum & docendum reſtat: quæcunq; virgulta tu p̄mes. i. preſſa plantabis per agros ſparge ſup. ea fimo pingui, & tu memor, aut pręcępti mei, aut infelicitatis aliter plantatorum, occule. i. occulta & abſconde ea, multa terra, & infode. i. ſimul cum vitibus in eadem foſſa fode aut lapidē bibulum, ſ. aquę hoc eſt arenarium, aut conchas ſqualentes. i. ſordidas, vt. ſ. per teſtas fiant ſpiramenta, enim pro quia, aquę. ſ. pluuię aut deriuatæ: labentur inter. ſ. conchas, & tenuis halitus. i. ſpiritus ſubibit. i. clanculum intrabit & ſata. i. ſeminaria plantarum tollent. i. erigent animos. i. vigorem ſuum. Et iam reperti. ſ. ſunt qui ſuperurgerent. i. pręmerent ſaxo atq; pondere ingentis teſtę quia hoc. ſ. aut ſaxum, aut teſtā magnam ſuperponere, eſt munimē. i. protectio. ad. i. cōtra imbres perfuſos. i. nimis impetuoſos, hoc. ſ. etiam minimem eſt contra æſtum cum. i. quādo canis ęſtifer, in quo ſigno ſole exiſtēte intēſiſſimus ſolet eſſe calor, findit, ideſt ſecat & diuidit arua hiulca. i. hiantia ſiti. i. ſiccitate. ☞ Seminibus poſitis docet quid agendū ſit poſtq̄; ſeminaria poſita ſunt dicens, ſeminibus poſitis. i. poſtq̄; ſemina poſita ſunt ſupereſt. i. reliquum eſt, deducere. i. deorſum ducere ſæpius terram ad capita. ſ. ſeminum, & iactare. ſ. ſuperiniicere bidentes inſtrumenta vinitorum duos dentes habentia, duros quia ex ferro aut reſpectu glebarum & hoc ad glebas diſcutiendas & diſſoluendas, aut exercere ſolum. i. terram ſub vomere preſſo. i. altius imiſſo, & flectere, ideſt cum moderatione ducere iuuencos luctantes. i. petulcos & qui luctarentur ſi non flecterentur inter vineta, ideſt loca in quibus vites naſcuntur. Loquitur de ſitu Italico, vbi inter ordines vinearū agri frugiferi ſatis derelinquitur vt arari poſſit. Habent enim fere in eodem ſolo vinum frumentum & fructus arborum. Tum. i. deinde ſupereſt, aptare. ſ. ad vites ſuſtentādas, calamos leues. i. nitidos ac politos ſeu leuigatos, hoc eſt decorticatos, producitur enim prima, & pro. i. haſtilia. i. perticas virgæ raſæ. i. decoriatę & ſudes fraxineas vnde pali fiunt & furcas bicornes. i. bina cornua habentes, ad ſuffulciēdas vites aut impoſitas perticas, quarum. ſ. furcarum viribus. i. ſuſtentaculis. ſ. vites aſſueſcant. i. aſſuetæ fiant, eniti, ideſt erigi cum quodam annixu, & cō tenere

tenere ventos, vnde deiicerentur, ſi non haberent fulcimen, & aſſueſcant ſequi tabulata (quæ vulgus ſolaria vocat, quia ſolum faciunt quaſi per aerem euntibus: ſed tabulata dicuntur: quia ex tabulis ſuper trabes poſitis conficitur, vitium autem teſtudines tabulata dicuntur: quia perticæ pro trabibus, & vites cum frondibus ac fructibus tabularum vicem præſtant) tabulata igitur. i. cōnexiones perticarum in morē tabulatorum: per vlmos ſummas. i. quæ ſunt in ſummitatibus vlmorum. Ac dum, ideſt quādiu prima ętas adoleſcit frondibus nouis. i. quādiu frondes tenerę ac nouæ & nondum adultæ ſunt, parcendum. ſ. eſt. i. parcere oportet, teneris frondibus vitium videlicet hoc eſt pampinis, & i. etiam dum palmes lætus. i. vegetus agit ſe ad auras. i. erigitur, & multum adhuc creſcit imiſſus per purum. i. liquidum aerē & hoc habenis laxis. i. libero excremento, ipſa acies falcis nondum ſ. eſt tentanda. ſ. in putandis vitibus. i. nōdum putādæ ſunt vites: ferro ipſius falcis. i. cultri incurui quo vites putari ſolent: ſed frōdes. ſ. luxuriātes & ſuperflue pāpini: carpendę ſunt manibus vncis. i. incuruatis aptis videlicet cōſtrictis digitulis, & frōdes ſunt interlegendę. i. tollendæ de medio non temere ſed cum delectu inde. i. poſtmodum vbi adoleuerint vites, vbi. ſ. frondes, exierit, ſtringe. i. decerpe ſtringendo, tum. i. tūc comas. i. pampinos, quæ ſunt vitium comæ, & tonde. i. reſeca & puta tum, ideſt tunc brachia. i. palmites. Nam ipſa brachia. ſ. reformidant ante. i. priuſquā emiſerint frondes, ferrum. ſ. falcis, deniq;. i. vt ſemel pręcipiam, exerce tum. i. tunc: dura imperia. ſ. amputando (nam durus ímperator eſt qui in capita ſuorum animaduertit) & pro. i. compeſce ſ. putando ramos fluentes: ideſt luxuriantes hoc eſt qui effluerēt luxurioſe, niſi compeſcerentur.

PIERIVS.

¶ Supereſt deducere terram.) In Ro. codi. diducere. In aliquot aliis, educere. Sed vulgata lectio caſtior. ☞ Furcaſq; bicornes.) In Ro. cod. legere eſt. Furcaſq; valētis, quod mihi nō ſatisfacit, tametſi in aliquot aliis codi. ea lectio reperiatur. ☞ Palmes agit.) In Medi. co. aget, futuro tempore legitur. ☞ Ipſa acie falcis nondum tentada.) In Roma. codi. numerus ita habet ipſa acie nondum falcis. In aliquot aliis. Ipſa acies, legitur, ſententiā vero hāc Quintilianus ſibi deſumpſit inſtitutionum libro. ij. Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati poſſe. ☞ Et ramos compeſce fluentes.) In anti. codi. Ro. legere eſt, ramos compeſce valētis, pręcępto, phraſiq; ex Varrone ſumpta, qui primo de agricultura ait. Vites pampinari, ſed à ſciente, nam id, q̄; putare, maius, neq; in arbuſto ſed in vinea fieri, pampinare eſt ſermento coles q nati ſunt de iis qui plurimum valent, ſecundum, nonnunq̄; & tertium relinquere, reliquos decerpere ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum.

Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum:
Præcipue dum frons tenera, imprudenſq; laborum.
Cui ſuper indignas hyemes, ſolemq; potentem.
Syluestres vri aſſidue, capreæq; ſequaces
Illidunt: paſcuntur oues, auidæq; iuuencæ:
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur: & veteres ineunt proſcenia ludi:
Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Theſeidæ poſuere: atq; inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.

SERVIVS.

¶ Texendę ſepes etiam.) Alii hic diſtingunt: alii ſeparant texendę, ſepes etiā & ſpecus omne tenendum. ☞ Solem potentem.) Intolerabilē, grauē. ☞ Indignas autem hyemes,) Sæuas. ☞ Syluestres vri.) Ideſt boues agreſtes, qui in Pirenæo mōte naſcūtur inter Gallias & Hiſpanias poſito. Sunt autem excęptis elephantis, maiores aīalibus cæteris. dicti vri ἀπὸ τῶν ὄρων, i. à mōtibus. ☞ Capreæq; ſequaces.) Ideſt perſecutrices. vt, Maleæq; ſequacibus vndis. ☞ Incumbens ſcopulis.) Etiam ſaxa caloribus penetrans. ☞ Admorſo.) Participium eſt, ac ſi diceret abroſo. ☞ Non aliam obſcuram.) Victimæ numinibus aut per ſimilitudinem, aut per contrarietatem immolantur. Per ſimilitudinem, vt nigrum pecus Plutoni. Per cōtrarietatem, vt porca, quę obeſt frugibus, Cereri: & caper qui obeſt vitibus Libero. Itē capra Æſculapio qui eſt deus ſalutis: quum capra nunquam ſine febre ſit. ☞ Aris autem omnibus) non ſine cauſa dixit, Nam cum numinibus cæteris varie pro qualitate regionum ſacrificetur, vt Veneri Paphiæ tantum de ture: vnde eſt, Haud equidem tali me dignor honore. Genitrici vero, ideſt Romanæ, etiā de victimis: Libero

Libero vbiq; caper immolatur. ☞ Veteres ineunt proſcenia ludi.) Primi ludi theatrales ex liberalibus nati ſunt: Ideo ait veteres ludi. Proſcenia, autem ſunt pulpita ante ſcenam in q̄bus ludrica exercentur. ☞ Pagos & compita circum.) Ideſt per quadriuia, quæ cōpita appellantur, ab eo, quòd multæ viæ in vnam confluant: & villas, quę pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellātur, ideſt à fontibus circa quos villę conſueuerant cōdi. vnde & pagani dicti ſūt, q̄ſi ex vno fonte potātes. Cōpita, aūt ſunt vnde ludi cōpitalitii vocanť. ☞ Theſidę,) Athenienſes: q primi ludos iſtituere liberales. ☞ Mollibus in pratis vnctos ſaluere per vtres.) Vnctos vel oleo vel lexiuia. In pratis, aūt ideo ne lędereť cadētes. Vtres, vero fiebāt ad inſultationem etiam mortuoꝝ caproꝝ, ne quid ex his eſſet quod nō ſentiret iniuriā. Saliere. Secundum artem locutus eſt. Nam ſi ſalio ſalui dicebāt: vnde & Cicero ait, in Miloniana, Cū hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet, Sic etiam ab eo quod eſt Cano, non cecini, ſed canui dicebant, vnde Salluſtius, Cornua occanuerunt.

PROBVS.

¶ Non aliam ob. c. b. c. o. a. Cæditur & ve. in Proſcenia ludi Prę

Virg. nn ij miaq;

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

mia'q; in.p.e.c.cir.Theſidæ.p.a.i.p.l.Mollibus in.p.v.ſaliere per
vtres.) Poſtq̃ mortale genus aialium cœpit carne veſci, ex his
quæ frugibus nocerent, vel aliquos læderent fructus. Prima exi
ſtimatur hoſtia fuiſſe ſus. Secunda caper. ille: quia terram roſtro
protrudẽdo ſemen erueret, hic, quia vitem læſerat. Itaq; et Oui.
in.xv. Teſtimoniũ huic opinioni dicẽte Pythagora. Et prima pu/
tatur hoſtia ſus Meruiſſe necem, quia ſemina pando, Eruerat ro/
ſtro, ſpe'q; inter cæperat anni, vt caper.m.b.m.ad aras Ducitur,
vltoris nocuit ſua culpa duobus. Præmia autem poſuiſſe theſi/
das. Quum dicit ingentes pagos, & compita circũ, Athenieẽſes ſi/
gnificat à rege Theſeo dictos, itaq; ludis qa premiũ victori erat
caper qui grece tragos: tragœdia cœpit appellari, genus quoddã
carminis ab antiquis cauſa ſpectaculi inſtitutum.

MANCINELLVS.

❡Vri.) In ſylua hercynia Germanię ſunt magnitudo paulo in/
fra elephãtes ſpecie & colore, & figura tauri, magna vis eorum,
& velocitas, neq; homini neq; feræ quã conſpexerunt parcunt:
hos ſtudioſe foueis captos interficiunt cornua ſtudioſe conqui/
ſita ab labris argento circũcludunt, atq; in ampliſſimis epulis ꝓ
poculo vtuntur. Hec ex lib.vj.cõmenta. Cæſaris de bel.Gal. Ma
cro.lib.vj.ait ꝙ vri Gallica vox eſt qua feri Boues ſignificantur.
☞ Capreæ'q;.) Capreæ in plurimas ſimilitudines transfigurant̃,
Capreæ ſunt capreæ. Sunt rupicapreæ, ſunt Ibices pernicitatis mirandę,
ſunt & Damæ, multa'q; alia haud diſſimilia, Pli.lib.viij. ☞ Incũ/
bens ſcopulis arentibus.) ideſt ſaxa etiam ipſa calore penetrans.
☞ Admorſo.) Caprarum morſus, arboribus exitialis, Oliuã lam
bendo quoq; ſterilem faciunt, ea'q; ex cauſa Mineruæ immolan
tur, author Pli.lib.viij.ca.xlvij. ☞ Caper.) Prima hoſtia fuiſſe pu
Caper. tatur ſus, ſecunda caper, illa, quia rictu ſemina eruerat, hic, quia
Sus. vitem læſerat. Hinc Ouid.lib.xv.meta. Loquente Pythagora ſcri.
Et prima putatur Hoſti a ſus meruiſſe necem, quia ſemina pãdo
Eruerit roſtro, ſpem'q; intercęperit anni, Vite caper morſa Bacchi
mactatus ad aras Dicitur, vltoris nocuit ſua culpa duobus, aſſe/
rit idem Var.li.ij.ca.iiij. ☞ Omnibus aris.) Nam cum aliis Diis ꝓ
varia regionum conſuetudine vario modo ſacrificetur, Baccho
ſemper, & vbiq; i liberalibus mactatur caper. ☞ Veteres lu.) Spe/
ctaculorum origo, teſte Caſſiodoro, ab græcis tracta eſt, nã quũ
agricultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus per lucos,
vicos'q; celebrarent. Athenienſes primum agreſte principium in
vrbanum ſpectaculum collegerunt. Theatrum græco vocabulo
appellantes, vtq; Diomedes ait, hyrcus premium cantus propo
nebatur, vnde Hora. in arte inquit. Carmine qui tragico vilẽ cer
tauit ob hyrcum. Inde itaq; Tragœdia dictum eſt carminis ge/
nus à trago.i.hyrco, Teſpis autem genere Athenienſis primus
Tragœ/ inuenit tragœdiam, ait enim Hora in arte, Ignotum tragicæ ge
pia. nus iueniſſe camœnę, Dicit̃, & plauſtris vexiſſe poemata Teſpis.
Theſpis ☞ Ineũt.) Petũt, adeunt Proſcenia pulpita erãt ante ſcenã in q/
bus ludicra exercebant̃. ☞ Pagos.) i.vicos, & cõuenticula ruſtico
rũ, ſm Diomedẽ, dicti aũt pagi à fontibus πηγὴ enim fons dicit̃
Proſcæ Dorice author eſt Feſt. ☞ Cõpita.) Sunt triuioꝝ platee vel ſpacia.
nia. ☞ Theſidę.) Atheniẽſes, Theſeus enim, vt Euſeb.ſcri. Athenienſes
Pagus. prius ꝑ regionẽ diſperſos in vnã ciuitatem congregauit. ☞ Poſue/
Cõpita. re.) Scilicet caprũ, vt iis eſſet premium. ☞ Vtres.) Icaro patri Eri
Theſeꝰ. gones: liber pater, vinum & vitẽ, & vuã tradidit: qui cũ ſæuiſſet,
vitẽ ipſam, & hyrcus in vineã ſe conieciſſet, & quę ibi tenerrima
folia videret, decerpſiſſet, ex pelle eius vtrem fecit, ac vino ple/
num perligauit, & in medium proiecit, ſuos'q; ſodales circa eum
ſaltare coegit, author eſt Hyginius.

ASCENSIVS.

❡Texendę ſepes &c.) Adhortatur ꝑmunire vineas ſepibus ab
hyrcorum caprarũ'q; incurſibus: facturis inde tranſitum ad ſa/
crificia ruſticorum deſcribenda. ❡Ordo eſt. Sepes.i. munitiones
ex virgultis in cratium morem complicatis vineas ſepiẽtes, ſup.
ſunt etiam texendæ, & omne pecus eſt tenendum.i. arcendum à
vineis precipue dum.i. donec ſeu quãdiu, frons eſt tenera & im/
prudens.i. inexperta, laborum.i. incõmodorum, cuiuſmodi ſunt
hyemes venti, grãdines morſus, ifractiones putationes &c. Cui
ſcilicet frõdi, Vri.i. id genus bouis, ſylueſtres.i. petulci, & indomi
ti, & capreę.i. capre ſylueſtres, ſquaces.i. pſecutrices, aut quæ vi/
neas inſequũtur illudunt.i. nocent & officiunt ſup.i. vltra aut ꝑ/
ter, indignas.i. nimis magnas, hyemes.i. tempeſtates pluuioſas,
& ſolem potẽtem.ſ. in ardore atq; eſtu, oues paſcuntur.ſ. vineas
& iuuencæ auidę.ſ. cibi paſcuntur.ſ. vineas, Nec.i. non, & frigora
concreta.i. cõſtricta pruina cana.i. per pruinã albicãtẽ aut æſtas
grauis.i. calor vehemẽter eſtiuãs, incumbens.i. violẽter ingruẽs
ſcopulis.i. ſaxis in mari ſitis arentibus.ſ. pre ſiccitate, & ita vehe/
mẽti calore fiſſis, nocuere.ſ. frõdi aut vitibus tñ.i. intantũ, quã/
tũ illi greges.ſ. capreaꝝ ꝑcipue, & quantũ.ſ. nocuit, venenum den
tis duri.ſ. capreaꝝ qui qcquid abrodit ſimul exurit, & cicatrix.i.
ſtigma duri dentis ſignata.i. infixũ, in ſtirpe.i. trũco & Stipite, ad
morſo.i. mordicus abroſo. Caper cęditur.i. mactatur Baccho exi
ſtens ſacer.i. aut execrabilis aut ſacrificabilis: cæditur dico oibus
aris cũ aliis numinibus varię mactent̃ hoſtiæ ac victimę ob nõ
aliã cauſam.i. ob eã cauſam qa.ſ. vitẽ abrodit & inurit, vnde Oui.
in Faſt. Rode caper vitem tñ hinc cum ſtabis ad arã, In tua quod
ſpargi cornua poſſit: erit, & ludi veteres imo vetuſtiſſimi, qa pri/
mi creduntur fuiſſe, ineunt proſcenia.i. loca ante ſcenas.i. vmbra
cula pro quibus agebantur aut ludebantur fabellę, & Theſidæ.i.
Athenienſes à Theſeo in ciuitatem collecti, poſuere premia.ſ. ca/
prarum, vnde Hora. Carmine qui tragico vilem certauit ob hyr
cum, ingentes.i. valde magnos, pagos.i. vicos circa fontem in
agro exiſtẽtes. (Galli villagia vocant) & circum compita.i. loca
quo plures cõpetunt.ſ. quo plures cõueniunt, vt ſunt triuia, atq;
ipſi leti inter pocula.i. poſt epulationẽ & cõpotationẽ ſaliere in
pratis mollibus.i. herboſis per vtres.i. ſaccos ex corio factos &
vino impletos, vnctos.i. pingues & lubricos. De his autẽ latius
diſquirit Beroaldus in Seruium, cuius verba ſimul cũ his quę de
ſericis lanis annotauit in hũc locũ recępi. Sunt autẽ in illa verba
Seruiana. Apud ſeras ſunt in arboribus vermes, qui in aranearũ
morẽ fila tenuiſſima deducunt vnde eſt ſericũ. Cõtra quæ Bero
aldus & hiſtorici oẽs diſſentire vident̃ à Seruii ſnia ſcribẽtes quẽ
admodũ apud ſeras ſunt arbores lanigerę ſine vermibus quarũ
frõdibus caniciẽ depectunt aqua perfuſam, ex quo vellere veſti/
mẽta cõficiant̃, q̃ ſerica nũcupatur, vt author eſt Pli. cuius ver/
ba libuit ſubtexere ex lib.vj. ſeres lanitio ſyluarũ nobiles ꝑfuſam
aqua depectẽtes frondiũ caniciẽ, vnde geminus fœminis noſtris
labor redordiẽdi fila rurſum'q; texẽdi, tã multiplici opere tã lon Beroal.
ginquo orbe petitur, vt in publico matrona trãſluceat. Hoc idem
Solin. in collectaneis tradit. Et ꝑfecto Plinii ac Solini verba ita
Virgiliano carmini cõueniunt, vt ab illo mutuati eſſe videãtur:
nanq; poeta ſic ſcribit. Vellera'q; vt foliis depectãt tenuia Seres,
quo quidẽ verſu apertiſſime demõſtrat vellera & lanitiũ apud ſe Sericũ
ras colligi ex foliis, nõ aũt cõfici à bombicibus vermiculis ſicut
exponit Seruius. Enim vero bõbices nõ apud ſeras ſed in Aſſyrię
inſula Coo peculiariter ꝓueniũt, qui quidem bõbices vermiculi
ſunt, telas'q; aranearũ modo texunt ad veſtem luxũ'q; fœminarũ
quę bõbicina appellãtur, cuius mentio fit apud Iuuenalẽ, Qua/
rũ delitias vel pãniculus bõbicinus vrit. Prima eas veſtes texiſſe
in inſula Coo Pamphyla Platys filia dicit̃, vt author eſt Ariſto/
teles in.v. de aialibus, & repetitum eſt à Plin. in.xj. vnde veſtis
Coa noiatur, cuius crebro meminerũt poetę, & in primis Ouid.
atq; Propertius, Preterea nõ ſatisfacit mihi Seruius i enarratio/
ne illius Virgiliani carminis: vnctos ſaliere per vtres: cum hic lo Bõbicis
cus ab vnico tantum Higinio (quod quidẽ legerim) optime de/
claretur: adeo vt nihil Virgilianę ſentẽtię ſit accõmodatius, Scri
bit enim in libro de ſignis, Bacchum, vinum, & vitem, & vuam
Icaro tradidiſſe, vt oſtenderet hominibus quomodo ſereretur,
& quod ex ea naſceretur, hic cum ſeuiſſet vitem hyrcus in vineã
ſe cõiiciens tenerrima quæq; folia decerpit ex quo facto Icarus
indignabundus hyrcum interfecit, & eius pelle vtrẽ cõfecit quẽ
vino plenum coniecit in medium. Sodales'q; ſuos circa eum ſali
re coegit. Alii tradunt Icarum cũ à Libero patre vinum accepiſ/
ſet: ſtatim vtres plenos in plauſtrũ ipoſuiſſe. Ex hac Hyginii nar
ratione, vt ego ſentio, Maronianum carmen apertiſſime illuſtra
tur, & ſententia efficitur manifeſtaria. Hæc ille, quorum quidem
Mancinellus huc aſſumpſit.

PIERIVS.

❡Et pecus omne tenendum eſt.) In Ro.co. tuendum habes. In
mediceo, tenendum, abſq;, eſt. ☞ Præcipue dum frons tenera.)
aduerte loco hoc Seruii corrupta eſſe verba, quæ vt per te inco/
lumitati ſuæ reſtituere poſſis, quid ſup hoc nomine veteres tra/
diderint apponam, Cariſius ait, frundes, &, frundibus, veteres
per v, dixiſſe: cuius rei exemplum ponit Ennii ex annalium libro
ſeptimo rureſcant frundes, nõ, frondes, mutatum vero, v, in, o,
monet Plinius, & nominatiuum abſq;, n, litera in vtroque lo/
qui, frus, fros, nam, fros, τὸ μέτωπον. ☞ Sylueſtres Vri aſſidue,
caprę'q; ſequaces illudunt.) In Romano codi. aſſidue, quã ſcri/
ptionem improbat Cariſius, quum nomẽ ſit ab aſſe. Quod vero
Seruius vros in pyrenæis naſci dicit Plin. eos, quos inter equos
etiam enumerat, ad ſeptentriones ſtatuit, quorum cornibns bar
bari illi potent, Cæſar in hercinia ſylua germanię. ☞ Aut grauis
incumbẽs ſcopulis arentibus æſtas.) In codice Mediceo æſtus,
legitur

legitur. Quod frigori reſpōdet per antitheti proprietatem, & eadem locutione variatum in Palæmone, ſi lac præceperit æſtus. ¶ Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.) admorſo quidem in veteribus aliquot codici. habetur, in pleriſque vero, d, litera abraſa eſt, imperite, vt mihi videtur, niſi ſit, quòd in antiquis aliis, à morſu, legitur. Sane Romanus codex, admorſu, vnica dictione, verbali nomine legit. In Mediceo etiam prius ſcriptum erat, admorſu, per, v, inde illita eſt circularis linea alio atramento, vt, admorſo, dicat. Sed enim Seruius, admorſo, participiū agnoſcit, ac ſi diceret, abroſo ſtirpe. Quamuis negat Donatus ſtirpem apud Virgilium, reperiri fœminino genere, quam ſententiam & Cariſius & alii pleriq; reiecerunt, vt alibi dictum. ¶ Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi. Premiaq; in gentes pagos, & compita circum Theſeidæ poſuere.) Sunt qui epitheton, ingentis, ocioſum eſſe, vel importunum iudicent, quod non in ingentibus tātum pagis, ſed in omnibus ea ſacra fieri pietas illa vetus expoſcebat: neque diſtinguendum, vt per compita minores pagos intelligamus, quum ſit eiuſdem ſententiæ dilatatio, vt etiam apud Horatium quis circum pagos, & circum compita victor, quin pagus pauciſſimis etiam caſis conſtare poteſt, compita, quum triuiorum plateas requirant, pluribus itidem conſtare domibus æquum eſt: quare lectionem illam ſummopere approbarim, quam in codicibus omnium quos verſauerim antiquiſſimis obſeruaui. Præmiaq;, ingeniis pagos & compita circum Theſidæ poſuere: vt intelligas de tragœdijs, quarum ſcriptoribus hircus præmium fuerit propoſitum, Horatio dicente, carmine qui tragico vilem certauit ob hircum, & his ludis poemata cani ſolita, idem Horatius oſtēdit dum theſpin ait plauſtris vexiſſe poemata, de Tragœdiæ inuentore loquens. dicamus igitur Athenienſes poſuiſſe præmia ingeniis pagos & compita circum, quia vero ſunt qui Virgilium negent vſum ingenii vocabulo, pro ea vi mētis, quę ſit docilitatis, meditationis, inuentionis & prudētiæ capax: eo ſignificato, quod apud Horatium eſt, graiis ingenium, & apud Salluſtium. Sed quia prouenere ibi præclara ingenia, omne punctum me tuliſſe fateantur, ſi dixero apud Virgil. eodem ſignificato accipi, Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis ingenium, ad eorum enim opinionem refellendam, hoc ait, qui putabant multis & prudētiæ, & docilitatis ſignis in auium genere perſpectis, ea pollere mente, cuius ſententię Democritum fuiſſe tradunt, ſi quis vero, Virgilii ſententiam inſpiciat, neminē tam ſtupidum eſſe crediderim qui non fateatur eo loco ingenium pro vi mentis accipi quæ ſit docilitatis, & prudentiæ capax. Quod ſi etiam nuſquam alibi Virgilius eo vocabulo vſus fuiſſet latiniſſimæ illius ętatis cōſenſus, qua. M. Tullius, Salluſt. Hora. claruere, facit, vt hoc loco non incongrue in hanc ſententiam poni potuerit, etiam ſi rei tactæ pulchritudo eruditioq; ipſa, & veterum codicum teſtimonia nō accederent. ¶ Vnctos ſalire per vtres.) Seruianis temporibus pręteritum à ſalio: ſalui, pronunciabāt, idem tamen, ſalii, ſecūdum artem dictum aſſerit à Virgilio, quod veteres ſaliui ſaciebant, hinc nonnulli, ſaluere ſcribūt. In cod. tamen antiquis manu ſcriptis, ſaliere, legitur eiuſmodiq; pręteriti forma agnoſcif à Priſciano hoc eodem citato verſu, eū vero ſaliēdi morem videas ad Higinium de ſignis, vbi de Arctophylace loquitur.

Necnon Auſonii Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto:
Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis:
Et te Bache vocant per carmina læta: tibiq;
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu:
Complentur valleſq; cauæ, ſaltuſq; profundi:
Et quocunq; deus circum caput egit honeſtum.
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis: lanceſq; & liba feremus:
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram:
Pinguiaq; in veribus torrebimus exta colurnis.

SERVIVS.

¶ Nec nō Auſonii Troia gēs.) Hoc eſt etiam Romani hæc ſacra celebrant & canunt. nā hoc eſt. ¶ Verſibus incomptis ludūt.) Ideſt carminibus Saturnio metro compoſitis, quod ad rhythmum ſolū vulgares cōponere cōſueuerunt. Horatius, Libertaſq; recurrentes accepta per annos. Luſit amabiliter. ¶ Riſuq; ſoluto.) Ideſt cachinno. ¶ Oraq; corticibus ſumunt.) Quia neceſſe erat pro ratione ſacrorum aliqua ludrica & turpia fieri quibus poſſet populo riſus moueri: qui ea exercebant propter verecundię remedium hoc adhibuerunt, ne agnoſcerenf, vt perſonas factas de arbo℞ corticibus ſumerent. ¶ Et te Bacche vocant.) Hymnos in tuū canūt honorē. ¶ Tibiq; oſcilla,) Mollia, pēſilia. vt, Pinlentis matres in mollibus. Oſcillo℞, autē variç ſunt opiniones, Nā alii hanc afferunt fabulā, Icarius Athenieñſis pater Erigones, quū acceptū à Libero patre vinum mortalibus indicaret, occiſus eſt à ruſticis: qui cū plus ęquo potaſſent, inebriati venenum ſe accæpiſſe crediderant, huius canis eſt reuerſus ad Erigonem filiā, quę cum eius cōmitata veſtigia peruniſſet ad patris cadauer, laqueo vitam finiuit. Hęc deo℞ voluntate inter aſtra relata eſt, quam vocant virginē. Canis quoq; ille eſt iter ſydera collocatus. Sed poſt aliquantū tempus Athenienſibus morbus imiſſus eſt talis, vt eorum virgines furore quodā cōpellerentur ad laqueum: reſponditq; oraculum ſedari poſſe peſtilentiā illam, ſi Erigonis, & Icarii cadauera requirerenf: quę cū diu quæſita nuſq; iuenirenf, ad oſtendendū ſuam deuotionē Athenienſes, vt etiam in alieno ea quærere viderenf elemento, ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quē ſe tenentes hoīes hac atq; illac agitabantur: vt quaſi etiā per aerē illorum cadauera quęrere viderenf. Sed quum inde pleriq; caderēt, inuentū eſt vt formas, ad oris ſui ſimilitudinē facerent, & eas pro ſe ſuſpenſas mouerent. Vnde & oſcilla dicta ſunt ab eo, ꝙ in his cillerentur, ideſt mouerentur ora, nam cillere eſt mouere: vnde & furcillæ dictæ ſunt, quibus frumenta cillentur. Alii dicunt oſcilla membra eſſe virilia de floribus facta, quæ ſuſpendebantur per intercolumnia: ita vt in ea homines accæptis clauſis perſonis impingerent, & ea ore cillerent, ideſt mouerent ad riſum populo commouendum, & hoc in Orpheo lectum eſt. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicūt ſacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere, omnis autem purgatio aut ꝑ aquā fit, aut per ignē, aut per aerē: ſicut & in ſexto ait, Aliæ panduntur inanes Suſpenſę ad vētos, aliis ſub gurgite vaſto Infeſtum eluitur ſcelus: aut exuritur igni. Vt nunc per oſcilla genus purgationis, videlicet aeris: quod eſt maximū intelligamus. Nā primum aquæ eſt, ſecundum eſt ignis, tertium aeris. ¶ Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.) Poſt hæc ſacra celebrata. ¶ Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem.) Iuſte igitur Liberi celebrabimus ſacra. ¶ Honeſtum.) Pulchrū. ¶ Carminibus patriis.) Ideſt Romana lingua, pleraq; n. ſacra, pro gentiū qualitate; pleraq; ſecūdum ſuum ritum colūtur, nam hymni Libero apud Grecos græca, apud Latinos latina voce dicuntur. Hymni vero matris deum vbiq; ꝓpriā, id eſt Græcam linguā requirunt. ¶ Stabit ſacer.) Placebit. Tunc. n. eſt aptum ſacrificium, cum dedicatū aīal victimæ patiens inuenitur, vnde & alibi ſic ait, Et ſtatuā ante aras aurata fronte iuuencum. i. placere faciam. Cōtra Lucanus, Diſcuſſa fugit ab ara Taurus, Sacer, autem execrabilis. vt, Auri ſacra fames. ¶ In verubus torrentibus exta colurnis.) Quia ſicut etiam caper eſt inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait ſupra, Néve inter vites corylum ſere.

PROBVS.

¶ Necnon Auſonii Troia gens miſſa colo. V. i. l. r. q;. ſ. Oraq; corticibus. ſ. h. c. Et te. b. vocant. p. l. t. q;. Oſcylla ex. a. ſ. m. p.) Hic ritus Oſcyllorum iactationis frequens in Italia ab atticis eſt traditus. Celebratur autem feriis ſementinis ex hac cauſa ab Athenienſibus inſtitutus, Icarus paſtor atticus: quum à libero patre accæpiſſet vinum deputandum venale & præciperet ignorantibus adhuc vſum huius, vt parce biberent. Illi ſapore delectati: contumaces fuerunt præcepto, Itaque quum & corpus eorum ſolueretur, & ſermo ebrietate, arbrtrari ſe venenum accæpiſſe interfecerunt Icarum. Canis autem eius ſine domino reuerſus ad Erigonem filiam, dux fuit quęrenti patrem, Illa autem cognita morte Icari ſuſpendio ſe necauit. Canis non recedens à corpore domini inedia conſumptus eſt. Quū autē ſubita peſtilentia in attica incidiſſet, & noui generis virgines, alienata mēte, ſuſpēdio ſe necabant in ſyluis, Conſultum eſt oraculum Apollinis de fine tam luctuoſi furoris. Reſponſum eſt remedium futurum præſens ſupplicium eorum, qui occiderant Icarum. Quibus cōquiſitis, & interfectis, ſacratiſq; inter ſydera icaro filia, & canę plane numinibus ſacrificium inſtitutum eſt, quo Oſcylla imitarentur

rentur ſuſpendia atticarum virginum. Elęam græce dicunt oliuam, ex qua premitur oleum, quod eleon vocatur. Eleos dicitur miſericordia, quæ quia contingit eis, quibus pax datur, olea pacis ſignum eſt.

MANCINELLVS.

¶ Necnon Auſonii.) Prædictos atticorum ritus, vt Caſſiodorus & Probus ſcribunt, Romani, ſicut cætera extrema ad ſuam rempub. traxerunt, auſonii autem Italiæ populi pometio agro vicini campaniam tenebant, & cum mare Siculum, ne ſemel quidem incoluerint, Siculum tamen pelagus auſonium appellatur, author eſt Strab. libro. v. Feſtus vero ſic, auſoniam appellauit, Auſon Vlyſſis & Calypſus filius, eam primam Italiæ partem, in qua ſunt vrbes Beneuentum, & Cales deide paulatim, tota quę apennino finitur: dicta eſt Auſonia ab eodem duce, à quo vrbem etiam Arūcam conditam ferunt. Ora pro perſonis poſuit, vt Macro. etiam lib. vj. ait. ¶ Per carmina læta.) i. per hymnos. ¶ Oſcylla.) Hyginius ſic ait. Cum in finibus Athenienſium multæ virgines ſine cauſa ſuſpendio ſine morte conſciſcerent, quod Erigone moriens erat precata, vt eodem leto filiæ Athenienſium afficerentur, quo ipſa foret obitura, niſi Icari mortem perſecuti, & eum forent vlti. Itaq; cum id veniſſet, petētibus eis Apollo dedit reſponſum ſi vellent euentu liberari Erigone ſatisfacerent, qui quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, vt tabula interpoſita pendente funibus ſe iactarent, vtiq; pendentes vento mouerentur, quod ſacrificium ſolemne inſtituerunt, itaq; & priuatim, & publice faciebant. Probus autem ſcribit. Oſcyllorum ritum in Italia ab atticis quoq; ſumptum eſſe: qui ritus celebratur feriis ſemētinis, dictæ vero Feriæ ſementinæ, author Varro à ſemente. Refert autem Probus eadem pene quæ Higinius de Oſcyllis. ¶ Mollia.) i. peſilia, vt apud Martia. Nec triuiæ templo molles laudētur honores, ideſt penſiles, nam ſumma miracula inquit Pli. li. xxxvij. ca. xij. Erāt ibi epiſtilia tantæ molis attolli potuiſſe, nec de re alia intelligendum eſt, ſit enim comparatio ad Amphitheatrum ab ædificio, non à ſtatuis vel aliis. ¶ Tibiq;.) mortuus fuerat Icarus Bacchi munere, inde Erigone filia ſuſpenderat, ſicut etiā Athenienſium virgines ob Erigones imprecationem: ſed habito reſponſo poſtea, vt dictum eſt: Oſcyllorum ſacra iſtituta ſunt. Poeta dicit Baccho illa fieri ſolita vt placaretur. ſ. ac ſi eiuſdem irato numine ſuſpendia virgines exercuiſſent, hac ratione Baccho Oſcyllorum ſacra potiſſimum tributa exiſtimo, cum propter icarum & Erigonem fuerint inſtituta, ad tollenda virginum ſuſpendia. Hinc poſt Bacchi ſacra. ¶ Pubeſcit.) germinat, creſcit, floret. ¶ Honeſtum.) pulchrum. ¶ Carminibus patris.) ideſt latina lingua, nam apud græcos ſermo lingua Libero dicebatur. ¶ Lāces.) ſacrificandi vaſcula. ¶ Libaq;.) de iis Eclog. vij. legito. ¶ Stabit.) non fugiet, per quod aptum ſacrificium notauit. ¶ Sacer.) execrabilis. ¶ In verubus colurnis.) in paxillis, verubus autē ait, quoniam quædam exta in olla, quædam in verſu coquebantur: vnde ait Var. Hæc ſunt, quorum in ſacrificiis exta, in olla non in veru coquuntur.

*Feriæ ſementinæ.*

ASCENSIVS.

¶ Necnon auſonii Athenienſium inquit ritum auſonii quoq; coloni aſſumpſerūt. Quia vero per hoc videretur ſentire romanos à græcis & originem & ritum traxiſſe: quoniam Auſonii ab Auſone Vlyſſis & Circes filio dicti ſunt, ſubiunxit troia gens miſſa q. d. tametſi generaliter Auſonii nominentur ab Auſone, tamen Romani præcipuam originem traxerunt à troianis. ¶ Ordo eſt. Necnon. i. etiam. q. d. nō ſolum Athenienſes, ſed etiam coloni auſonii. i. agricolę Italici & potiſſimum Romani (Appoſitio reſtringēdę generalitatis gratia) gens miſſa Troia. i. ab vrbe Troia poſt deſtructionem eius, hoc eſt romani ludunt verſibus, incomptis. i. inornatis & pedeſtribus exordiis & riſu ſoluto. i. cachinno ruſtico hoc eſt vero & non diſſimulato, & ſumunt horrenda ora. i. perſonas, per quarum medium ſonant verba (Galli appellant, faulx viſaiges) corticibus cauatis. i. vt faciei applicentur factis foraminibus pro oculis naribus & ore, & vocant. i. inuocant te o Bacche per carmina lęta. i. lętitiam eorum poſt vinum indicantia, & ſuſpendunt tibi. i. in honorem tuum ob memoriam Icari & Erigones quibus fauiſti, Oſcylla. i. facierum ſimulachra parua mollia. i. penſilia aut ex molli materia effecta, ex pinu alta. Hinc i. ex his ſacrificiis aut poſt hęc ſacrificia, omnis vinea pubeſcit. i. germinat ac floret largo. i. abundāti & fertili fœtu, hoc eſt fit quales pubeſcentes puellę quę facile grauidæ fiunt atq; concipiunt, & ita valles cauę, & ſaltus profundi non ſolum colles, complentur. i. implentur ſimul largo. ſ. fœtu vinearum, & ſup. omnia loca complentur quocunq;. i. in quæcunque deus. ſ. Bacchus circūegit. i. duxit & quaſſauit, caput honeſtum. i. pulchrum. Ergo quia ſ. Baccho fauente omnia complentur dicemus rite. i. ſecundum ritum & debitum morem Baccho ſuum. i. proprium honorem i. hymnum & canticum laudis carminibus patriis. i. romana lingua & nos feremus lances. i. vaſa ſacrificiis apta, & liba, ideſt molam, & hyrcus ductus (non tractus ſponte adductus ſtabit) ſacer. i. erit placens & conueniens ſacrificio, ad aram. ſ. Baccho extructam, & nos torrebimus exta pinguia, vt non abiectam offerant hoſtiam in verubus. i. paxillis, columis. ſ. ex corylo factis, corylus autem vitibus obeſt vt caper, & ita cōgruit in ſacrificiis Bacchi eam amputare vt fiant verua.

PIERIVS.

¶ Ergo rite ſuū Baccho dicemus honorē.) In veteribus aliquot codicibus legere eſt, ſuos honores, quod rem ſplendidiorem efficit. ¶ In verubus torrebimus exta colurnis.) In codi. Medi. torquebimus, legitur, quod ipſius rei miniſterium videt, exprimere. Sed enim torrebimus, recæptius.

Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter:
Cui nunquā exhauſti ſatis eſt, nāq; omne quotannis
Terq; quaterq; ſolum ſcindendum, glebaq; verſis
Æternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus: redit agricolis labor actus in orbem:
Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus:
Et iam olim, ſeras poſuit cum vinea frondes:
Frigidus & ſyluis aquilo decuſſit honorem:
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, & curuo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens: fingitq; putando.

SERVIVS.

¶ Eſt etiā ille labor.) Iā paulatim tēdit ad vitium vituparionē, dicēs, & infinitū eſſe eaꝝ laborē, vt, Cui nunq; exhauſti ſatis eſt. & icertū fructū, vt, Et iā maturis metuendus Iupiter vuis, & ipſum ēt fructum pniecioſum: vt, Bacchus & ad culpā cauſas dedit. ¶ Exhauſti ſatis eſt.) Exhauſtionis, finitionis, quod qa aſperū viſum eſt, ſe ad figura trāſtulit, & ait, Exhauſti, vt Seruātiſſimus æqui: pro æqtatis. ¶ Omne ſolum.) Cōtinēs. ſ. vites. ¶ Æternum.) Semper, ꝑpetuo. Et abſolute locutus eſt. ¶ Leuādum fronde nemus.) Releuandū, ſpoliādum. Omne aūt nemus dicit & arborū & vitiū. Vnde paulo poſt dicturus eſt, Bis vitibus igruit vmbra. ¶ Labor actus in orbē.) i. in anni circulū labor ſe iuicem ſequitur ruſticorū. ¶ Olim.) Quādoq;. Significat aūt finale tēpus autūni. ¶ Seras frōdes.) Sero cadētes. Tarde enim ſpoliant vites frondibus. ¶ Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorē.) Varronis hic verſus eſt. ¶ Acer.) Nō quilibet: ſed diligens. ¶ Curas venientem extēdit in annū.) Quaſi in tēpore alieno præmeditatur futurum laborem. ¶ Et curuo Saturni dente.) Ideſt falce quæ eſt in eius tutela. Nam Saturnus dicitur, patri Cælo virlia falce amputaſſe, quę in mare cadentia Venerem creauerūt: quod ideo fingitur, quia niſi humor de cœlo in terras deſcenderit, nihil creatur. Alii Saturnum deum eſſe temporum dicunt, quæ ſicut falx, in ſe recurrunt. Alii vero dicunt Saturnum in progreſſu nihil nocere: cūretrogradus eſt, eſſe periculoſum. Ideoq; eum habere falcem in tutela, quod & ipſa protenta nihil valet: retro acta vero, quidquid ei occurrerit ſecat. ¶ Relictam.) Scilicet à ſe paulo ante deſertam. ¶ Fingitq; putādo.) Componit. vt, Fingitq; premendo.

MANCINELLVS.

¶ Satis exhauſti.) ideſt ſufficiens finiti, vel perfecti: vt quę bella exhauſta canebat, ideſt finita, & pfecta. ¶ Terq; quaterq;.) Plin. libro. xviij. cap. xx. ſcrib. Satis eſſe vineam ter anno confodi, ab æquinoctio verno ad vergiliarum exortum, & canis ortum, & nigreſcente acino. Quam ita determināt veterem ſemel à vindemia ante brumam, cum alii ablaqueare, & ſtercorare ſatis putent. Iterum ab idibus Aprilis anteq; concipiat, hoc eſt in vj. idus Maii, deinde priuſquam florere incipiat, & quum defloruit, & variante ſe vua. Peritiores affirmant ſi iuſto ſæpius fodiatur, in tantum tenereſcere acinos, vt rumpantur, quæ fodiuntur, ante ferentes oras diei fodiendas conuenire. ¶ Æternum.) ſemper. ¶ Frangenda gleba.) Id occare appellant ab occidendo, quod grandes terræ cædit globos, vt Feſt. ait. Omne nemus vitium. ſ. de quo vide paulo inferius. Bis vitibus ingruit vmbra.

¶ Labor

Annus.

⁋Labor actus.)i.in ipſa vinea habitus & effectus.⁋Annus.) ſolis annum,non ſolum à kalen.Ianua.vſq; ad eaſdem vocamus ſed etiã à ſequenti poſt kalẽ.vſq; ad eundem diem:& à quocũq; cuiuſlibet menſis die vſq; in diem eundem reditus annus vocatur,author Macrob.libro.ij. de ſom.& lib.primo.ſat.inquit,ꝙ Atteius capito annum à circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere ſolebant.⁋Honorem.) Nam vt aiunt,turpe,& ſine frõdibus arbor & ſine crine caput.⁋Saturni dentem.) Falcem Saturno putant attributam,quod tempus omnia metat,execet,incidat,nam idem Cronos eſt,ideſt tempus author Macro.lib.primo Satur.falcis autem vinitoriæ figura à Columel.libro.v.cap.xxv.docetur ample.⁋Fingit.) Componit.⁋Putando.)Theophraſtus libro.iij.de cauſis plantarum ait, ꝙ quando bene vitis putatur,& germen,& fructum melius affert, & viuere diutius poteſt.Tempus autem amputandi aliis locis tantummodo diuidunt,alii genera etiam tangunt,iubent mature illas recidere,quæ ſolo ſicco,& calido,cum primum ſua demittere folia ceſſauere,quæ in frigido,atq; pluuio poſitæ ſunt, has paulo ante germinationẽ,quippe quæ in ſolo ſunt ſitiẽte,humorem ſuum ſeruantes,ipſe melioreſcunt,& fructũ vini ſuauioris ꝓgenerant,quæ vero in frigido ſunt,emiſſo humore nec ipſo deteriores,quicq; redduntur,& fructus fit incorruptior, mediũ autem,ac temperatũ obtinentibus agrum,medium tempus ſtatuitur Plin.vero lib.xvij.cap.xxj.docet,quo maturius putantur aptis diebus eo plus materię fundunt,quo ſerius eo fructum huberiorem,quare macras prius conuenit putare,validas nouiſſime,plagã omnem obliquam fieri,vt facile decidant imbres:Recidi autem ſemper inter duas gẽmas,ne ſit vulnus oculis in reciſa parte,ſi macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi eam,nouosq; elici vtiliſſimum.

¶Eſt

### ASCENSIVS.

¶Eſt ẽt ille labor &c.) vt Ser.docet paulatim ad vitium vituperationẽ tendit vt plenius oleas laudet,quæ & ſine multo labore naſcunt̃ & facile cõſeruantur & ſalubrẽ ferũt fructũ.¶Ordo eſt. Eſt etiam ille alter labor curandis vitibus.i.ad curandas apte vites.ſ.labori nunq̃ eſt ſatis exhauſti.i.peractę & cõſummatæ aut impenſæ operæ:nam omne ſolũ continens.ſ.vites eſt ſcindendũ i.ſulcandum aut aperiendum, quotannis.i.ſingulis annis ter & quater.i.frequenter,& omne nemus.ſ.tam arborum q̃ vitium eſt leuandum frõde.i.ſtringendum,& fronde priuandũ vt botri ſolẽ excipiant,labor redit agricolis,actus.i.impulſus & reductus in orbem.i.circulum atq;.i.& aut atq;.i.pariformiter vt annus voluitur in ſe per ſua veſtigia.i.vt à vere per æſtatẽ autumnũ & hyemem fit ſemper reditio in ver.Ac iam cum.i.quãdo vinea poſuit.i.depoſuit olim frondes ſeras.i.quas ſero & tarde deponit,& aquilo.ſ.ventus frigidus qui à ſeptẽtrione flans decuſſit ſyluis honorem.i.ornatum frondium,iam tum ruſticus acer.i.ſtrenuus, extendit.i.dilatat curas in annum venientem.i.ĩcipit curare quæ anno ſequenti peragenda ſunt,& proſequitur curuo dente ſaturni,ideſt falce quali ſaturnus vſus dicitur vitem relictã,ideſt paulo à ſe deſertam,vel cuius culturam paulum intermiſerat & attondens.ſ.eam hoc eſt vitem fingit.i.componit, putando.i.reſecando ſuperflua & coaptando vtilia.

### PIERIVS.

¶Et iam olim ſeras.) In Romano codi.legere eſt,ac iam olim. In aliquot aliis,at iam, quarum lectionum nullam improbarim.⁋Curas venientem extendit in annum ruſticus.) In Romano codice,pro,ruſticus,agricola legitur:mãgis vero placet, ruſticus, tum quia ſic habetur in reliquis exemplaribus, tum ex Tibulli ſynepeia,ipſe feram teneras maturo tempore vites Ruſticus.

Primus humum fodito,primus deuecta cremato
Sarmenta:& vallos primus ſub tecta referto,
Poſtremus metito:bis vitibus ingruit vmbra:
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ.
Durus vterq; labor,laudato ingentia rura:
Exiguum colito,necnon etiam aſpera ruſci
Vimina per ſyluam,& ripis fluuialis arundo
Cęditur,incultiq; exercet cura ſalicti.
Iam vinctæ vites:iam falcem arbuſta reponunt:
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus:puluisq; mouendus:
Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.

### SERVIVS.

¶Primus humum fodito.) Hoc eſt ad laborẽ primum te eſſe cõuenit,vltimum ad fructus legendos. Vinũ enim factum de ĩmaturis cito aceſcit: & hoc loco ineſt vitiũ vituperatio quarũ fructus aut ĩmaturi collecti depereunt:aut ſi earũ fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. Nam dicturus eſt,Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.⁋Et vallos primus ſubtecta referto.) Vitium ſuſtẽtacula,quę in nõnullis locis,in tecta portãtur, ne imbribus depereant cito. ⁋Metito.) Vindemiato.⁋Bis vitibus ingruit vmbra.) Vitis & arboris,vt dempta folia ſolem admittant,quo poſſint vuę matureſcere.⁋Bis ſegetem dẽſis obducunt ſentibus herbæ.) Semel autumnali,ſemel vernali tẽpore.⁋Durus vterq; labor.)Et vellendarum herbarum & frondiũ ſecandarum.⁋Laudato ingẽtia rura,Exiguum colito.) Hoc etiã Cato ait in libris ad filium de agricultura:quod ideo dictum eſt vel quia maiores,agros incultos rura dicebãt,ideſt ſyluas,& paſcua:agrum vero,qui colẽbatur:vt intelligamus, Laudato ingentes ſyluas,colito agrum minorem,vel,quod melius eſt,quia ait in primo,Alternis idem tonſas ceſſare nouales,Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum:quod fieri non poteſt niſi fuerint ſpatia maiora terrarum.Nam & Cato,vt diximus,& Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant prædia latifundia,vel ꝙ vt dicit Donatus,etiam non culta præſtant aliquid domino.⁋Ruſci.) Ruſcum virgultum eſt vnde vites ligantur.Et commemorat labores qui licet circa alia,tamen pro vitibus exercentur.⁋Incultiq; exercet cura ſalicti.) Quaſi cum indignatione ait,Cauſa vitium, cura nos etiam ſponte naſcentium rerum fatigat.⁋Falcem arbuſta reponent.) Putatę ſunt,nec falcem requirunt.⁋Iam canit extremos effœtus vinitor antes.) Melius eſt effœtus legere,quàm effœtos:vt quidam legunt.Et Antes alii extremos vinearum ordines accipiunt:alii macerias quibus vineta clauduntur:quę maceriæ fiunt de aſſis,ideſt ſiccis lapidibus,vnde aſſæ tibiæ dicuntur,quibus canitur ſine chori voce.Dicuntur autem Antes à lapidibus eminentioribus,qui interponuntur ad maceriam ſuſtinendam:nam proprie antes ſunt eminentes lapides, vel columnæ vltimæ,quibus fabrica ſuſtinetur,& appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντισήκειν: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum poſſumus trahere, qui ante ſtant. Hoc autem dicit, Iam cantat ruſticus labore finito:tamen deeſſe nõ poteſt quod exercere circa culturam vitium debeat.⁋Puluiſq; mouẽdus.) Genus ipſum culturæ pulueratio vocatur,quo ĩmunitę glebæ vitibus applicant̃.⁋Maturis metuendus Iupiter vuis. Aer,more ſuo,cuius varietas plerunq; laborem decipit ruſticorum.Et tacite videtur admonere,quod in primo aperte dixit ſacrificiis tẽpeſtates eſſe pellendas.

### PROBVS.

¶Antes.) Effœtos ordines enim ad vindemiã factos dicit,& tũ maxime ſubitos imbres periculoſos eſſe.

### MANCINELLVS.

Sarmẽta. Sarpere

¶Sarmẽta.) Sparſa vinea putata,ideſt putrefacta. Vnde & virgulæ abſciſſæ ſarmenta dicuntur,ſarpere enim antiqui pro purgare ponebant. Feſt.author.⁋Sub tecta.) Ne pluuia marceſcant. ⁋Vallos.) palos.⁋Metito.) fructus ſumito.⁋Bis vitibus igruit) i.ſuperuenit,bis autem ait,quoniam poſt primam pampinationem iterum ereſcunt pampini,& quantitate, & numero, vnde Plin.libro.xvij.cap.xxj.ait, Pampinatio verna in confeſſo eſt ab idibus Maiis intra dies decem vtiq; antequam florere incipiat, de ſequente variant ſententiæ,quum defloruerit, aliqui pampinandum putant,alii ſub ipſa maturitate,his igitur patet non cõuenire illud,Bis vitibus ingruit vmbra,ſcilicet ipſius vitis,& arboris.⁋Bis ſegetem.) poſt primã nanque purgationem iterum opus eſt purgare,atq; euellere herbas,nec procedere poteſt bis, ideſt autumno,& vere,quia hyemis initio,vt plurimum ſeritur aut autumni fine,vterque labor vitium & ſegetum, purgatis dẽſis ſentibus,id propter carduos,& tribulos,ac lappas, vnde li.j. inquit.Vt mala culmos eſſet rubigo ſegniſq; horreret in aruis Carduus,intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua, Lappæq;,tribuliq; &c.⁋Exiguum colito.) modum agri in primis ſeruandum antiqui putauere,quippe ita cenſebant. Satius eſſe minus ſerere, melius arare,qua in ſententia,& Virgilium fuiſſe videto ait Pli. lib.xviij.Columel.etiam refert libro.v.capi.iij.Paridium quendam duas filias & vineis coſitum habuiſſe fundum, cuius ter

tiam partem nubenti maiori filiæ dediſſe in dotem, ac nihilominus æque magnos fructus ex duabus partibus eiuſdē fundi percipere ſolitum. Minorem deīde filiam nuptū collocaſſe in dimidia parte reliq agri, nec ſic ex priſtino reditu detraxiſſe, &c. ¶ Ruſci.) Ruſcum herba eſt ſponte naſcens: qua in cibis vtuntur pleræq; gentes. Plin. libro. xxj. cap. xxviij. Maro tamen fruticis genus eſſe oſtendere videtur, eo demum vites ligabantur. ¶ Exercet.) agricolam, ſcilicet. ¶ Inculti ſalicti.) hoc ideo, quia vt Plin. lib. xvj. cap. lij. ait de ſalice. Nullius quippe tutior reditus minoris ve impendii, aut tempeſtatum ſecurior. ¶ Arbuſta.) Arbores vitibus maritatæ: de quibus Eclog. ij. latius, & Plin. libro. xxvij. cap. xxij. ait nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni, & in iis quoque laudatiora ſummis ſicut, huberiora imis adeo excelſitate proficiſcitur. ¶ Iam canit effœtos extremus vinitor antes.) Sic quidam antiqui textus habent, quidam vero, Iam canit extremos effœtus vini. ant. ¶ Canit.) Laudat canendo. ¶ Effœtus.) Laſſus, fatigatus, languidus. Antes dicuntur extremi ordines vinearum, vt Feſt. ait. Antiæ vero muliebres capilli demiſſi in frontē. ¶ Vinitor.) Vineæ cuſtos & foſſor. ¶ Puluis.) Plin. libro. xvij. capit. xxj. ſcribit foſſione puluerem excitatum contra ſolem, nebulasq; vuis prodeſſe. Theophraſtus libro. iij. cauſarum docet, quod pulueris excitationem primis temporibus, quum nigreſcere vuæ incipiunt facere debemus: damnari autem quouſque ad maturitatem perueniant. ¶ Iupiter,) aer, pluuia qua nimia marceſcunt vuæ.

Arbuſtū

Antes, Antiæ, Vinitor,

ASCENSIVS.

¶ Primus humum &c.) Docet diligētem vinitorem & qui multum vini expetit debere eſſe primum in labore, & vltimū in meſſe ſeu vindemia, quare iterum probat difficultatem laborioſam in vitibus eſſe. ¶ Ordo eſt. Tu fodito primus humum, vbi, ſcilicet vitem plantes aut ſtercores, & cremato primus ſarmenta .i. amputamenta hoc eſt ſuperfluos & reſectos palmites, deuecta. ſ. à vinea domum. In quo verbo eſt fœcūda breuitas. Nam multa ſimul dicit, nō enim poteris, primus ſarmenta domum vehere & cremare, niſi & primus putaueris, nā rariſſimus quiſq; ſarmēta iam putata in vineis dereliquit, & referto primus ſub tecta ne ſ. putreſcant vallos. i. palos quibus vites ſuffulciuntur hoc eſt ſtipites, & metito. i. vindemiato poſtremus. i. vltimus. Vmbra. ſ. frōdium aut pampinoꝝ ingruit vitibus bis. i. bis eiiciunt vites frondes (quod manifeſtarium eſt: vnde libentius dixero ſic q̄; bis. i. duarum quia arboris & vitis, ſic. n. de vitibus ad vallos fixis nō procederet) & herbę obducūt. i. cooperiūt bis ſegetem. i. ſeminaria hoc eſt nouellas vitium plantas, bis. ſ. vere & autumno ſentibus. i. herbis ſpinoſis, & nociuis, dēſis. ſ. denſe naſcētibus, vterq; labor. ſ. qui eſt in amouēdis pāpinis & ſentibus eſt durus. i. moleſtus & grandis & ergo laudato ingentia rura. ſ. alioꝝ, aut ingentia rura tibi ad varium vſum accōmoda, vt eoꝝ multū paſcuis, & multū ſyluis cæduis pārum autem vineis deputes, vnde ſubdit colito exiguū. ſ. rus ad vinum aut frumentum habēdum. Nec non. i. etiam aut inſuper, aſpera vimina ruſci illius fruticis lenti de genere vepriū quo vites ligantur, cæduntur. ſ. à ruſticis & arūdo fluuialis cæditur. i. amputatur ripis. i. in marginibus fluuioꝝ, arundinibus autem faciunt Itali ſepimenta in hortis ſuis, & cura ſalicti inculti. i. ſalicum incultarū hoc eſt ſponte naſcentium exercet. ſ. cultorem vitium, iam vites ſup. ſunt vinctæ. i. ad palos ligatæ. i. ponatur tempus quo id verum ſit dicere, & quo iam arbuſta. i. arbores vitibus maritatę reponūt. i. requieſcere faciunt falcem, quia nolunt putari amplius, & quo vinitor. i. vineę curator, effœtus. i. laſſus & virium expers canit. i. laudat canendo, antes i. ordines vinearum extremos. i. ad cōſummationem perductos, & tamen tellus eſt ſolicitanda. ſ. raſtris, & puluis eſt mouēdus vt ſ. eo obducantur vuæ priuſq; maturæ ſint, & Iupiter. i. aer hoc eſt tempeſtas dii, hoc eſt cœli ſeu aeris eſt metuendus vuis maturis, quia marceſcunt pluuia vinumq; hebeſcit.

PIERIVS.

¶ Et vallos ſub tecta referto.) In hanc ſententiam Varro lib. j. de agricultura, dominus ſimulac vidit occipitium vindemiatoris furculas reducit hibernarum in tecta, vt ſine ſumptu harū opera altero anno vti poſſit. ¶ Iam canit extremos effœtus vinitor antes.) Carminis huius lectio in antiquis codicibus varia eſt, nam in codice Roma. Iam canit effectos extremus vinitor, verum id improbatur à Seruio, q mauult effœtus, legere. In Longobard. atq; etiā in Mediceo, canit eff œtus extremos, aliqui timētes ſyllabę dictionum ordinē tranſmutarunt, multaq; ita, vt vidimus, toto opere auſi ſunt aggredi.

Contra, non vlla eſt oleis cultura: neq; illæ
Procuruam expectant falcem, raſtroſq; tenaces
Cum ſemel hæſerunt aruis, aurasq; tulerunt.
Ipſa ſatis tellus, cum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam,
Poma quoq;, vt primum truncos ſenſere valentes
Et vires habuere ſuas, ad ſydera raptim
Vi propria nituntur, opiſq; haud indiga noſtrę.
Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit,
Sanguineiſq; inculta rubent auiaria baccis,
Tondentur cythiſi, tedas ſylua alta miniſtrat,
Paſcunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt,
Et dubitant homines ſerere, atq; impendere curam.

SERVIVS.

¶ Non vlla.) Ideſt nulla. Alii nōnulla legūt, ideſt aliqua: nō vt in vitibus nimia. ¶ Procuruam expectant falcem.) Vt putentur: quod tamen ad curam refertur anniurſariam, nam neceſſe eſt, licet tarde, oliuam putari. ¶ Raſtroſq; tenaces.) Ad fodiendum ſcilicet. Negligentiam autem ferūt oleæ quum iam cœperunt eſſe valētiores: nam adhuc paruæ nimiam curam requirunt. ¶ Auraſq; tulerunt.) Ferre auras proprie eſt aſſueſcere aeris varietati, quę obeſt rebus teneris, nimium. ¶ Ipſa ſatis tellus.) Hoc dicit, Aratum oliuetū & oleis prodeſt, & exinde frumenta gignunt. ¶ Sufficit humorē.) Scilicet ſubminiſtrat arboribus. ¶ Grauidas cum vomere fruges.) Cum, abundat: nam hoc dicit, Subminiſtra fruges vomere, ideſt per vomerē. Ennius, Effudit voces proprio cum pectore ſancto, ideſt proprio pectore. Nam Cū, vacat. Vrbanus tamē ſic accipit. Grauidas cum vomere. i. ſtatim poſt arationem. ¶ Hoc.) Hac re. ¶ Nutritor) aūt pro nutri. nā ꝑ actiui imperatiuo præſenti, paſſiuū futurū poſuit. ¶ Et vires habuere ſuas.) Quia tenera virgulta ſolēt religari fuſtibus validioribus, ſicut ſupra ait de vitibus, Viribus eniti quarū & contēnere ventos. ¶ Fœtu nemus omne graueſcit.) Fœtu. i. vtilitate: nā oīs vtilitas fœtus eſt, Illuc autē tendit laus iſta ſyluarum, vt & ꝓbet nō mirū eſſe ſi & poma & oliuę ſine vlla cultura ꝓbeant, & creſcat vitiū vituperatio circa quas tātus īpēditur labor. ¶ Auiaria.) Secreta nemora, quę aues frequentant. ¶ Baccas) autem. ¶ Sāguineas,) accipimus poma ſylueſtria. ¶ Tōdentur cythiſi.) Virgulta à Cytho inſula, vbi abundant nominata.

MANCINELLVS.

¶ Contra.) econtrario. Non vlla, ideſt nulla, nec aliquo pacto legendum eſt nonnulla, ideſt aliqua, nam ipſemet Poeta dicit oleas vbi excreuerunt, non expectare falcem, nec ligones, nam ſatis humoris recipiunt vel quum vinea effoditur, vel cum aratur ager ad ſegetes, nō ergo Virgil. id quod nunc ait de primis annis intelligit ſed vbi excreuerint: vt dixi, nam in primis annis adhibenda eſt cura. Vnde Cato capit. xliij. ſic ait: Si voles, vinea cito creſcat, & olea, quam ſerueris ſemel in menſe ſerito ſulcos, & circū capita oleagina: quot menſibus donec trimæ erunt, fodere oportet eodem modo cæteras arbores procurato, & capi. xliiij. ait. Oliuetum diebus quindecim ante æquinoctium vernum incipito putare ex eo die, dies quadragintaquinque recte putabis &c. Columel. libro. iij. capi. xvij. inquit. Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris arbor tota fiet retorrida, & Plinius libro. xvij. cap. xvij. ſcri. ꝙ ſi quis quærat, quod tempus oleę ſerendę ſit agro ſicco per ſemētem, agro læto per ver. Oliuetum diebus quindecim ante ęquinoctium vernum īcipito putare ex eo die dies quadraginta recte putabis. Stirpes leues facito circū oleam autumno ablaqueato & ſtercus adiicito, radices ſi ſurſum abibunt craſſiores fient, & in radices vires oleæ abibunt. Vetus oliuetum ab æquinoctio verno intra vergiliarum exortum interradi alternis annis melius inuentum, circūfodi autem omnibus annis à ſolſtitio duum cubitorum ſcrobe pedali altitudine: ſtercorari tertio anno. His igitur patet etiam, vbi excreuerint oliuas requirere aliquam culturam. Poeta tamē nec falce, nec raſtris vbi excreuerint, indigere ait: quod abſurdum non eſt, vidi enim olieta omnino pene neglecta, nihilominus Baccis referta. ¶ Expectant.) Anno quoque videlicet ſicut vites. ¶ Tenaces.)

ſuperius

ſuperius ait. Et duros iactare bidentes. ¶ Dente vnco.) Ligone vel raſtris. ¶ Cum vomere.) Ordo eſt, & cũ tellus recluditur vomere ſufficit, ideſt ſubminiſtrat fruges grauidas. ¶ Hoc.) Hac re. ¶ Nutritor.) Nutritur & nutricatur, pro nutrit, & nutricat olim dixere, vt probat Non. ¶ Poma quoq;.) oſtẽdit pomaria fieri debere cum nulla fere cura indigeant. ¶ Vires ſuas.) dum enim tenellæ ſunt arbores ſudibus ligari ſolent, ¶ Interea.) dum noſtra ope nõ indiget. ¶ Nec minus.) quàm ſi noſtra ope indigeret, eaq; fruerentur. ¶ Omne nemus fœtu graueſcit.) Omnis amœna ſylua producit, vt caſtaneas, corylos, nuces, mala, ceraſia, & huiuſmodi. ¶ Inculta auiaria.) Incultæ ſyluæ, auium ſtationes. ¶ Sanguineis baccis.) vt arbutis, cornis, ſorbis, & ſimilibus. ¶ Tondentur.) metuntur pro animalibus. De cityſo autem frutice latius videto in Tityro. Pli. Præterea lib. xiij. ait, q; nec aliud impendij eſt. ¶ Tedas.) Teda. faces, nam Teda arbor, & reſinam ferens, flammis, ac lumine ſacrorum etiam grata. Plin. lib. xvj. paſcuntur à tedis. ſ. propter reſinam. ¶ Dubitant.) cum nulla fere cura ſit opus. ¶ Serere.) videlicet, quæ in nemore, & auiarijs ſint aliqua cura fœtus producũt, item ſerere cityſum: & tedas cum ſine labore, ſine cura, ſine impendio multum commodi afferant.

ASCENSIVS.

¶ Contra non vlla &c.) Ingreditur laudes olearum quæ nullo labore conſeruantur, diutius viuunt, largos & eoſdem ſalubres fructus afferũt, affert præterea & alia arborum commoda, quæ ex ordine patebunt. is aũt talis eſt. Contra. i. econtrario, quia. i. viribus maxima eſt non vlla. i. nulla penitus cultura eſt oleis: neq; ille hoc eſt oleæ expectant. i. deſiderant falcẽ & raſtros tenaces. i. cui incuſſi ſunt donec eruerint ac eradicauerint tenentes cum. i. poſtquã, ſcilicet oleæ hæſerunt ſemel aruis, ideſt radicatæ ſunt in terra, & tulerunt auras. i. impetus ventorum. Et ipſa tellus cũ, ideſt quando recluditur, ideſt aperiť, dente vnco. i. ligno incuruo ſufficit. i. ſufficienter facit & miniſtrat ſatis. i. conſitis & plantatis arboribus humorem, & cum recluditur, ideſt ſulcatur vomere ſufficit grauidas fruges, & ita non abundat particula cum, nec eſt præpoſitio ſed aduerbium temporis. Nutritor. Nutritor autem ſecundum commentarios & perſonale eſt verbum futuri imperatiui vocis deponentalis, pro qua nunc actiue dicimus nutrito, ſi quis autẽ imperſonaliter cõſtruxerit vt ſit nutritor, ideſt homines fere nutriunto quaſi dicat impero & homines nutriãt, oporteret imperſonali dare accuſatiuum, ſicut præcipitur ab eo qui dixit Mattheum legitur, ſed eiuſmodi locutiones apud idoneos eſſe negãtur. Contra autem q̃plurima olim in deponentali voce proferebãtur q̃ nũc actiua ſunt. dicamus ergo cũ Seruio. Nutritor. i. nutri aut nutrito hoc. i. hac re. ſ. dicta: hoc eſt per id aut ꝓpter id quod dictum eſt, oliuam pinguem & placidã paci. cuius. ſ. ſignificatrix eſt, vt per columbam etiã Noe patuit. Poma quoq; &c. ingrediť aliarum arborũ laudem, accipit aũt poma genere neutro hoc eſt fructum pro arboribus, ſed vt in grãmatica diximus q̃cunq; in um, exeunt ſi non ſunt mulierum propria neutri ſunt generis vt rhenum ſcortũ &c. ¶ Ordo eſt. Poma quoq;. i. etiã poma, hoc eſt arbores pomiferę: vt. i. vbi primũ ſenſere truncos valentes. i. robuſtos & habuere ſuas. i. debitas, aut proprias vires ita vt nõ indigeant furcarum fulcimentis, ipſa nituntur. i. eriguntur & tendũt ad ſydera. i. cœlum verſus: vi. i. virtute propria: haud. i. non indiga. i. indigentia noſtrę. i. humanæ opis. i. auxilij & poteſtatis. Nec minus. i. & tantundem omne nemus graueſcit. i. grauidum fit ex ſe, interea. ſ. dum vitibus tantum laboris impenditur, fœtu. i. vtilitate aut fructu quẽ ex eis exigimus, ſiue materies ſiue Baccæ aciniq; ſint, & auiaria. i. auiũ domicilia, inculta. i. neglecta ab hominibus: rubent Baccis. i. fructibus ſylueſtribus ſanguineis. ſ. colore dum maturę ſunt. Cityſi. i. frutices illi pecori gratiſſimi: tondentur. ſ. in vſum pecoris, hoc eſt metẽtur: alta ſylua miniſtrat tedas i. faces ex tedis quę arbores reſinoſę & picis plenę ſunt, quo circa in multis locis in morẽ candelarũ vtuntur in remedium tenebrarum, q; pro. i. ignes nocturni paſcuntur. i. nutriuntur: iniectis, ſ. tedis, ignes fundunt lumina atq; ita duplex bonũ eſt in eis, quia & calore & lumine proſunt. Et dubitant &c. duplex ſenſus, nam alij accipiunt ſic vt ꝓpterea q; paratę ſint arbores nulloq; labore indigentes hoĩes dubitent eas ſerere. i. an ſerere debeantur cũ ſponte naſcantur, & tunc ſimpliciter indicat atque enunciat, aut vtitur figurata interrogatione: vt ſit & . i. attamen dubitant homines ſerere. ſ. hmõi arbores vt tedas & cęteras tam vtiles atq; impendere curas, vt. ſ. conſeruentur. q. d. id non decere: ſed eas quoq; arbores ſerẽdas eſſe. Licet enim ſylueſtres arbores S ponte ſua veniãt, tamen quia magis, q; illa nobis vſui eſt operę pciũ fuerit illã ſerere: quia maxime indigemus. Similis eſt locutio. vj. Æneí. Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis, de qua illic videbimus, hic aũt priori modo. ¶ Ordo eſt. Et quia. ſ. hæ arbores ſponte naſcũtur homines dubitant ſerere. ſ. eas, & impẽdere curas. ſ. eis. Poſteriori ſic. Et, nonne tamen homines dubitant ſerere ſup. eas, & impendere eis curas. q. d. eos quidem id facere cum tamen omnes vineas curent, ſed perperam, cum illis nunq; ſit ſatis laboris exhauſti, his autem nunq; nimis parum.

PIERIVS.

¶ Opiſq; haud indiga noſtræ.) In Romano codice opes haud, abſq; particula, q;, legitur: ſcriptum vero eſt, opes, pro, opis, more ſuo, vti eo loco, ſublimes in æthere niſus, pro ſublimis, qui ſyllabæ timuerunt poſt opis, q;, vt facere ſoliti ſunt, addidere. Nam lectio venuſtior abſque ea particula. ¶ Tondentur cytiſi.) In Roma. codi. verſus hic ſtatuitur poſt eum, paſcunturq; ignes, ſed non procedit, cityſi, ſine adſpiratione. ¶ Et lumina fundunt.) In antiquo, ac lumina fundunt.

Quid maiora ſequar? ſalices, humileſq; geniſtæ,
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus vmbram.
Sufficiunt, ſepemq; ſatis, & pabula melli,
Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum,
Naricięq; picis lucos, iuuat arua videre
Non raſtris hominum, non vlli obnoxia curæ,
Ipſe Caucaſeo ſteriles in vertice ſyluæ,
Quas animoſi Euri aſſidue frangũtq;, feruntq;.
Dant alios aliæ fœtus, dant vtile lignum
Nauigijs pinos, domibus cedroſq;, cupreſſoſq;.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolæ, & pandas ratibus poſuere carinas.
Viminibus ſalices fœcundę, frondibus vlmi.
At myrtus validis haſtilibus, & bona bello
Cornus, Ithyreos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno raſile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto.
Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus
Miſſa Pado: necnon & apes examina condunt
Corticibuſq; cauis, vitioſæq; ilicis aluo.
Quid memorandum ęque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam cauſas dedit, ille furentes

SERVIVS.

¶ Aut illæ.) Ideſt ſalices aut geneſtæ. Multi tamen & tiliæ legunt, vt tria dixerit, Salices, tilias, & geneſtas. ¶ Vndantem buxo ſpectare cytorũ.) Montem Macedoniæ, in quo abũdat buxus: quæ vento mota, æſtus imitatur vndarũ. ¶ Mariciæq; picis.) A loco in quo abundant pices. ¶ Nõ vlli obnoxia curæ.) Non debitricia, nihil labori noſtro debentia. ¶ Ipſæ Caucaſeo.) Caucaſus mons eſt Scythię, poſitus hic pro quibuſlibet aſperrimis montibus. Steriles autẽ ait ſyluas comparatione pomiferarum arborum. ¶ Hinc.) de ſyluis ſcilicet: nã de cupreſſo efficit rotas nullus aut radios. ¶ Triuere.) Tornauere, cõpoſuere de torno. ¶ Tympana.) Tecta vehiculorũ. ¶ Pandas.) Curuas. ¶ Viminibus ſalices fœcũdę.) Legitur & fœcundæ frõdibus vlmi. ¶ At myrtus validis haſtilibus.) Alibi, Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum. ¶ Et bona bello cornus.) Apta eſt enim etiam cornus haſtilibus. ¶ Ityreos taxi curuantur in arcus.) Ityreos, hoc eſt in arcuũ Ityreorum ſimilitudinẽ. Ityreos autem dicit Parthicos. Nec tiliæ leues aut torno raſile buxum.) Ordo eſt, Necnon tiliæ leues aut raſile buxum, torno formam accipiũt. ¶ Nec non.) dicit, hoc eſt etiã. ¶ Miſſa Pado.) Species eſt pro genere. ¶ Vitioſæque ilicis aluo.) Carioſæ. Vult autem ꝓbare etiam putres arbores habere aliquam vtilitatem. Sane pro alueo per Synæreſim aluo dicimus. ¶ Quid memorandum æque.) Quid ſimiliter laudandum. ¶ Tulerunt.) Dona Liberi: ſicut ſyluæ multa ſponte procreantes. Alij & quę legunt, vt ſit ſenſus, Quid dicendum eſt quæ tulerunt, ideſt attulerunt, ipſa etiã dona Baccheia. vt hoc dicat, Parum eſt q; vites tantum laborẽ requirunt, etiam munera earum cauſas præſtant furoris. ¶ Ille furentes

Centauros letho domuit, Rhœtumq́;, Pholumq́;
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

ſurentes Centauros.) Atqui in
Æneide ait, Mars perdere gẽ/
tem Immanẽ Lapithum va/
luit, Sed hoc ſoluit Horatius
dicens, Nec ſe Mars melius cum Marte confundet Thyoneus.
Nã re vera licet irarum cauſas Mars habuerit, Lapithæ tamẽ &
Centauri in furorem ſunt ebrietate cõpulſi. Deinde hoc loco Cẽ/
tauros ait in furorẽ actos à Libero, non Lapithas. ⸿ Magno Hy
læum Lapithis cratere minantem.) Bonum ſchema. ita.n. pin/
guntur, quaſi poculis bella tractantes.

PROBVS.

¶ Et iuuat vndantem buxo ſpectare cytorum.) Cytorus eſt op/
pidum ponticum fertile buxo non ſolum. Sed præcipue. ⸿ Nari/
tiæq́; picis lucos.) Naritia eſt oppidum locridos piceis freques.
⸿ Ithyrei.) natio eſt ſcytharum.

MANCINELLVS.

¶ Maiora.) Maioris cõmodi, de quibus iam dixit, & ſic ait, iam
minora quoq; hominibus in multis prodeſſe. ⸿ Illæ.) ſalices, &
geniſtę. ⸿ Pabula melli.) geniſta enim, vt Plin. lib. xxiiij. c. xxxiij.
flores habet apibus gratiſſimos: & in Tityro poeta dixit, Hibleis
apibus florem depaſta ſalicti. ⸿ Et iuuat.) oſtendit poeta oblecta/
tionem præbere ſylueſtria loca, quanto magis igitur culta? Nar/
rat inde ſylueſtrium arborum commoda, quibus quidem fruun
Cytor⁹. tur homines. ⸿ Cytorum.) is mons eſt in Paphlagonia, teſte Pli.
lib. vj. cap. ij. Et Strabo lib. xij. ſcri. Cytorum vrbem fuiſſe ipſius
Paphlagoniæ Aſiæ prouinciæ, à Cytoro Phryxi filio, addens ꝙ
in amaſtriano agro plurima, atq; optima Buxus naſcitur, preſer
tim circa cytorũ. ⸿ Buxo.) buxi materies honorata eſt: eſt enim
lenis & ſolida: & quadam duritia, ac pallore commendabilis. Bu
xus, pireneis ac cytoro mõtibus plurima, ac berecyntho tractu,
Plin. lib. xvj. cap. xxix. ⸿ Naritiæq́;.) Naritia ithacæ tellus optatiſ
ſima & ipſa olim Vlyſſis patria, vt ſcribit Dionyſius. Ithaca autẽ
Picea. inſula eſt in mari Ionio: vt Mela ſcribit. ⸿ Picis.) Picea montes
amat, atq; frigora. feralis arbor, & funebri iudicio ad fores po/
ſita: hæc plurimam reſinam fundit, interueniente candida gem/
ma tã ſimili turi, vt mixta viſui diſcerni non queat, & inde fraus
ſæpiſſime Aſiæ, Plin. lib. xvj. cap. xv. ⸿ Caucaſio vertice.) De cau
caſo vide Eclo. v. Eius autem vertices hyeme ſunt inacceſſibiles,
vt Strab. ait libro. xij. ⸿ Cedrosq́;.) Mauris plurima arbor cedri,
& menſarum inſania, ſunt autem cupreſſo fœminæ etiam non
ſylueſtri ſimiles folio. odore, caudice, vt Pli. lib. xiij. cap. xvij. ſcri
bit. Theophraſtus vero lib. iij. edocet, ꝙ cedrus eſt iunipero non
abſimilis, ſed folio maxime diſtat eius materies putredinẽ nul/
lam ſentit, frutex odoratus. Idem Plin. lib. xvj. cap. lv. ait, quòd
Cedrus in Creta Aphrica Syria laudatiſſima eſt, & cedri oleo p/
uncta materies, nec tineã nec cariem ſentit: iunipero eadem vir/
tus, quæ cedro. Epheſiæq́; dianæ templi tectum conuenit eſſe è
cedrinis trabibus. Valuas è cupreſſo. Eſt & Vticæ templum Apol
linis cedrinas trabes habens. ⸿ Radios corni.) Lignum non alio
pene quàm ad radios rotarum vtile, aut ſi quid cuneandum ſit
in ligno, clauis ve figendum, ceu ferreis. Ilex item & oleaſter, ac
olea, quæ cariem, vetuſtatemq́; non ſentiunt Pli. lib. xvj. cap. lvj.
Tympa ⸿ Tympana.) dicuntur à tympanizo, quod eſt extendo & verbe
num. ro, ſunt enim vaſa ſemiſphęrica, quæ ſemper bina feruntur, in q/
bus ab vno latere pellis extenditur, & virgula percutiuntur, ijs
in ſacris, Cibeles vtebantur, hic aũt pro operimentis vehiculorũ
metaphorice ponuntur. ⸿ Plauſtris.) vehiculis, de quibus lib. j.
Geor. hic autem pro pilentis ponuntur: erat enim pilentum con/
Pilentũ textum rotis quatuor, quibus matronæ olim vtebantur. Virg. pi
lentis matres. i. mollibus. ⸿ Et pandas ratibus poſuere carinas.)
Larix in humore præcipua & alnus nigra non improbatur in a/
Rates. qua & fagus. Pli. lib. xvj. cap. lvj. ⸿ Ratibus.) Rates, vt inquit Fe/
ſtus, vocantur ligna colligata, quæ per aquam aguntur, quo vo
Carina. cabulo etiam interdum naues ſignificantur. Pandas curuas. ⸿ Ca
rinas.) nautę carinam vocant infimam trabem vbi nauis funda/
tur, quod quidem Ouid. quoq; videtur aſſerere, ait enim lib. iiij.
de ponto, Dum mea puppis erat valida fundata carina. Qui me/
cum velles currere primus eras. ⸿ Itureos arcus.) Id nomẽ ſine
h, ſcribendum eſt. Probus autẽ ait itureos nationem eſſe ſcytha/
rum, Stra. vero lib. xvij. ſcribit. Montanam regionem iturei, &
arabes habent malefici omnes, Plin. lib. v. cap. xxiiij. in parte Ty/
rię, quę cœle dicitur ſcribit itureorum gentem. Ab illis igitur po
pulis itureos arcus poetam dixiſſe intelligendum cenſeo. ⸿ Ti/
Raſile. lię.) De tilia videto lib. j. Geor. ⸿ Raſile.) Raſiles calati dicuntur,
quaſi raſi nihil extantis, aut redundantis plenitudinis. Virg. tamẽ
hoc loco ait, raſile buxum, quaſi raſibile. Corticibus ſuberis &c.
⸿ Quid

⸿ Quid memorandum.) quid
vltra dicendũ de ſyluis, & ar/
boribus. ⸿ Æque.) eodem mo
do ſicut examina & alia com/
moda iam enumerata, vel quid memorandum ęque, quid ſimi/
liter laudandum. Tulerunt ipſę in ſyluis: nanq; ſylueſtres vites,
& vuę in eis ſunt. ⸿ Baccheia dona.) Vites & vuas. ⸿ Bacchus.) &
ſuperius vites, quibus nunq̃; ſatis operæ eſt damnaſſe quodam/
modo viſus eſt, nunc vero earum fructus quibus quidem homi
nibus furor ingruit. Vel potius nos hortatur facta ecbaſi. i. excur
ſu enumerando ſyluarum cõmoda, vt vites non relinquamus:
quãq; multo labore indigeant, cum pro earũ fructu potiẽdo cen
tauri etiam mori non dubitarint. ⸿ Ad culpã.) Ad ſcelus, eius.n.
odore ducti dolium Pholo rapere voluerunt. ⸿ Centauros.) Hi/
ſtoria eſt, vt Diodo. lib. v. edocuit. Pholus centaurus, cum domi
Herculem ſuſcæpiſſet, defoſſum antea vini dolium extulit, verũ
eius odor ingens ad propinquos centauros delatus ebrios red/
didit, vna igitur Pholi domum magno ingreſſi tumultu ad ra/
pinam verſi ſunt. Pholus itaq; timens, cum ſe abſcondiſſet, ſolus
Hercules illis obſtitit, qui ſuperior multis eorum peremptis, re/
liquos in fugam vertit, Verum Pholus, vt cognatos ſepeliret, ſa/ Pholus.
gitta à quodam euulſa ſeipſum vulnerauit, quo vulnere cum cu/
rari nequiret, obijt, & ab Hercule magnifice ſepultus monti no/
men dedit. ⸿ Centauros.) Centauro ſtimulo nobis, vnde centau Cẽtaur⁹.
ri, vt puto. Nam vt ſcribit Stra. lib. ix. de Theſſalia, centaurorum
natio dura ſane, agreſtisq́; erat, quos Home. à Perithoo fuiſſe ex
pulſos à Pelio monte ſcrib. qui filius Iſionis lapitharum regis
erat. ⸿ Lapithis.) Lapithæ Theſſaliæ po. qui in pindo, & Othri Lapithę
montibus habuere ſedes, vt Plin. libro. iiij. cap. ix. edocet. Eſt au
tem lapithæ non laphitæ dicendum. Græci enim per th, non per
ph, ſcribere ſoliti.

ASCENSIVS.

¶ Quid maiora ſequar?) Docet nullas fere eſſe arbores quarum
nullus ſit nobis vſus vt de ſalice arbore lęta. & fragili geniſta vir
gulto humili, & buxo frutice aut arbuſcula ſterili & alijs pluri/
bus oſtẽdit. Sane in deſcriptione Cytori montis notatur Seruius
à Beroaldo his verbis. Diximus alias Seruiũ in rebus his, quę ad Beroal.
geographiam pertinẽt parũ fuiſſe curioſum: cum in ipſius com/
mẽtarijs errores emergant manifeſtarij, qualis eſt hic. Nã Cyto/ Cytor⁹.
rus non eſt in Macedonia regione Europea, ſed in aſiatica regio/
ne quę paphlagonia nuncupatur, vt author eſt Pli. Fuit aũt cyto
rũ ciuitas à Cytoro Phryxi filio cõdita & appellata, quod Me/
la Straboq́; teſtantur. In monte cytoro buxus plurima naſceba/
tur, vnde à Catullo, cytorus buxifer cognominat̃. Credidit for/
taſſis interpres Virgilianus Macedoniam & paphlagoniã eandẽ
eſſe regionem, ob quandam nominis ſimilitudinem, ſed ꝑfecto.
quantum Hyſpanus ſcythicus, à Veneto Eridano diſiungitur, tan
tum Macedonia abeſt à Paphlagonia, cum altera ſit vt diximus
Europea regio, altera Aſiatica. Atqui hoc tam turpe erratum cõ/
mentarijs Seruij perinde ac deprauatis aſcribere malim, q̃; Ser/
uio, quẽ mihi perſuadere non poſſum tam negligenter cõmenta
rios ſcriptitaſſe. Hæc ille. ¶ Ordo autem eſt. Quid. i. ad quid ſe/
quar. ſ. perſcribẽdo, maiora. i. res in quibus maior & manifeſtior
eſt vtilitas? quaſi dicat, non opus eſſe cum etiam minima multo
vſui fiant, nam etiam ſalices & geniſtę humiles, ideſt breuis ſta/
turæ. frutices, ille? quaſi dicat, quę viliſſimę reputantur ſufficiũt,
ideſt ampliter ſubminiſtrant, aut pecori frondem, ideſt pabulum
frondeum aut paſtoribus vmbras & ſufficiunt ſatis ſepem, ideſt
munimen, & melli, ideſt mellificantibus apibus pabula, ideſt nu
trimenta, vnde Eclo. j. hibleis apibus florem depaſta ſalicti & iu/
uat, ideſt delectat & vtile eſt, ſpectare, cytorum montem illum
paphlagoniæ, vndantem, ideſt abundantem, aut in morẽ vnda/
rum ſe habentem, buxo. i. illo genere arbuſcularum, quarum ma
teries vtiliſſima eſt torno laborantibus, & lucos. i. arbores fera/
ces picis naricię. i. qualis plurima eſt in naricia patria Vlyſſis: vbi
plurimæ ſunt piceæ arbores, & iuuat videre arua, ideſt loca vt
arua nobis vtilia non obnoxia. i. nihil debentia nec obligata ra/
ſtris. i. dentalibus quibus terra raditur cum hæc loca inculta ſint
& non obnoxia vlli curę hominum quia negliguntur, & tamen
proſunt plurimum. Ipſę ſyluæ ſteriles in vertice caucaſeo, ideſt
etiam arbores in caucaſo monte ſcythiæ cuius vertex hyeme in/
acceſſibilis eſt. conſitę quas. ſ. ſyluas Euri, ideſt venti illi animoſi,
ideſt impetuoſi frangunt & ferunt. i. impellunt aſſidue, dant fœ/
tus alię alios, ideſt diuerſæ diuerſos, quæq; ſuos nam, dant vti/
le lignum nauigijs, ſcilicet pinus & dant lignum vtile domibus,
ſcilicet conſtruendis; vt cedrum & cupreſſos. Agricolæ triuere,
ideſt

ideſt tornauere hinc.i.ex his ſyluis aut his hoc eſt aliquibus arboribus harum ſyluarum rotis.i.ad rotas conſtruendas, radios.i. ligna quæ ſunt inter axem & circunferentiam, aut canthos rotarum qui radij dicti quòd vt radij à globo ſolis, ita ab axe deducantur, & triuere hinc.i.ex alijs arboribus harum ſyluarum, plauſtris.i.vehiculis tympana, ideſt integumenta, ita vehicula obtegentia, vt etiam tympana corijs obteguntur, & poſuere ratibus carinas, ideſt alnos aut trabes earum infimas pandas, ideſt incuruas, & ſalices ſunt fœcundæ viminibus.i.vimina dant ꝓ fœtu, ex viminibus autem varia intexuntur vaſa agricolis neceſſaria, vanni & corbes, vlmi ſunt fœcundæ frondibus quibus & terra pinguior ſit, vnde & vicibus deliguntur. Et myrtus ſupple eſt fœcunda validis haſtilibus, & cornus eſt bona.i.vtilis bello.i.ad bellum: quia ex ea haſtilia fiunt atq; alia tela, taxi torquentur.i. curuantur in arcus itureos.i.in formam arcuum optimorũ quales habent iturei populi ſyriæ, necnon.i.etiam tiliæ leues.i.planæ, & non aſperæ, & buxum raſile.i.quod faciliter radi pōt torno.i.verſatili inſtrumento accipiant formam.ſ.vaſorum aut inſtrumentorũ nobis vtilium, nam tiliæ iugis faciendis congruũt, & buxum pyxidibus lagenis alijsq; multis, vnde addit & cauantur acuto ferro. Necnon, ideſt etiam alnus arbor illa læuis.i.fragilis præ ſiccitate ſi extra ſolum aut aquas ſit, aut ſic alnus miſſa pado.i.à quouis flumine in cuius ripis fere naſcitur annatat læuis.i.agilis & cita: vndam torrentem.i.præcipitanter fluentem necnon.i.etiam apes condunt, ideſt abſcondunt, & locant examina, ideſt fœtus ſuos qui dum educuntur, examen dicuntur: in corticibus cauis & aluo ilicis, ideſt illius arboris glandiferæ: vitioſæ, ideſt putrefactæ. Si ergo vitioſa huic vſui eſt quanto magis integra in alium cedit? Quid æque memorandum, ideſt ęque dignũ quod memoretur & laudetur, tulerũt dona baccheia hoc eſt à Baccho inuentę vites? quaſi dicat nihil, &, ideſt inſuper, Bacchus, hoc eſt inuentum Bacchi, videlicet vinum, dedit cauſas, ideſt occaſionem ad culpam, ſcilicet committendam per ebrietatem. Ille ſcilicet Bacchus per vinum domuit letho, ideſt morte, centauros.i.populos illos Theſſaliæ furentis, ſcilicet ebrietate aut auiditate vini habendi. quod Olæ fecerant centauros dico vt Rhetũ & Pholum & Hyleum minantem lapithis.i.populis illis vicinis, quibus cum centauris ſæpe certamen erat, vnde centauri poti (cũ.ſ.fortiores ſibi viſi ſunt) poculo illis minitabātur magno cratere.i.poculo capaci quod inter bibẽdũ in manu habebat. Itaq; vinũ difficulter acquiritur, ꝑiculoſe naſcitur & cũ periculo abſumitur. Cũ aliæ aliæq; multæ arbores ſpōte fere naſcantur nullo labore conſeruentur, & vſum ſine periculo pſtent.

PIERIVS.

¶ Humilesq; geniſtę.) Antiquiora omnia exemplaria, geneſtæ, per e, in pene vltima legunt, vt etiam ſuperius adnotatum eſt. ¶ Aut paſtoribus vmbrā.) In veteribus omnibus codicibus ſcriptum obſeruaui, vmbras, numero multitudinis. ¶ Ipſæ caucaſeo.) In antiqs, caucaſio, vt Olympi⁹. ¶ Cedrosq; cupreſſosq;.) In Romano, in Mediceo, & alijs antiquioribus codicibus legitur. Cedrumq;, cupreſſosq; quãq; in Longobardico, cupreſſos, abſq; particula enclitica ſcriptum ſit, ſcriptoris negligentia. ¶ Vitioſæq; ilicis aluo.) In Roma. codi. legitur, alueo, quod mirifice placet. ¶ Et torno raſile buxum.) Signant grammatici dictionem buxum neutro genere dictam à Virgilio, quam fœminino Ennius, & pleriq; alij ex veteribus protulere. Sed enim alijs buxus arbor eſt, buxum materia, atq; ita recte etiam alibi dictum, mirata volubile buxum. ¶ Ithyreos taxi curuantur in arcus.) Inuenies oĩno in aliquot codicibus antiquis, curuantur. Sed in Mediceo, torquentur, habetur. in aliquot, Itureos, per v, & abſq; adſpiratione, quam addere nonnulli grammatici commenti ſunt, nomen ἀπὸ τοῦ ἰθύνω deduci aſſerentes. Sed enim apud Dionyſium & Strabonem, in codicibus manu ſcriptis per, τ, &, ου, nomen ſcriptum inueni, ἰτουραῖοι, q̃uis in codicibus aldinis per, δ, notatum ſit, errore librarij, τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ ἔχουσι πάντα ἰδουραῖοι τὲ καὶ ἄραβεσ, eſt & vbi, tyræos, legas, ſed inemendate. ſunt enim in arcadia Thyræi, & in iſthmo tarentini promõtorij, de ituræis vero ſagittarijs habet in epiſtola valeriani Imp. ad Aurelianum, habes ſagittarios iturę os trecentos, recitatum à Flauio vopiſco. ¶ Ille furētes cētauros letho domuit rhœtumq; pholumq;.) In antiquis aliquot codicibus, centaurus, gręco more caſu terminato vt in veterum monumentis, ſæpiſſime legas, vixit annis, pro, annos: & pleraq; alia ſimilia, ſcribendũ vero videtur, rhœcũ per, c, ex Callimachi commentarijs, quē locum in memoriā mihi redegit petreius zancus, doctiſſimus adoleſcens, quãq; ſunt qui Virgilium volunt nominis eius aſperitatem emollire voluiſſe.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas: quibus ipſa, procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam:
Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes,
Illuſasq; auro veſtes, Ephyreiaq; æra,
Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno,
Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui:
At ſecura quies, & neſcia fallere vita,
Diues opum variarum, at latis ocia fundis.
Speluncæ, viuiq; lacus, at frigida Tempe,
Mugitusq; boum, mollesq; ſub arbore ſomni,
Non abſunt illis ſaltus: ac luſtra ferarum,
Et patiens operum, paruoq; aſſueta iuuentus,
Sacra dęum, ſanctiq; patres, extrema per illos,
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.

SERVIVS.

¶ O fortunatos nimiũ ſua ſi bona norint Agricolas.) Non eſt abruptus tranſitus ad laudem vitæ ruſticæ: nam ad ſuperiora pertinet. poſt vituperationem quippe vini, iſta q̃ſi conſolatio eſt: per quam oſtẽditur quãtas voluptates ruſticis, natura præſtiterit. Quod autẽ Fortunatos nimium ait, nõ ad fortunã, ſed ad fortunæ pertinet quantitatẽ: nam hoc dicit, Quantũ in re eſt, maximas eis natura præſtitit voluptates: quas ſi noſſent, eſſent non fortunati ſicut nũc ſunt, ſed nimiũ fortunati. ¶ Procul diſcordibus armis.) Longe à ciuitatibus, plenis iurgio & rapinis. ¶ Iuſtiſſima tellus.) ꝓprie. nã ſi iuſtus eſt qui quod accęperit reddit, terra vtiq; iuſtiſſima eſt, quę maiore fœnore ſemina accępta reſtituit. ¶ Si non ingentẽ foribus domus alta ſuperbis.) Vt etiam in laudẽ fecit Italiæ, nõ ſolum vitam laudat ruſticam, ſed etiam contrariam.i.vrbanam, vituperat. Nam iſta quæ de vrbibus dicit, opinabilia ſunt bona: non vera, ſicut ruſtica. Multum enim intereſt inter verum & opinatum malum, ſeu bonum. Vnde Iuuenalis. Pauci dignoſcere poſſunt Vera bona. ¶ Inhiant.) Habere deſyderāt. Et dicimus inhio illam rem. ¶ Pulchra teſtudine.) i. Indica: vnde poſtes ornabantur vel lectuli. Lucanus, Foribus teſtudinis Indi Terga ſedent fuluo maculas diſtincta ſmaragdo. ¶ Illuſasq; auro veſtes.) In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Male aũt quidam incluſas legunt. ¶ Fphyræaq; æra.) Corinthia, quę laudat etiam Cicero. nã Ephyrus eſt Corinthus. ¶ Alba nec Aſſyrio fuſcatur lana veneno.) Aſſyrij ſyrij populi ſunt adiacẽtes Syriæ, apud quos primum vſus inuentus eſt purpuræ. ¶ Veneno.) Colore. ¶ Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui.) caſia eſt herba, de qua fit vnguẽtum. Mire autem ait Vſus oliui corrumpitur, nam oleum generalem vſum habet, quod cum in vnguentum fuerit corruptum, vni rei tantum eſſe aptum incipit. ¶ Et neſcia fallere vita.) Aut quia innocentes ſunt, aut quoniam immobilis eſt ſtatus vitæ eorum. Vrbanorum enim fortuna, aut iſidijs, aut proſcriptiõe variatur. ¶ Latis otia fundis.) Fundus dicitur ab eo quod ſit rerum omnium fundamentum. ¶ Speluncę viuiq; lacus.) i. bona naturalia, nõ ſicut in vrbibus labore quęſita. vnde Iuuenalis, Et ſpeluncas diſſimiles veris. ¶ Frigida Tempe.) Tempe proprie ſunt loca amœna Theſſaliæ. Abuſeue cuiuſuis loci amœnitas. ¶ Mollesq; ſub arbore ſomni.) μαλακοὶ δ' ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι. ¶ Illic ſaltus.) Venatiões quæ penitus in vrbibus nõ ſunt. ¶ Luſtra ferarum.) Bene ferarum addidit, quoniam ſunt in vrbibus luſtra meretricum. ¶ Paruoq; aſſueta.) Ideſt non vt vrbana, quæ eſt ſegnis & prodiga. ¶ Sacra deum ſanctiq; patres.) Duo dicit, Sacra deorum ſancta apud illos ſunt, ſancti etiam parentes. ¶ Extrema per illos iuſtitia excedẽs terris veſtigia fecit.) Hoc Aratus dicit, Iuſtitiam primo & in vrbibus, poſtea in agris tantum fuiſſe: vbi eam inducit loquentẽ cur abſcedat è terris.

PROBVS.

¶ Ephyreiaq; æra.) corinthia. Ephyra enim ꝓus dicta eſt, poſtea conrinthus.

conrinthus. ¶ Frigida tempe,) Tempe ſunt loca nemoroſa frigida fontana.

MANCINELLVS.

¶ O fortunatos agricolas.) Tullius in Catone maiore Catonem ipſum illa dicere introducit. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam videntur accedere, habent enim rationem, cum terra, quæ nunquã recuſat imperium, nec vnq̃ ſine vſura reddit, quod accæpit, ſed alias minore, plerunq; maiore cum fœnore, & Seneca epiſtola prima lib. xiij. de Scipione maiore inquit. Abluebat corpus laboribus ruſticis feſſum, exercebat enim opere ſe, terramq́;, vt mos fuit priſcis, ipſe ſubigebat. Hora. quoque ſecunda ode carminis, Epodon, ruſticæ vitæ laudes, & commoda enumerat, vti & Maro ampliſſime, O fortunatos: ò nunc interiectio eſt admirantis, de qua latius in Tityro. ¶ Sua ſi bona norint.) Enumeratis ſyluarum commodis quibus agricolæ frui poſſunt, & alijs: nunc multo plura commemorat. Facilem victum, facilem cibum. habent enim in agro parata omnia ad victum neceſſaria. ¶ Mane ſalutantum.) prima ſecundaq́; hora potentes amicos ſalutabant, quod Martialis lib. iiij. optime docet, ibi videlicet. Prima ſalutantes, atq; altera continet hora. Exercet raucos tertia cauſidicos. ¶ Inhiant.) concupiſcunt, Varios ornatus vt ſolebat in ſuperbis domibus apparere. **Poſtes.** ¶ Poſtes.) à poſt dici videntur. quod poſt fores ſtant, Priſcia. author. **Teſtudines.** ¶ Teſtudine.) Ideſt teſtudineis laminis, quibus etiam lectos, & repoſitoria veſtiebant Lucanus, foribus teſtitudinis indæ. Scribit autem Plin. lib. ix. cap. x. quòd teſtudines tantæ magnitudinis indicum mare emittit, vt ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant atq; inter inſulas rubri præcipue maris ijs nauigent cymbis: Teſtudinumq́; putamina ſecare in laminas lectosq́; & repoſitoria ijs veſtire. C. Aruilius Pollio inſtituit. ¶ Illuſas.) depictas. **Ephyra.** ¶ Ephyreiaq́; æra.) Ephyra, ante, poſtea Corinthus appellata eſt. **Corinthus.** Colonia, colli applicata in Iſthmo, ſcilicet videto Plin. lib. iiij. cap. v. vbi de peloponneſo loquitur. De Corintho etiam Strab. lib. viij. plurima ſcribit, inter quæ quòd ciuitas ipſa Corinthiorum ampliſſima vſq; fuit & opulentiſſima, ſeu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritiſſimos ſiue eximias opificum artes animo vertis, erantq́; in ea plurima opera ære elaborata. Ephyreia, ſunt qui dicant, i, cauſa metri interpoſitum, ſed cum ephyreios à græcis dicatur, ſoluit, ei. diphthongum, vt etiam ibi Priameia virgo. **Aſſyria.** ¶ Aſſyrio.) Perſiæ iuncta eſt Aſſyria, in qua Babylon eſt, vt Strab. lib. xvj. ſcribit. ¶ Veneno.) Colore: intelligit autem purpureum liquorem in Tyro, vrbe Phœniciæ optimum, **Phœnicia.** Phœnicia enim pars eſt Syriæ, vt ſcribit Ptolemęus lib. v. Plin. lib. v. cap. xiij. ¶ Fucatur.) tingitur, coloratur: Phucos enim græce, latine color dicitur. ¶ Caſia.) de hac videto in Alexi. ¶ Ocia.) Voluptates. ¶ Fundis.) ager quod videbatur pecu- **Fundus** dum, ac pecuniæ eſſe fundamentum fundus eſt dictus, aut quod fundat quotannis multa. Var. author. ¶ Tempe.) Loca amœna à cœli temperamento dicta, vt lib. j. Theba. inquit Lactan. Sunt autem proprie loca in Theſſalia quinq; millium paſſuum longitudine, & ferme ſex latitudine vltra viſum hominis attollentibus ſe dextra, læuaq́; leuiter connexis iugis intus ſua luce viridante, allabitur Peneus, qui inter Oſſam & Olympum nemoroſa conualle defluit. Plin. libro. iiij. cap. ix. ¶ Frigida.) propter aquas, & vmbras ait. ¶ Molles.) Iucundi. ¶ Saltus.) ſylue, quia dicit luſtra ferarum, per quæ venationes intelligit. ¶ Sacra deum ſanctiq́; patres.) Figura eſt ſyllepſis per genera, dicendo enim ſacra, & patres ſancti, etiam ſacroſancta intelligimus. ſacrum autem voca- **Sacrum** tur quicquid deſtinatum eſt dijs, Macrob. lib. j. ſatur. ¶ Iuſtitia.) videto Ecloga. iiij.

ASCENSIVS.

¶ O fortunatos &c.) Quia varios oſtẽdit vinitorũ labores dubiosq́; nec eos ſemp̃ fauſtos fructus ne eos infelices per hoc cenſuiſſe putetur atq; ita rẽ quam laudare debeat vituperaſſe culpetur cum exclamatione quadam dicit agricolas eſſe felices, qui tot bona ſponte naſcentia haberent licet vitibus magnus ſit impendendus labor, & qui ab vrbanorum curis longe grauioribus minusq́; fere ſalutaribus liberi ac immunes ſunt vnde faſces & veſtium ac cæterarum rerum luxus ſuperfluusq́; ſplendor non vera ſunt bona ſed bona apparentia: vnde ea deeſſe agricolis pro beneficio deputat. ¶ Ordo autem eſt. O agricolas fortunatos nimium ſi norint, ideſt cognouerint ſua bona, ideſt commoda quę percipiſcunt ex agricultura & ruſticana vita. (Notum eſt ò, tribus caſibus iungi, & expreſſum maiorẽ habere vim in ſignificãdo. Si tamẽ ſcrupuloſus & anxius grãmaticus verbum deſiderat habeat: cenſeo, aut iudico. vt ſit ò q̃ fortunatos cenſeam agricolas ſi ſua bona norint: ſed qui nil ſubaudierit minus ineptus erit, vt enim vulgares ita & latinę locutiones quędam in affectu ſunt nec perficiuntur effectu) quibus, ſcilicet agricolis ipſa tellus iuſtiſſima quia plus reddit q̃ accipit ſed non q̃ debet: fundit procul, ideſt longe à diſcordibus armis neq; in mari: ſed humo victum facilem, ideſt parabilem & ſine difficultate acquiſibilem. Si, ideſt tametſi: domus alta qualis eſt in vrbibus cum ruſticorum ſit humiles habitare caſas, ſuperbis foribus. i. habentes ſuperbas hoc eſt magnificas & ſuperbe ornatas fores, in quibus, ſcilicet ſpolia hoſtium & ferarum atq; ſculpturæ varię conſpici ſolent, vomit totis ædibus ingẽtem, ideſt ſane magnam, vndam, ideſt multitudinem vndatim proruentem ſalutantum mane, ſcilicet pría hora diei (vnde Martialis. Prima ſalutantes atq; altera continet hora &c. de qua conſuetudine apud Iuuenalem Satyra prima vbi de ſportula loquitur plenius eſt videre) nec, ideſt & non & ſi ſupple non inhiant, ideſt cum hiatu ferino ſe concupiſcere indicant poſtes varios, ideſt ornatos aut forte iaſpidios: pulchra teſtudine, ideſt quæ ſunt in pulchra teſtudine, teſtudo autem eſt circunuolutio & curuatura cameræ vt dicunt in morem teſtudinis deuexa (vulgus volta appellat) Mira eſt in omnibus vrbanis pompis vituperatio & à ruſtica ſimplicitate laus. Nam Epithetis ſingulis res eleuat. atq;, damnat, vt poſtes, quia varij ſunt: varietas enim ad pompam & proſpectum inanẽ non ad vtilitatem pertinet, fores damnat ſuperbiæ: vndam ſalutantum moleſtiæ. quid enim miſerius q̃ tot ſalutantibus aures accommodare ſub primam lucẽ? Veſtes autẽ non decenter ornatas: ſed illuſas auro dicit: æs Corinthium propter vrbis luxum & immodeſtam hominum appetitionẽ taxat. Nam eiuſmodi commixtionẽ eo quod noua eſſet multi pluris q̃ ſolidum aurum ſiue argentum faciebant, ſolebantq́; ex eo conflare ſigna precioſiſſima. Sane æs corinthium illud erat quod poſt deflagrationẽ Corinthi ex varijs metallis commixtum poſt incẽdium compertũ eſt. Præterea quod lana fucatur oliuum corrumpitur manifeſtam habet vituperationem: ſed ad ordinem redeo. Et ſi non inhiant veſtes illuſas. i. ad illuſionem intextas auro. i. filis auratis & æra ephyreia, ideſt corinthia varia mixtione ex incendio vrbis nata miſere placentia. Nec vſus oliui liquidi, ideſt puri liquoris corrumpitur. ſ. à ruſticis caſia, ideſt admixtione vnguenti ex caſia facti vt fit ab vrbanis. At, ideſt ſed quies ſecura, ideſt ſeparata à curis, & vita neſcia fallere, ideſt fallendi ignara, & ſpeluncæ, ideſt antra amœna, & lacus viui, ideſt fluentes nec arte, ſed natura comparati & tempe, ideſt loca amœna & temperata qualia ſunt tempe in Theſſalia frigida, ſcilicet frigore opaco de quo in Buc. hic inter flumina nota. Et fontes ſacros frigus captabis opacũ, & mugitus boum gratus, ſcilicet paſtoribus, & molles, ideſt ſine anxietate ſomni ſub arbore, ideſt in vmbris arborum, non abſunt, ſcilicet à rure: imo adſunt abunde ſaltus ſupp. ſunt, illic, ſcilicet ruri, & luſtra. i. latibula & diuerſoria ferarum ſunt illic, & iuuentus, ideſt multitudo iuuenum, patiens operum, ideſt operationum, hoc eſt laborũ non vt vrbana delicijs aſſueta, & aſſueta paruo. ſ. ſumptui & expenſis modicis, ſup. eſt illic & ſacra deum. i. deorum ruſticorum præcipue ſunt illic ſancta, & patres ſunt illic ſancti, & iuſtitia. ſ. virgo aſtrea excedens terris. i. derelinquens ob ſcelera hominum terras & in cœlum faceſſens, fecit extrema veſtigia per illos. ſ. ſanctos patres ruri degentes.

PIERIVS.

¶ Totis vomit ędibus vndam.) In Mediceo codice, vomat, ſcriptũ, quod neſcio quid elegantius ſonat. ¶ Illuſasq́; auro veſtes.) In codicibus aliquot antiquis legere eſt, incluſasq́; auro, quam tamẽ lectionem improbat Seruius, &, Illuſas. In antiquioribus omnino eſt. ¶ Alba nec aſſyrio.) In Mediceo, & aliquot alijs anti. neq; aſſyrio, legitur. ¶ Et neſcia fallere vita.) In Roma. codi. vitam, legitur: cuius ſuppoſitũ erit quies. In reliquis tñ omnibus exẽplaribus habetur, vita, & longe melius. ¶ At ſecura quies, & at frigida tempe.) In Longobar. ac, vtrobiq; ſcriptum. ſed magis placet At, id vero in Roma. co. per, d, vt ſępe ſolet ſcriptum inuenies. ¶ At latis ocia fundis.) Scribendũ, otia, per, t, ex Medi. cod. & marmorum conſenſu, eſt etiam, ac, pro At, quod non ęque ꝓbatur. ¶ Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum.) Vetera omnia exemplaria quotquot habere contigit non illis, ſed illic legunt: quod mirifice placet, idq́; ét Seruius agnouiſſe videtur: dum quę rure quęq; in vrbe ſunt memorat. ¶ Paruoq́; aſſueta iuuentus.) In Ro. co. legitur: exiguoq́;, adſueta, verum ideo magis placet. Paruo, vt in reliquis exemplaribus habetur: quia frequentiſſimo auctorum vſu dicitur, contentus paruo.

Seruius.

Me verò primum dulces ante omnia muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore:
Accipiant:cœliq; vias,& ſydera monſtrent:
Defectus ſolis varios,lunæq; labores:
Vnde tremor terris:qua vi maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis:rurſusq; in ſeipſa reſidant.
Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles
Hyberni:vel quæ tardis mora noctibus obſtet.
Sin,has ne poſſim naturæ accedere parteis,
Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis:
Rura mihi,& rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem,ſyluasq; inglorius.ò,vbi campi
Sperchiusq;,& virginibus bacchata Lacænis
Taygeta:ò,qui me gelidis in vallibus Hæmi
Siſtat:& ingenti ramorum protegat vmbra.

### SERVIVS.

¶Me vero.)Diu quæſitũ eſt vtrum philoſophiæ,an ruſticitatis eſſet vita felicior,vnde nunc dicit primam eſſe philoſophiam:poſt ipſam ruſticam vitam. Suam autẽ perſonam pro quocunq; ponit.ſic paulo poſt, Rura mihi:pro cuilibet. Sic in primo, Non illa quiſq̃ me nocte per altũ Ire iuuat. In tertio. Ne mihi tunc molles ſub diuo carpere ſomnos. Et hoc eſt quod dicit Horatius in arte poetica,Hoc amet,hoc ſpernat promiſſi carminis author. ¶Quarum ſacra fero.) Poeta enim quaſi muſarũ ſacerdos eſt.¶Cœliq; vias.)aut artes:vt,Inueni germana viã. Aut certe circulos quibus ſydera continentur.¶Defectus ſolis varios.)At qui vno modo tantum ſol deficere nobis videtur,tunc ſ.cum luna plena è regione eius obſtiterit radijs,& eos nobis fecerit non videri. Vnde varios accipimus defectus,non quia varia ratione contingant(nam ratio vna eſt,vt diximus)ſed quia vel varijs temporibus fiunt,vel varie:interdum enim duobus, interdum quatuor,interdum pluribus deficit digitis.¶Lunæq; labores.)Vel errores:quia non recta incedit.vel defectus,q contingunt Lunæ,quoties terræ altitudo interueniens radijs ſolis, eam illuminari non patitur,à quibus dicitur lumen accipere. ¶Vnde tremor terris.)Varię ſunt opiniones.Alij dicunt ventum eſſe in cõcauis terrę,qui motus etiam terram mouet. Salluſtius, Venti per caua terræ citari. Lucanus,Quærentem erumpere ventum Credidit. Alij aquam dicunt genitalem ſub terris moueri, & ſimul eas concutere,ſicut vas aquæ:vt dicit Lucretius. Alij σφογγοειδῆ terram volunt,cuius plerunq; Latentes ruinæ,ſuppoſita cuncta concutiunt.¶Qua vi maria alta tumeſcant Obicibus ruptis.)Alij ſic accipiunt,ꝙ ruptis obicibus,ideſt Calpe & Atlante montibus Hiſpaniæ & Mauritaniæ,Oceanus eruperit, & iſta fecerit maria:quod non procedit.Si enim hoc eſſet,non diceret tumeſcant,ſed tumuerunt:cum eruperunt Oceani maria. vnde æſtuaria Oceani accipimus qui per Gallias & Hiſpanias in infinitum erumpit contenta lege riparum,ad quas rurſus recurrit.Cuius rei opiniones Lucanus in primo commemorat dicẽs, Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet,Deſtituatq; ferens in ſydere mota ſecundo Tethyos,vnda vagæ lunaribus ęſtuat horis:Flammiger an Titan vt alẽtes hauriat vndas:Erigat Oceanũ, fluctusq; ad ſydera tollat.¶Quid tantum Oceano properẽt ſe tinguere ſoles Hiberni.)Circuloꝝ hoc efficit ratio,vt ẽt in Æneide diximus.¶Tardis mora noctibus.)Tarde venientibus.i.ęſtiuis. ¶Sin has ne poſſim naturę accedere ꝑtes.)Phyſicæ philoſophię, vnde ſunt illa quæ dixit.¶Frigidus obſtiterit circũ pręcordia ſanguis.)Secundum phyſicos,qui dicunt ſtultos homines eſſe frigidioris ſanguinis:prudentes,calidi. Vnde & ſenes,in quibus iam friget,& pueri in quibus necdum calet,minus ſapiunt.¶Inglorius.)Comparatione philoſophiæ. ſic in Æneide. Et mutas agitare inglorius artes. Non quòd nulla gloria medicinæ eſt,ſed quòd minor,quàm diuinitatis & augurandi,quæ ei Apollo obtulerat munera.vt,Augurium citharamq; dedit,celeresq; ſagittas.¶Sperchiusq;.)Fluuius Theſſaliæ.¶Taygeta.)Mons Laconum Libero.i.Baccho ſacratus.¶Hæmi.)Montis Theſſaliæ:in quo,etiam ſunt Tempe.

### PROBVS.

¶Defectus ſolis varios,lunæq; labores.)deficit Sol cũ eius orbem ſubit luna,& obſtat radijs. Lunę autem defectio fit,qa non ſuo lumine lucet,ſed eo,quod à ſole accipit,cum in vmbram terrę venit Æſtus aũt maris ad Lunæ motum,& rationem fiũt,ſed lunæ ſunt.v.motus diurnus,menſtruus,annotinus,altitudinis, hi extremi ad mare pertinent.Terræ autem tremoris tres cauſæ ſunt.Nam aut ventis incluſis exitum quærentibus fundamenta quaſſantur,vt ijs labefactis,ſuperiora cõtinuantur,aut igni,quẽ ineſſe terræ Ætna docet exuſta,cum cadunt,cum eis ſonus ipſorum ſubſidit.Aut aquis id,quod ſuſtinent,delabi in liquorem patiuntur,ſed conſumptis terris latius conſtituuntur.¶Quid tantum oceano,properent ſe tingere ſoles Hiberni,vel quæ tardis mora noctbus obſtet.)breuem diem facit,cũ octaua parte,maior eſt ea pars,circuli qua ſubiecta terris eſt brumalis,& ſuperior eadem minor æquinoctialis circuitus.¶Sin,has ne poſſim naturæ accedere partes Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.)ſignificat ſanguine circũ præcordia ducto animum Empedoclis ſententia.¶Sperchius.)Theſſaliæ flumen.¶Taygeta.)laconices, vbi venantur virgines Lacænæ,lacon enim lacæna facit. Lacedęmonius,Laconicæ regio eſt. Lacædemon oppidum ſpartæ dicitur,vnde ſpartanæ ſunt eædem virgines.

Lacedæmon.

### MANCINELLVS.

¶Me vero primũ dulces ante oia muſæ. Quarũ ſacra fero,ingenti perculſus amore. Sin has:ne poſſim naturæ accedere partes,&c.)pręponit ruſticæ vitæ philoſophicã.Hinc illã optat, ad quam ſi accedere non poſſit,ruſticam degere vitã exoptat.Eſt autem ordo.Veto,ſed primum ante omnia me dulces muſę accipiant,&c.Cœliq; vias,motus,rõnes,curſus.Vltimi cœli motus eſt,vt dicunt aſtrologi ſuper duas axis extremitates polum.ſ.arcticum,& antarcticum:ab oriente per occidentem,in orientẽ iterum rediens,quem motum æquinoctialis circulus per medium diuidit:& etiam alter inferiorum ſphærarũ motus per obliquũ huic oppoſitus ſuper axes ſuos diſtantes à primis.xxiij.gradibus &.xxxiij.minutis,ſed primus oẽs alias ſphæras ſecum impetu ſuo rapit intra diem:& noctem circa terram ſemel,illis tamen contra nitentibus,hunc autẽ ſecundum motum diuidit per medium zodiacus,ſub quo quilibet ſeptem planetarum ſphærã habet propriam,in qua proprio motu differtur contra cœli vltimi motum.

Solis Eclipſis

Defectus ſolis varios.Cum in plenilunio luna fuerit in capite,vel cauda draconis ſub puncto directe oppoſito ſoli in firmamento:tunc terra interponetur ſoli,& lunæ,vnde cum luna lumen non habeat,niſi à ſole deficit à lumine.Eſtq; generalis eclipſis in omni terra,ſi fuerit in capite,vel cauda draconis directe, particularis vero eclipſis,ſi fuerit prope,vel infra metas determinatas eclipſi,ſemperq; in plenilunio,vel circa contingit eclipſis.Cum autem fuerit luna in capite,vel cauda draconis,vel ꝓpe metas ſupradictas,& in coniunctione cum ſole,tunc lunę corpus interponetur inter aſpectum noſtrũ,& corpus ſolare,vnde obumbrabit nobis claritatem ſolis,& ita ſol patietur eclipſim, non quia deficiat lumine,ſed deficit nobis propter interpoſitionem lunæ inter aſpectum noſtrum,& ſolem.Eclipſo autem deficio ſignificat,inde eclipſis,ideſt defectio.Defectus ſolis va.Vario enim modo ſol eclipſatur,quod contingit propter diuerſitatem reſpectus in diuerſis climatibus.Lunęq; la.i.defectus.Iuue. ſaty.vj.de mulieribus.Vna laborãti poterit ſuccurrere lunę.

Terræ motꝰ cã

¶Vñ tre.ter.)Babyloniorum placita motus terrę,hiatusq;,& cætera omnia vi ſyderũ exiſtimant fieri vẽtos in cauſa eſſe non dubium reor inquit Pli.lib.ij.cap.lxxj.Neq; enim vnquam intremiſcunt terrę:niſi ſopito mari:cœloq; adeo trãquillo,vt volatus auium non pendeant,ſubtracto omni ſpiritu,qui vehit,nec vnquã niſi poſt ventos conditos,ſcilicet in venas,& cauernas eius,occulto afflatu,neq; aliud eſt in terra tremor q̃ in nube tonitruum,nec hiatus aliud q̃ cũ fulmen erumpit,incluſo ſpũ luctante,& ad libertatem exire nitente,

Oceanꝰ.

Qua vi.ma.alit.Oceanus,Soli.teſte,quẽ gręci ſic nominãt à celeritate,ab occaſu ſolis irrumpẽs leuo latere.Europã radit Africam à dextro,ſciſſisq; Calpe,& Abyla montibus,quos dicũt columnas Herculis inter Mauros funditur,& Hiſpaniam.Et Pli.lib.ij.inquit.Sed æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt,pluribus,quibus,modis accidit.Verum cauſa in ſole,lunaq;.Id aũt Macro.ẽt lib.j.de ſom.ſentit:ait enim,Oceanus quoq; in incremento ſuo hunc numerum tenet. nam primo naſcẽtis lunæ die fit copioſior ſolito,minuitur pauliſper.ij.minoremq; videt eum.iij.q̃.ij.& ita decreſcendo ad diẽ vij.peruenit.Rurſus.viij.dies manet.vij.par.&.ix.fit ſimilis vi.x. v.&.xj.fit.iiij.par.iij.quoq;.xij.&.xiij.fit ſimilis.ij.xj.ij.j.Soli.itẽ ait.dubitatur etiam nũc quibus ex cauſis intumeſcat Ocea.nec in obſcuro eſt plura pro ingenijs differentium potius q̃ pro veritatis fide expreſſa.

Dierꝫ ac noctiũ inęqlitas.

Quid tantum ocea.Dierum & noctium inæqualitatis cauſa obliquitas eſt ſigniferi.teſte Pli.li.ij.cum pars æqua

mundi

mundi ſubterq́; terras omnibus fiat momentis, ſed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna longiore tractu tenent lucem, quæ vero obliqua, ociori tranſeunt ſpacio. Alij ſic in omnibus circulis qui ſunt ab æquinoctiali vſq; ad tropicon cancri, & in ipſo tropico cancri maior eſt arcus diei quàm noctis, ideſt arcus ſuper horizontem q̃; ſub horizonte. Vnde toto tempore quo ſol mouetur à principio arietis per cancrum vſq; ad finem virginis creſcunt dies ſupra noctes, & tanto plus, quanto magis accedit ſol ad cancrum, & tanto minus, quanto magis recedit. Ecõuerſo autem de diebus & noctibus, dum ſol eſt in ſignis auſtralibus in omnibus alijs circulis, quos ſol deſcribit inter æquinoctialem, & tropicum capricorni maior eſt circulus ſub horizonte & minor ſupra, vnde arcus diei eſt minor q̃; arcus noctis, & ſm proportionem arcuum decreſcunt dies ſupra noctes, & quanto circuli ſunt propinquiores tropico hyemali, tanto magis decreſcũt dies. Tardis no. tarde venientibus, intelligit enim per id dies ęſtiuos, qui longi ſunt.

Partes Phiæ quot.

Naturæ partes, i. naturalem philoſophiam. Sunt enim philoſophię tres partes. Moralis, & Naturalis, Rationalis. Moralis eſt, quę docet morum eliminatam perfectionem. Naturalis, quæ de diuinis corporibus diſputat. Rationalis vero, cum de incorporeis ſermo eſt, quem mens ſola cõplectitur. Macro. ait. lib. ij. de ſom. Cum itaq; Maro cœli vias, & ſydera ſolis, & lunæ defectus terrarum tremorem, & Oceani æſtuaria dierum: & noctium longitudinem & breuitatem complectitur, phyſice ſecreta commemorat, eſt autem philoſophia, vt ſcrib. Alcinous, affectio ſapientiæ, quæ ſoluit, ac reducit ad intelligibilia, conuertitq́; nos ad ea, quæ ſunt ſecundum varietatem. Sapientia autem eſt ſcientia humanarum diuinarũq; rerum cognitio.

Sapiētia

Frigidus ſan. Empedoclis ſententia loquitur: is enim vt ſcri. Cice. li. j. Tuſcu. Animum eſſe cenſebat cordi diffuſum ſanguinem. Calidus autem ſanguis maiorẽ virtutẽ habet q̃; frigidus, vnde & oẽs dextræ partes validiores ſunt, & debiliores ſiniſtræ, quia has regit calor iecoris, qui eſt concretus ſanguis, hinc caloris domiciliũ eſt. Illę vero contagione frigidi lienis hebetãtur: lege Macro. li. vij. & Pli. li. xj. ca. xlvj. ſcri. ꝙ cordi ineſt pręcipuus calor, quòdq; ibi mens habitat. Tul. etiam in libro de natura deorum ait, quòd omne: quod eſt calidum & igneum cietur, & alitur motu ſuo. Quod autem alitur: & creſcit motu quodam reuertitur certo, & æquabili; qui quandiu remanet in nobis, tãdiu ſenſus, & vita remanent, refrigerato autem, & extincto calore, occidimus ipſi, & extinguimur.

Pręcordia.

Præcordia, exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellãt, ꝙ cordi prętenduntur. Pli. libro vndecimo. O vbi campi, optandi aduerbiũ.

Sꝑchius

Sperchius, Theſſaliæ fluuius, vt ſcribit Strabo libro nono, Solinus autem cap. decimo ſcribit in Sperchio promontorio Orpheum, ſiue ſacrorũ, ſiue cantuum ſecreta agitaſſe.

Taygetꝰ

Taygeta. Taygetus, vt Strabo docet libro octauo mons eſt Laconicæ: quæ Achaia eſt: Eſt autem mons ſuper mare non grandis admodum cęterum excelſus, & erectus, Cui ſubijcitur in ſparta, & amyclæ regione mediterranea, vbi Apollinis templum.

Lacęna

Liberi quoq; patris delubrum. Non ab re igitur Lacænis virginibus bacchata, Maro ait. Lacænis, ideſt Laconicis. Nam teſte etiam Probo, Laconica lacænas facit, eſt autem lacon. g. m. lacæna vero. g. f. Hæmi Thraciæ, mons eſt, cuius excelſitas, ſex millia paſſuum continet, vaſto iugo procumbens in Pontum, vt Plinius libro quarto cap. duodecimo ſcrib. De eodem lib. primo Faſto. ait Ouid. Et qcunq; tuas accolit hæme niues. Eſt fertilis Thracia inquit Plin. libro. xvij. cap. quarto frugum rigore. & æſtibus Africa &c. Ægyptus. Siſtat: repræſentet. Cicero ad Atticum, vt te ante Kalen. ianuarias vbicunq; erimus ſiſtas.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶Me vero &c.) Quia tantopere ruſticam vitam laudauit, ne illam etiam philoſophicæ, & contemplatiuæ prętuliſſe videatur, dicit ſe quidem pręferre ruſticanę vitę philoſophicam, & muſarum diuina inuenta, ſed ſi ad ea feliciter adſpirare nequiret, nullã eſſe, in praxi vitam, quã ruſticanę ꝓtulerit: primas ergo partes diuinarũ, humanarumq́; rerum cõtẽplationi, hoc eſt philoſophię attribuit, proximas agriculturæ. dicens. Verũ ꝓ ſed muſæ. i. deæ rerꝝ inuentrices, hoc eſt diuinarũ rerꝝ cõtẽplationes dulces ante omnia. i. exercitia humana: quarũ ego perculſus. i. affectus ingenti amore fero ſacra, vt. ſ. ſacerdos accipiat me primum. i. ꝑmo & pręcipuo loco, qa nihil gratius, aut iucundius contingat, & monſtrent mihi vias. i. curſus, aut meatus cœli & ſydera. i. ſyderũ virtutem, & ſignificationem, & varios defectus. i. eclipſes ſolis: & labores. i. eclipſes, & luminis iminutiones lunæ, & mõſtrent mihi, vnde tremor. ſ. accidat terris, & qua vi tumeſcant. i. inflẽtur, & extollantur. maria alta. i. eleuata, & hoc obijcibus. i. obſtaculis: vt litoribus, ruptis. i. diſſipatis, & deiectis: & reſidant. i. deſcendãt vt locum capiant, rurſus in ſeipſa. i. in propria recæptacula, prioresq́; alueos, & ambitus. Et monſtrent quid. i. ad quid ſoles hyberni, ideſt qui illucent tempore hiberno, hoc eſt hyemali, properent. i. feſtinent tantum. i. intantum, tingere ſe Oceano. i. magno mari terram ambienti, & id dicit ſecundum opinionem vulgi, credentis, ſolem in Oceanum ſui lauandi cauſa decidere, vel quę mora obſtet non noctibus hyemalibus, tardis. i. tarde decedentibus. ſed æſtiuis tardis. i. tarde venientibus (eadem in fine primi Æneid. reperies) Sin. i. ſed ſi, ſanguis frigidus circum præcordia i. tarditas ingenij ex ſanguine frigido circa cor producta (vnde Iuue. ꝙ leuæ in parte mamillæ. Nil ſalit arcadico iuueni) obſtiterit. i. obſiſtendo effecerit, ne. i. vt non, vel quominus poſſim accedere. ſ. intelligendo, has partes naturæ. i. rerum cœleſtium, hoc eſt cauſam rerum. Rura. i. res ruſticanæ, & amnes rigui. i. irrigatiui placeant mihi in vallibus. i. accedam ad delicias ruſticanas, & amem flumina. i. amœnitatem fluminum, & ſyluas, exiſtens inglorius. i. ſine gloria, quæ cauſas rerum inuenientibus debetur. O optantis eſt interiectio, ſcribunt quidã oh. O qui meſi ſtat. i. conſtituat & vt dicunt reprę ſentet, vbi. ſ. ſunt campi. ſ. amœni & ſperchius. ſ. fluuius theſſaliæ ad quem Orpheus canticorum ſacra pegit, & taygeta (declinatur ſicut hyſmarus hic taygetus, & pluraliter hæc taygeta) mons laconiæ in achaia: bacchata. i. à baccantibus frequentata: virginibus Lacænis. O qui ſiſtat me in gelidis, ideſt refrigeratiuis vallibus hemi, illius montis thraciæ, & protegat me ingenti vmbra ramorum. i. quis dabit vt naturali locorum dictorum ac cõſimilium perfruar amœnitate? q. d. ſe beatum fore ſi id contigerit.

PIERIVS.

¶Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore.) In cod. Longo. tantum legitur, perculſus. Sed in Ro. in Mediceo, & alijs antiquoribus percuſſus prout etiam dicitur, amore ſaucius: ſiue qa paſſim locutiones illæ percuſſus, & perculſus apud authores cõfunduntur. ¶Qua vi maria alta tumeſcant.) In Lõgobardico, tumeſcunt, legitur, ſed elegantius eſt tumeſcant. ¶Oceano properent ſe tingere ſoles tinguere.) Vt in veteribus habetur ſcribendum eſſe oſtendit. diſtinguo (aiunt veteres grammatici) de quo nemo dubitat, id vero diuerſis coloribus tinguere ſignificat, ac perinde ſecernere. & diſſeparare. ¶Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.) In Roma. cod. rigidi, legitur, ſed enim nõ videtur amnibus conuenire, vbi agitur de amœnitate, rigor enim glaciei potius congruit, vt ibi glacie riget horrida barba, niſi rigidi pro, gelidi poſitum ſit, ſed omnino fuit hic aſperitas euitanda.

SERVIVS.

¶Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.) Repetitio eſt ſuperioris coloris: nam hoc dicit, Et ruſtici felices ſũt, & qui tribuunt operam philoſophiæ. ¶Rerum cauſas.) Ideſt phyſicam philoſophiã. ¶Inexorabile fatum.) Alibi. Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. ¶Subiecit pedibus.) calcauit. ¶Fatum.) Ex fato venientia. ¶Acherontis auari.) Omnem mundum in mortem trahentis. ¶Deos qui nouit agreſtes.) Qui abſtinet ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum ſuis numinibus rura deſcripſit. ¶Nymphasq́; ſorores.) Non Panis vel Syluani: ſed inter ſe ſorores, vt Ætnæos fratres: inter ſe ſcilicet. ¶Populi faſces.) Honores qui à populo præſtantur. Proprie autẽ locutus eſt, vt faſces populi, regũ purpuram diceret. ¶Infidos agitans diſcordia fratres.) Diſcordiã poſuit ꝓ auaritia. Ab eo quod præcedit id quod ſeqtur. Infidos

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq́; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,
Panaq́;, Syluanumq́; ſenem, nymphasq́; ſorores.
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro,
Non res Romanę, perituraq́; regna: neq; ille
Aut doluit miſerans inopem: aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura

Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumq; forum, aut populi tabularia vidit.

fidos autem fratres ideo ait ꝙ
auaritię cauſa diſſentiũt. ¶ Aut
cõiurato deſcendẽs Dacus ab
Iſtro.) i. non eũ ſolicitat con-
iuratio Barbarorum. Iſter autem, Fluuius eſt Scythiæ. ¶ Non res
Romanæ, perituraq; regna.) Regna ſcilicet Barbarorum. Nã duo
dicit, Ruſticum nec Romanum imperium mouet. i. ad ambitum
cogit. nec barbarorum regna peritura. Non enim Romano ma-
ledixit imperio, licet hoc alij dictũ velint ex generali venire ſen-
tentia: ꝙ omnis magnitudo imperij periculis ſubiacet. vnde etiã
Iuuenalis ait, Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendũt reges, & ſicca morte tyrãni. ¶ Aut doluit miſeras ino-
pem: aut inuidit habẽti.) Cicero in Tuſculanarũ qnto lib. hoc tra-
ctat, dicens, in quẽ cadit vna mẽtis perturbatio, poſſe in eũ oẽs
cadere: ſicut põt omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit.
vnde nunc Virgi. noluit ruſtico aſſignare miſericordiam, ne ei da
ret etiam cæteras animi paſſiones, quas nouimus & à bonis, &
à malis rebus venire. A bonis opinatis duas: vnam præſentis tẽ-
poris, vt gladium: & Vnã futuri, vt ſpem. A malis ſimiliter duas:
vnam præſentis, vt dolorem: & vnam futuri, vt metum. quas
paſſiones eſſe animi non dubium eſt. vnde & ipſe ait in ſexto,
Hinc metuunt cupiuntq;, dolent gaudentq;. Salluſtius etiam in
Catilinæ bello ait, Omnes homines qui de rebus dubijs conſul-
tant: ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet.
nam animus haud facile verum prouidet vbi illa officiunt. Er-
go aut ſecundum Ciceronis tractatum hoc dixit: aut quod abſo
lutius eſt, intelligamus ideo ruſticum paupertatem non dole-
re, quòd eam malum eſſe non credit, ſed munus deorum. Luca-
nus de paupertate, Et munera nondum intellecta deum. Eſt &
aliud quod poſſumus accipere, ideo ruſticum nec bonis nec ma-
lis alienis moueri, quia eius non intereſt. quippe qui ab vrbibus
eſt remotus. ¶ Ferreã iura.) Dura, inexorabilia, imutabilia. ¶ In-
ſanumq; forum.) Litigioſum. ¶ Populi tabularia.) Vbi actus pu-
blici continentur. Significat autem templum Saturni, in quo &
ærarium fuerat, & vbi reponebantur acta quæ ſuſceptis liberis
faciebant parentes. Iuuenalis, Tollis enim, & titulis actorũ aſper
gere gaudes Argumenta viri.

MANCINELLVS.

¶ Rerum cognoſcere cauſas.) Commentator li. j. Phyſicorũ ait.
Sciẽtiarũ quędam eſt perfecta, & illa eſt quę fit per cauſam, quę-
dam imperfecta, & illa eſt, quæ eſt ſine cauſa. ¶ Atq; metus oĩs.)
Cice. lib. iij. officiorum ſcrib. Magnitudinis animi, & fortitudinis
proprium eſſe, nil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil,
quod homini accidere poſſit, intolerandum putare, & paulo in-
ferius inquit, fortitudinem eſſe dolorum, laborumq; cõtẽptio-
nem. ¶ Inexorabile fatum.) i. ex fato venientia. De fato autem la
tius Eclo. iiij. videto. itẽ Maro. li. vj. inquit, Deſine fata deum fle-
Acherõ cti ſperare precando. ¶ Acherõtis auari ſtrepitum.) hoc eſt ipſam
mortem, Qua mediante animæ immortalitas acquiritur, vt Ci-
ce. ait. ſtrepitum aũt dixit propter animarum omnium illuc ten
dentium tumultum, Vnde poeta lib. vj. de hac eadẽ re ait. Æneas
miratus. n. motusq; tumultu. Dic ait ò virgo, quid vult concur-
ſus ad amnem. Quidve petunt animę? vel ſtrepitum dixit. Quo-
niam ibidem de Acherõte inferno fluuio inquit. Nec ripas datur
horrendas, nec rauca fluenta, Tranſportare prius q; ſedibus oſſa
quierint. ¶ Acherõtis.) eſt Acheron fluuius in Calabria in penin-
Acherõ ſula quadam iuxta Conſentiam, à quo oppidani Acherontini, vt
tini. Pli. lib. iij. ſcrib. Poetæ vero dicunt eſſe fluuium in inferno cœno
turbidum, & æſtuantem. Strab. autem lj. viij. docet. Quam ache-
ron amnis fluens per Gylum vrbem achaiæ Alphæum intrat,
Acherontiq; propter inferni proprietatem inditum eſt vocabu-
lum, quoniam ea in ora Cereris & Proſerpinæ ac Plutonis tem
pla magno in honore ſunt. ¶ Auari.) nam inquit Ouid. Serius aut
citius ſedem properamus ad vnam, omnis enim Acheron cym-
ba recipit in altera ripã, nec ſatiatur vnq;: nã omnes auet. ¶ Deos
agreſtes.) de ijs li. j. Geor. late iam dictum eſt: quorum etiam hic
aliquos poeta nominat. ¶ Nouit.) ille deos nouit agreſtes, q opti
mus eſt, hi fortunati haberi poſſunt. ¶ Sorores.) Inter ſeipſas. ſ.
populi faſces, duodecim erant lictores. i. miniſtri: qui cum faſci-
bus virgarum. ſecurim cuiq; conſulum pręferebat. Vtq; conſulũ
inſignia erant duodecim faſces, ita prætorum ac præſidum ſex
Lictor tantum. Lictor aũt à ligando, dictus. ꝙ cum magiſtratus populi
vñ dict9 Romani virgis quẽpiã verberari iuſſiſſent, crura eius, & manus
ligari vincirìq; à viatore ſolita ſunt, Iſq; qui ex collegio viatorũ
officium ligandi haberet lictor ſit appellatus, ita Valgius dixit de
lictore, vt refert Gel. lib. xvij. cap. iij. Tyro aũt Ciceronis libertus
lictorem,

lictorem, vel à Licio dictum
ſcripſit. Licio enim tranſuerſo,
qui magiſtra ibus præmini-
ſtrabant cincti erant. vt inquit
author idem Gellius. Populi ait, quoniam in quem populi ſuf-
fragia, conſularibus, habitis comitijs auſpicijsq; rite peractis, cõ-
currebant, is erat conſul deſignatus. ¶ Purpura regum.) Trabeã Purpu-
intelligit, erat enim toga ex purpura, & albo. Virgi. lib. vij. de Pi- ra.
co rege, Paruaq; ſedebat, ſuccinctus trabea. ¶ Flexit.) mouit, ſol-
licitauit. ¶ Infidos.) alter enim alteri ſubegit. ¶ Diſcordia.) auari-
tiam intelligit. ¶ Coniurato.) actiue dixit, non paſſiue, vt ille do
cet. Coniurato autem, quoniam eius populi omnes quodãmo- Cõiura
do in Romanos coniurauerant, vt Daci, Sarmatæ, Germani, cõ- re.
citare autem, & conſpirare fere in malum accipiuntur, quoties Conſpi
in patriam aut in principem coniuratio fit atq; conſpiratio. Con rare.
iuratio ſemper in alterius perniciem graſſari ſolet. ¶ Dacus.) diui
duntur Daci à Germanis Danubio, vt ſcribit Tacitus, Lucius Flo
rus inquit, quod Daci montibus inhærent quotiesq; concretus
gelu Danubius iunxerat ripas, diſcurrere ſolebant, & vicina po-
pulari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentẽ aditu difficillimam ſub-
mouere. Miſſo igitur Lentulo vltro vlteriorem repulit ripam,
circa præſidia conſtituit, ſic tunc Dacia non victa, ſummota atq;
dilata eſt, Sarmatas quoq; per eundem Lentulum Danubio ꝓ- Iſter.
hibuit, quibus tanta barbaries eſt, vt pacem nõ intelligãt. Germa
nia quoq; magis turpiter amiſſa, q; glorioſe acquiſita. Hęc ex flo
ro. Trãquillus vero ſcribit Auguſtũ Germanos vltra albim ſum-
mouiſſe, ex quibus ſueuos, & Sycambros dedẽtes ſe traduxit in
Galliã. ¶ Iſtro.) Iſter vt Stra. ait li. ix. oritur ab extremis Germa
niæ partibus, ſuperiores aũt fluminis ptes in fontes verſus, vſq;
ad pcipites eius decurſus, quos cataractas noiant. Danubium vo Danu-
cãt q̃ maxime per Dacorũ agrũ delabunt. Alias vero inferiores bius.
vſq; in pontũ per Getas, Iſtrũ vocitant. Cęterũ idẽ Dacorum, &
Getarũ ſermo eſt. ¶ Ferrea iura.) dura, firma, immobilia. ¶ Inſa-
num.) clamoſum. ¶ Forum.) locus dicitur in quo iudicia ferri ſo Forum,
lent, vt ſcri. Feſtus. ¶ Tabularia.) loca vbi tabulæ. i. ſcripta publi- Tabula
ca, & literę ponuntur gręci grãmatophylacia appellant. ria.

ASCENSIVS.

¶ Felix qui &c.) Sicut primũ muſis vacare optauit deinde agri
culturæ ita docet primam felicitatem quæ quidem in terris con
tingere poteſt, in muſis ac philoſophia conſiſtere, proxima in re
ruſtica. ¶ Ordo eſt. Felix ſup. eſt qui potuit cognoſcere cauſas re-
rum per quas muſas & philoſophiam deprehẽdimus. atq; qui. ſ.
ſubiecit pedibus omnis metus, &. i. etiam fatum inexorabile. i.
neceſſitatem moriendi, is profecto felix eſt qui vere cum apoſto
lo dicere põt. Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto, & qui ſubiecit pe
dibus ſtrepitũ Acherontis. i. fluuij aut principis infernalis, auari,
quia oĩum auidi, Nã ſerius aut citius ſedẽ properamus in vnam,
hoc eſt oẽs deſcendimus in mortẽ, ſi non oẽs in infernũ, oẽsq; in
Acherõta, qui ſine lęticia dicitur fluuius, dum mortis guſtamus
amara, ſed felix cuius tam munda & purgata eſt per philoſophiã
ſm illos & ſm nos per gratiam vita, vt nec inferorum concutia-
tur metu. Fortunatus, ſup. eſt. i. beatus. (Nam fortunare in bonã
partem accipitur) &. i. etiam ille qui nouit. ſ. per experiẽtiã, deos
agreſtes. i. agreſtium deorum munera, hoc eſt, qui intelligit & co
gnoſcit quantũ boni habeat agricolarum parſimonia, atq; conti
nentia, non. n. omnia quę bona ſunt, cõtinuo ab omnibus intelli
guntur qui ea vident, vnde de paupertate Luc. Et munera non-
dum, Intellecta deũ. Qui inq; nouit, pana deũ paſtorum, & ſyl-
uanum ſenẽ, deũ. ſ. ſyluarum & nymphas. ſ. montiũ, fontium, flu
minum, aut ſyluarum ſorores. ſ. inter ſe. Ideo aũt fortunatus eſt
qa faſces populi. i. quos per populũ in populũ ferunt magiſtra-
tus, aut honores populares, non ſupp. flexerunt illum. ſ. qui deos
agreſtes nouit, & purpura regũ. ſ. indumentum, non flexit. i. ſolli
citauit aut attraxit & inclinauit ad ſe illum. i. animũ illius, & di-
ſcordia. ſ. ex auaritia, aut ambitione nata agitãs. i. vexans fratres
infidos. i. inique ſua diſtribuẽtes, vt qui nec partem poſuere ſuis,
quæ plurima turba eſt, aut dacus populus à germanis Danubio
diuiſus deſcendens ab Iſtro cõiurato. i. ab accolis Iſtri, vt dacis,
getis, germanis in romanos conſpirantibus, & cõiuratis. i. timor
illorũ, non flexit ſupp. Et res Romanæ & regna peritura. ſ. inquit
Ser. Barbarorum, quaſi Romana peritura nõ ſint, cum dicturus
ſit Iuppiter in primo Æneid. de Romanis. His ergo nec metas
rerũ nec tẽpora pono. Imperium ſine fine dedi, ſed diuus Augu-
ſtinus vt ad dictum locum primi Ænei. dicemus. Hunc locũ atq;
illũ de verbis domini Ser. xxix. argutius capit dicens ex perſona
poetę dictũ eẽ regna peritura & ex perſona Iouis, quaſi fallacis
numinis.

numinis. Imperium ſine fine dedi. Nõ abſurdũ tñ eſſet ꝓ ſenten/tia poetę dicere, & quę res Romanę. i. adminiſtrationes reꝝ quas Romani poſſidẽt, & regna. ſ. barbaroꝝ peritura. i. à Romanis ſubigẽda & ad Romanũ imperiũ transferẽda ſup. non flexerunt. Alij enim laborãt res partas poſſidere, alij vt poſſideãt parere. Nec il/le. ſ. agricola q nouit deos agreſtes aut doluit miſerans inopẽ. i. miſeratus quidẽ eſt inopẽ, ſed non cum dolore. i. animi cruciatu, ita vt paupertatem tanq; rem malam miſere metuat, cũ ſit pau/cis contentus, aut inuidit habenti, hoc eſt medium, in affectioni/bus tenuit, ita vt neq; turpiter crucietur viſis miſerijs neq; inui/det viſis aliorum diuitijs, ſed ſupp. carpſit fructus quos rami tu/lere ſua ſponte, quos ipſa rura tulere volẽtia. i. nõ coacta & quis illis contentus erat non doluit miſeratus inopem, quia pauperta/tem non putauit eſſe malum, & eſt altera expoſitio Seruij, nec vi/dit rura ferrea. i. dura & inflexibilia, nec forum. ſ. iudiciale inſanũ i. litigioſum, aut tabularia. i. loca vbi tabulæ. i. inſtrumenta hoc eſt literæ publicæ ponuntur, vnde dicit populi. i. quæ ſunt de re/bus populi, hoc eſt de rebus publicis.

PIERIVS.

❡ Atq; metus omnis & inexorabile fatũ. Subiecit pedibus.) In Ro. co. legitur, ineluctabile fatum, quod & alibi poſitum à Virg. magis tamen eruditi probant, quod varium eſt ad fertilioris fa/cundiæ copiam.

SERVIVS.

❡ Cæca freta.) Subito in tempeſtatem ſurgentia. ¶ Pene/trant aulas & limina regum.) Profitentur ſatellitium. Limina autem ait interiorem familiaritatem. Sic Turnus, Stirpẽ admiſceri Phrygiam, ſe limi/ne pelli. ¶ Petit excidijs vr/bem.) Incertum alienam, an ſuam. ¶ Gemma bibat.) Gem/meo poculo, non gemmato. ¶ Sarrano dormiat oſtro.) Ty/ria purpura. quæ enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vo/cabatur, à piſce quodam, qui illic abundat: quem lingua ſua ſar appellant. Iuuenalis, Aut pictę ſarrana ferentem Ex humeris au/læa togæ. ¶ Hic ſtupet attonitus roſtris.) ſ. vt concionetur. ¶ Per cuneos (geminatus enim plebis q; patrum q;) Corripuit.) Ordo eſt: Corripuit enim hunc geminatus per cuneos plauſus & ple/bis & patrum. ¶ Exilio q; domos.) Volũtario. ſ. propter auaritiã. ¶ Alio ſub ſole.) Sub alio climate.

Sollicitant alij remis freta cæca: ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miſeroſq; penates:
Vt gemma bibat: & Sarrano dormiat oſtro.
Condit opes alius: defoſſoq; incubat auro:
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatus enim plebiſq;, patrumq;)
Corripuit: gaudent perfuſi ſanguine fratrum:
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant:
Atq; alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.

mouit, ſollicitauit, & plebis, & patrum, plauſus enim cer/te, ſed vacat potius p cuneos geminatus. i. ſępe redditus, nõ enim ſemel tantũmodo plau/debaẽ, ſed iteratis vicibus. Potes etiam exponere hiãtem. i. honoris cupidum, & referre ad graues viros, qui in thea/tris cum plauſu excipiebantur ignaui, cũ ſibilis. ¶ Cuneos.) conſeſſus. ¶ Gaudent.) alij ſci/licet. ¶ Exilio.) parricidijs enĩ exulare coguntur. ¶ Sub alio ſole.) ſub alia regione.

PROBVS.

Sarra. ❡ Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.) Tyriam purpu/ram vult intelligi Sarranum oſtrum. Tyrum autem Sarram ap/pellatam Home. docet, quem etiam Ennius ſequitur, cum dicit Pœnos Sarra oriundos.

MANCINELLVS.

❡ Cæca freta.) latentia, momento enim vertuntur: cum tran/quilla eſſe videatur. ¶ Penetrant aulas.) varia vrbanorum vota, indicat, aliqui enim auaritia ducti nauigant, aliqui faſtu colunt
Aula. regia tecta, aliqui militiam, &c. ¶ Aula.) aula græce latine atriũ.
Aulos. Aulos vero tibia. ¶ Limina.) interiora ſcilicet. ¶ Penates.) do/
Géma. mos. vt gemma bibat. Martia. etiam ait. Gemmatum ſythicis, vt luceat ignibus aurum. Ah quoties digitos exuitiſte calix. Iuue. ſat. v. Transfert ad pocula gemmas, Plin. Nec hoc fuit ſatis, tuba gemmarum potamus. & ſmaragdis teximus calices. Gemmæ autem præcioſi lapides dicuntur, vt aiunt quod inſtar gummi
Sarra. luceant. ¶ Sarrano oſtro.) Ideſt tyria purpura. Tyrus enim ſarra
Tyrus. quãdoq; dicta eſt, vt Homerus docet quem etiam Ennius ſequi/tur authorem cum dicit Pœnos ſarra oriundos, vt ſcribit Pro/bus, Tyri autem nobilitas omnis conchylio atque purpura conſtat, vt Plin. lib. v. cap. xx. inquit. Strabo autem lib. xvj. ait, quòd poſt ſydonem maxima, atq; antiquiſſima phœnicum eſt Tyrus, quæ tota inſula eſt continenti tamen aggere coniungitur quem Alexander in obſidione congeſſit, apud Tyrum purpurarum pi/ſcatus, hinc Tyria purpura optima omnium perhibetur. Diſtat Tyrus à Sydone non plusq; ducentis ſtadijs Poſt Tyrum eſt an/tiqua Tyrus triginta diſtans ſtadijs. ¶ Oſtro.) purpura. ex oſtreis
Roſtra. enim piſcibus etiam tingitur de quibus lib. j. Georgi. ¶ Roſtris.) erant Roſtra in foro locus ad palatinas radices. Vnde ad popu/lum loqui plurimum conſueuerant, & à roſtris nauiũ ſic quoq; cognominata, ait enim Liuius, Naues antiatum partim in naua/lia ſubductæ: partim incenſæ, roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. ¶ Hiantem.) anhelantem certami/nis labore, & palma. Eſt autem ordo hunc hiantem corripuit. i. mouit,

ASCENSIVS.

❡ Sollicitant alij remis freta.) Vt plenius ruſticorum quietẽ & continentiam laudet inuehitur in aliorum commotiones & lu/xum dicens. Alij. ſ. vrbani rerum & honorum plus quàm ſat eſt cupidi: ſollicitant remis freta cæca. i. occulta & latentia, & ruunt, ideſt præcipites currunt in ferrum, ideſt in arma, & penetrant aulas, ideſt theatra aut regias & limina regum, ideſt fiunt aulici vt fauore regum emergant, ideſt quiuis eorum petit, ideſt adori/tur vrbem inſidijs. i. per inſidias affectat gubernacula vrbis & pe/tit miſeros penates, ideſt domeſticos deos aut optima quæq; mi/ſerorum & penitiſſime cuſtodita ab eis, vt bibat gẽma, ideſt aut poculo gemmato, aut (quod plus eſſet) gemmeo, & vt dormiat oſtro ſarrano. i. purpura tyria nã tyros olim ſarra dicta eſt, ea aũt purpura pręſtat cęteris cum ſit dibapha. i. bis tincta, ſcilicet vt ha/beat, lectũ coopertum purpura tyria aut tapetis purpureis, alius condit, ideſt abſcondit opes & incubat auro defoſſo. i. incuban/do inuoluit ſe in aurum quod prius infoſſum vt nunc conſpiciat defodit, vnde Hora. ſermone primo cõgeſtis vndiq; ſaccis, indor/mis inhians, & tanq; parcere ſacris Cogeris aut pictis tanq; gau/dere tabellis. hic attonitus, ideſt ſtupefactus & raptus admiratio/ne indigna, ſtupet roſtris, ideſt magiſtratibus pro roſtris geren/dis. Plauſus corripit, ideſt totum ad ſe rapuit, hunc. i. alium, hian/tem. i. auiditate gloriæ captum, ita vt more canis ſitibũdæ vix os occludere poſſet, corripuit dico per cuneos, ideſt populorũ recę/ptacula, enim pro, quia geminatus, quaſi dicat nec id mirum, quia geminatus (& eſt faceta irriſio, ſicut illa Horatij in Tygillũ Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tygilli. Quippe beni/gnus erat.) plebis & patrum, qui ſcilicet magnus & multum ap/petendus videtur. Alij ſup. gaudẽt perfuſi. i. quando perfuſi ſunt ſanguine fratrum & mutant domos. ſ. paternas & limina dulcia, ideſt quę merito dulcia ſint, exilio. i. pro dulcibus domibus exu/lant vltro vt. ſ. diuitias acquirant aut poſt effuſionem ſanguinis fraterni, vt ſcelerati voti compotes fiant, & quærunt patriam ia/centem ſub alio ſole. i. ſub alio climate, ſed fœcundius dicit ſole. Nã ſi in diuerſo climate eſſet idem ſol. i. idem reſpectus & eadem influentia ſolis leuior eſſet mutatio loci, quàm vbi alius, eſt ſol. i. diuerſus influxus eius.

PIERIVS.

❡ Hunc plauſus hiantem, per cuneos (germinatur enim ple/biſq;, patrumq;) corripuit.) Romanus codex, Mediceus, Lon/gobardicus, & pleriq; alij, geminatus, legunt, quod etiam appro/batur à Seruio.

SERVIVS.

❡ Hinc anni labor.) Ex agri/cultura habet totius anni ſubſtantiam. ¶ Hinc patriam.) Donatus villam intelligit, non re vera patriam. ¶ Meritoſq; iu/uencos.) Sui conſortes labo/ris.

Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor: hinc patriam, paruoſq; nepotes
Suſtinet: hinc armenta boum, meritoſq; iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,

ris. ¶ Nec requies.) Ideſt nũq; põt ruſticus omni parte deſti/tui. ¶ Cerealis mergite cul/mi.) Manipulos ſpicarũ mer/gites dicimus. ¶ Sicyonia bacca trapetis.) Oliua, à ciuitate Laconię Sicyone, vbi abũdãt olea.

Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi:
Prouentuq; oneret ſulcos: atq; horrea vincat.
Venit hyems: teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande ſues lęti redeunt, dant arbuta ſyluæ:
Et varios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Interea pendent dulces circum oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſeruat domus: vbera vaccę
Lactea demittunt: pingueſq; in gramine lęto,
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi.
Ipſe dies agitat feſtos: fuſuſq; per herbam
Ignis vbi in medio: & ſocij cratera coronant:
Te libans Lenæe vocat: pecoriſq; magiſtris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaq; agreſti nudat prædura palæſtra.

olea. Trapetis autem, molis oliuaribus. Et declinatur trapetū ſicut templum. Terentianus, Quos ſuper inſidens trapetos ſigna gyris temperat. Quod metrum aptum eſt oliuam terétibus. ☞ Arbuta.) Poma ſylueſtria. ☞ Pendent circum oſcula nati.) Contra illud, Exilioq; domos & dulcia limina mutant. ☞ Caſta pudicitiam ſeruat domus. Non vt in vrbibus impudica. ☞ Ipſe dies agitat.) Suſpendendū: & ſic inferendū feſtos. nā hoc dicit, oēs dies ſic habet vt feſtos putes. Alij dicunt, feſtos dies cū religiōe cōcelebrāt. ☞ Agreſti palęſtra.) Ruſtica luctatiōe. Palæſtra autem dicta eſt vel ἀπὸ τῆσ πάλησ .i. à luctatione: vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt à motu vrnæ. nam ducti ſorte luctantur.

PROBVS.

Teritur ſicyonia bacca trapetis.) ſicyoniam baccam oliuam dicit Trapetum torcular eſt olei.

MANCINELLVS.

Hinc.) ex agricultura eſt anni labor, hoc eſt opera totius anni, toto ſiquidem anno pro ſegete laborandum eſt. Vnde & Oui. lib. j. met. ait. Sternunẗ ſegetes, & deplorata colonis Vota iacent, longiq; ꝑit labor irritus anni. Hinc, ex agricultura, & labore totius anni. ☞ Patriā, villā. Armēta boū meritoſq; iuuēcos.) Varro. lib. ij. ait. In bubulo genere ætatis, gradus dicunẗ quatuor, prima vituloꝝ, ſecunda iuuencoꝝ, tertia boum nouellorū, q̄rta vetulorū. ☞ Meritos.) erga agricolā ipſum, iuuencus. n. dicit, vt Varro docet, ab iuuādo, q̄a iam ad agrū colendū iuuare poſſit. Suſtinet aūt armenta boum, & iuuencos ex agricultura ferēdo eruū, viciam, medicam, & ſimilia. ☞ Nec requies.) ſ. agricolæ. ☞ Quin.) i. vt annus, aut pomis exuberet. Aut fœtu pecoꝝ, &c. q ſenſus aliqualiter ēt cōueniret, ꝓpter verba Theophraſti iamiā ſequētia. Quod aūt qn, pro vt aliqn̄ exponatur, Gel. ēt li. xvj. c. xiij. edocet. Sed vt pro nō apud Maro. li. iij. ibi. Hic tibi ne qua morę fuerint diſpendia tanti,
Quin. Quin vatē inſanā aſpicias. ☞ Cerealis mer. cul.) manipulo tritici calami. ☞ Prouentuq; oneret ſulcos.) Theophra. li. viij. inqt ad incrēmentū alimentumq; plurimū quidē cœli tēperies, atq; in totū anni conditio iuuat imbribus. n. ſerenitatē opportune ſecutis, oīa feracia, permultiſq; fœcūda reddunẗ, quāobrē nō perperā ꝓuerbio dicitur. ☞ Annus.) fructificat, nō tellus, vincat, rumpat. Idē li. j. Geor. Ruperunt horrea meſſes. ☞ Sicyonia bacca.) oliuā dicit, vt ēt Probus ait. Sicyon aūt teſte Pli. li. iiij. Achaiæ oppidū fuit, vtq; Stra. li. viij. inqt, maximā agri Corinthi partem Sicyoni poſſeſſam occupauere, pręterq; agrū Sicyonū Aſo-
Trapeta pus perfluit. ☞ Trapetis.) molis olearijs, trapeta aūt à terendo dicta, niſi grǽcū eſt, id Varro docet. Cato aūt. ca. cxlv. Trapetos. ait
Autūn°. Var. li. j. c. lv. Trapetas. ☞ Autūnus.) dictus, ꝙ tunc maxime augeātur hoīum opes coactis agroꝝ fructibus, author Feſtus. ☞ Apricis.) ſoli expoſitis, quaſi aphricis. i. ſine frigore, phrice. n. frigoris horror dicit. ☞ Caſta pudicitiā.) Iuue. tn̄ſat. vj. ait. Iāq; eadem, ſummis pariter minimiſq; libido. Nec melior pedibus ſilicē quę cōterit atrū, Quā q̄ lōgoꝝ vehitur ceruice ſyroꝝ. Ipſe agricola. ſ. Agitat, ſępe agit, & celebrat. ☞ Te libans.) legitur ēt in antiqs delibans. ☞ Lenęe.) videto li. ij. Geor. in principio. ☞ Magiſtris.) paſto-
Magiſtrare. ribus, magiſtrare. n. eſt moderari, vt docet Feſtus. i. regere, & gu-
Palęſtra bernare Palæſtræ ludus, & locus dicit, pale lucta, palæo luctor. Palęſtrion locus, vbi palæſtra exercet, palęſtes luctator palęſma lucta, certamen. palæſtræ autem repertor Mercurius fuit, vt ſcri. Diodo. li. j. quod Hora. li. j. ode. x. etiam aſſerit.

ASCENSIVS.

Agricolas incuruo ter. &c. docet agricolam non ocioſum eſſe neceſſitare ſed lōge lętioribus exercitationibus teneri. Quia vbi ſup. ſeu poſtq; agricola dimouit. i. cū non in aduerſas partes mouit & diſcidit, terrā aratro incuruo. i. poſtq; arauit & coluit vt decet terrā, hinc. i. ex hac re, hoc eſt ex agricultura eſt labor anni. i. toto anno nō diſtinetur alio labore q̄; qn agros ſit aut ad agrum quodāmodo pertineat, & ſuſtinet hinc. i. ex hac re, patriā: quia oēs viuunt ex agricultura: fuerūtq; agricolæ ſępe bellis gerendis optimi & ſuſtinet. i. ſuſtētat & educat hinc paruos nepotes. i. liberorū ſuorū liberos, & ſuſtinet hinc armenta, & iuuēcos meritos. i. boues aratorios, q meruerunt ex fructu, quē pepererunt labore ſuo ſuſtētari, nec requies. i. intermiſſio. vlla ſup. eſt, quin. i. quo minus, hoc eſt vt non. vt ſit nunq̄; eſt, quin annus exuberet. i. valde vber & fœcundus ſit. aut pomis, aut fœtu pecorum, aut mergite. i. manipulo, culmi. i. calami, cerealis. i. frumentacei à Cerere inuenti, & qn annus oneret ſulcos prouentu. i. frugibus abunde prouenientibus, aut vincat. i. ſuperet horrea, quod plus eſt q̄; ſi horrea rumpat. Nam vincere horrea dicuntur fruges, cum tot ſunt, vt nulla ſit ſpes in horrea poſſe ingeri, ſed in agro reponuntur, rumpi aūt cum paulo ampliores quam capere poſſent horrea, ſint, ita vt vi ingerantur. Manci. exponit, quin pro vt, ac ſi dicat, nec requies eſt, ſup. agricolæ. i. nūq̄; ceſſat, quin. i. vt annus ante exuberet &c. non eſt legendum exuperet, propter ſyllabam ſecūdam quę corriperetur, ſed meo iudicio melior ſenſus eſt: vt dicamus agricolæ quidem requiem eſſe: quāuis prius dictum ſit. redit agricolis labor actus in orbem: nam & nunc dixit, At ſecura quies, & neſcia fallere vita, ſaltem in animo ſed non anno ita vt intermittente agricola parumper operas ſuas annus non intermittat ꝓuentus. Nam ſententiæ accipiendæ ſunt pro locis: quomodo autem agriculturam laudet ſi dicat agricolæ nullam eſſe requiem niſi dicamus non eſſe requiem in colligendis quāq̄; ſit pariendis fructibus & frugibus. Venit hyems. i. vbi hyems venit. i. iam acceſſit (eſt enim præteriti temporis) bacca ſicyonia. i. oliua quæ naſcit plurima ad ſicyona achaiæ oppidum. teritur, ideſt premitur trapetis. i. molis oliuarijs, & ſues. i. porci redeunt læti. i. pingues glāde, quā. ſ. ſub quercubus rimati ſunt, ſylue dant arbuta. i. fructus arborum, & autumnus ponit varios fœtus. is enim pomifer ac vinifer dicitur, & vindemia mitis. i. botrus aut vua vindemianda, coquitur alte in ſaxis apricis. i. ſoli expoſitis. Interea. ſ. dū foris naſcuntur fructus, & fruges: dulces nati pendent circum vbera. ſ. matrum, & domus. i. familia, & præcipue coniux caſta: ſeruat pudicitiā, vaccæ demittunt. i. deorſum mittunt iam diſtenta vbera lactea. i. lactis plena quaſi lactoſa, ſed id quia inſuetius. vitauit. & hœdi pingues luctanẗ inter ſe cornibus aduerſis. i. ex aduerſo obiectis in gramine læto. i. pingui. Ipſe. ſ. paterfamilias & ꝑnceps domus agricola, agitat dies feſtos, & fuſus. i. ꝓſtratus & recubans per herbā. i. pratum herboſum. vbi eſt. ſ. in medio ignis ad ſacrificium. ſ. cremandum, & vbi ſocij. ſ. laboris coronāt cratera. i. poculum magnum ampliter poturi: ò Lenęe. i. ò Bacche ipſe libans. i. ſacrificans, vocat. i. inuocat te, & ponit magiſtris pecoris i. ꝑmis paſtoribus certamina iaculi velocis. i. ſagittarum hoc eſt ſignum quod ſagittis certatim deijciant in vlmo. i. alta quauis arbore. Et. ſ. ſocij nudant corpora prædura. ſ. ſole & vento indurata palęſtra. i. luctatione agreſti. i. rudium & agreſtium, ſi legendum eſt palæſtræ dic palæſtræ. i. ad palæſtram.

PIERIVS.

Interea pendent dulces circum oſcula nati.) Oēs antiqui codices hoc ordine legunt, Interea dulces pendent. In aliquot ēt codicibus ex antiquioribus. Obſcula, quia grāmatici oſculū, quod ob os petatur, dictum volunt. Sed enim ea dura nimis eſt enunciatio. ☞ Corporaq; agreſti nudat ꝑdura palæſtra.) In Ro. codi. In Mediceo, & antiquiſſimis, alijs. Nudant, numero multitudinis legitur.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: ſic fortis Etruria creuit:
Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma:

SERVIVS.

Sic fortis Hetruria creuit.) Secundū hiſtoriā. nam cōſtat, Tuſcos vſq; ad fretum Siculū omnia poſſediſſe. ☞ Ante etiā ſceptrum Dictęi regis. Anteq̄; regnaret Iuppiter, qui eſt in Dictęo monte Cretenſi nutritus. ☞ Impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuencis.) Arati eſt

Septemq; vna ſibi muro circundedit arces.
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis:& ante
Impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuencis:
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari claſſica:necdum
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.

hoc q dicit ꝙ maiores bouem
comeſſe nefas putabāt.☞Nec
dū impoſitos duris.) Iuuena-
lis, Neſcierant primi gladios
excudere fabri.☞Et iam tēpus
equū fumātia ſoluere colla.)
Allegoricōs hoc dicit. Debe-
mus fatigato ingenio ꝑcere,&
facere finē carmini. Sane nō ē
cōparatio,ſed tranſlatio:ſicut
& in ꝑmi fine diximus. Et ple-
riq; volunt ideo eum dixiſſe hoc loco carmini Georgico finē ſe
eſſe facturum,ꝙ duo ſequentes libri,paſtorales ſunt,non Geor-
gici,vt etiam in prima huius carminis parte memorauimus.

PROBVS.

¶Dictæo regi.) Ioui à Dicte mōte Cretę,i quo educatus credit̃.

MANCINELLVS.

¶Hanc vitā.)ruſticā,& agreſtem,de qua latius,vbi de laudibus
Sabini. agriculturę.☞Sabini veteres.)Sabini,vt qdā exiſtimauere ab re-
ligione,& deoꝝ cultu Seuini appellati. Velinos accolūt lacus ro-
ſidis collibus. Nā amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Infra ſa-
binos Latiū eſt, ab latere Picenū,à tergo Vmbria apēninis iugis
ſabinos vtrinq; vallātibus. Pli.li.iij.c.xiij. Sabinoꝝ aūt ager egre-
gie oliuetis,& vinetis prææditus eſt. Glandesq; paſſim producit,
maxime gregibus,& armētis ſtudent. Eſt aūt gens antiquiſſima,
Etruria. de qua Stra.li.v. Hęc & plura.☞Etruria. Pli.li.iij.c.vj.docet quod
primū Etrurię oppidū. Luna portu nobile. Colonia luna à mari
recedens,propiorq; Piſa,Etrurię aūt fines ad Tybridis ripam,vt
Septi- ait.Strab.extenſi ſunt.☞Septē arces.)Roma.n.ſeptē amplexa eſt
mou. mōtes,Capitolinū,Auentinum, Cælium,Exquilinū,Viminalē,
Quirinalem,Palatinū,Horum aūt etymologiā Varro ſcribit do
cetq; ēt quod dies ſeptimontiū noīatus eſt ab his ſeptē mōtibus
in quibus ſita eſt.☞Dictęi regis.)i. Iouis,cuius templū erat in Di
cte monte Cretæ,qui mons ab Ida ad orientē ſolem mille abeſt
ſtadijs.vt Stra.li.x.ſcrib. In eo monte Iuppiter educatus credit̃,
vt ait Probus. Id aūt Maro quoq; li.iiij.Geor.aſſeruit,dicēs. Di-
ctęo cœli regē pauere ſub antro. Succeſſit demū Saturno Iuppi-
Dictęi. ter argenteo ſęculo.☞Ante.)ante Epanalepſis figura.i.replicatio.
Boues. ☞Impia gens.) Varro li.ij.c.v.ait de boue loquens. Hic ſocius ho
minū in ruſtico opere,& cęteris miniſter ab eo antiq manus ita
abſtinere voluerūt vt capite ſanxerint,ſi qs occidiſſet, Pli.aūt lib.
vij.docet, quod aīal occidit, primus Hyperbius Martis filius,
Prometheus,bouē.☞Aureus.) Saturnus,q aurea ætate regnauit
in Latio,vt ſupra ēt patuit latius,agriculturāq; ibidem edocuit,
de quo Maro lib.viij.ſic. Primus ab ęthereis venit Saturnus,ab
oris,Arma Iouis fugiēs &c. Tu reliq̃ illic videto,aliqua ēt dixi-
Claſſica mus Eclo.iiij.& Eclo.vj.q̃ huc quoq; conueniūt.☞Claſſica.)tu-
barū ſonitus inde nominātur,quia claſſes equitū ordines vocāt,
qui maxime,vtuntur tubis Priſc.author. Tubę ēt claſſica appel-
lantur,vt hic inflari claſſica. Oui.quoq; li.j.met.ait de aureo ſæcu
lo,Nō tuba directi,nō ęris cornua flexi,Non galeę,nō enſis erat
ſine militis vſu,Mollia ſecurę peragebāt ocia gētes,Confecimus
æquor.i.abſoluimus imēſam materiā,Eſt.n.Metaphora.i.trāſla-
tio à currētibus equis ad ſuum ſcribendi tenorē Fab.li.viij.oſtē-
dit eſſe cum tranſlatione Allegoriam.i.inuerſionē, vt aliud ver-
bis aliud ſenſu oſtendat. Erit autem ſenſus quæ tractanda fuerāt,
explicauimus.iam congruum eſt,carmen finire.

ASCENSIVS.

¶Hanc olim Veteres vitā coluere ſabini. Laudat agriculturā ab
antiquitate,& veterū authoritate,oium.n.conſenſu vetuſtiſſimi
mores approbatiſſimi ſunt:vñ Phauorinus apud A.Gel.li.j.c.x.
Viue moribus ꝑteritis,loque-
re verbis pſentibus. ¶Ordo
eſt.veteres ſabini.i.populi illi
Italię ſane antiq.coluere olim
hāc vitā.ſ.ruſticanā & Remus,
& frater.ſ.Romulus, coluere
hāc vitā pręcipue paſtoralē,&
Etruria fortis creuit ſic.i.ꝑ a-
griculturā.ſ.ideſt,ſcire licet qd
agricultura pōt,qa &.i.ēt Ro-
ma pulcherrima facta eſt.i.ſic
i.per agricolas,& paſtorales.aut Roma facta eſt.i.euaſit ſic.i.per
agriculturā pulcherrima rerū,qa agricolę multum decoris ac ro
boris attulerūt rebus Romanis,q; ꝓ & Roma circūdedit ſic &c,
aut q̃.ſ.Roma circundedit vna ſibi.i.ad decus,& ornatū ſuū ſeptē
arces.i.colles,muro.ſ.vno:hoc eſt vnis mœnibus. Saturnus ēt au
reus.i.optimus aurea ſęcula inſtituēs agebat in terris hāc.i.ruſti-
canam vitā ante ſcęptrū.i.regnum dictęi.i.cretēſis regis.ſ. Iouis,
hoc eſt anteq̃; Iuppiter expulſo patre ſibi regnū vſurparet,& an-
teq̃; gens impia.i.ſcelerata,eſt epulata.i.epulū publicū conſtituit
iuuencis cæſis.i.mactatis quod impiū videtur,cū ſint ſocij labo-
ris.nunc præcipit̃,Thure deum placa,vitulū ſine creſcat aratro.
Etiā ſup.hoīes necdū.i.nō adhuc nō audierāt adhuc,claſſica.i.ſi-
gna bellica vt tubas,lituos,& cornua iflari.ſ.cū hęc vita in hono
re eſſet ſub Saturno,& necdum audierant enſes impoſitos duris
incudibus.ſ.vt cudātur,crepitare.i.crepitū,& ſonitū dum percu-
tiebant̃ dare,ſed nos confecimus ęquor immenſum ſpacijs.i.ab-
ſoluimus immenſam materiā aut nauauimus magnam operā in
ęquore.i.re ruſtica quæ vt ęquor plana eſt. Et tp̄s eſt iam ſoluere
i.à iugo eximere hoc eſt tēpus eſt ſoluendi,eximendi colla equū
i.equorum,fumantia.ſ.ex diuturno labore,hoc eſt iam faciēdus
eſt finis,materiæ peractæ & ad metam perductæ.

PIERIVS.

¶Sic fortis Etruria,Creuit.) Sunt qui nomini adſpirēt hetruria,
ſunt q ethruria ſcribūt. Apud veteres ego nulla adſpiratiōe Etru-
ria ſcriptū obſeruaui, Imperiū vero Etruſcoꝝ,vt ait Liuius, fuit
ab alpibus,vſq; ad fretū ſiculū,vnde totū mare quod à dextera
Italici litoris eſt Tyrrhenū,appellat̃,atq; hoc eſt quod Virgilius
ait. Sic fortis Etruria creuit.☞Scilicet & rerum facta eſt pulcherri
ma Roma.) Sunt antiq codices,in qbus Pulcerrima,abſq; adſpi
ratione inueniatur,de qua ſcribendi rōne. M. Tullium in hoc no
mine ſolicitū fuiſſe,vel ipſius in oratore teſtimonio manifeſtum
eſt:cui cum vnū ratio,alterum conſuetudo dictaret, coactum ſe
vſui cedere profitetur. Sed.n.quid ſup hoc Terentius ſcaurus tra
diderit, recitare non pigeat,vt etiā locum in eius codice mancū
reſarciamus,aut obſcurū nimis adiecta paraphraſi dilucidemus.
ait itaq; is. Et pulchrum quāuis in conſuetudine adſpiretur,nihi-
lominus tñ ratio exiliter & enunciandum & ſcribendum perſua
det. Ne vna omnino dictio aduerſus latini ſermonis naturā me-
dia adſpiretur,quāuis alij à Græcis putent eſſe tranſlatum,quaſi
pulchrum πολλὸν χρῶμα quippe multum nitoris,& elegantię
ſignificaret. Sunt tñ nō hebetis ingenij viri,qui nomina hmōi in
Crum,exeūtia à verbis deduci velint,à Fulcio fulcrum, à ſepe-
lio ſepulcrum,ita à Polio polcrum, mox conſuetudine pulcrū.
☞Et iam tempus, equum fumantia ſoluere colla.) Sunt veteres
cod.in quibus quom,ſcribitur. In Romano,& aliquot alijs. Spu
mantia,legitur. Quam eſſe cum tranſlatione allegoriam Quin-
tilianus ait in octauo. Et fumantia, habetur apud Cariſium,vbi
de allegoria.

GEORGICORVM LIBRI SECVNDI FINIS.

P. OVIDII ARGVMENTVM IN TERTIVM LIB. GEORGICON.

Teq; Pales,& te paſtor memorande per orbem,
Et pecorum cultus,& gramina paſcua læta
Quis habitent armenta locis,ſtabulentur & agni.
Omnia diuino monſtrauit carmine vates.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Panditur apta boum:vel equum tibi forma notanda:

ASCENSIVS.

Teq; Pales &c.) vt mo
rem inſtitutum obſer
uem argumēta libro-
rum paucis explanabo prius-
quàm rem aggrediar Ouidia
ni autem argumenti explana-
tio huiuſmodi eſt, q; pro &
Vates,ideſt diuinus ꝑoeta Vir
gilius monſtrauit,diurno,id-
eſt artificioſiſſimo carmine,
omnia & te ò Pales, ſcilicet
dea pabulorū hoc eſt vos pa-
bula & te ſup.paſtorum,ideſt
inter paſtores memorande,
ideſt digne qui memoreris &
prędiceris,per orbem hoc eſt
te ò Apollo deus paſtorum,
& cultus, ideſt cuſtodiam &
curam pecorum & paſcua læ
ta,ideſt iocunda aſpectu & fœ
cunda gramine,& quis, ideſt
quibus locis armēta,ideſt ma
iora animalia qbus armi ex-
tant,vt boues equi & aſini,ha
bitent.ſ.ſtationem ſuam hoc
eſt vbi paſcantur & ſtabulen-
tur, & quis locis ſtabulentur
agni.

agni. Bene agni qui propter te neritudinẽ in ſtabulis aut potius caulis & ſeptis, hoc ẽ ouilibus detinẽtur noctu cum armenta per prata vagentur ſub dio. ſtabulentur ergo, ideſt in ſtabulis locentur. Stabulũ autem à ſtando dictum eſt, vnde ſtãtibus fere attribuitur. equis

Poſt vitulum curam monſtrat, curamq́; parentum,
Tradit equis aliam. Vim poſtea pandit amoris.
Curat oueis: Caprasq́;: ſimul lactis, quoq; lanę
Mentio. Cura canum: ſerpentum cura notatur.
Morborum quoq; te cauſas & ſigna docebit.
Communemq́; luem cunctis animalibus olim.

paſtorali cura detento, & ſup. poeta monſtrat poſt. i. poſtea ex ordine curam vitulum. i. vitulorum, & curam parentũ. ſ. ipſorum & tradit aliam. ſ. curã equis & pandit poſtea vim i. violentiam amoris, & curat oueis. i. docet curare (Eſt enim accuſatiui caſus pluralis numeri) & capras ſimul & fit mentio, lactis, quoq; pro & lanæ, & fit cura canum, & notatur cura ſerpentum, & docebit, ſcilicet ad finem operis te cauſas & ſigna, ideſt indicia morborum & luem, ideſt peſtem communem olim, ideſt quæ olim contingit cunctis animalibus.

bobus & nonnunquã ouibus. Mancinellus qui ſingulas partes explicat ex ordine argumentum conſtruit ſic. Aperta, ideſt conueniens forma boum vel equum, ideſt equorum: panditur, ideſt reſeratur & manifeſtatur. ſ. in hoc. iij. li. notanda tibi, ideſt cuiuis paſtorali



SERVIUS.

TE quoque magna Pales.) Inuocat deã pabuli, dicturus de animalibus: ſicut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem inuocauit & Liberũ. Sane non eſt mirandum eſſe vſum eum prooemio, ſicut eſt vſus in primo. nam aliud quodammodo inchoaturus eſt carmẽ, paſtorale. ſ. poſt completũ Georgicum. deinde etiam ſi vnum ſit, ſcimus conceſſum eſſe ſcribẽtibus, vt iteratiõe prooemij legentium interdũ reficiant laborem. Nam & Liuius frequẽter innouat principia. Vt, Incẽſa à Gallis vrbe. vt, Complecis cõſulibus. Et Cicero in Verrinis: qui in frumentaria cõciliauit auditorum animos, iteratione principij. vt, Omnes q alterum iudicat. Pales autem vt dixim⁹, dea eſt pabuli: quã alij Veſtam, alij matrẽ deum vocant. hanc Virgilius genere foeminino appellat. Alij, inter quos Varro, maſculino genere, vt hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur. xj. Kalen. Maias die, q̃ Palilia vocantur. ¶ Paſtor ab Amphryſo.) Amphryſus fluuius Theſſaliæ, apud quem Apollo ſpoliat⁹ diuinitate, ob occiſos Cyclopas, Admeto regi pauiſſe armenta dicitur. vñ eũ nunc inuocat, qui Nomius vocatur,

## P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER TERTIUS.

TE quoque magna Pales, & te memorãde canemus
Paſtor ab Amphryſo, vos ſyluę, amnesq́; Lycæi.
Cætera, quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes:
Omnia iam vulgata. quis aut Euryſthea durum?
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?
Hippodameq́;: humeroq́; Pelops inſignis eburno

Acer equis: tentanda via eſt: qua me quoq; poſſim
Tollere humo, victorq́; virum volitare per ora.

vocat, vel ἀπὸ τῆσ νομῆσ. i. à paſcuis: vel ἀπὸ τῶν νόμων i. à lege chordarũ. ¶ Sylue amnesq́; Lycæi.) κατὰ ἐξοχὴν montem Arcadiæ poſuit: vel quia pecoroſa, vel qa Pan illic eſt ruſticum numen. ¶ Cætera quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes.) Hoc eſt, fabulæ quæ delectationi eſſę poterant, & occupare mentes curis ſolutas, iam deſcriptæ à multis in omnium ore verſantur. ¶ Quis aut Euryſthea durum?) Euryſtheus rex fuit Græcię Perſei genus, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi vt varia monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire. vnde eum durum appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercale ſufficere. ¶ Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?) Buſiris rex fuit Ægypti: qui cum ſuſceptos hoſpites immolaret, ab Hercule interemptus eſt, cum etiam eum voluiſſet occidere. huius laudes ſcripſit Iſocrates: vnde illaudati participium eſt pro nomine: vt ſit illaudabilis, non qui laudatus non ſit, ſed qui laudari non meruit: vt eſt illud in. vij. Æneidos, Diues inacceſos vbi ſolis filia lucos. Pro inacceſſibiles: non ad quos nullus acceſſit, ſed ad quos nullus accedere debeat. ¶ Cui non dictus Hylas puer.) Ideſt à quo. Horatius, Scriberis Vario fortis & hoſtium. Pro à Vario. Hylas autem ſocius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus eſt à Nymphis in Myſia. ¶ Latonia Delos.) In qua Latona enixa eſt Appollinem & Dianam, quam inſulam ante vagã Apollo, vt in tertio legimus, Mycone celſa Gyaroq́; reuinxit: vbi fabulam plenius diximus, ſtabilé fecit. ¶ Hippodameq́;.) Græca quæ in η exeũt plerũq; ipſum η in IA ſoluũt: vt Hippodame Hippodamia: Penelope Penelopia. Fabula talis eſt, Hippodame filia fuit Oenomai regis Elidis & Piſarum: hic equos habuit velociſſimos, vtpote ventorum flatu creatos, quo procos filię multos necauit: ſub hac cõditione prouocatos ad curule certamen, vt aut victus traderet filiam, aut victos necaret. Poſtea cum Pelopem amaſſet Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigam patris, primi coitus pactione: qui factis cæreis axibus cum victore Pelope à puella promiſſum poſceret præmium, ab eius marito præcipitatus in mare eſt, cui nomen impoſuit. nam ab eo Myrteum dicitur pelagus. ¶ Humeroq́; pelops inſignis eburno.) Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, inuitatis filium ſuum epulandum appoſuit: à quo omnes alij abſtinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius conſumpſit. Poſtea punito Tantalo cum dij voluiſſent eius filium reuocare ab inferis. Ceres ei eburneum brachium reſtituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipſa eſt terra, quæ corpora vniuerſa cõſumit, oſſa tantũ reſeruans. ¶ Acer eqs.) Victor etiam Oenomai. ¶ Via.) Ratio. ¶ Me quoq; poſſim.) Sicut ſe alij ſuſtulerunt carminis merito. ¶ Victor.) Effector propoſiti: Sic paulopoſt, illi victor ego.

PROBVS.

❡ Te quoq; magna Pales, & te memorã. cane. paſtor ab amphryſo vos ſyluæ amnesq́; Lycæi.) Pales dea eſt paſtoꝶ, qui diem ſacrum appellant parilia tranſpoſita litera l, quę ſi ſuo loco eẽt palilia potius dicerentur, q dies natalis eſt vrbis Romæ, quæ à paſtoribus eſt condita, huius autem cuius Deę eſſet, etiam ritus declarat. Nam & ignes tranſiliunt, accenſis ſtramẽtis more agreſti: ibi hunc diem colentes lacte libant, qui fructus ex pecore tolliť. ¶ Amphryſo.) Flumen eſt Theſſaliæ, cuius regionem quandam Moloſſi incolunt. Quorum rex fuit Admetus Pheretis filius cuius pecora & armẽta Apollo pauit, iuſſus ſeruiẽdi cõtumelia. x. annis luere temeritatem, per quã Cyclopas perdiderat; qui fulmen fecerant, quia indignabatur eo percuſſum Aſclepium, is ergo inuocat eum cum Pale. Lycæus mons Arcadiæ regionis quę pecorum pręcipue eſt ſtudioſa. ¶ Quis aut Euryſtheum durum.) Euryſtheus fuit rex, cuius imperio Hercules intolerabilia ſtipendia ſuſtinuit. ¶ Aut illau. neſcit buſiridis aras.) Buſiris Neptuni filius rex Ægyptiorũ fuit, aduenas ad aras immolare ſolitus: quẽ Hercules interfecit. ¶ Cui non. d. Hylas. p. e. l. d.) Hylas Theiodamantis filius, Dryopum regis, quorũ gens ſubiecta parnaſo fuit, qui patre interfecto Herculẽ ſecutus, ſtudio eius virtutis ardens. Cum ex comitatu argonautarum in Myſia Hercules receſſiſſet, ad materiam quærendam, remi quam fractum volebat reficere, & Hylas ad hauriẽdam aquam Aſcanij fluminis vrnam extuliſſet, dum accedit ad ripam adamatus à nymphis eſt, propter hunc Hercules cõmites deſeruit, nec ſecutus Iaſonem, vt refert Apollonius in argonautis eius fluminis nympha meliæ Eunyce partus eſt, & Apollonius refert in argonautis, μετυδενίκασ βαλεδίνη. ¶ Latonia delos.) quia ibi peperit Apollinem, & Dianam in ipſa palmæ & oleæ arbore.

Buſiris. Hylas.

MANCINELLVS.

❡ Cato maior in Cicerone de agricultura loquẽs ait, Nec vero ſegetibus ſolũ & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lętę ſunt, ſed pomarijs etiam, & hortis, tum pecudum paſtu, & apum examinibus florũ oĩum varietate. Itaq; non iniuria poeta feciſſe videtur, ſi poſt ſegetes, atque vineta & arbuſta, de pecudum paſtu, & apibus ſcripſit. ¶ Te quoque.) ſicut Cererem, & Bacchum cecinimus. ¶ Pales.) vt Naſo, & Feſtus aiũt, dicebatur paſtorum dea, cuius feſta parilia dicebantur paſtorum: ꝙ pro partu pecoris eidem ſacra fiebant, qui dies, vt Prob. ait, dies natalis eſt vrbis Romæ, quæ à paſtoribus eſt condita, quo die, & ignem tranſiliebant, accenſis ſtramẽtis more agreſti, & lacte libabant, qui fructus ex pecore tollitur, de his autem late Ouid. libro tertio Faſto. Pli. autem libro decimooctauo cap. xxix. ſcribit Romæ natalem fuiſſe. xj. Kal. Maij. ſic etiam Solinus ait. Ouid. tamen libro quarto Faſt. duodecimo Kalẽdas Maij, fuiſſe ſcribit. Sunt qui aliter ſcribant, demum, quo die condita fuerit, incertum putare debemus, cum etiam & quo tempore, & à quo minime conſtat, quod quidem late oſtendit. Diodo. libro primo antiquitatum, vbi maximam refert varietatẽ. ¶ Paſtor.) Apollinem intelligit, quomodo autem Admeti regis armẽta apud Amphryſum Theſſaliæ fluuium pauerit, videto Ecloga quinta. Macro. vero. lib. j. ſatur. de diuiſione dierum ait, Nomion Apollona cognominauerunt, non ex officio paſtorali, vt fabula, per quam fingitur Admeti regis pecora pauiſſe, ſed qa ſol paſcit omnia, quæ terra progenerat, vnde non vnius generis, ſed omnium pecorum paſtor canitur. ¶ Licæi.) Arcadiæ montis, in quo delubrum Iouis Licæi, quẽ pana volunt intelligi, vt etiam ante oſtendimus. Strab. autem libro octauo ſcribit in Arcadia fertilia fuiſſe pecori paſcua: preſertim equis, atq; aſinis equarum ſuppoſitoribus. ¶ Euryſthea durum.) Euryſtheus vt Euſeb. ſcri. fuit Mycenarum, Lacedæmoniorumq́; rex, qui teſte Diodo. lib. v. Herculi. xij. labores, ſeu certamina perfici mandauit, propterea durum poeta dixit. ¶ Illaudati Buſiri. aras.) Legitur etiam arces in antiquis. Macro. libro ſatur. vj. exponit illaudati pro illudabilis, ideſt nunq; nominandi, nam laudare ſignificat priſca lingua nominare, appellareq́;. Strab. vero lib. xvij. ſcri. ꝙ nullus Buſiris nec rex fuit, nec tyrannus in Ægypto. Vnde fabula eſt, quod de ipſo, dicitur. Idem quoq; Diodo. confirmat: ait enim li. ij. in Oſiridis veluti frugum, ac fructuum repertoris memoriam apud poſteros immortalẽ: boues ruffos: quoniam videntur colore ſimiles Typhoni, qui Oſiridẽ necauit immolari permiſſum: homines q́; colore Typhonis antiq reges ad ſepulchrũ Oſiridis ſacrificio mactabant, qua ex cauſa pauci ruffi Ægyptij reperiebantur: externi plures, hæc res materiã fabulandi gręcis dedit Buſiridẽ hoſpites necaſſe: ſed Oſiridis ſepulchrum ea crudelitate notãdum eſt. Liuius tamẽ. v. ſcri. ꝙ Hercules Buſiridẽ ægyptiorum regẽ in Ægypto mactatos aduenas Ioui ſacrificantẽ merito affecit ſupplicio. Euſe. ait, ꝙ Buſiris Neptuni, & Libyę Epaphi filiæ filius apud vicina Nilo loca tyrannidẽ exercuit, trãſeuntes hoſpites crudeli ſcelere interficiens. ¶ Hylas puer.) Videto Eclog. vj. ¶ Latonia delos.) qa ibi peperit Dianam & Apollinẽ templum habet. Sed propterea in inſula dicuntur nati (vt ſcri. Macro. lib. j. ſat.) ꝙ ex mari nobis oriri videtur. Et hęc inſula ideo delos vocatur, quia ortus vocat & quaſi partus liminũ omnia facit dela. i. aperta clareſcere. Præterea Delos manifeſtus dicitur. Deloo, manifeſto, declaro, Eſt autem Delos inſula in mari ægeo ſita, vrbẽ habẽs in planõ poſitã, & Apollinis tẽplum, atq; Latonę, quæ ibi Dianã ſimul, & Apollinẽ peperit, author Stra. li. x. ¶ Hippodameq́;.) in Piſa peloponneſi ciuitate (vt Diod. li. v. edocet.) Mars ex ægina Æſopi filia genuit Oenomaum. Is vnicam filiam Hippodamiam appellauit, finẽ vitæ ab oraculo ſciſcitanti reſponſum eſt, tunc in fata illum ceſſurum, cum filia nupſiſſet. decreuit igitur filiam perpetua virginitate frui. Multis tandẽ vxorem ſibi illam poſtulantibus, certamen propoſuit, quo qui victus eſſet interficeretur, victor virginẽ deſponderet. Equorum ita inſtituit curſum à Piſa ad arã Neptuni, quæ erat apud iſthmum Corinthi. Curſus erat eiuſmodi. Oenomaus arietẽ Ioui ſacrificabat, qui virginẽ poſtulabat, quatuor equoꝶ ferebatur curru Oenomaus ſacris peractis, curſu ſequebatur, pręcedẽte auriga Myrtilo aſſecutum haſta, quam manu geſtabat interficiebat, hoc pacto cum plures equorum velocitate pemiſſet Pelops Tãtali filius viſa Hippodamia, corruptoq́; Myrtilo illius opera victoria vſus eſt, ꝓmus enim ad arã Neptuni peruenit, qua ex re dolore actus Oenomaus exiſtimans aduenisse reſponſi tempus, ſibi mortẽ conſciuit, Pelops autẽ ſumpta

Facere Scribe

Liceus. Pales. Euryſtheus. Buſiris. Oſiris. Delos. Oenomaus.

vxore Hippodamia, Piſę regnū tenuit, hæc ex Dio. Hippodame, dici pōt bellicoſa, Hippodamos.n. bellicoſus dicitur, vel equorū domitor. Humeroq́; pelops.) Ordo eſt, & Pelops acer equis, inſignis eburno humero, quo pacto aūt id euenerit illi videto li. vj. met. Ser. aūt fabulam interpretatur. Victor.) voti compos virum. Vo. per o.) Pli. iunior li. vj. epi. ad Tacitum equidē beatos puto, quibus deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos puto quibus vtrunq;.

facere. ſcribēt.

ASCENSIVS.

Te quoq; magna Pales.) In hoc. iij. lib. deſcripturus paſcua & pecora inuocat eorum numina, & fere inuocat & ꝓponit more gręcorū. Nam per metonomiā deorū dearumq́; nomina pro rebus quibus pręſunt poni ſolēt, quocirca dicēs te quoq; &c. duo facit, nā inuocat venerabili illa cōpellatione ac affatiōe, ſimulq́; proponit, quia non numina ſed res qbus pręeſſe putabantur deſcripturus intelligit̃. Ordo igitur eſt. O magna (quia ſuū cuiq; numen magnū eſt.) Pales. i. dea pabulorum nos canemus. i. cum laude tua deſcribemus carmine te. i. dona & munera tua hoc eſt pabula & te ò paſtor. ſ. Apollo memorāde. i. denomināde & memoria digne ab amphryſo fluuio illo Theſſaliæ. i. propterea ꝙ illic Admeti regis gregē pauiſſe perhiberis: vnde nomios. i. paſtorum deus habitus es, & nos canemus vos ò ſyluæ & amnes Lycęi. i. Arcadici, apud quos. ſ. Pan & cæteri paſtores plurimū diuerſati ſunt, hoc eſt in hoc opere paſcua & pecora. i. rē paſtoralē pertractabimus. Cætera quæ vacuas &c. Ne quis calumnietur poetam rem vtilē minus q́; delectabilē deſcripturum ꝙ pecoris curam ſuſcipiat, iocundaq́; figmēta ac poetarum fabulamēta prætereat, innuit ſe hanc rē deſcripturum non ignobilitate quadam animi ſed ſumma generoſitate, quippe qui falcē in facilē meſſem immittere nolit, nec aliorum inuēta ſectari. Nam licet Heſiodū imitetur, eum tamē longe præterit atq; præcellit, quia ergo cætera, quæ vacuas renuiſſent carmina mētes Omnia iam vulgata, tētāda inquit eſt via, q̄ me quoq; poſſim tollere humo victorq́; & virum volitare per ora. i. excogitāda eſt mihi materia nō ignobilis, aut in re tenui elaborandū eſt vt non tenuis ſit gloria ſicut in quarto dicturus eſt. In tenui labor, at tenuis non gloria &c. Ordo aūt eſt. Cætera carmina. i. cæterę res carmine deſcribēdæ, quæ tenuiſſent. i. occupare potuiſſent mētes vacuas. i. ſecuras nec de lodice paranda ſollicitas, ſed ocioſas & liberas, ſunt iam omnia vulgata. i. ipſe res ſunt vulgo expoſitæ & notæ, frequenterq́; deſcriptæ. Nam quis neſcit. q. d. nemo, aut Euriſthea regē græcię, hoc eſt Micenarum & Lacedęmoniorū, durum. ſ. in Herculē quē ad tot labores implacatus īpulit, aut quis neſcit aras. ſ. in qbus hoſpites īmolauit ant arces. i. aulam tyrannicā Buſiridis ſ. regis ægypti illaudati. i. illaudabilis aut nunq̄; iuſte laudati. Cui non eſt dictus. i. narratus & recitatus carmine Hylas puer. ſ. Herculi dilectus, & cui non eſt dicta Delos. i. inſula illa Latonia. i. in qua Latona Dianā & Apollinē enixa dicitur, & cui non eſt dicta Hyppodame. ſ. puella dicta quaſi equorum domitrix aut bellicoſa, & cui non eſt dictus Pelops. ſ. filius Tantali à quo Peloponeſos dicta eſt acer. i. ſtrenuus equis. i. bellator domitor Oenaomai in equis is ſup. inſignis. i. clarus & famatus humero eburno: quē. ſ. illi reſtituiſſe dicuntur dij exeſo à Cerere eius proprio, cui inquā hæc oīa non ſunt dicta? q. d. nemini, quia oēs norunt. (Sūt qui ne vitioſum ſit bina epitheta ſinē coniunctiōe vni dediſſe dicant legendum, humeroq́; Pelops inſignis eburno, & Acer eqs) qa ergo cętera iam nota ſunt & diuulgata, tētanda. i. attētāda eſt via qua ego poſſim tollere. i. erigere humo. i. à re humili q̄lis eſt aliorum inuētus duntaxat, inniti quoq;. i. ēt me ſicut cæterarum rerum inuētores ſe extulerunt, & qua ego victor. i. compos voti, poſſim volitare per ora virum. i. virorū. ſ. præſtantiū, quia à viribus ac virtute dicuntur viri: ſed pulchrū eſt à laudatis laudari; vt Hector neuianus inquit, authore etiam Cicerone.

PIERIVS.

Cætera quæ vacuas tenuiſſent carmina mētes. Oīa iam vulgata.) Quāuis, carmina, nō īprobarim, in cod. tñ aliquot manu ſcriptis legitur, carmine, ſeptimo caſu. Non.n. dicit cætera carmina iam vulgata ſunt, ſed cętera oīa, quę verſibus pāgi potuiſſent, quęq; plurimum in poetarū argumēta venire ſolēt, mox ea quę nam ſint, recēſet. Euryſthea durum.) Ne quē tranſuerſum agāt, qui dirū malunt ad hoīs crudelitatē oſtēdendā: durū, caſtam eſſe lectionē oſtēdit Val. Flacci parodia. Sed duro ſæuæ ſub rege Mycenæ. Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.) In Ro. co. in Medi. & in Longo. Inlaudati, per in, ſcriptum eſt more veterum ac de illaudato quidē legas apud Gel. li. ij. c. vj. Locū vero hūc No. Marcellus expoſiturus ait, Laudare ſignificat ēt nominare. Virg. Aut illaudati neſcit Buſiridis aras. i. nec noiandi. Plautus in captiuis. Id vt ſcias Iouē ſupremum teſtē laudo Ægio. Sunt qui illaudatum ferum, & immanē interpretētur. Non defuerunt olim, qui Virgilio vitio verterēt, q̄ſi ocioſum epitheton īmaniſſimo oīum Tyranno attribuerit. Sed.n. tot inter opiniones primas obtinere videtur Iſocratis oratio dicētis eum qui Buſiridē laudare conatus fuerat, id demum effeciſſe, vt & vituperabilis, & odio magis dignus, ob eam cōmēdationē videretur. Eius vero verba ſubtexere viſum eſt non importunum, ἀλλ᾽ οὐν ἐπί γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειεν, ὥστε μηδεμιᾶς ἂν ἀποσχέσθαι τιμωρίας. καίτοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ σεμνύνεσθαι προσήκει, τὸν παρὰ τοῖς λοιδορουμένοις ὑπ᾽ αὐτῶν μᾶλλον ἀγαπώμενον, ἢ παρὰ τοῖς ἐγκωμιαζομένοις. quoꝝ ſnīa eſt hmōi. Verum enimuero, quæ à te dicta ſunt, ea tam indigne ferre debet, ac ſi nullum inde ſit honorē conſecutus, cur vero quis non vituperatione ſe affectum potius q́; laudatum iudicet qui propter ea, quæ in ſe maledice contorta ſunt maiorem apud homines gratiam conſequatur, q́; propterea, quæ fuerint præcipue laudata? Quare ſi Virgilium dixerimus, dum Buſiridem illaudatum appellat, locum hunc Iſocratis perſtrinxiſſe, non inepte forſitan locum interpretari iudicabimur. Alij Ouidio freti dicunt illaudatum Buſiridē ea de cauſa dici, quia Iuppiter eius, ſacrificia nunq́; approbauerit. Sed vereor, ne dum tam multa ſuper illaudato, perquirimus, nos quoq; illaudādi iudicemur.

Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit)
Aonio rediens deducam vertice muſas:
Primus Idumęas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæſar erit, templumq́; tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro,
Centum quadriiugos: agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosq́; Molorchi,
Curſibus. & crudo decernet Græcia ceſtu,

SERVIVS.

Primus ego in patriam.) Ideo primus ꝙ añ illum nullus Mātuanus poeta fuit, aut quia nullus exinde talis emerſit. Modo.) Tantummodo. Aonio vertice.) Bœotio. Eliconia ipſa eſt Bœotia, in q̄ eſt Elicon mons muſis dicatus. Idumęas palmas.) Abūdantes, quantæ ſunt apud Idumē ciuitatē Phœnicis, Lucanus. Et arbuſto palmarum diues Idume. In medio mihi Cæſar erit, templumq́; tenebit.) Ideſt ipſi tēplum dabo. Et verbo vſus eſt pontificali. Nam qui templum dicabat poſtem tenēs dare ſe dicebat numini, quod ab alio neceſſe fuerat iam teneri, & ab humano iure diſcedere. Quòd autem dicit. In medio mihi.) eius templum fore ſignificat. nam ſemper ei ſacratus numini locus eſt, cuius ſimulachrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum tantum pertinent. Tyrio conſpectus in oſtro.) In habitu pontificis: cuius ſe officium dicit in conſecratione ſumpturum. Centū quadriiugos agitabo ad flumina.) Ideſt vnius diei exhibebo Circęnſes: quia vt Varro dicit in libris de gēte populi Romani, olim. xxv. miſſus fiebant, ſed vigeſimuſquintus dicebat̃ ærarius, eo quòd de collatiōe populi exhibebatur. qui deſijt eſſe, poſtq́; cōferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata: vnde hodieq́; permanſit, vt vltimus miſſus, appelletur ærarius. Ergo cētum currus ſecundum antiquitatē dixit, ſicut etiam ad flumina. Olim enim in litore fluminis Circenſes agitabantur: in altero latere poſitis gladijs, vt ab vtraq; parte eſſet ignauię pręſentis periculum. vnde & Circenſes dicti ſunt, quia exhibebantur in circuitu enſibus poſitis: licet alij à circumeundo dicant Circenſes vocari. Cuncta mihi.) In honorem meum. Et hoc dicit, Ex alijs agonibus ad me certatura Græcorum multitudo cōuenit. Per Alphæum autem, Iouis Olympici agonem ſignificat. Nam Alphæus fluuius eſt Elidis, quæ ciuitas iuxta Piſas eſt, in qua colitur Olympicus Iuppiter. Lucosq́; molorchi.) Ideſt ſyluam Nemeam, in qua celebratur Agon in honorem Archemori. Molorchus autem paſtor fuit, qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonē, ſuſcepit

ſuſcepit hoſpitio. ¶ Crudo cęſtu.) Duro, vt. Seu crudo fidit pugnā committere cęſtu.

PROBVS.

Primus ego in patriam.m.m.u.ſ. Aonio.r.d.u.m. Primus idumæas.r.t.m.p.) Terrā, quæ nunc Bœotia vocatur habuerunt ante Hyrātes, Leleges, Tenices, Phœnices, Aones. vnde adhuc Aonia dicitur. Eſt aūt in ea helicon mons ſacer muſis, in cuius vortice muſis fons expreſſus dicitur vngula pegaſi, Quē alij Aganippen, alij hippocrenem vocāt. Inde ergo ſe deducturum muſas dicit, quia poſt Mātuanorum carmina, ſcripſerit. Idumæas autem palmas ab Idumæorum gente.i. Iudęorum, quę regio eſt in ſyria Paleſtina. Locum autem hunc dixit, nō φ ibi tantum ſint palmę, ſed præcipue. Vbi flexibus errat Myncius, Myncius flumen ex Benaco lacu fluens, prætexit Mantuā. ¶ Cuncta mihi Alphæū.l.l.q;. Molorchi Curſibus &.c.d.g. cæſtu.) Eos ſignificat Ludos, qui in Achaia celebrantur.v. quoq; anno, & appellantur Olympia, & eos qui in Arcadia, & dicuntur Nemęa. Alpheus.n. flumen eſt Achaiæ, iuxta quem Elis oppidū, extra quod Olympij Iouis templum, ibi celebrantur quinquēnalia certamina gymnica, Lucos Molorchi nemeæ adicit Molorchus fuit Herculis hoſpes, apud quem is diuerſatus eſt, cum proficiſceretur ad Leonem Nemæum necandum, Qui cum immolaturus eſſet vnicum arietē quem habebat, vt Herculē liberalius acciperet, impetrauit ab eo Hercules, vt eum ſeruaret immolaturus, vel victori tanq; deo, vel victo, & interfecto leone, cum ſolutus eſſet, vel odio Iunonis, ne ei cœleſtes honores cōtingeret: vel fatigatus, experrectus, mira celeritate damnū correxit. Sumptaq; picea corona, qua honorantur, qui in nemeęa vincūt, ſuperuenit. Itaq; & Molorcho parāti ſacrificium manibus, vbi & aries immolaturus erat. Inde nemeæa inſtituta ſunt, poſtea Archemori manibus ſunt renouata à ſeptem viris, qui thebas petebant, Sed molorchi mentio eſt apud Callimachum in ætion libris.

MANCINELLVS.

Aonio vertice.) In Aonia Bœotię pte mons eſt helichon phoci
Helicon di affinis ex aquilonis partibus non procul à Parnaſo diſtans, q
Parnaſ⁹ in phocide eſt. Parnaſo emul⁹ eſt, & altitudine, & circuitu, vterq; enim niuibus pulſatur, & rupes amborum ſaxea eſt, hoc autē in loco eſt conſecrata muſis ædes, fonſq; Caballinus, & Libethridum ſpelunca nympharum: author eſt Strab. lib. ix. Vtq; Probus ait, fons ille expreſſus dicitur vngula Pegaſi, quem alij Aganippen, alij Hippocrenem vocant, Inde ergo ſe deducturum ſecum muſas ait, φ primus Mātuanorum carmina ſcripſit. ¶ Idumæas pal.) i. laudem, & gloriam, palma enim pro victoriæ præmio ponitur, ex qua laus redundat. de qua palma videto lib. j. Geor. Idumæa autem pars eſt Syriæ, teſte Pli. li. v. c. xiij. Supraq; Idumęā
Idu/mea. Iudæa longe, lateq; funditur. Dixit autem Idumæas palmas, quoniā ibi copia maxima eſt, non φ alibi etiam nō fuerit. Ptolomæus li. v. ſcri. Idumæam regionē totā eſſe ab occaſu Iordanis fluuij in Paleſtina ſyrię puincia. Stra. lib. xvj. ſcri. in Hierico cāpo palmetū eſſe ſpacio ſtadiop centum, & totum irriguū & habitationibus plenū, vbi & regia eſt, & Balſami viridariū. Pli. quoq; li.
Hieric⁹. v. c. xv. ſcri. Hiericontē palmetis conſitā, fontibus irriguam, propterea igitur idumęas palmas Maro ait. Hiericus.n. oppidum in iudęa eſt. Paleſtinę quoq; regione, ſicut idumęa: eſt item Iudęa ab occaſu Iordanis fluuij, ſicuti & idumęa, vt oſtēdit Ptolemeus li. v. & Pli. li. etiā. v. φ ſupra idumæam, Iudęa longe, lateq; funditur, ergo ob hiericontis campum Idumæas palmas ait, eſt.n. propinquitas eis. ¶ Propter.) prope. ¶ Myncius.) qui Mantuam pręterfluit. ¶ Tenebit.) ſeruabit, cuſtodiet. ¶ Victor,) voti cōpos. ¶ Tyrio oſtro.) vide in fine lib. ij. Geor. Oſtro id ait. quando prætor præſidebat ludis circenſibus habitu triumphali, quod et Iuuena. ſat. x. innuit, ibi. ſ. Quid ſi vidiſſet pretorē, &c. ¶ Quadriiugos.) habētes quatuor equos iugo, pollicetur aūt curules ludos Auguſto. ¶ Agitabo.) Sæpe agam alphęū, de alphæo & olympicis ludis videto li. j. Geor. ibi Eliadum palmas epiros equarum. ¶ Lucoſq; mo.) eos ludo intelligit authore Probo, q in Arcadia celebrabantur, dicebantq; Nemæa. Molorchus.n. fuit Herculis hoſpes, cum proficiſceretur ad leonem nemæum necādum: quo quidē necato Nemæa inſtituta ſunt poſtea Archemori manibus ſunt renouata à ſeptem viris, qui Thebas petebant. Molorchi autem mentio eſt apud Callimachum. ¶ Crudo cæſtu.) de ludo cæſtuum videto Poetam li. v. Æneī. cæſtus aūt à cędendo dicitur.

ASCENSIVS.

Primus ego in pa. &c.) Oſtendit: qua via ſperet ſe victorem fore, & humo efferri poſſe, ſi videlicet primus Mātuā muſas tranſferat, eiſq; illic ædem dicet, quod ſe facturum dicit in honorē Augu. Cęſaris, qua occaſione deſcribit ſacrificij concæpti pompā, & Cęſaris triumphalia inſignia, cuius etiam egregia facinora ſe deſcripturum pollicetur. Ordo igitur eſt. Ego rediēs non illinc, vbi fuerit corpore, ſed contemplatione, & animi exercitatione, deducā vertice Aonio.i. ab helicone mōte Aonię, quę Bœotiæ ps eſt, deducam dico primus mecū muſas in patriam.ſ. meam, hoc eſt Mantuam, vbi natus, & quaſi ſi id dicā: paratus ſum modo, ideſt dummodo vita ſuperſit, & ò Mantua ego referam tibi, ideſt ad te, & ad honorem tuum primus palmas Idumæas, ideſt gloriā, & laudem, qualem habent palmis coronati, quarum idumæę præſtantiſſimæ habentur, hoc eſt primus merebor nobili palma coronatus in patriam meam redire, Et ego ponam, ideſt conſtituam, templum, ideſt ædem ſacram contemplationi dicatam de marmore.ſ. conſtructum ſupple in campo virili, propter.i. iuxta aquam, vbi.ſ. locus purgatior & amœnior eſſe ſolet, vbi.i. in quo loco Myncius fluuius ille apud Mantuam in padum incidēs errat.i. circunfluit, non recto tramite errāti ſimilis: tardis flexibus, hoc eſt ipſum tardantibus, cuius tarditas in commodum accolarum vergit. Nam fluuij præcipites negant reditum cum difficillimum ſit aduerſo flumine quicquam vehere, & vbi Myncius prętexit.i. cooperit, & munit ripas tenera arundine Cæſar.ſ. Augu. erit mihi.i. ad votum meum in medio.ſ. templi, quaſi princeps eius, & tenebit.ſ. tanquam rem ſibi dicatam templum. Ego victor.i. voti compos, illi, ideſt in illius honorem, aut conſpectus illi, ideſt ab illo in oſtro tyrio, ideſt purpura tyria, vt præſes ludorum agitabo ad flumina centum currus quadrijugos, ideſt habentes quaternos equos, hoc eſt exhibebo vnius diei ludos circenſes, & cuncta græcia.i. pubes græcorum linquens Alphęum, ſcilicet amnem Elidis, ad quem curules ludi fieri ſolebant, & lucos, ideſt ſyluas incæduas, Molorchi.i. quę ſunt in Arcadia, à molorcho denominati. certet mihi, ideſt ad votū meum curſibus.ſ. equorum vt apud Alphęum ſolet, & cæſtu, ideſt munimine manuum, quo pugiles ſe inuicem, cędunt, crudo, ideſt ex corio crudo, & plumbi pleno facto, quomodo apud Molorchum certare ſolebant Arcades in ludis nemæis.

PIERIVS.

Illi victor ego, & tyrio conſpectus in oſtro Centum quadriiugis agitabo ad flumina currus.) In Roma. In Medi. & aliquot antiquiſſimis codi. Illic, hoc eſt Mantuæ, in patria mea: quo primus ego muſas ab Aonia deduxero. In Longobar. abraſum eſt, c. imperiti neſcio cuius temeritate. Quamquam nihil prohibet, quin illi, pro illic, accipi poſſit, vt in ſecundo Æneid. illi mea triſtia facta, quod pro illic poſitum Grammatici veteres obſeruarunt. ¶ Et crudo decernet græcia cæſtu.) In Roma. codi. Duro cæſtu legitur, ſed enim in quinto Æneid. ſeu crudo fidit pugnam committere cæſtu, Præterea in Medi. in Longobar. & in quibuſdam. Decertet habetur: vt alibi certare palæſtra, quod vero obijciunt alij, decernere ferro, id loco ſuo examinabitur.

SERVIVS.

Tonſæ oliuæ.) Minutis folijs compoſite. vt, Tonſiſq; ferunt mantilia villis. Habiturū ſe autem coronam tonſilem dicit. ¶ Vel ſcena vt verſis.) Apud maiores, theatri gradus tantum fuerunt. Nā ſcena de lignis tātum ad tempus fiebat, vnde hodieq; permāſit cōſuetudo, vt componātur pegmata à ludorum theatraliū editoribus. Scena autē quæ fiebat, aut verſilis erat aut ductilis. Verſilis tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdā conuertebatur: & aliam picturæ faciē oſtendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Vnde pite vtrūq; tetigit, dicens. Verſis diſcedat frontibus: ſingula ſingulis cōplectens ſermonibus. Quod Varro, & Suetonius commemorāt. ¶ Purpurea intexti tollant

Ipſe caput tonſæ folijs ornatus oliuæ
Dona feram: iam nunc ſolennes ducere pompas
Ad delubra iuuat: cæſoſq; videre iuuencos:
Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus: vtq;
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, ſolidoq; elephanto
Gangaridum faciam, victoriſq; arma Quirini.
Atq; hic vndantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali ſurgentes ære columnas.

Addam vrbes Aſiæ domitas, pulſumq; Niphatem,
Fidentemq; fuga Parthum, verſisq; ſagittis,
Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa,
Bisq; triumphatas vtroq; ab litore gentes.

ſtant aulæa Britanni.) Hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus. Nã Auguſtus poſtq; vicit Britanniam, plurimos de captiuis quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. dedit etiã aulæa, ideſt velamina in quibus depinxerat Victorias ſuas, & quemadmodum Britãni ab eo Donati, eadem vela portarent: quæ re vera portare conſueuerãt, quam rem mira expreſſit ambiguitate, dicens. Intexti tollant.) Nam in velis ipſi erant picti qui eadem vela portabant. Aulæa autem dicta ſunt ab aula Attali, in qua primum inuenta ſunt vela ingentia, poſtquam is populum Romanum ſcripſit hæredem. Solido elephanto.) Ebore integro: non ſectili. Gangaridum.) Gangaridæ populi ſunt inter Indos & Aſſyrios, habitantes circa Gangem fluuium. vnde etiam Gangaridæ dicti ſunt. Hos deuicit Auguſtus. vnde eſt. Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Gangaridum vero pro Gãgaridarum poſuit, quia hic Gangarida facit. Quod autem ait, Victorisq; arma Quirini, Non eſt contrarium, nam vt etiam in primo Æneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Auguſto commemorat, Quodam tempore tres partes populi cõſentiente ſenatu obtuliſſe ei tria nomina: Quirini, Auguſti, Cæſaris: ille ne vnum eligendo, alias offenderet partes: primo Quirinus eſt dictus: inde Cæſar: poſt in nomine permanſit Auguſti. vnde eum Virgilius omnibus iſtis appellat nominibus. Nam Quirinum, Romulum accipere non poſſumus, quia Gangaridas penitus ignorauit. Vndantem Bello.) Quaſi non vndas, ſed bella portantẽ: propter Antonij & Cleopatrę grauiſſimũ prelium. Magnũq; fluẽtẽ.) Magne. vt, Toruũq; repente clamat. Ac nauali ſurgentes ære columnas.) Auguſtus victor totius Ægypti quam Cæſar pro parte ſuperauerat, multa de nauali certamine ſuſtulit roſtra, quibus conflatis quatuor effecit columnas, quę poſtea à Domitiano in Capitolio ſunt locatę: quas hodieq; conſpicimus. vnde ait, Nauali ſurgentes ære colũnas. Nam roſtratas Iulius Cæſar poſuit victis Pœnis nauali certamine. è quibus vnam in roſtris, alteram ante arcum videmus à parte ianuarum. Niphatem.) Niphates & fluuius eſt & mons. vt, Et Cimini cum monte lacum. Per Niphatem autẽ, populos iuxta habitantes accipimus. Nam nec fluuius, nec mons vnq̃ poteſt pelli. Fidentemq; fuga Parthum.) Tunc enim melius iaculantur ſagittas. Rapta trophæa.) Raptim & ſine labore quęſita. Diuerſo autẽ ex hoſte.) Orientis & occidentis accipimus. Vnde ait, Vtroq; ab litore: Orientis, propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britannorum triumphum.

PROBVS.

Purpurea. i. r. a.) Britanni plerũq; ludis imperatoris, quas proxime gentes deuicit earum habitum, & figuram aulęis intexunt, qua ſæpius redi integraret memoria virtutis, quam populo oſtẽdebãt. Britannos autẽ pro qualibet gente dixit. Gangaridum. f. v. a. q. Ad. v. a. d. p. q; niphatẽ. Et duo raptã manu diuerſo ex hoſte trophęa.) Gangaridæ dicuntur ab Indiæ flumine Gange. Cingitur enim caucaſo Indię flumine, & oceano, victorẽ Romulum ſignificat, ſic enim Proculus Iulius perſuaſit populo, cum Romulus non cõpareret, eum vidiſſe, ab eoq; in mandatis accæpiſſe, vti. P. R. Quirinum ſe appellaret, quia in numerum deorum eſſet recęptus. Niphates mons eſt Armenię, q cingitur Tygri, Eufrateq; fluminibus. Eſt & pars Meſopotamiæ. Hæc autem flumina decurrunt in praſſum ſinum. Diuerſo ex hoſte trophæa, ſignificat ex orientali & occidentali.

MANCINELLVS.

Ipſe.) ergo Maro ornatur pro victoria, ſcilicet folijs oliuæ, ſcribit Herodotus lib. viij. Olympici certaminis fuiſſe præmium

Oleagia Corona

propoſitum oleaginam coronam. qua donarentur, non enim pecuniarum certamen agitabant, ſed virtutis, Plin. Item libro decimoquinto cap. quarto ait. Oleæ honorem Romana maieſtas magnum præbuit turmas equitum Idibus Iulijs ex ea coronando. Item minoribus triumphis ouantes, Athenæ quoque victores olea coronant. Græci vero oleaſtro Olympiæ.

Pompa

Pompas.) dicitur pompa multitudo ipſa ad ſacra collecta, & quæ triumphum ſequitur, quæ item ad funus pergit, vox græca eſt. Delubra.) templa de quibus Seruius libro ſecundo Æneid. & nos latius prope finem lib. iiij. Geor.

Scena.

Scena.) id dicitur tentorium tabernaculum. Scenoo enim habito, contubernor, pono tentoriũ. Scenoma habitaculum. Scena vmbra, ſcena autem, Caſiodoro teſte, ab ruſticis primũ inumbrationis cauſa comparata fuit: vbi prius carmina incondita erant, hincq; à nõnullis tabernaculum traductum fuit. Veruntamen poſtquam in vrbem deducta fuit ſcena, redactum eſt nomẽ ad eam theatri partem quę ab vno eius cornu ad alterum, cum coopertura ducebatur, fiebat enim theatrum in hemicicli formam, Seruius autem ſic ait, apud maiores theatri gradus tantum fuerunt. nam ſcena de lignis ad tempus fiebat, vnde hodieq; conſuetudo permanſit, vt componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ fiebat, aut verſilis erat, aut ductilis, verſilis tunc erat cum ſubito tota machinis quibuſdam vertebatur, & aliam picturæ partem oſtendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac, atque illac ſpecies picturæ nudabatur interior, vnde perite vtraq; tetigit dicens, verſis diſcedat frontibus, ſingula ſingulis complectens ſermonibus, quod Varro & Sueto. commemorant. Vitruuius autem libro. v. ponit tria ſcenarum genera.

Aulęa.

Aulęa, picta velamẽta, aulæis victarũ gentium plerunq; habitum, & figuram intexebant, quo ſępius reintegraretur memoria, virtutis, quã populo oſtendebant. Britannos.) autem pro qualibet gente dixit, hęc ait Prob. Quod autem ait Ser. Auguſtum viciſſe Britanniam, adduxiſſeq; plurimos captiuos, ſecus eſt, nam Iulius Cæſar id egit vti iam oſtendã. Strabo enim libro quarto ſcribit de diuo Cęſare narrans ſic. Duabus autem victorijs contra Britannos, re bene geſta, cum duos tantũ militum ordines traieciſſet, accæptis obſidibus magnum ſeruorum numerum, ingentemq; prędam reportauit, hoc tamen tempore quidam eius loci principes legationibus: & obſeruãtijs Auguſti Cęſaris amicitiam comparantes in capitolio dona dijs obtulerunt, & vniuerſam fere inſulam Romanis propriam familiaremq; inſtruxerunt, hęc ille. Plutar. etiam ſcribit. Iuliũ Cęſarem

Britãnia

ex contingenti Galliæ in Britanniam bis adnauigaſſe maioraq; hoſtibus damna quam ſuis emolumenta contuliſſe ob regionis inopiam, at qualẽ animo concęperat bello finem impoſuiſſe, acceptis autem à rege obſidibus, & tributis imperatis ex inſula remeaſſe, hęc fere omnia cum Strabone conueniunt, itaq;, vt dixi, quod Ser. Auguſto tribuit diui Cęſaris fuit. Britanni.) videto in Tityro de Britannia.

Solidũ.

Solidoq; ele.) duro ebore, Virg. li. iij. Georgi. de equis. Et ſolido grauiter ſonat vngula cornu, & li. vj. Ænei. Solidoq; adamãte colũnę. i. duro. Itaq; ſolido elephanto. i. ebore integro non conuenit. ſed duro exponendum.

Gãgaridæ.

Gangaridũ.) Gangaridę, Indi dicuntur à flumine Gange cingitur enim Caucaſo, India: & flumine & Oceano. Probus author, de Gange autem videto libro ſecundo Georgico. Solinus ſcribit gangaridas extimum Indię populum, cuius Rex inquit equites mille elephãtes ſeptingẽtos peditum. lx. millia in apparatu belli habet. Auguſtus autem re vera nunquam cum Indis pugnauit, vt latius libro ſecundo Georgico. oſtendimus, ſed tamẽ illi ad eius amicitiam petentes legatos cum muneribus miſere, poeta demũ cum Indis pugnaſſe innuit. dixit enim lib. ij. Georgico. Et te maxime Cęſar. Qui nunc extremis Aſię iam victor in oris. Imbellẽ auertis Romanis arcibus Indũ. Sed intelligas id fuiſſe, quando in Parthos, & Armenios bellum geſſit, vbi Tyberius tribunus militum recæpit ſigna quæ. M. Craſ. ademerant Parthi. tunc enim potuerũt cum Medis, Armenijs, & Parthis, contra Auguſti exercitum pugnare Gangaridæ. Quirini.) i. Auguſti, nã Lucius Florus ſcribit ob ingentia facta tractatum fuiſſe in ſenatu, an quia condidiſſet imperium Romulus vocaretur, ſed ſanctius & reuerẽtius viſum eſt, nomen Auguſti. Meminit item Sueton.

Nilus.

Nilum.) Nilus incertis oritur fontibus ſecundum quoſdam immenſo longitudinis ſpacio ambulans, demum pluribus in locis, & latens, & exiens Aphricam ab Æthiopia diuidens, medios Æthiopes ſecat, longo poſtea interuallo in Ægyptiũ mare ſe euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totã ſpaciatus Ægyptum fœcũdus innatat terrę. Hęc & plura. Pli. lib. v. cap. x. Vndantem bello.) propter bellum Cleopatræ & Antonij in Auguſtum ait, qui quidem, vt ſcrib. Plutar. in Antonij vita, duxere armatas naues quingẽtas in Auguſtum tandem pugnando apud Actium in Epiro victi ſunt, fugientesq; Alexandriam petierunt, vbi poſtea ab Auguſto oppreſſi ſibijpſis mortem conſciuere. Magnum fluentẽ.) pro valde fluẽtẽ, habet enim oſtia. v. & exundat, vnde dictum eſt. Ære columnas.) id Serui. ipſe aperuit. Sunt autem noſtro ęuo in diui Ioannis Lateranẽſis baſilica. Vrbes Aſię domitas intelligit, Medos, Parthos, & Armenios.

Niphates.

Niphates.) mons in Armenia Maſſio monti orientem verſus imminens, vt Strabo. lib. vndecimo docuit. Eſt & fluuius, inde Luca. ait, Armeniusq; tenens voluen-

tem ſaxa niphatē, & Iuuena. ſaty. vj. Quoſdam facit iſte nipha/tem in populos, &c. ☞ Pulſumq; nipha.) loci, ꝑ accolis poſuit.

Parthi. ☞ Parthum.) de Parthis videto in Tityro fidentem fuga ſcri. Trogus lib. xlj. & Parthi cominus in acie prœliari, aut obſeſſas expugnare vrbes neſciunt, pugnant itaq; aut procurrētibus equis, aut terga dantibus, ſępe et fugam ſtimulāt, vt incautiores aduerſum vulnera inſequentes habeant, plerunq; in ipſo ardore certaminis prælia deſerunt, ac paulopoſt pugnam ex fuga repetunt. ☞ Diuerſo ex ho.) i. orientali & occidentali, vt ait Prob. melius tamē meridiano, & ſeptentrionali accipimus, nam vt Lucius Florus oſtēdit, ſub meridiano Muſulanos, atq; Getulos accolas ſyrtiū Coſſo duce compeſcuit Marmaridas & Garamanthas Curio ſubigēdas dedit, ad ſeptentrionem conuerſus compeſcuit Noricos, Illyricos, Pannonios, Dalmatas, Thraces, Dacos, Sarmatas, Germanos.

Trophæum. ☞ Trophæa.) Trophæon græci dicunt, latini vero Trophæū à Tropi, quod eſt conuerſio. Trophæo verto, Tropoo in fugam verto. Qui enim dux hoſtem fuga conuerterat, Trophæū merebatur, qui autem plena victoria conſequeretur triumphum. ſæpe autem arbor, in qua hoſtium ſpolia affigebantur, Trophæum dicebatur. Vide Maro libro vndecimo Æneid. de Ænea, qui Mezentium occiderat ait. Ingentem quercum decisis vndi. ramis, Conſtituit tumulo, fulgentiaq; induit arma, Mezenti ducis exuuias tibi magne Trophæum, Bellipotens aptat rorātes ſanguine criſtas. Telaq; trunca viri &c. & paulo inferius ait, Indutosq; iubet truncos hoſtilibus armis, Ipſis ferre duces, inimicaq; nomina figi, &c. ☞ Vtroq; ab litore.) Ideſt orientali, & occidētali, ergo vti ſuperius expoſitum eſt quadrat, vult enim Maro oſtendere totius orbis partes Auguſtum ſubegiſſe. idem Florus ſcribit, ꝙ Auguſtus ad orietem verſus exercitum miſit in Armenios. Medos, Parthos, qui poſtea omnes cum Indis etiam Auguſti, & Romanorū ditioni paruerunt. Sub occaſu autem Cantabros, & aſtures, &c. ſuperauit, vtq; ſcrib. Sueto. alias natiōes male quietas ad obſequium redegit.

ASCENSIVS.

❡ Ipſe caput &c.) Oſtendit mirifice poeta, ſe ſuper ſe vehi ac rapi in gloriam, ac laudationē Auguſti. vt qui quo illi decētius obſequatur, ſibi ornatum omnem vendicet per imaginationem ac fantaſiam quandam quaſi ex deſiderio obſequēdi ortam. Sed necum commentarijs qui prolixi ſed non ſuperflui ſunt opus immēſum faciam. ❡ Ordo eſt. Ipſe. i. ego Maro. eſt enim apud nos trium perſonarum ſicut αὐτός apud græcos ornatus capute habens caput ornatum ſolijs. i. frondibus oliuæ tonſæ. i. decerptæ e frondibus tonſilibus: feram. i. offerā dona. ſ. Auguſto templi ipſius præſidi, iuuat. i. delectat iam nunc. ſ. etiam ante conſtitutum templum ducere. i. per fantaſiam & imaginationem ducere. ſ. ſponte accedentes, ad delubra. i. templa in quibus ſunt deorū ſacra, pompas ſolennes. i. quales in ſolennibus ſacrificijs duci conſueuere, & videre. ſ. animo, iuuencos cæſos. i. mactatos, vel. i. etiā aut viciſſim iuuat videre vt. i. quo pacto aut qualiter ſcena. i. vmbraculum ad ludos ſcenicos exhibendos extructum diſcedat. ſ. à loco priore: frontibus verſis. ſ. in ſcena verſatili aut verſili de qua Valla & Manci. hicq; pro & vt. i. qualiter Britanni. i. qui nūc Anglici dicuntur intexti. ſ. in aulæis tollant. i. ferant hoc eſt ſic acu picti, & intexti aulæis vt videantur ferre aulęa. i. velamenta parietum aularum quæ ſi proſternantur tapetes dici ſolent: cum vero pendēt aulęa purpurea. i. ex purpuraceo filo contexta poſſet forte dici ꝙ Britanni tollant. i. extollāt & erigant cū grandiores ſint. Ego faciā in foribus. ſ. tēpli hoc eſt in veſtibulis ex auro & elephāto. i. dente elephantino ſolido. i. non integro ſed duro hoc eſt ex ebore inaurato, pugnā gangaridū pro gangaridarum. i. qua gangaridę populi inter Indos & Aſſyrios ab Auguſto deuicti ſunt & faciam. ſ. ex auro & ebore, arma Quirini. i. Auguſti Quirini appellationem populus obtulit victoris. ſ. Indorum Parthorū & reliquorū fere populo℞, atq; ſup. faciam hic Nilū fluuium Ægypti, cuius regina Cleopatrā & M. Antoniū deuicit Auguſtus vndāte ergo. i. abundantem bello. i. rebus bellicis vt armis & nauibus & fluentem magnum. i. magne, & faciam columnas ſurgentes, ideſt editiores ex ęre nauali. i. roſtris nauium victarū detracto & addam. ſ. in ſculptura: vrbes Aſiæ domitas. ſ. ab Auguſto & niphatē. i. accolam niphatis fluuij & montis in Armenia pulſum & Parthum fidentem fuga. i. in fugiendo & ſagittis verſis. ſ. inter fugiēdum in hoſte, & addam duo trophęa. i. ſpolia quaſi opima: rapta manu. ſ. Cęſaris victoris ex diuerſo hoſte. ſ. tam orientali ꝙ occidentali, & gentes triumphatas. i. in triumphum actas & de qbus triumphatū eſt bis. ſ. ſub Cæſare & ſub Auguſto. Ab litore. ſ. oceani vtroq;. ſ. tam oriētali quàm occidentali, & ita raptim Auguſti triumphos commemorat.

PIERIVS.

❡ Rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa.) In Romano codice, & aliquot alijs antiquioribus, Tropęa, abſq; vlla ſcriptū eſt adſpiratione, & id quidem rectè.

Stabunt & Parij lapides ſpirantia ſigna,
Aſſaraci proles, demiſſæq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parens, & Troiæ Cynthius author
Inuidia infelix furias amnemq; ſeuerum
Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam, & non exuperabile ſaxum.

SERVIVS.

❡ Stabant & parij lapides ſpirantia ſigna.) In templo Cęſaris maiorum ſtatuas eius dicit ſe eſſe poſiturum, quas commendat, & à pretioſo marmore, & ab arte, dicens, Spirantia ſigna, ſic alibi, Viuos ducēt de marmore vultus. Itē, Parius/ve lapis circūdatur auro. ☞ Aſſaraci proles, dimiſſæq; ab Ioue gentis Nomina.) Ponam inquit eorū ſtatuas, ab Ioue vſq; ad Aſſaracū, & ab Aſſaraco vſq; ad Auguſtum originē ducūt. Aſſaracus auit auus Anchiſæ, pater Capis fuit. ☞ Trosq; parens.) Troianorum rex, Ganymedis pater, à quo Troia noīata eſt. ☞ Troię Cynthius author.) Vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthium regem Troiæ quē in Troicis ſuis Nero cōmemorat. ☞ Inuidia infelix.) Quę inuidentes efficit infelices. Dicit autem ſe talia ſcripturum vel facturum, vt magnitudine ſui mereantur inuidiam: ipſam tamē inuidiā nihil eſſe nociturum timore pœnarum. ☞ Amnemq; ſeuerum.) Triſtē. Cōtra Terētius, Triſtis ſeueritas ineſt i vultu, atq; in verbis fides. ☞ Tortosq; Ixionis angues.) Quibus religatus ad rotam eſt, poſtq; illicitos Iunonis petiuit amplexus. ☞ Et non exuperabile ſaxum.) Quod contra montem Siſyphus voluit. Et non exuperabile dixit, non quod ſuperari non poteſt, ſed quod exuperare non valet ſummum montis cacumen.

PROBVS.

❡ Stabunt & parij lapides ſpirantia ſigna Aſſaraci proles, demiſſæq; ab. I. g. N. Trosq;. p. &. t. cynthius author.) Paros inſula eſt cyclas in egeo mari: in qua mons eſt marpeſſos, vnde marmor exciditur candidum, vt ipſe Virgi. in. vj. marpeſſiam cautem vocat Aſſaraci aūt prolem vult accipi Cæſarem, qui deducat progeniem ab Ænea, qui ex Anchiſe patre eſt. Capys Aſſarici filius. Aſſaracus autem Trois. Tros ipſe Erichthonij. Erichthonius ex electra & Ioue naſcit, vt Scyllos tragicus ſcriptor ſentit Cynthius eſt Apollo à monte inſulę Deli cyntho dictus, idcirco Troiæ author dicitur, quod eam munierit ſub Laomedonte, & Neptunus. ☞ Inuidia infelix. ſ. a. q. ſ. cocyti. m. t. q. Ixiōis angues.) poteſt videri hic ſententia ambigua, qa & angues aliquis interpretari poteſt rotā. Et non exuperabile ſaxum: Ixionis, Sed nec per rotam & ſaxum aliud eſſe ſupplicium. Sentis enim illum à furia, & Perithoum vrgeri epulis regij apparatus, quatum prius incendantur, & motu impendente ſaxi vrgeri, cum ait, Quid memorem Lapithas, Ixiona, Perithoumq;, Quos ſuper atra ſilex, iam iam lapſura cadenti. Imminet adſimiles. Sed ſignificatio horum verſuum fere hæc eſt, Quiſquis inuiderit huic operi, debebit timere poſt acceſſum vitæ ſupplicia, quæ pati exiſtimantur defuncti, & furias. Cocytus autem palus eſt inferorum & ſtyx. Styga ſi diceret ſeuerum intellexerimus eam ob hoc dici, quod eius religio teneat deos. per eam enim iurare credūtur, ſed cocyti amnem dicit, quia luctuoſa voce appellatur. Seuerum autem ſignificat triſtem, ꝙ proprium eſt morti. Interea Dryadum ſyluas. ſ. q. ſ. i. hoc eſt ſcribamus carmen agreſte imperatum à Mecœnate.

MANCINELLVS.

❡ Parij lapides.) paros inſula eſt vna Cycladū ab Delo. xxxviij. miliaria diſtans, vt docet Plin. lib. iiij. cap. xiij. & Strab. lib. x. inquit. Paros lapidem producit, quem parium appellant, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum. ☞ Spirantia ſigna.) appoſitio eſt, Paros. dicit autem ſtatuas Troianę gentis, à qua Auguſtus originem habuit velle affigere, Aſſaraci proles, Dardanus Iouis filius Erichthonium genuit, huic natus eſt Tros, à quo Troia dicta Troius. Dardanus. Aſſaracus, ei Capis, ex quo Anchiſes, exq; eo & Venere Æneas Troianorum clariſſimus, author Diodo. lib. v. ab Ænea autem Iulus, ex quo Iulia gens ꝙ latius in Buco. patuit. ☞ Cynthius.) i. Apollo,

i,Apollo,de quo late Ecglog.vj. ꝼ Troiæ author.) ſecundum fabulas loquitur. Nos autem aperuimus in fine primi volu.Geor.
Inuidia ꝼ Inuidia infelix,) horum carminum ſenſus eſt teſte etiam Probo. Quiſquis inuiderit huic operi, debebit timere poſt vitæ exceſſum ſupplicia, quæ pati exiſtimantur defuncti, & furias. Inuidia autẽ triſtitia eſt de alienis bonis ſm Dama. dicebatq; Socrates, vtinam inuidi in oĩbus ciuitatibus oculos, & aures haberent, vt de omnibus ꝓfectibus torquerentur, quot.n. ſunt hoĩum feliciũ gaudia, tot ſunt inuidoꝝ gemitus, & Hora.epiſto.ij. primi volu. ait. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis: Inuidia Siculi quã nõ inuenere tyranni, Maius tormentum, merito ergo inuidia infelix. Oui.aũt.lib.ij.met. latiſſime de inuidia ſcribit. Seuerum amnem.i.triſtem, ꝙ proprium eſt morti intelligitq; ſtygem paludẽ.
Cocyt⁹ ꝼ Cocyti.) Cocytus fluuius eſt infernus, interpretaturq; luctus, & vlulatus. Cocyo & Cocyzo, ploro lamentor, lugeo, vnde & Macro.li.j.de ſom. ait ꝙ cocytum aliud eſſe non aſſeruerunt, q̃ quidquid homines in luctum, lachrymasq; cõpellit.
Ixion. ꝼ Ixionis,) Ixion Phlegiæ filius Iunonem attentauerat, ea illi nubem in ſua forma obiecit, cum qua concũbens Centauros genuit, quo ſe iactans ab Ioue fulminatus apud inferos torquetur ſuper rota ſerpentibus circunfuſa ligatus perpetua volutione, vnde Tibullus ait, Illic Iunonẽ tentare Ixionis auſi verſantur, celeri noxia mẽbra rota, & Oui.lib.iiij.met. Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq; fugitq;. Macro.aũt li.j.de ſom.ſcri. ꝙ oĩa, quę apud inferos eſſe credidit fabuloſa ꝑſuaſio, in nobiſmetipſis, & in ipſis humanis corporibus aſſignare conati ſunt, vnde per illos, qui radiis rotarum diſtricti pendent, nihil aliud intelligi voluerunt, q̃ qui nihil conſilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, ſe & actus ſuos omnes fortunæ permittentes, caſibus & fortuitis, ſemper rotantur, ſaxum ingẽs voluere inefficacibus laborioſisq; conatibus, vitam terentes, & Ouid.lib.iiij. met. ait, Aut petis, aut vrges ruiturum Siſyphe ſaxum.

ASCENSIVS.

ℭ Stabunt & parii, &c. Eiuſdem templi quod animo cõcęperat exornationem proſequitur poeta, non qui ſe diuinis carminibus i.lapidibus conſtruendum putarit, dicit ergo & lapides parij.i. ſculpturę ex marmore candido quod in Paro inſula plurimum naſcitur ſtabunt.ſ. ad ornatum templi in foribus, aut alibi appoſitorie, ſigna ſpirantia.i. quaſi ſpiritum habeant ſpirare viſa. vnde in.vj. credo equidem viuos ducent de marmore vultus, & proles.i.ꝓgenies Aſſaraci illius principis troiani, vnde Iulius & Auguſtus originem traxerunt, ſtabit ſupp. ex marmore illo ex ſculpta, ꝗ pro.i.noĩa.i.ſtẽmata aut tituli, gentis demiſſæ.i. deductæ ab Ioue.ſ. per Dardanum & Electram ( vide Mancinellum ) & Tros parens.ſ. Aſſaraci, & ab eo deſcendentium, & Cynthius, id eſt Apollo, author.i. fabricator troiæ cum Neptuno, ſed Phœbum, Apollinem fingit poeta troianis ſemper propitium fuiſſe, vnde eſt. Phœbe graues troiæ ſemper miſerate labores Dardana qui Paridis direxti tela manusq;. Neptunum autem aduerſum & ſæuum, vnde eſt Neptunus muros magnosq; emota tridenti. Fundamenta quatit &c. quod quãtum ad Apollinem, ideo mihi videtur finxiſſe ꝙ in illius tẽplo Achilles occiſus eſt, & quàm poſtea Auguſtus eius perſonam induerat, in eiuſdem tutelam ſe cõmiſerat cui & ędem ſacrauerat) Inuidia infelix quia ſe plus q̃ inuiſum cruciat metuet furias & amnẽ ſeuerum imo ĩplacabilẽ Cocyti.i. fluuii illius infernalis à ꝑpetuo luctu denominati, & angues Ixionis (Mancinel. Ixionis ſcripſit).i. qui dependent ad rotam Ixionis tortos.i. implicitos, & rotam ĩmanem, & ſaxum.ſ. Siſyphi aut quod Siſyphus voluit non exuperabile.i. quod nũq̃ ad quietem deduci poteſt, hoc eſt quiſquis inuidia concutietur, ob has Cæſaris laudes æterna ſibi ſupplicia timere debet, aut tãta erit gloria Cæſaris vt multi rumpendi ſint præ inuidia: quod apud inferos, æterna manent ſupplicia, de quibus in.vj. æenei. latius & Mancinellus abunde.

PIERIVS.

ℭ Tortosq; Ixionis angues.) In Romano codi. Orbes legitu quod ſi admittas figura erit ἐνδιαδιο quia ſequitur, ĩmanemq; rotam. In aliis. Tortos angues, quod agnoſcit Seruius. ꝼ Non exuperabile ſaxum,) in antiquis exemplaribus. Exſuperabile. Iuniores maluerunt in huiuſmodi compoſitis verbis, ſ, literam x, prætecta excludere.

Interea Dryadum ſyluas, ſaltusq; ſequamur
Intactos tua Mecœnas haud mollia iuſſa:
Te ſine nil altum mens inchoat. en age ſegneis
Rumpe moras, vocat ingenti clamore Citheron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum:
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas,
Cæſaris & nomen fama tot ferre per annos.
Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.

SERVIVS.

ℭ Interea Dryadum ſyluas.) Donec laudandi Cæſaris tempus adueniat, interim Georgica ſcribo. Intactos autem ait ſaltus, quòd ante ipſum nullus latine carmen georgicum ſcripſit. ꝼ Te ſine nil altũ mens inchoat.) Ac ſi diceret, Non meo ingenio, ſed tuo fretus imperio ad hoc carmen acceſſi. ꝼ Vocat ingenti clamore Citheron.) Hortãtur nos ad ſcribendum illi montes, qui animalibus ſunt referti. Citheron autem pars eſt Parnaſſi. ꝼ Taygetiq; canes.) Ideſt Lacones: nam Taygeta ciuitas eſt Laconiæ. Et hoc ideo quia dicturus eſt, Nec tibi cura canum fuerit poſtrema. ꝼ Domitrixq; Epidaurus equorum.) Epiri ciuitas eſt equis nobilis. ꝼ Vox ingeminata remugit.) Duplicata per Echo. Alibi, Nõ canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ. ꝼ Mox tamen.) Ideſt poſtq̃ georgica conſcripſero. Et ardentis pugnas legendum eſt: nam male quidam ardentis Cæſaris accipiunt, vt Is communis ſit ſyllaba. ꝼ Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.) Ideſt tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni ſunt à te vſq; ad mũdi principium. Et modo Tithonum pro ſole poſuit, ideſt pro Tithane. Nam Tithonus frater Laomedontis fuit, quem prælianrem Aurora dilexit, & rapuit, à quo vſq; ad Cęſarem non valde multum tempus eſt.

PROBVS.

ℭ Vocat ingenti.cl. Citheron Tygetiq; ca.&c.) Citheron mons eſt Bœotiæ, ibi arcana Liberi patris ſacra celebrantur.iij. quoque anno quæ trieterica dicuntur. Exiſtimatur autem Liber eſſe cum muſis: & ideo ex hedera fronde eius corona poetis datur, quum idcirco vocari ſe eius ſacris vult accipi, quod & de vitibus pręcęperit, Taygetos canes: dicit Laconicos à Taygeto monte Laconices. ꝼ Epidaurus,) eſt Peloponneſi, vnde optimi, & generoſiſſimi equi exeunt. ꝼ Mox tamen ardẽtis ac.&c.) Pollicetur autem ſe quoque Cæſaris Octauii, qui poſtea Auguſtus cognominatus eſt, ſcripturum victoriam. Et quidam putant eum promiſſis fidem deſtituiſſe ignorantes, non quidem progegumeneos acta eius

eius ſcripſiſſe ſed tamen non claudicare, quantum ad fidei pertinet vinculũ, in.viij. enim deſcripſit in clypeo eius pugnam, & actiacum bellum, quod eſt geſtum cum Antonio. Tithonus autem fuit Laomedontis filius, frater Priami exiſtimatur ab aurora adamatus, vxorem enim eam habuiſſe. Priami autem filia Creuſa Æneæ vxor mater Aſcanii à quo genere ad Cęſarẽ ꝑuenit.

MANCINELLVS.

ℭ Interea,) antequam templum de marmore ponam. ꝼ Dryadum, videto libro primo Georg. Dryadesq; puellæ, Saltus, campos intactos ab latinis.ſ. poetis: dicit autem ſcribamus carmen agreſte à Mecœnate imperatum. ꝼ Haud mol.) ſed ardua, per Liptoten. ꝼ Segnis) inutiles, ſteriles, pigras. ꝼ Citheron,) ſaltus eſt prope thebas in Bœotia, vt Solin. & Plin. ait libro.iiij. Mela Cithæron. inquit in Phocide Delphi, & mons Parnaſus in Bœotia: Thebæ, & Citheron fabulis carminibusq; celeberrimus. Probus ſic ait, Cytheron mons eſt Bœotiæ, vbi arcana Liberi patris ſacra celebrantur.iij. quoque anno, quæ trieterica dicuntur, exiſtimatur autem Liber eſſe cum muſis, & ideo ex hederæ fronde eius corona poetis datur. Ouid. autem libro.iij. meta. ait. Vadit vbi electus faciẽda ad ſacra Cytheron Cantibus, & clara bacchantum voce ſonabat. Strab. libro.ix. ſcribit quòd Citheron prope Thebas finitur, penes quem Aſopus currit inferiora eius alluens. Videto item Eclog.vj. Citheron hunc nominat, quia de bobus ſcripturus eſt, vnde Bœotia dicta eſt in qua citheron habetur. ꝼ Taygetiq;,) videto in fin.ij.lib. Georgico. ꝼ Epidaurus,) Epidaurus. vrbs eſt Peloponneſi inquit Prob. vnde optimi & generoſiſſimi equi exeunt. Ptoleme. etiam libro.iij. in Peloponneſo ponit Epidaurum. Strab. lib.viij. videtur ſcribere Epidaurũ eſſe inter Achaiam & Pelopõneſum, anteaq; Epitaurum vocatam. Mela aũt ſcri. Epidaurum oppidũ eſſe littori appoſitũ, circa finẽ vero dicti li.viij. Stra. ſic ait. Equoꝝ ſane genus excellit arcadicum, quẽadmodũ, & Argolicũ, & Epidauricũ. Ætoloꝝ ꝑterea, & Acarnanum ſolitudo paſcendis equis eſt accõmodata, non minus q̃ Theſſalia.

Theſſalia. Plin. autem lib. iiij. ſcrib. Epidaurum oppidum Æſculapii delubro celebre eſſe in Achaia. Soli. etiam. cap. vij. ſcrib. Epidaurum eſſe in Achaia, atq; decus eſſe Æſculapii ſacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capeſſunt monitis ſomniorũ. Vox prædictorum. ſ. locorum. ¶ Mox tamen ardentis.) pollicet̃ Cæſaris Octauii, qui poſtea Auguſtus cognominatus eſt, ſcripturum victoriam, quod reuera fecit: in. viij. enim lib. æneí. deſcripſit in Clypeo eius pugnam, & Actiacum bellum, qđ eſt geſtum cum Antonio, vt etiam Prob. ait. ¶ Tithoni.) Tithonus vt Diod. ait libro. v. filius fuit Laomedontis, & Priami frater, qui exiſtimatur ab aurora adamatus, eam vxorem habuiſſe. Priami autẽ filia Creuſa Æneæ vxor mater Aſcanii, à quo ſecuta gens, quæ ad Cæſarem peruenit, qđ ité edocet Probus. ¶ A prima origine Tithoni.) i. ab ipſo Dardano Iouis filio, à quo ad Auguſtũ fuerũt anni mille ſexcenti, vel circa, vti ex Euſebio colligi poteſt, poeta tamen finitum pro infinito numerum poſuit.

ASCENSIVS.

¶ Interea Dryadum &c. Redit ad inſtitutum ſuum qđ eſt Georgicam deſcribere. Non modo quæ eſt in agricultura ſed quæcunque ea ſit dicens, interea dum hæc moliar iuſtoq; apparatu templum Auguſto cõſtituam ſequamur ſyluas Dryadum, ideſt rem agreſtem, verum quia de ſyluis locutus fuit in. ij. libro bene adicit ſaltusq; ſequamur intactos, vt. ſ. de ſyluis & ſaltibus ſe locutum ſignificet quatenus ad rem pecuariam & ad pabula pertineant, aut vt metaphoricos loqui iuuat, de materia videlicet cõfuſa & à latinis ſcriptoribus adhuc intacta. Nominat autem ſaltus quoſdam cuiuſmodi ſunt Cytheron in Bœotia propter boues. Taygeta in laconia propter canes & Epidaurum inter Achaiam & Peloponneſum propter equos. Notatur autem Seruius in deſcriptione Epidauri à Beroaldo his verbis. Quemadmodũ in Cytori expoſitione errauit Seruius, vel potius ipſius adulterata volumina, ita in Epidauri enarratione turpis eſt error cum ciuitas fuerit non in epiro, ſed in peloponneſo, vt Pli. Stra. omneſq; geographi teſtantur, & fuit in Saronico ſinu epidaurũ oppidum locatum Æſculapii templo celeberrimum alio nomine vocatur epitaurus, verum opinor, Seruium ſimilitudine nominis fuiſſe deceptum, cum epidãnus inueniatur & epidaurus, de epidauro iam dictum eſt epidãnus autem cuius meminit Plautus in Menechmis. Ciuitas eſt epiri quam Romani, vt in. iij. ſcribit. Plin. propter inauſpicatum nomen Dyrrachium appellauerunt, de cuius conditoribus ita ſcribit Appianus Epidãnus rex vrbem condidit quæ ab ipſo nomen aſſumpſit, huius ex filia nepos Dyrrachus

Beroal. Epidaurus.

Epidãnus

Lucani locus.

Dyrrachus portum vrbi adiecit q̃ Dyrrachium appellatur. Epidãni meminit Lucan. in. x. ad campos Epidãne tuos, quæ dictio in omnibus fere codicibus deprauata legitur: & pro epidãne paſſim ſcriptum eſt epidaure, quod nec hiſtoriæ, nec Lucani ſententiæ conuenit. Cum de Sæua centurione loquatur, qui apud Dyrrachium, hoc eſt epidãnum in partibus Cæſaris viriliter dimicauerat, & memorabile facinus quod hiſtorici omnes cõcelebrãt, audacia prope incredibili patrauerat. Hæc ille. ¶ Ordo autẽ eſt. O Mecœnas nos ſequamur iterea. ſ. dum Cęſari moliar templũ & pompam triumphalem ſyluas dryadum. i. dearum arborũ, hoc eſt quas ille frequentant. i. verſemur in ſyluis vbi ſunt pecorum quorundam pabula, vt ſuum in glãdibus & boum in frondibus, & ſaltus. ſ. armẽtorum intactos. i. non prius deſcriptos ab latinis poetis appoſitorie tua iuſſa aut mollia. i. non futilia nec paruipendenda, quia mens. ſ. noſtra nil, ideſt non aliquid, non inchoat aliquid altum ſine te, ideſt ſine authoritate tua, aut aſſenſu tuo. En age adhortandi aduerbium eſt age, en vero ad nouos conatus pertinet, rumpe moras ſegnes. i. quæ ſegnes efficiunt, quia cytherõ ſaltus ille in bœotia vbi boũ ac hederæ copia eſt, & Bacchi cum muſis ratio vocat. ſ. nos ad ſe deſcribendum ingenti clamore, & canes taygeti. i. laconici vocant nos, & epidaurus. ſ. ciuitas iuxta peloponneſum domitrix equorum. ſ. præſtantium & animoſorum (quia aliorum aut inutilis aut facilis eſt domatio) ſupple vocat nos, & vox, ideſt ſonitus dictorũ remugit. i. reboat aut reſonat ingeminata, ideſt duplicata aſſenſu nemorum, quia nemora reſonando & reſpondendo idem quod accæperunt videntur aſſentire, idem velle atq; itidem clamare. Ego tamen accingar, ideſt diſponar & habilitabor, mox ideſt paulopoſt peracto ſcilicet hoc opere dicere, ideſt laudare carminibus meis pugnas Cæſaris. ſ. Auguſti ardentis, ideſt fulminanter factas in prælio martio ardore & accingar ferre. i. extollere nomen Cæſaris per tot annos, quot Cæſar abeſt à prima origine Tithoni, patrui aut fratris Priami, cuius prima origo ſm̃ Manci. fuit à Dardano & Electra: ſed & Dardanus & Electra originem habuerunt vſq; adeo vt ad primum hominem ſecundum veritatem recurrendũ eſſet. Quocirca ſm̃ rigorem verboꝝ, quia nõ dicit ab origine, ſed à prima origine ſignificat Cæſarem fuiſſe in medio temporum: tantumq; eius famam duraturam, quantum mundus durauerit, ſed duplex poteſt eſſe expoſitio illius genitiui Tithoni actiua ſcilicet qua Tithonus Cæſarẽ ꝓcreauit & tũc minor eſt tẽpeſtas, aut paſſiua qua Tithonus productus eſt à primis parentibus qđ quia poetam latuit, accipiamus ſimpliciter vt cæteri commentarii tempus finitum pro infinito poſitum.



Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Paſcit equos,ſeu quis fortes ad aratra iuuencos,
Corpora præcipue matrum legat,optima toruæ
Forma bouis,cui turpe caput,cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus,omnia magna,
Pes etiam,& camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo,
Aut iuga detrectans,interdumq; aſpera cornu,
Et faciem tauro propior quæq; ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.

SERVIVS.

¶Seu Quis Olypiacæ.) Dicturus eſt de armētis & gregibus. Armenta autem ſunt equoꝝ & boum, ꝙ hæc animalia apta ſunt armis: vt, ſcutis boum coria, equi prelio. Greges vero capellarū & ouiū ſunt. ipſe paulopoſt, Hæc ſatis armentis ſuperat pars altera curæ. Lanigeros agitare greges hirtasq; capellas. ⸿Hæc tamen.) Ideſt armenta & greges. Sciendum ꝙ plerunq; cōfundit authoritas. ⸿Olympiacæ miratus premia palmæ.) Studioſis curulis certaminis, quod geritur apud Piſas in honorem Iouis Olympici. ⸿Corpora precipue matrū legat.) Magis matrum, per quod oſtēditur etiam patrum corpora eſſe requirenda. ⸿Torue forma bouis.) Paulopoſt, Et faciē tauro ꝓpior.i.tauro ſimilis. ⸿Torue.) Terribilis. ⸿Turpe caput.) Magnum. vt, Turpes paſcit ſub gurgite phocas. ⸿Plurima ceruix.) Lōga. vt, Quū ſe nux plurima ſyluis Induet in florē. ⸿Crurum tenus.) Vſq; ad crura. Et modo tenus aduerbium eſt: nam ſi eſſet præpoſitio, ablatiuo coheretet. Palearia autem ſunt pelles depēdentes ē gutture. ⸿Et camuris hyrte ſub cornibus aures.) i. curuis, vnde & camere appellantur. Præcepit autem aures & magnas & hirſutas eſſe debere. ⸿Nec mihi Diſpliceat.) Liptotes figura eſt.i. valde placeat. vt, Munera nec ſperno. ⸿Faciem tauro propior.) imaginem, ſimilitudinem totam.

MANCINELLVS.

¶Olympiace palmæ,) Olympica certamina in achaia prope Alpheum intelligit, de quibus latius lib.j. Georg. Eliadum palmas epiros equarum. ⸿Plurima cer.) longum collum. ⸿Palearia) pelles dependentes ſub collo. ⸿Camuris) curuis, inde cameræ tecta recurua. ⸿Detractans, male tractans. ⸿Et faciem tauro ꝑ.) i. habens faciem propiorem ſimilioremq; tauro. Pli. li. ii. in tauris in aſpectu generoſitas torua frōte, auribus ſetoſis quibus miniora q; bobus cornua, tenuioraq;. Var. vero lib. ij. ca. v. de bobus ſcrib. ꝙ qui gregem armentorum emere vult, obſeruare debet, vt ſint vacce bene compoſitæ: vt integris membris piloſis, oblongæ, ample, nigrantibus cornibus, & latis frontibus: oculis magnis, & nigris, piloſis auribus, preſſis malis, apertis naribus, labris ſubnigris, ceruicibus craſſis, ac longis à collo, corpore amplo, demiſſo: bene coſtato, latis humeris, bonis clunibus, caudā perfuſam vſque ad calces, vt habeant in inferiorem partem, frequentibus pilis ſubcriſpis, cruribus potius minoribus, rectis genibus, & cuius vngues ſint leues, & pares, corium attactu non aſperum ac durum: colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo molliſſimus enim hic vt duriſſimus primus, neq; non preterea vt mares fœminis boni ſint, quorum & forma eſt ſpectanda, &c. Col. etiā lib. vij. c. j. ſcri. quomodo Mago Carthaginenſis prodidit, ꝙ parandi ſunt boues nouelli quadrati, grandes membris, cornibus proceris ac nigrantibus, & robuſtis, fronte lata, & criſpa, hirtis auribus, oculis & labris nigris, naribus reſimis, patulisq;, ceruice lōga, & toroſa, palearibus amplis, & pene ad genua promiſſis, pectore magno, armis vaſtis, capaci & tanquam implente vtero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto, planoq;, clunibus rotūdis, cruribus compactis, arrectisq;, ſed breuioribus potius quàm longis, nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longiſſimis, & ſetoſis, piloſisq;, corpore denſo, breuiq;, colore rubeo, vel fuſco, tactu corporis molliſſimo. Cap. vero. xviij. de tauris. Idem ait ſe cenſere, probandos tauros maxime membris ampliſſimis, moribus placidis, media ætate. Cætera fere omnia eadem in his obſeruabimus, quæ in bobus eligendis. Nec enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato, niſi ꝙ huic torua facies eſt, vegetior aſpectus, breuiora cornua, toroſior ceruix, & ita vaſta, vt ſit maxima portio corporis, ventre paulo ſtrictiore. Idē quoque cap. xix. de forma vaccæ ait, quòd forma vaccæ quoque probantur altiſſimæ formæ, longæ, ꝙ maximis vteris, frontibus latiſſimis, oculis nigris, & patentibus, cornibus venuſtis, & læuibus, & nigrantibus, piloſis auribus, compreſſis malis, paleatibus & caudis ampliſſimis vngulis modicis, & cruribus. Cætera quoque fere eadem quæ in maribus deſiderantur. Ima cauda, huic tantum animali omnium, quibus procerior cauda non ſtatim nato eſt, conſummatæ vt ceteris menſuræ creſcit, donec ad veſtigia ima perueniat. Plinius.

ASCENSIVS.

¶Seu quis &c.) Hec eſt pars executiua in qua incipiens determinare de aīalibus nobis precipue cōducentibus, de equis.ſ. & bobus docet primū, quibus matribus ꝓcreari debeant, deinde quo tempore ille habiles ſint partui. ¶Ordo eſt. Seu.i. ſiue quis.i. aliquis miratus.i. cum admiratione affectans premia palme olympiace.i. quæ olim dabantur equis victoribus in achaia iuxta Alpheum paſcit equos.ſ. quibus ea premia mereatur, ſeu quis paſcit.ſ. iuuēcos fortes.i. idoneos ad aratra legat.i. deligat precipua corpora matrum.i. proſpiciat precipue qua matre velit eos procreari. Forma bouis.i. vacce torue.i. obtortæ frontis, & immitis eſt ſup. optima, cui caput ſupple eſt turpe, ideſt toruum aut magnum pro modulo corporis, cui ceruix eſt plurima, ideſt ſane lōga, & cui palearia.i. pelles laxe, pendent à mento tenus crurum i. vſq; ad crura, tum, ideſt deinde, cui ſcilicet eſt lateri longo, ideſt in latere prælongo nullus modus.i. menſura proportionabilis cæteris membris, & cui.ſ. ſunt omnia, magna, etiam pes. q. d. nedum alia membra, aut qui breuior in multis placere ſolet, & aures hirte.i. hirſute hoc eſt piloſe ſub cornibus camuris.i. icuruis & intortis, nec.i. & non, &.ſ. bos inſignis, ideſt notata maculis, & albo, ideſt albo colore immixtis, nō diſplicebit, ideſt per liptotē multum placebit, mihi, aut.ſ. bos aut vacca (loqtur enim de matre) detrectans, ideſt refugiens pre toruitate & proteruia, iuga & aſpera interdum cornu.i, cornupetens aliquando & minitans & propior.i. vicinior & ſimilior tauro, ſcilicet q̄ vacce, hoc eſt maſculo q̄ fœmelle faciem.i. facie aut ſecūdum faciem per ſinecdochen hoc eſt habens faciem ſimiliorem tauro quam vacce queq;.i. & que, & ſup. ea nō diſplicebit mihi, quæ eſt tota ardua, & quæ gradiens.i. ingrediens verrit.i. delet ſicut ſcopis verritur atrium veſtigia, ſcilicet pedum ſuorum antecedētium cauda ima ideſt vſq; ad terram demiſſa.

PIERIVS.

¶Et crurum tenus à mento palearia pēdēt,) Tenus ſi prepoſitio ſit ablatiuo caſui coherere dicit Ser. eſſeq; hic aduerbiū. Sed n. tenus, cū noīe, quod ſit numero multitudinis, genitiuo ſepius iunctum aīaduerti. Quintilianus. Aurium tenus in vſum lingua perceperit Catullus Nutricum tenus extātes. Ita enim is appellat papillas, quod inepte ſimul & inuerecūde quidam legunt, Tā crurum tenus extātes. ⸿Aut iuga detrectās.) In Ro. co. in Medi. & in aliis antiquiſſimis vno tm̄ excepto, ſcriptū iueni detractās, quod etiā in Oratoꝝ exemplaribus antiqs obſeruaui, ꝓſertimq; apud Liuium, & detractant, & detractare, ſæpiſſime. ⸿Et faciem tauro proprior.) In codi. Longo. proprior, legitur. Sed vulgata lectio propior, à prope, caſtior eſt.

Ætas Lucinam, iuſſosq; pati Hymenæos,
Definit ante decem, poſt quatuor incipit annos:
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, ſuperat gregibus dum læta iuuentus:
Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus:
Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus:

SERVIVS.

¶Lucinam iuſtosq; pati Hymeneos.) Hyſteronproteron eſt: Ante.n.ē Hymeneus, poſt Lucina conſequit. Item Hyſteronproteron eſt, Definit ante decem, poſt quatuor īcipit annos. Ante.n. incipit, ſic definit. ⸿Cætera.) Ætas ſcilicet quæ eſt vel ante quartum, vel poſt decimū annum. Et bene oſtendit per hæc tempora poſſe quidem armentis, ſed inutilem prouenire fœturam. ⸿Superat gregibus dum læta iuuentus.) Dum ſuppetit. Et dicit iuuenili ætate eas debere concumbere, quia cito tempora meliora depereunt. ⸿Pecuaria.) Ab eo quod eſt pecuare venit: nam pecua, vt ait in Pōpeiana Cicero, ab eo quod eſt pecu

Et labor, & duræ rapit inclementia mortis,
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice: ac ne poſt amiſſa requiras:
Anteueni: & ſobolem armento ſortire quotannis.

pecu venit; vt genu, genua. ¶ Suffice prolē.) Subminiſtra. Vnde et ſuffectos cōſules dicimus. ¶ Miſeris mortalibus quí Prima fugit.) Iſta ſentētia nō ſolū ad aīalia ptinet, ſed generaliter ad omnia. ¶ Subeunt morbi triſtiſq; ſenectus.) Naturalem ordinem tenuit, dicēs, aduenire morbum, ſenectutem, mortē. ¶ Inclementia.) Inexorabilia & duritia. ¶ Semp enim refice.) Vacat enim. Sane dicit ante veniendum eſſe, vt anteq̄ pereant reparentur armenta. ¶ Sobolem armēto ſortire quotānis.) Subſtitue, ſubminiſtra. Et eſt verbum iudicio℞: nam ſub ſortiti dicunt iudices, qui occupatorum funguntur officio.

PROBVS.

¶ Ætas Lucinā. i. q. p. hymenæos. Definit. a. d. p. q. i. a.) Ex Lucina partus, ex hymenæo concubitus accipimus. Itaq; hoc poſt ait annū. iiij. & itra. x. ad cōcipiendū eſſe vtiles boues, extra finē hunc parum. Spadices palmę cuius iā deficit color, colorē dicit. Siculi enim palmam quam græci phœnica appellant, vocāt Spadica. Spadix. Spadix color eſt, quem Leucopyrum vocant, hoc eſt albus Glaucꝰ. & fuſcus. Glaucus autem color viridis.

MANCINELLVS.

Lucina. ¶ Lucinā,) Ex Lucina partus, ex Hymenęo concubitus accipimus, Itaq; hoc ait poſt annū. iiij. & intra. x. ad cōcipiēdum vtiles eſſe boues, Probus, luna aūt, vt Varro inqt, naſcentium dux eſt, Hemeneus. hinc ab iuuādo, & luce Iuno Lucina dicta ab latinis, ipſa. n. menſibus actis in lucem pducit īfantes. ¶ Hymenæos,) Hymenęus teſte Martiano capella, Veneris & Bacchi filius, dictuſq; nuptia℞ deus, cuius officium dixit pſallere in nuptiis, cātare ad thalamos Hymen & coronare limina fertis, p coitu hic ponit. Hymen vero ſecundum græcos, & latinos eſt quędā virginalis pellis, quæ primo coitu abrūpitur, ponitur, & pro Hymenęo, Hipſiphyle Ouidiana ad Iaſonem. Nō ego ſum furtim tibi cognita, pronuba Iuno Affuit, & ſertis tempora vinctus hymen. Dicunt alii Hymenęum quendam fuiſſe apud Athenas, qui inter bella ſæuiſſima virgines liberauit, quam ad cauſam nubentes eius numen inuocabant, quaſi liberatoris virginitatis, Lucinā pu. & hy. hyſterō pteron, hoc eſt vltimum prius, nā ſnia ordine cōmutatur. Sic etiam ē ibi, definit ante. x. &c. de Val. li. ij. c. v. ait q nō minores oportet inire q̄ bimas, vt trimæ pariāt eo melius ſi quadrimæ, pleræq; pariunt in. x. annos, quædam etiam plures. Maxime idoneum tempus ad cōcipiendum ab Delphini exortu vſq; ad dies. xl. aut pauloplus, quę enim ita cōceperunt temperatiſſimo anni tempore pariūt, vaccæ enim mēſibus. x. ſunt pregnantes, mas an fœmina ſit concepta, ſignificat taurus quum iniit, ſiquidē ſi mas in dexteriorem partem abiit: ſi fœmina, in ſiniſtriorem partē, Pli. vero li. viij. c. xlv. ſcri. q ſuo tēpore anniculæ ad fœcunditatē poſcebantur, tolerantius tamen bimæ, tauri generationem quadrimi implent, & ſingulis denas eodem anno tradunt. Conceptio vnico initu peragitur, q ſi forte pererrauerit. xx. die poſt marē fœmina repetit, pariunt menſe. x. qdqd ante genitum inutile eſt. Tauri nō ſepius q̄ bis die ineunt, Robur eſt tauris ingnatū, vita fœminis. xv. annis lōgiſſima, maribus. xx. ¶ Fœturæ.) genituræ & pentui. ¶ Cętera ætas.) hoc eſt ante quartū annum, & poſt decimum, Col. item li. vij. ca. xix. ait, quum vaccę acceſſerunt annos. x. fœtibus inutiles ſunt rurſus minores bimis inire nō oportet, ſi ante tamē conceperint, partum earū remoueri placet, ac p triduum ne laborent hubera exprimi: poſtea mulctra phiberi. ¶ Superat) intereſt, iminet. ¶ Dū lę. iu.) vel iumenta. i. dū iuuenes ſunt vaccæ, cōcipiāt repit enim ſenecta, cum morbis plurimis. ¶ Solue ma.) primus, quo tempore vaccæ ineundæ ſint iam diximus, Col. etiā li. vij. ca. xxij. ſcrib. q menſe Iulio fœminæ maribus plerunq; permittendæ, vt eo tempore conceptos proximo vero adultis iā pabulis edant, nam. x. menſibus ventrem perferunt, vnumq; marē. xv. vaccis ſufficere abunde eſt. ¶ Pecuaria, Pecuare pecuaria, facit, pecu pecua, pecus pecudes, pecus hoc pecora. ¶ Suffice, ſubminiſtra, Col. li. vij. cap. xx. de vaccis ait, ſed & curandū eſt oībus annis æque, atq; in reliq̄s gregibus pecoris, vt delectus habeatur. Nam & nixę, & vetuſtate, quę gignere deſierunt ſubmouendæ ſunt, & vtiq; tauro, quæ locum fœcundarū occupant ablegendæ, vel aratro domādę, qm̄ laboris, & operis non minus q̄ iuueci, ppter vteri ſterilitatem, patiētes ſunt. ¶ Optima quæq; di.) Oui. quoq; de arte. Cito pede labitur ætas, nec bona tam ſequitur, q̄ bona prima fuit. ¶ Inclementia, duricia, & crudelitas. ¶ Sortire.) elige.

ASCENSIVS.

¶ Ætas Lucinam.) Docuit qua facie matres eligendę ſint ad ſufficiendā prolē, nūc ſignificat qua ætate ad partum habiles ſint dicens, Ætas pati. i. patiendi aut idonea ad patiēdum, Lucinā. i. partum, vt ſit dea partus pro partu, & hymenęos. i. coitus iuſtos, deſinit ante. x. annos, & icipit poſt quatuor annos, eſt ergo iter. iiij. & . x. annos. Cætera. i. reliqua ætas (dicimus autē cętera in fœminino, & cęterum in neutro etiā ſingulariter, ſed cæterus, aut cæter in maſculino non legitur) nec eſt habilis. i. idonea, fœturę. i. ppagationi, nec eſt fortis. i. per defectum fortitudinis non eſt conueniens aratris. i. ad arationem. Interea autē. i. inter quartū & decimum annum: dū. i. donec, iuuentus pro iuuenta ætate, ſuperat i. ſuperſtes eſt gregibus. ſ. boum & equo℞, vnde Cicero dixit gregem armento℞ (eſt enim generale) ſolue mares. ſ. in Venerē hoc eſt ad opus venereū exhibendum, & mitte primus. i. cum primū cōgruerit, non expectans experimentum ab aliis, pecuaria. i. pecora in Venerem. i. opus venereum, & ſuffice. i. ſubſtitue, generādo. i. per generationē pecuariā, prolem aliam ex alia quod vulgo dicunt vnam ex alia, ita vt per ppagationē ſit cōſeruatio ſpecierū quę per indiuidua decedētia eſſe nō pōt. Nā optima quęq; dies. i. tempeſtas ad oīa conuenientiſſima, fugit. i. elabitur miſeris mortalibus etiam cunctis prima, & morbi ſubeūt. i. ſubſequūtur, & ſenectus triſtis ſubit. i. ſubſequitur & labor. ſ. ſubſequitur, & in clementia. i. rigoroſa ſęuicia & duricia mortis duræ. i. amariſſimæ aut diræ. i. crudelis, rapit. ſ. de medio hoc eſt delet & extiguit, enim pro quia, quia ſemper erunt ſup. matres, & pręcipue vaccę: quarū corpora tu mauis. i. quilibet mauult aut malit mutari. ſ. in melius, refice. i. reforma in melius ac repara quod vetuſtate degeneratum eſt (Quia particula. n. nō ſuo ordine ponitur dicit à Seruio vacare. i. ſupflua eſſe, ſed quo ordine à nobis poſita eſt nō vacat, verum ſi eſſet. Semper itē refice minor eſſet in cōſtructione obſcuritas) ac anteueni. i. pueni, & ſortire. i. elige, quot annis. i. ſingulis annis armēto. ſ. reficiēdo, ſobolem. i. ppagationē nouam ne reqras poſt. i. poſtea amiſſa. i. genus bono℞ armento℞ degenerando ad interitum intendiſſe.

PIERIVS.

¶ Definit ante decem.) In Lōgo. Definet futuro tēpore legitur. In Ro. decim, ſuo quodā ſcribendi more, vt aurea mala decim, qd vt diximus, et apud Aſprū eſt. ¶ Leta iuetus) In Med. & antiquis pleriſq; cod. iuuētas, de quo alibi ſatis dictū. ¶ Quarū mutari corpora mauis,) In ant. cod. malis eſt, quod venuſtius videt. Quā lectionē etiā apud Cariſiū obſeruaui, vbi fieri Solœciſmū ait tranſmutatione qualitatis in cōiunctionibus, vt eo loco ſemper erūt, quarum mutari corpora malis, ſemper enim refice, p, ſemper itaq;. ¶ Ante veni: & ſobolem armento ſortire quotannis,) In Mediceo, & in Longobardico abſq; &, Ante veni ſobolem. In aliquot, cod. Anteueni, vnica dictio. In Roma. Mediceo. & quibuſdam aliis codi. antiquis. Subolem, paſſim inuenias. de quo ſatis alibi diſputatum.

Necnon & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modo, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis;
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet: & ignoto ſeſe committere ponti.
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua ceruix:

SERVIVS.

¶ Eſt idem delectus equino.) Vt habeant matres optimas. ¶ In ſpem ſtatues ſummittere gentis.) Ideſt quos vis admiſſarios fieri. Notanda ſane exqſita varietas: nam in bobus matres ante deſcripſit: in equis admiſſarios ante commemorat. ¶ Altius ingredit.) Cū exultatione quadam incedit. ¶ Mollia crura reponit.) Ennius de gruibus dicit, Perq; fabam repunt, & mollia crura reponūt. ¶ Primus & ire viam.) Matris pire veſtigia. ¶ Ignoto pōti.) Per quē nunq̄ trāſierat. ¶ Arguti.) Breue. ¶ Luxuriatq; toris aioſum pectus.) Nodoſum et eminēs pulpis. ¶ Spadices.) Quos phœniciatos vocāt pro feſſos myrteos. Glauci autem ſunt felineis oculis. i. ſplēdore perfuſis. ¶ Color deterrimus albis

Argutumq́; caput:breuis aluus,obeſaq́; terga:
Luxuriatq́; toris animoſum pectus,honeſti
Spadices,glauciq́; color deterrimus albis,
Et giluo,tum ſi qua ſonum procul arma dedere:
Stare loco neſcit:micat auribus,& tremit artus:
Collectumq́; premens voluit ſub naribus ignem.
Denſa iuba,& dextro iactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos ſpina:cauatq́;
Tellurem,& ſolido grauiter ſonat vngula cornu.

albis & giluo.) Atqui albis ait, Qui candore niues anteirent. Sed aliud eſt candidum eſſe.i. quadã nitenti luce perfuſum: aliud album,quod pallori cõſtat eſſe vicinum. Giluus autẽ melinus eſt color. Multi autẽ ita legũt,Albis & giluo:vt nõ album & giluum:ſed albogiluum vituperet,quod ſi ſinguli colores vituperãdi ſunt:quãto magis mixtus vterq; ? ideſt albo giluus. ❡Tremit artus.) Figurate,pro artubus tremit. ❡Voluit ſub naribus ignem.) Flatũ indicat magnanimitatem ſuam. ❡Duplex ſpina.) Aut re vera duplex,aut lata,vt,Duplicem gemmis auroq; coronam. Item, Et duplici aptantur dentilia dorſo.

MANCINELLVS.

❡Idem delectus,) vt.ſ.corpora præcipue matrum legat:item, vt quotannis ſoboles armento eligatur. ❡In ſpem gẽtis.) In fœturam,vt ſint admiſſarii. ❡Et mo.cru.re.) glomerat apte reducit alterno crurum explicatu. ❡Mollia crura) faciles tibias,nõ enim inepte duræue ambulat vti pleriſq; euenit. ❡Primus & ire viã.) Var.lib.ij.c.vij.inquit,Equi boni futuri ſigna ſunt,ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo aliaue qua re quo potior ſit,quum flumen traiiciendum eſt gregi,in primis progreditur ac non reſpectet alios. ❡Argutumq; caput,) ideſt breue, & exiguum.
[…]boni […]gna. Var.lib.ij.c.vij.ait.Equas debere eſſe clunibus, ac ventribus latis.Equos ad admiſſuram,quos velis habere legere oportet amplo corpore,formoſos,nulla parte corporis inter ſe non congruenti,caput habeant non magnum,nec membra confuſa,ſint,oculis nigris,naribus nõ anguſtis,auribus applicatis,nõ anguſta iuba,crebra,fuſca,ſubcriſpa,ſub tenuibus ſetis implicita in dexteriorem partem ceruicis,pectus ſit latum,& plenum humeri lati,venter modicus,lumbi deorſum verſus preſſi,ſcapulæ latæ,ſpina maxime duplex,ſi minus non extãs,cauda ampla, ſubcriſpa,crura recta,æqualia,introuerſa genua rotũda,nec magna, vngulæ duræ,toto corpore vero habeat venas,quæ animaduerti poſſunt. Hęc ex Var. Col.etiam lib.vij.ſic ait,cum vero natus eſt pullus confeſtim licet indolem exiſtimare,ſi hilaris,ſi ĩtrepidus,ſi neq; cõſpectu,nouæq; rei auditu terretur,ſi ante gregem procurrit,ſi laſciuia,& alacritate interdum,& curſu certaminis æqualis exuperat,ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit,pontẽ flumenq; tranſcendit,hæc erunt honeſti animi documenta,corporis vero forma cõſtabit exiguo capite:nigris oculis,naribus apertis,breuibus auriculis,& arrectis,ceruice molli lataq;,nec lõga dẽſa iuba,& per dextrã partẽ pfuſa:lato,& muſculorum toris numeroſo pectore,grãdibus armis,& rectis,lateribus inflexis,ventre ſubſtricto,teſtibus paribus,& exiguis,cauda lõga & ſecta criſpaq;:mollibus atq; altis,rectiſq; cruribus,tereti genu:paruoq; neq; introrſus ſpectanti,rotundis clunibus:fœminibus toroſis, ac numeroſis,duris vngulis,& altis,& concauis,rotũdiſq;,quibus coronæ mediocres ſuppoſitæ ſunt,ſic vniuerſum corpus cõpoſitum,vt ſit grãde,ſublime,erectum,ab aſpectu quoq; agile, & ex lõgo quantum figura permittit rotũdum. ❡Breuis aluus,) modica,ſubſtricta. ❡Obeſaq; terga) grãdes lati & pingues humeri,obeſus enim vt Feſtus ait,pinguis dicitur,quaſi ob edẽdum factus. ❡Luxuriat toris,) abũdat pulpis,debet enim eſſe latum.&
Glaucꝰ color. plenũ ac toroſum. ❡Spadices.) phœniceus color,ſeu puniceus, & ſpadis,idem teſte Gel.lib.ij.ca.xxvj.ſignificat autem exuberãtiam,ſplendoremq; ruboris. ❡Glauciq;,) cœrulei,Glaucus.n.co
Giluus. lor viridis dicitur,qd Probus oſtẽdit,& Gellius dicto loco. ❡Al
Flauus color. bis,) nõ cãdidis:ſed albis.i.pallidulis. ❡Giluo.) Giluus color eſt buxeus,vt quidam volunt,vulgo giallus appellatus:aliqui vero per giluum intelligunt flauum qui ex viridi,& ruffo, & albo
Melinꝰ color. cõcretus eſt. Seruius Melinum intelligit. Eſt autem melinus color candidus,optimus in Melo inſula:in Samo quoq; naſcitur, author eſt Plin.li.xxxv.c.vj. Aulus Gellius autem in fine lib.xij. Innuit giluum colorem eſſe medium inter nigrum, & album. Scribit enim tria genera eſſe vini. Nigrum,albũ,medium, quod vocant κιρὸν giluum. ❡Micat auribus.) arrigit,ac deprimit aures.tremit artus,) cõcutit. ❡Collectum ignem,) attractam flatus vim & potentiam. ❡Fremens,) & fremens,& premẽs in antiqs Igitur. Erit autem ordo. Et premens ignem collectũ voluit ſub naribus,premens autem,ideſt nõ emittens,ſed retinens interius hinc ſub naribus voluit. ❡Voluit ſub naribus,per quod eius,vis pparet,

apparet,eſt enim magni flatus. ❡Solido,duro.

ASCENSIVS.

❡Necon & pecori &c. Poſtq; de boum generatione locutus eſt proſequitur equinã,de qua Landinus ſic. Mira inquit varietas:nam in bubulo pecore à matribus,in equino à patribus incpit. Sunt hæc tria pecorum genera oĩbus præcipua. Bos.n.nobis terram colit,ſine cuius opera agricultura oĩno difficilis eſſet. Equus,& cõmode nos vehit,& in bello auxiliatur egregie,& in multis rebus comes eſt homini,atq; in vecturis & veterrimos habemus equos & iumenta. Docilitas maxima eſt in equo. Amiſſos luget dominos,deſideriis lachrymas mittit,interfecto Nicomede rege,eius equus inedia vitã finiuit refert Philarchus Cẽtaretrium è galathis occiſo in pugna Antiocho potitum equo eius illum aſcendiſſe at equum indignatione aſcẽſum pcipitẽ ĩ abrupta iſſe,ac ſe eqtẽ & pdidiſſe. Bucephalus Alexãdri equus neminem ornatu regio inſignitũ præter ipſum Alexãdrũ accipere voluit,in expugnatione Thebarũ vulneratus Alexãdrũ in alium equum tranſire nõ eſt paſſus. Equus Cæſaris nullũ niſi ipſum Cæſarem dorſo accipere voluit. Hic anteriores pedes humanos habebat. Semiramis equum vſque in coitum amauit,vt ait Iuba. Ariſto.autem in lib.de aĩalibus,Equum equamq; poſt hoĩem reliquis animalibus ſalaciorẽ eſſe dicit. Addit etiã ipſum xl.dentes habere primores quatuor.xxx.menſe mutare. Anno deinde poſt binos,vtrinq; ſuperne & ĩferne. Item alio anno.iiij. item alio.iiij. Completis annis.iiij. & menſibus.vj. non emittit, & tũc idoneũ tẽpus ad procreãdum habet:refert præterea equũ oĩbus & donec viuit coire. Idem facere fœminã. Dicit pterea ętatem ad.xviij.annũ ptendi in equo. Sed ad longum ad.xxx.vſq; produci:in nõnullis etiã ad qnquageſimũ ſed minus viuere qui domi aluntur q; gregarii. Albertus autem cognomẽto magnus ait equũ biennio inire incipere:ſed meliorem eſſe,fœtũ poſt triẽnium vſq; ad.xx.qui eſt arctus ſm quem minori cõiunctione iũgũtur Iupiter & Saturnus. Inire aũt vſq; ad.xx.annũ & equam concipere quãuis,debiliter vſq;.xl.quod fere ſpaciũ eſt ſuæ vitæ q;uis olim iuentus ſit equus.lxx.annorum,ipſe aũt Albertus refert vidiſſe ſe equũ ex maioribus apud militem qui adhuc robuſtus exceſſerit annum ſexageſimum. ❡Hæc ille.) Ordo eſt, necnon.i etiam idem delectus.i.ad eligendũ diſquiſitio,eſt pecori,equino i.circa pecus equinum,hoc eſt circa equos,hoc eſt eadẽ diligentia habenda eſt in parentibus boni equi deligendis & quotannis reficiendis. Tu impende iam inde vſq; à tenẽris.ſ.annis,aut mẽbris,laborem præcipuum,i.pcipuam diligentiã & curam,ſupp. illis equis quos tu ſtatuis modo.i.proponis & prætẽdis in.i.ad ſpem gentis.i.generis ſicut ibi illa de gente creatos &c.ſubmittere.ſ.ſupermittere hoc eſt admiſſarios facere.i.qui admittãtur ad generationem vt autem à teneris annis generoſum equi animũ agnoſcamus dicit. Pullus generoſi pecoris,ingredit̃ continuo.i. mox vt natus eſt altius.i.ceruice erecta,in aruis vbi.ſ.libere ĩgreditur,& reponit crura mollia.i.molliter more gruũ,aut mollia hoc eſt decenter flexibilia. Et audet ire viam.ſ.inſolitam & periculoſam primus.i.ante alios,nec expectat vt alii periculum faciãt ſeu experiantur,& audet tentare fluuios minaces.ſ.profunditate aut præcipiti curſu,& audet committere ſe ponto.i.mari ignoto i.per quem pontum aut quod mare non prius tranſiuerat. Ego in pluribus legi ponti:atq; ita legendum putẽ,quia pro aquis ſatis eſt dixiſſe,fluuios tentare minaces,ſolent autem equi meticuloſi difficulter primi tranſire pontem. Nec.ſ.pullus generoſi eq horret.i.cũ horrore formidat,ſtrepitus vanos.i.futiles & inanes vt arborum vento cõcuſſarum aut ſimilium. Ceruix ſup.eſt illi ardua.i.erecta & ſublimis,& caput argutũ.i.breue ac politũ:aluus ſup.eſt breuis.& terga ſup.ſunt obeſa.i.pinguia,& pingui ĩmorata,& pectus aĩoſum luxuriat toris.i.abundat pulpis. Honeſti.i. pulchri ſup.ſũt pulli aut eq,ſpadices.i.punicei ſeu phœnicei hoc eſt rubri cũ ſplendore,& glauci.i.cœrulei,hoc eſt ſubuirides cum nigro immixto,color deterrimus eſt albis,& giluo,ideſt qui in albo giluas,hoc eſt buxeas ac ſubcroceas habent maculas,buxeus autẽ color eſt qui in buxo ligno noti coloris,aut deterrimus color eſt albis.i.pallidulis,& giluo.i.buxeo & ſemiluteo. Tũ ſcilicet equus non deterrimus:ſed generoſus, neſcit ſtare.i.requieſcere,loco.ſ.vno & eodẽ:ſi qua arma dedere pcul ſonum:qa cõ

tinuo

ſinuo ceſpitat,micat auribus.i.arrigit & rurſum deprimit aures: ſicut qui digitis micant.i.diuinandi ludum exercent,nũc eos premunt,nunc erigunt,& tremit artus.i.habet artus trementes,ex vehementia,ſcilicet ſpiritus atque animorum,& ipſe fremens voluit ſub naribus ignem.i.calidum flatum atq; anhelitum collectum,ſcilicet inſpirando. Iuba ſup. eſt illi denſa, & recumbit, ideſt quieſcit,aut reponitur iactata in armo.i. humero, dextro, ideſt dextri lateris, At.i.ſed duplex,ideſt lata ſpina:agitur.i. deducitur per lumbos & ipſe ingrediens præcipue currendo,cauat tellurem.i.eiicit terram & vngula,ſcilicet eius cornu ſolido,ideſt duro aut integro,nec fiſſo,ideſt habens cornu ſolidum,ſonat grauiter.i.vehementer.

PIERIVS.

¶ Quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis.) In Ro.cod.& in quibuſdam aliis ſtatues futuro tempore legitur. Ita correctum. In Mediceo. ¶ Et ignoto ſeſe committere Ponto.) In Roma.in Lõ. & quibuſdam aliis vno cõſenſu Ponti,legitur. Quid enim equis cum mari?cum fluminibus vero & pontibus ſæpe negocium. Quãuis in Calabriæ & Apuliæ locis equorum generoſitatem eo experimento probent,ſi ad mare impulſos, contra aduenientes fluctus impauidos aſpexerint,ideoq; pullos in natationibus adſuefaciunt:eſt autem,põto,ſcriptum, In cod. Mediceo. ¶ Nec vanos horret ſtrepitus.) Quinti.libro.viij.ordinem eſſe dicit. Nec vanos horret ſtrepitus. Tum ſi qua ſonum procul arma dedere, ſtare loco neſcit. Cætera vero,quæ totam eiuſmodi equi faciem deſcribunt. Illi ardua,ceruix,vſq; ad eum locum Color deterrimus albis,& giluo,per interpoſitionem collocata,quare parẽthesis vtroq; adlinenda loco eſt. ¶ Collectumq; fremens voluit ſub naribus ignem.) In Mediceo co.correctum eſt,fremẽs. Sed enim prius recte, Premens,ſcriptum erat,vt in aliis emendatioribus habetur. ¶ Et ſolido grauiter ſonat vngula cornu.) In Roma. Quatit vngula,habetur. Sed magis placet ſonat,quia dicit, Solido cornu,omnia enim ſolida validius ſonant eſtq; & Iuuenalis ſynepeia. Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat, nõ enim ibi (hoc enim κατὰ πάρεργον addemus) grauis barba mihi Iuueni:ſed grauis,pro grauiter ſonabat, legendum eſt, vt oſtẽdat eum neq; quidem artis ſuæ peritia potuiſſe adeo ditari, vt patricios iam oẽs opibus prouocaret:& pondus habet, Iuueni mihi,cui vel lanugo vel mollior barba,ſine ſtridore abradi potuiſſet,ſi quam profitebatur artem,tonſor calluiſſet.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus,& quorum Graii meminere poetæ,
Martis equi biiuges,& magni currus Achillis.
Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina.
Coniugis aduentu pernix Saturnus:& altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hũc quoq;,vbi aut morbo grauis:aut iá ſegnior ãnis
Deficit,abde domo:nec turpi ignoſce ſenectæ.
Frigidus in Venerem ſenior,fruſtraq; laborem
Ingratum trahit:& ſiquando ad prælia ventum eſt:
Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,
Incaſſum furit,ergo animos,æuumq; notabis
Præcipue:hinc alias artes,prolemq; parentum,
Et quis cuiq; dolor victo,quæ gloria palmæ.
Nonne vides?quum præcipiti certamine campum
Corripuere,ruuntq; effuſi carcere currus:
Quum ſpes arrectæ iuuenum,exultantiaq; haurit
Corda pauor pulſans:illi inſtant verbere torto:
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis.
Iamq; humiles,iamq; elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri:atq; aſſurgere in auras.
Nec mora,nec requies:at fuluæ nimbus arenæ
Tollitur:humeſcunt ſpumis,flatuq; ſequentum:
Tantus amor laudum,tantæ eſt victoria curæ.

SERVIVS.

¶ Amyclæi domitus Pollucis habenis,Cyllarus.) At qui Caſtor equorũ domitor fuit:ſed fratrẽ pro fratre poſuit poetica licentia. vt, Quas illi Philomela dapes,pro Progne. Item, reuocato à lanugine Teucri, pro Dardani. Aut certe ideo Pollucẽ pro Caſtorẽ poſuit,quia ambo licenter & Polluces & Caſtores vocantur,nam & ludi & templum & ſtellæ caſtorum vocatur. ¶ Martis equi.) δεῖμος καὶ φόβος. ¶ Et magni currus Achillis,) Pro eqs:Baliarchus & Xanthus. ¶ Coniugis aduẽtu pernix Saturnus.) Dũ cum amata Phylira Saturnus coiret,Ops eius vxor aduenit:cuius præſentiam veritus,ſe in equum cõuertit,qualem potuit numẽ imitari,exinde natus eſt Chiron dimidia parte homo, dimidia equus. Sane ops cũ de vxore Saturni dicimus,o corripitur, vt ops opis. cum vero de Nympha dicimus,opis lõga ẽ o. vt, Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. Pernix autem ad equum refertur:nam Saturni ſtella tardiſſima eſt. Peliõ mõtem Theſſaliæ,in quo Chyron habitauit. ¶ Nunc quoq;.) Licet bonum & tot ſignis probatum. ¶ Morbo grauis aut iá ſenior.) Duo ſunt quibus minuuntur corporis vires:ſenectus, & morbus,vnde mire vtrunq; complexus eſt. ¶ Abde domo.) In domo,nam ſi aduerbialiter vellet loqui,domi diceret. Tale eſt illud in quarto,Non Libyæ non ante Tyro. ¶ Nec turpi ignoſce ſenectæ.) Cicero in Catone maiore & laudat & vituperat ſenectutem:vnde dupliciter hunc locum intelligimus:aut,Nec ignoſce turpi ſenectæ:aut,Non turpi ſenectæ ignoſce,i.abde, & ignoſce ſenectæ,quæ turpis non eſt:quia per naturam venit. ¶ Ad prælia ventum eſt.) Alibi, Nocturnaq; bella. ¶ Animus æuumq; notabis.) Præcipue ante omnia ætatem & magnanimitatẽ requires. ¶ Poſt cætera.) Id eſt parentes & ſtudium. ¶ Et quis cuiq; dolor victo:quæ gloria palmæ.) Vult probari equos vel amiſſione,vel acquiſitione victoriæ,nam eo tendit ſequens iſte decurſus. Vnde & paulopoſt. Tantus amor laudum,tanta eſt victoria curæ. Lucanus, Quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes. ¶ Effuſi carcere currus.) Vſurpatiue pro carceribus,qui ab arcendo dicti ſunt. Nam carcer eſt cuſtodia noxiorum. ¶ Iuuenum.) Aurigarũ,vel ſpectantium. ¶ Haurit.) Ferit. vt, Latus haurit apertum. ¶ Verbere torto.) Frequẽti.ſ.iteratione. ¶ Feruidus axis.) Alibi, Frenaq; feruẽteſq; rotas. Nam tam rotæ quàm axis curſu caleſcunt.

PROBVS.

¶ Talis.a.d.Pollucis.h.Cyllaros.e.q.graii.m.p.Martis.e.b.e.m.c.a.) Amyclæ oppidũ eſt laconices. vnde refert Home. in catalogo ducũ,qui ad Troiam acceſſerũt. Pollux autem & Caſtor Lacedæmone nati ſunt,qui exiſtimátur equos accæpiſſe à Iunone muneris nomine Xãtum,& Cyllarũ,quos ei Neptunus donauerat: Martis equi dicũtur dimos & phobos,Homero authore. Achillis,Xãthus & Æthon,quidam quatuor putant, & eis adiungunt Podargum,& Lampum, Sed eis quod duos credũt hæc eorum epitheta eſſe perſuaſum eſt. ¶ Talis &.i.i.c.e.f.e. Coniugis.a.p.ſ.&.a. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.) Saturnus phillyram oceani, & & Thetis filiã exiſtimatur adamaſſe,& cũ ea ſe mutaſſet in equam vt eũ falleret,ille quoque in equum transfiguratus, cum ea concubuit, ex quibus natus eſt Chiron doctiſſimus centaurus. Pelion eſt theſſaliæ mons Neptuniq; ipſa.ded.originem gentis. Neptunus Cereri quum vim adferre vellet,ea ſe in equã trãsfigurauit,nihilominus,incœpto nõ deſtitit Neptunus,Eãq; ita cõpreſſit,ꝙ genus equorum inde proditur eſſe.

MANCINELLVS.

¶ Amyclæi Pollucis.) Pollux & Caſtor Lacedæmone nati qui exiſtimantur equos accæpiſſe à Iunone muneris nomine Xanthum & Cyllarum,quos ei Neptunus donauerat, Probus. Amyclæi,Amyclæ oppidum eſt Laconiæ regionis achaiæ, teſte Plin. libro.iiij.fuit autem patria Caſtoris & Pollucis, Strabo lib.viij. ait,ꝙ Taygeto monti ſubiicitur Sparta & Amyclæ. Plin. libro.iij. ſcribit. Amyclas etiam fuiſſe prope Tarracinam à ſerpentibus de latas. ¶ Martis equi biiuges.) Martis equi traduntur dimos,& phobos, Homero authore: vt ſcribit Probus, Achillis vero Xanthus, & Æthon, quidam quatuor putant, & eis adiiciũt podargum & lampum,author idem Probus. ¶ Saturnus.) is cum Iouem filium quæreret in Thracia cum Phyllira Oceani filia in equum verſus dicitur concubuiſſe & ex ea Chironem centaurum natum,artis medicinæ inuentorem,qui à Phyllira Phylirides dicitur à poetis,ſcribunt Aratum de aduentu vxoris nil ſcribere. Virgi.tamẽ oſtendit vxoris opis aduentu in equum verſum eſſe,dum cum illa coiret. ¶ Pernix.) velox,quia equus. ¶ Altum pelion.) Theſſaliæ mõtem altiſſimum,teſte Pli.li ij.in quo vt ſcribit Soli.nuptiale conuiuium Thetidis,& Pelei celebratum fuit.

Amyclę

Martis equi.

Chiron Phyllira.

ſuit.¶ Nec turpi.ignoſce ſenectę.)Ordo eſt,nec ignoſce turpi ſenectę,q̃uis enim ſeniores equi ſint,cum modo tñ laborem tolerare valent.Eſt autem ſenſus,quod vbi optimus equus vel morbo vel ſenecta deficit,remouendus eſt ab admiſſura,& in domo retinendus:nec parcendum,oſtendit enim oĩno fatigandum,cũ modo tñ.¶ Turpi ſenectę.) Iuue.ĩ ſat.x.ait,Sed quã cõtinuis,& quantis longa ſenectus,Plena malis deformem,& tetrum ante oĩa vultum Diſſimilemq́; ſui,deformem pro cute pellem, Pendẽteſq́; genas,& tales aſpice rugas &c.q̃uis autem ſenecta ſit à natura,oĩno,quin turpis ſit negari,nõ poteſt:ergo, nec ignoſce turpi ſenectę dicẽdum.¶ Frigidus &c.) Hic locus aſſerit,quod dixi verum eſſe,vt.ſ.ab admiſſura ſenior,in domo teneat̃, ibiq́; fatigetur cum modo:nec penitus ignoſcatur ei,generat autẽ mas ad annos.xxxiij.& ad.xl.duraſſe ;tradunt adiutum modo in attollenda priori parte corporis:ſed ad generandum paucis aĩaliũ minor fertilitas,qua de cauſa per interualla admiſſuræ dantur, nec tñ q̃ndecim initus eiuſdem anni valet tolerare.Equæ gignũt annis oĩbus ad.xl.vixiſſe equum.lxx.annos ꝓditur,Plin.author li.viij.c.xl.Col.vero lib.vij.cap.xxvj.ſcribit ꝙ putant minorem trimo non idoneum admiſſuræ, poſſe vero vſq; in.xx.annum progenerare fœminam bimam recte concipere,vt poſt.iij.annũ enixa fœtum educet,eandemq́; poſt.x.non eſſe vtilem, Superiori autem capite dixerat ꝙ nec minus q̃;.xv.annos,nec rurſus plures quã.xx.vnum debet implere.¶ Fruſtraq́; laborem ingratum trahit.)Ordo eſt,& fruſtra trahit,ideſt producit ingratum laborem,ideſt ingratum coitum,nã calidiſſimus quiſq; citius venerem perficit,& ei gratior illa fit,ſenes vero tardiores ſunt,qa frigent.¶ Quondam.)quandoq;.¶ Animos.) vt ſit hilaris equus, & intrepidus,&c.vt ſupra oſtendit Columel.¶ Æuum.) Colu. lib.xj.cap.xxvj.ſcribit quod annorum notæ cum corpore mutantur,nam dum bimus & ſex menſium eſt,medii dentes ſuperiores,& inferiores cadũt,cum quartũ agit iis,qui canini appellantur,deiectis alios affert:cum ſextum deinde annum molares ſuperiores cadũt.Sexto anno,quos primo mutuauit exæquat, ſeptimo omnes explentur ęqualiter:& ex eo cauatos gerit, nec poſtea quot annorũ ſit manifeſto comprehendi poteſt.x.tamen anno tempora cauari incipiunt,& ſupercilia nõnunq̃; canere:& dentes prominere,hæc ille.¶ Alias artes.)equoꝝ enim alii, ſunt ad rem militarem idonei,alii ad vecturam,alii ad admiſſuram, alii ad cenſuram,alii ad prædam.Itaq; non item ſunt ſpectandi, atq; habendi.Hinc peritus belli alios eligit,atque alit ac docet alios quadrigarius,&c.Plura Var.lib.ij.ca.vij.¶ Prolemq́; parentum.) Varro pro dicto loco ſic ait,de ſtirpe magis intereſt, quã ſint,quod genera ſunt multa,itaq; ad hoc nobiles ab regionibus dicuntur in Gręcia,Theſſalici equi:à terra Apuli,ab roſea roſeani.¶ Quæ gloria palmæ,vt curſu certans æquales ſuperare conetur.&c.¶ Carcere.)repagulis.¶ Currus.)quadrigæ.¶ Exultantia.)ſalientia,trementiaq́;,haurit,eleuat,ferit.¶ Inſtant.) Imminent equis.¶ Verbere.ſcutica.¶ Lora.)habenas. ¶ Vi.) violentia. ¶ Nimbus.)nubes.

## ASCENSIVS.

¶ Talis amyclei.) Adducit exempla laudatiſſimorum equorum quos tamen non ſemper permanſiſſe docet in eadem præſtantia vt admiſſarii conuenienter fiant:per quod innuit ſummam diligentiam adhibendam in deligendo bono equo admiſſario:cum etiam laudatiſſimi degenerent,niſi ſumma cura reficiantur quot annis.¶ Ordo eſt.Talis.ſ.erat cyllarus.i.equus ille nobilis,domitus habenis Pollucis fratris.ſ.Caſtoris,& filij Iouis ex Læda:amyclei,ideſt apud amyclas laconum ciuitatem orti:ſed Seruius vult fratrem pro fratre poſitum eſſe,hoc eſt Pollucem pro Caſtore,& tales ſup.fuerunt illi quorum poetę graii.i.gręci meminere.i.mentionem fecere,ſcilicet equi martis biiuges.i.bini iugum trahentes in curru Martis, ſunt autem dimos & phobos ſm Seruiũ appellati & talis.ſ.fuit currus.i.equus curſarius, aut potius equi trahentes currum,magni Achillis,& ipſe Saturnus pernix.i.celeriter currens,aduentu coniugis.i: cum aduentantẽ ſentiret & coniugẽ opim.ſ.effudit talis.ſ.effectus equus iubam i.comam colli ceruice equina.i.per ceruicem equinam in quam ſuam trãsformauerat ne à coniuge agnoſceretur,rem cum Phyllyra habens,& ipſe Saturnus fugiens.ſ.à facie coniugis,impleuit Pelion mõtem illum Theſſaliæ altum.i.excelſum,hinitu acuto.i.ſonitu equino in ſignum ferocis animi prolato. Abde.i.occulta & ſegrega ab equabus ne coeat,quoq;.i.etiam hunc talem (ſicut Æneі.ix.hunc ego te Euriale aſpicio)hoc eſt licet optimũ dum iuuenta & valetudine præſtaret,abde tamen domo.i.cõtine domi,vbi.i.quando ipſe deficit.i.deficitur à viribus,& impotens efficitur,aut grauis.i.grauatus morbo,aut ſegnior.i.tardior & iacentior annis.i.annoſitate,nec.i.& non,non ignoſce ſenectæ turpi.i.deformi ſm Iuuenalem cum iuuẽta in omnibus placida ſit,aut ignoſce.i.indulge ſenectæ non turpi ſed debili ſed prior expoſitio mihi gratior eſt,licet enim ſenes non ſint turpes in moribus,ſunt tamen aſpectu quæ turpitudo in pecore ſat eſt, nam quid ad pecus quod moraliter non turpis ſenectus per naturam non per animi vitium eueniat?non ergo ignoſce.i. ne indulgeas ſenectę turpi.i.ne ſis clementior in ſenectam turpem ita vt dicas, fuit admiſſarius iunior validoſq́; procreauit quo circa & ſenior admittetur,ea enim ſtulta eſt clementia,cũ nec equo nec rebus tuis cõſulueris:quia ſenior.i.pluſq̃; ſat eſt ſenex,eſt frigidus.i.ſegnis quaſi ſeorſum ab igni venereo, in venerem.i. ad coitum,& trahit.i.longo tractu vix peragit,fruſtra laborem ingratum.i.inutilem vtriſq; & minus acceptum fœmellæ calenti & ſi ventum eſt)quando.i.aliquando ad prælia.i.concertamina equorum,ipſe furit.i.excandeſcit incaſſum.i.inuanum quia non poteſt rebellare aut ſaltem expugnare vt.i.quẽadmodum,ignis magnus furit quondam.i.aliquando in ſtipulis.i,materia læui, ſine viribus.i.quia cum ipſum combuſtibile non ſit capax vehementis caloris nec habeat vim reſiſtendi cito extinguitur & languet ignis,ergo tu notabis.ſ.in equo admiſſario hoc eſt quẽ admittas ad procreationem,præcipue animos.i.animoſitatem, & æuum.i.ætatem & notabis hinc.i.deinde & ſecundo loco,alias artes.ſ.ad quas eos deſtines & notabis prolem parentum, ideſt qualem prolem parẽtes eius progenuerint olim hoc eſt,& quis cuiq; dolor ſup.ſit victo.i.dum victus eſt & quæ gloria palmæ i.dũ vincit,hoc eſt qua generoſitate animi ſint,an videlicet gaudeant victores & doleant victi quod in generoſis equis accidit, qui etiam ſeſſore nobili gaudent & animos extollunt,vnde ſubdit,Nõne vides,quaſi dicat videre quidem potes,quum, ſcilicet, equi corripuere,ideſt ſimul rapuere campum.i. locum deſignatum intra metas capacem & amplum certamine,ſcilicet curuli, præcipiti,ideſt in quo præcipites currunt & quum,ideſt quando,currus.i.ipſi quadrigæ ruunt.i.protrahuntur quaſi ruant effuſi.i.fuſim emiſſi,carcere pro carceribus,ideſt loco vbi prius arcebantur,& quum,ideſt quando ſpes iuuenum.ſ.aurigarum aut ſpectantium,arrectæ,ideſt attentæ ſunt ad victoriam,& pauor, ideſt metus ne vincantur quibus fauens aut præſunt,pulſans,id eſt ſolicitans,haurit,ideſt iuadit,corda exultantia,ſcilicet de ſpe victoriæ,ſunt ergo ſpemq́; metumq́; inter dubii,exultant de victoria ſperata,pauent ob formidatam iacturam illi,ſcilicet iuuenes aurigæ inſtant verbere torto,ideſt flagello ex chordis intortis,& proni,ideſt inclinato capite quaſi protrahant equos, graphice effingit geſtum & ſitum aurigarum agitãtium equos ſuos, dant.i.laxãt,lora.i.habenas,axis feruidus,ſcilicet ex ſubito motu volat,ideſt iam præceps fertur, vt volare videatur, vi,ideſt vehementi tractu equorum,& ipſi aurigæ videntur iam humiles & iam elati,ſitu & animo,ſitu quidem quia volatus auium & curſus equoꝝ ferè in morem vndarum aſcendendo & deſcendẽdo fit,animo aũt quia vt dicit Terentius in Hecyra. Profecto hoc ſic eſt vt puto oĩbus nobis,vt res dãt ſeſe ira magni atq; humiles ſumus,ipſi ergo iam elati & iã humiles videtur ferri ſublime,ideſt ſublimiter,per aera vacuum,ideſt capacem ac ſi vacuus ſit,atq; aſſurgere.i.erigi in auras nec mora nec requies eſt ſ.aurigis & equis,at.i.ſed nimbus.i.globus in morem nubis,harenæ flauæ.i.ex harena flaua collectus,tollitur, ideſt erigitur à pedibus animoſorum equorum excitatus,nã generoſi equi eſt terram profundius carpere & ipſi equi humeſcunt,ideſt humefiunt & irrigantur ſpumis,ſcilicet proprii ſudoris & flatu, ideſt anhelitu ſequentum,ideſt ſequentium equorum, tantus amor, ideſt tanta auiditas laudum eſt ſupple equis,& victoria eſt tantæ curæ,vt ſcilicet ſine intermiſſione & requie tã præcipites currant vt volare videantur,vnde facile concluditur equos animorum ſuorum indicia facere.

## PIERIVS.

¶ Graii meminere.) In pluribus co.antiqs vnico,i,Grai,ſcriptũ inuenias,ex eoꝝ ſentẽtia.qui,i,inter duas vocales per ſe plenam & ſatis ſonorã eſſe iudicabãt.Ideoq́;,Graius,vnico,i, ſcriptum, Graii in caſibus aliis per ſynęreſin facere debere.Quũ tamen alii cuius ſententiæ Ciceronem fuiſſe tradit Velius longus, ſimilia per geminatum.ii.pronunciarent,vt,Maiia,graiius,vnde graii. Sed & ipſa declinationis ꝓportio expetit,vt,vs,vltimæ ſyllabę finales literę in genitiuo ſecundę abeant in,i.Eandẽq́; vocẽ eſſe etiam Nominatiui pluralis conſentiunt omnes,quare graii, duplicato,i,ſcribendum fuerit,quum nulla regula,i,priorẽ conſonantis

nantis loco poſitam elidi præceperit,ſubſecuta vero ętas quum non intelligeret ex duobus.ii.priorẽ loco cõſonantis poſitã,ſed pro vocali acciperet,ſynæreſin fecit,atq; hinc,grai,p vnũ.i.¶ Iubã ceruice effudit equina.) In Romano & qbuſdã aliis.Effundit, pſenti tẽpore legitur. In aliquot aliis ,fudit. Sed effudit legendũ de præterito ipſe narrationis ordo expoſcere videtur, ſubſequit enim & impleuit. Quod vero ſequitur,coniugis aduentu,quod in antiquis aliquot codici.per,t,notatum eſt,atuentu , Victorinus ait,deſiiſſe nos per,t,ſcribere.¶ Hunc quoq; vbi aut morbo grauis aut iam ſegnior annis deficit. In Roma.codi.ſegnior ætas legit:ſed nitidior eſt elocutio: vbi deficit aut morbo grauis, aut annis ſegnior.¶ Vt quõdã in ſtipulis magnus ſine viribus ignis.) In Romano codice legitur:in ſtipula,vnitatis numero:intellectionis figura. In aliis plurale eſt.¶ Cum præcipiti certamine cãpum Corripuere ruuntq;.) In veteribus aliquot exemplaribus, præcipiti conamine,legit:quæ mihi paraphraſis videtur:& vti veteres ſcribere conſueuerunt. In iiſdem antiquis notatum eſt,corripuere ruuntq;.¶ Atq; aſſurgere in auras.) In Romano codice exſurgere,legitur. In Longobardico & in Oblongo inſurgere. In reliquis tum,aſſurgere,tum adſurgere , & hoc magis recæptum. Sed nullum ego velim improbare , codicum reuerentia. Legas etiam in aliquot & his antiquis,in aures,ſed auras,omnino caſta lectio.

Primus Erichthonius currus,& quatuor auſus
Iungere equos:rapidiſq; rotis inſiſtere victor.
Frena Pelethronii Lapithæ,gyroſq; dedere
Impoſiti dorſo atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo:& greſſus glomerare ſuperbos.
Æquus vterq; labor:æque iuuenemq; magiſtri
Exquirunt,calidumq; animis,& curſibus acrem.
Quamuis ſæpe fuga verſos ille egerit hoſteis,
Et patriam Epeirum referat:forteiſq; Mycenas,
Neptuniq; ipſa deducat origine gentem.
His animaduerſis,inſtant ſub tempus:& omnes
Impendunt curas denſo diſtendere pingui,
Quem legere ducem:& pecori dixere maritum:
Florenteſq; ſecant herbas:fluuioſq; miniſtrant,
Farraq;:ne blando nequeant ſupereſſe labori:
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.

SERVIVS.

¶ Primus Erichthonius.) Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ coniugio,illa reluctante,effectum libidinis proiecit in terrã:ide natus eſt puer draconteis pedibus,qui appellatus eſt Erichthonius , quaſi de terra & lite procreatus. Nam ἔριϲ eſt lis,& χθὼν terra. Hic ad tegendam pedum fœditatẽ,iunctis equis vſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpitudinẽ.¶ Rapidus) Velox. ¶ Victor.) Sui propoſiti effector. ¶ Frena Pelethronii.) Peletronium oppidum eſt Theſſaliæ, vbi primum domandoꝝ equorũ repertus eſt vſus. Nam cum quidam Theſſalus rex bobus Oeſtro agitatis ſatellites ſuos ad eos reuocãdos ire iuſſiſſet, illiq; curſu non ſufficerẽt,aſcẽderunt equos,& eorum velocitate boues ſecuti,eos ſtimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi viſi,aut cum irent velociter,aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent,capitibus inclinatis locum fabulæ dederunt: vt Centauri eſſe crederent,qui dicti ſunt centauri ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺϲ ταύρουϲ. Alii dicunt Centauroꝝ fabulã eſſe cõfictam,ad exprimenda humanæ vitæ velocitatem,qa equum cõſtat eſſe velociſſimum. Bene autem Peletronij addidit: quia ſunt & alii Lapithæ.¶ Equitem.) Equum.p equo, rectorẽ poſuit.¶ Greſſus glomerare ſuperbos.¶ Vt cum diſciplina incedat.¶ Quãuis ſæpe fuga verſos.) Ordo eſt. Quanuis ſit ſępe victor,quãuis nobili genere procreatus,tamẽ à magiſtris eſt ætas magnanimitaſq; requirenda: quæ ſi non fuerint , illa nihil proſunt.¶ Neptuniq; ipſa deducat origine gentem.) Ab equo Neptuni,qui natus eſt tridentis percuſſione . ¶ His animaduerſis.) Moribus & ætate deprehenſis.¶ Inſtant ſub tempus.) Coeundi ſ.quo eis cura maior adhibeatur.¶ Dẽſo diſtendere pingui.) Nõ laxo,quod quibuſdam potionibus per fraudem agaſones facere conſueuerunt. vnde ait, Denſo pingui: ideſt viribus pleno. Sane Pingue eſt generis neutri: & ita in omnibus idoneis inuenitur. Nam nec pinguedo nec pinguetudo latinum eſt. ¶ Pubenteſq; ſecant herbas.) Adultas,maturiores: quibus robur acquiritur.¶ Blando labori.) Periphraſis eſt coitus.¶ Ieiunia.) Infirmitatem venientem ex inedia.

MANCINELLVS.

Erich-thoniꝰ. ¶ Erichthonius.) Fuit is Vulcani,& terrę filius: qui primus dicitur quadrigis vſus quo decẽtius celaret pedes ſuos anguineos. Probus author,& Pli.li.vii.inqt,ꝙ bigas primũ iunxit phrygũ natio,q̃drigas Erichthonius. Euſebius item ſic ait,Erichthonius primus quadrigas iunxit in græcia,erant qppe apud alias nationes,id autem fuit,Danao regnante Argis.¶ Frena pelethronii impoſiti dorſo,) & inſultat ſolo,carmina ſunt Ennii in Alexãdro,

Pele-thronii. vt docet Macro.li.v. Frenos aũt,& ſtrata equoꝝ pelethronium inueniſſe ſcribunt pugnare ex equo Theſſalos q centauri appellati ſunt,libantes ſecundum Peliũ montẽ vt ſcri.Pli.li.vii.& Probus ait,pelethroniũ ſubiectum eſſe peliomonti. Pelethronii lapythæ.i.ex Pelethronio oriundi,Frena inuenere,habitant enim Lapithæ plura oppida in ipſa Theſſalia.¶ Equitem.)i. equũ portantem hoiem,

Eques. oẽs enim antiq ſcriptores vt hoiem equo inſidẽtem,ita & equũ,quũ portaret hoiem equitem vocauerunt & eqtare nõ hoiem tm,ſed equum quoq; dixerunt, author eſt Ma-

Eqtare. cro.li.vi.in fine.¶ Vterq; labor.)ſ.docere equum ſaltus,& ingreſſus,põt ẽt p Epexegeſim legi, vt dicat,q;,i.æq̃ magiſtri exquirunt iuuenem equũ. Calidũq; aĩs,& curſibus acrem.¶ Quanuis.)ſenſus eſt eligendum eſſe equum iuuenẽ,calidũq; aĩs & curſibus acrẽ,q̃uis ſæpe curſu victor alioꝝ fuerit q̃uis optimã patriã referat,& optimam ſtirpem.¶ Egerit.) fugauerit. ¶ Eperrũ.) de eperro latius lib.i.Geor. Palmas eperros equaꝝ. ¶ Fortiſq; myce.) ad agamẽnona reſpexit,qui gręcoꝝ ductor exercitus Troiã deleuit vnde alibi ait,Agamẽnoniaſq; mycenas,pterea docet Stra.li.viii. ꝙ Argos à primordio magis ac magis extitit potẽtia primariũ,ſubinde Mycenæ ampliora ſuſcęperunt incrementa,propter cõmigrãtes in illas pelopidas, nam cum oẽs ad Atrei filios cõſiſterent,Agamẽnon natu grãdior regnũ adeptus , duce virtute,ac pariter fortuna comite,regionis paternã poſſeſſionẽ ampliauit,& Myceneo laconicum adiecit ĩperium, verum Menelaus laconicæ regimẽ tenuit. At Agamemnon Mycenaꝝ vſq; Corinthum,ac Sicyonẽ,& Ionium,& agialeoꝝ,ſic.n.ea vocabãtur ætate,cum poſterius achęi dicti ſint,regnũ ſuſcępit. Hæc,& plura Stra.¶ Neptuni origine.) Neptunus Cereri quũ vim afferre vellet ea ſe in equã vertit,Neptunus vero eã ita cõpreſſit,vnde generoſi equi pditi eſſe dicunt,author Probus,nos aũt latius de Neptuni equis lib.i.Geor.ibi.ſ.Tuq; o cui prima frementẽ &c. His videlicet ętate: & annis equi.¶ Inſtãt.) incũbunt, attẽdunt.¶ Sub tempus.) prope tempus coeundi.ſ.cui datur initiũ, teſte Var.li.ii.c.vii.ab æqnoctio verno ad ſolſtitium , Admittere autem oportet,cum tẽpus anni venerit,bis die, mane, & veſpere. Colu.etiam lib.vii.c.xxv.ſic ait, vulgaribus equis paſſim maribus,ac fœminis paſci permittit,nec admiſſuræ certa tempora ſeruentur generoſis circa vernum æquinoctium mares iungentur,vt eodem tempore quo cõcęperint,iam lętis, & herbidis cãpis poſt anni menſem,paruo cum labore fœtum educent: nam menſe.xii.parũ edunt.¶ Denſo pingui.) ait ibidem Columella. Eoq; tempore,quo vocantur à fœminis,equus ſcilicet,roborãdus eſt largo cibo,appropinquante vere,hordeo: eruoq; ſaginãdus,vt Veneri ſuperſit,quantoq; fortior inierit, firmiora,ſemina præbeat futurę ſtirpi.& Varro libro.ii.ca.v.de bubus ſic ait, propter fœturam,Hoc obſeruare ſoleo ante admiſſurã.mẽſem vnũ,ne cibo,& potatione ſe impleant,quod exiſtimatur facilius macram cõcipere. Contra tauros duobus menſibus ante admiſſurã,herba & palea ac fœno facio pleniores,& à fœminis ſecerno.¶ Blando labori.) i.veneri.

ASCENSIVS.

¶ Primus Erichthonius &c.) Quia generoſitatem animi exquirendam docuit in certamine curuli docet incidentaliter qui primi fuerint equorum domitores,rediturus ad inſtitutum, quod eſt per annos & animos admiſſarii diligenter annotandos eſſe. Erichthonius autem ſecundum diuum Auguſtinum in libro de ciuitate dei, vt recitat hic Landinus fuit infans iuentus in Vulcani Mineruæq; templo ſerpente implicatus,quod quia illi regnum portendere iudicatum eſt, diligenter enutritus & dictorum hoc eſt Vulcani & Mineruæ filius habitus , vnde fabulæ locus. ¶ Ordo eſt. Erichthonius vir ille anguineis pedibus,auſus ſupple eſt primus iungere currus , & quatuor equos , ideſt quadrigas

quadrigas aut equos quadriiugos,& ipſe victor.i.voti compos, aut victor alioꝝ in curuli certamine auſus eſt primus inſiſtere rotis rapidis.i.raptim ꝓcurrentibus. Lapithæ populi illi Theſſalię: peletronii.i.peletronio oppido vicini impoſiti dorſo.ſ.eq̃no,aut equoꝝ,dedere.ſ.equis frena,& gyros.i.modũ ducẽdi eos in gyros:atq; docuere eq̃tem.i.equum (aut reuera eq̃tem,q̃a directorẽ vt eques dicatur feciſſe q̃dq̃d eius imperio equus fecerit) iſultare.i.inſultũ facere ſolo.i.terrę,ſub armis,& glomerare.i.in gyrũ,& glomeris formã facere greſſus ſuꝑbos.i.ſuꝑbi & elati animi indices,vterq; labor.ſ.docẽdi inſultũ & ingreſſum,vt inſultus ſit ætatis iuuenilis,ingreſſus ſuꝑbus animi nobilis indiciũ q; pro &,magiſtri.ſ.armẽtoꝝ procreandoꝝ,exquirunt æque.i.ęqualiter iuuenem.ſ.equũ calidũ annis vnde inſultet,& aciẽ curſibus vt ſciat greſſus glomerare ſuꝑbos exq̃runt autem ad hoc vt admiſſariũ faciant:q̃uis.i.q̃tumuis,ille.ſ.nobilis equus,egerit fuga.i.fugauerit,aut egerit in fugã (põt enim bis cõſtrui ablatiuus fuga) & quãuis referat epirum patriã.i.iactet ſe ortũ in epiro, & q̃uis referat mycenas,fortis vnde.ſ.fortis agamẽnon fuit & vbi argolici equi ſunt fortes & generoſi,& q̃uis deducant gentẽ.i.genus ſuum ip̃a orgine Neptuni.i.de eo quẽ primũ Neptunus ꝓduxit percuſſa tridẽte terra,aut de ꝓcreato ex coitu neptuni in equũ verſi cũ Cerere in equã verſa, Aut ſic q̃uis.i.licet ille &c.tñ magiſtri exquirunt ęque iuuenẽ & curſibus acrẽ &c. His aĩaduerſis. Proſeq̃tur eandẽ rem dicens vbi in equo admiſſario annotauerũt ætatẽ & mores ipſi magiſtri iuẽto boni animi bonæq; ętatis equo,ſtudẽt illi vires addere ſedula accuratione. Ordo autem eſt,his.ſ.annis,& aĩs aĩaduerſis.i.cõſideratis,& annotatis ĩ equo.i.poſtq̃ annotauerũt equum nõ eſſe nimis annoſum & ſatis aĩoſum,ipſi magiſtri.ſ.armẽtoꝝ inſtãt.i.diligẽter curãt:ſub.i.ante tẽpus.ſ.coitus,& pro.i.impendunt curas.i.curãt,diſtendere.i.farcire & implere,denſo.i.ſolido,& non turgido, aut inflato pingui ſup.eum equum:quẽ legere.i.elegerunt ducem.i.armẽti, hoc eſt principẽ & patrẽ,& quem dixere.i.addixerunt pecori maritum, & ſecant,i.abſcindunt ei herbas florentis.i.ſuccoſas adhuc in flore exiſtentes,& miniſtrant fluuios.i.aquam fluuialem qua pingues fiant,& farra.i.ea frumenta pinguia,ne.i.vt non, vtſcilicet equus admiſſarius:nõ nequeat,i.poſſit,ſupereſſe.i. ſuper quam ſatis eſt eſſe,hoc eſt ſufficere labori blando.i.venereo qui blande impenditur,& nati.i.pulli,inualidi referant.i.repræſentent ieiunia,ideſt macilentiã,patrum,ideſt progenitorum ſuorum. Hæc de patribus. Reprehenditur à Beroaldo Seruius,eo quod negat pinguedinem & pinguitudinem dici,his verbis. Si vera eſt Seruii ſententia nõ latine locutus eſt. M.Varro latinorum omnium vt ita dicam latiniſſimus,qui in ſecundo de re ruſtica ſic ſcriptũ reliquit. Sus præ pinguedine carnis non modo ſurgere non poſſet. Idẽ in tertio. Motus earũ & lux pinguedini inimica. Pli.quoq; nõ latine ſi Seruiũ ſequitur ſcripſit qui haud dubie latinã linguã locupletauit cuius verba hæc ſunt ex li.xi. In cordẽ ſumma pinguitudo eſt quædam lętis extis,& alibi pleriſq; animaliũ eſt pinguitudo ſine ſenſu. Col. in barbaralexin.i.dictionẽ lapſus eſt ſcribens in.xiij.non ſola exprimitur amurca,ſed & aliquid ſecũ pinguitudinis attrahit & alibi. Repulit olei pinguitudo materiam, qualis eſt gummi. Et palladius pinguedine inquit ſua brachium quoq; proximũ debilitauerit,quid multa? eruditorum libri ſcatent pinguedine,cũ quibus equidem malim errare quam cũ Seruii commentariis,recte ſentire.

PIERIVS.

❡ Rapidiſq; rotis inſiſtere victor.) In Ro.co.legit. Rapidus,q̃d & Seruius agnoſcit. ❡ Neptuniq; ipſa deducat origine gentem.) In Ro.co.nõ gentem,ſed,nomen,legit. Quod vero equos vllos à Neptuno deducere dicat originem. Nõ quod tridentis percuſſione equus exilierit,in quo Seruius falſus eſt corrupto codice Ouidiano,neq; quod ſe Ceres in equã mutauerit,ita à Neptuno cõpreſſa, vnde generoſos equos genitos ait Probus, Sed q̃a Neptunus quorũdã equoꝝ author fuit,vt pegaſi,& alterius in Thracia ꝑcuſſo ſcopulo, veluti Meduſa Arionis, Ceres odorimi, quẽ Adraſtus habuit. ❡ Florẽteſq; ſecant herbas.) In cod.aliquot antiquis legere eſt,pubẽteſq;,quale pabulum longe delicatius eſt. Nam moderatus equorum gregibus paſcua mollibus potius q̃ proceris herbis abundantia pręcipit eligenda. ❡ Ne blãdo nequeant ſupereſſe labori.) In Ro.& antiquiſſimis aliquot codici. Nequeat,ſingulari numero legitur,de eo enim loquitur. Quem legere ducem & pecori dixere maritum.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes:
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat:frondeſq; negant:& fontibus arcent:
Sæpe etiam curſu quatiunt,& ſole fatigant:
Quum grauiter tunſis gemit area frugibus:& quum
Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes,
Hoc faciunt:nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali aruo:& ſulcos oblimet inertes.
Sed rapiat ſitiens Venerem:interiuſq; recondat
Rurſus,cura patrum cadere,& ſuccedere matrum
Incipit:exactis grauidæ quum menſibus errant.
Non illas grauibus quiſquam iuga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus:& acri
Carpere prata fuga,fluuioſq; innare rapaces.
Saltibus in vacuis paſcant,& plena ſecundum
Flumina:muſcus vbi & viridiſſima gramine ripa
Speluncæq; tegant,& ſaxea procubet vmbra.
Eſt lucos Silari circa,ilicibuſq; virentem
Plurimus alburnum volitans,cui nomen Aſilo
Romanum eſt:oeſtron Graii vertere vocantes
Aſper,accerba ſonans:quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta:furit mugitibus æther
Concuſſus,ſyluæq;,& ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.
Hunc quoq;(nam mediis feruoribus acrior inſtat)
Arcebis grauido pecori:armentaq; paſces
Sole recens orto,aut noctem ducentibus aſtris.

SERVIVS.

❡ Iam nota voluptas ſollicitat.) Dicendo nota,ꝑ tranſitũ tetigit rem ab aliis diligenter expreſſam. Nam equæ pullæ cũ primũ coeũt,ſi macrę ſint, & debilitantur,& debiles creant:poſt primũ autem partũ tenues eſſe debent. ❡ Frõdeſq; negant,& fontibus arcẽt.) Cõtra illud, Florenteſq; ſecãt herbas,fluuioſq; miniſtrãt. ❡ Cũ grauiter.) Hoc eſt die medio. Hoc aũt ad exprimẽdum diei tempus eſt poſitum:nõ quod equę æſtatis tempore coeant. ❡ Nimio ne luxu.) Nimio,pingui. Et bene rem turpem aperte à Lucretio tractatã vitauit tranſlationibus, quas oẽs ab agricultura traxit. ❡ Luxu.) Propter luxuriẽ ſegetũ. ❡ Genitali aruo.) Pro muliebri folliculo,quem ſcilicet vuluã vocant, vt etiam Plinius docet: nam folliculus ante dicebat. ❡ Sulcos oblimet ĩertes) Claudit meatus. Et hoc ſimiliter ꝑ tranſlationẽ dixit,nã legimus ſupra, Et obducto late tenet oĩa limo. ❡ Exactis grauidę cũ menſibus errant.) Vicinis partui,tunc enim diligentius tractandę ſunt ne abigant. ❡ Saltus ſuperare viam.) Quod ſolet fieri cum paſcunt pedibus impeditis. ❡ Vacuis.) Magnis, ❡ Plena flumina.) Ne inclinẽtur ad potũ. ❡ Eſt lucos ſilari circa, Illicibuſq; virentẽ Plurimus Alburnũ volitans.) Ordo talis eſt. Circa lucos Silari fluminis Lucaniæ & Alburnũ eius mõtẽ, eſt plurimus volitans:ac ſi diceret,eſt multa muſca. Volitãs autem modo nomen eſt non participiũ. ❡ Oeſtrũ Graii vertere vocantes.) Vertere ex ſoni ſimilitudine, Onomatopœian fecere. Nõ enim poſſumus accipere,ex latina lingua mutauere,cũ conſtet grẹcam primã fuiſſe. Oeſtrum aũt græcũ eſt: latine aſilus, vulgo tabanus vocat. ❡ Cui nomẽ aſilo.) vt, Cui Remulo cognomen erat. ❡ Sicci tanagri.) Nõ multũ valentis. Tanager aũt fluuius eſt Lucaniæ. Et hoc dicit, armẽtorum mugitu cuncta reſonare. ❡ Hoc quõdam monſtro.) Argumentatur ab exemplo, dicens,œſtro contra pellicem ſe defendiſſe Iunonẽ. Nota autẽ eſt fabula: Iouis Inachi filiam à Ioue Iunonis aduentu conuerſam eſſe in vaccã,cui Iuno ĩmiſit œſtrum:quo toto orbe fatigata tandem aliquãdo venit ad Ægyptũ,& illic in Iſim cõuerſa eſt. Tranſit aũt ꝑ mare anguſtũ, quod Boſphoron appellatũ eſt,nunc Helleſpontum nominatur. ❡ Peſtem meditata iuuencę.) Vel quam peſtem ante excogitauerat, vel meditata inferens & exercens accipiamus. Horatius, Horrendaq; cultis Diluuium mẽditatur agris,ideſt infert,exercet. Nam & in ipſa meditatione exercitium eſt. ❡ Hunc quoque.) Ideſt etiã



BIBLIOTECA UNIVERSITAI DE

hoc malum remoue. ⁋Feruoribus acrior inſtat.) Tunc eſt acrior. Et dicendo tempus, oſtendit quemadmodum poſſit euitari. ⁋Grauido pecori.) A grauido pecore. Nam arceo à te dicimus. ⁋Sole regens orto.) Statim. Salluſtius. Coria recens detracta veluti glutino adoleſcebant.

PROBVS.

Eſt lucos ſilari circa ilicibusq; .v.p.l.al.u.c.n.aſilo.ro.e. Oeſtrũ graii.u.u.) Silarũ flumen eſt Lucaniȩ portus Alburnus, & eiuſdẽ nois mons ad ſextum à primis tabernis, mentionem facit Lucilius hoc verſu. Quatuor hinc ad ſilari flumen, portumq; Alburnum. Aſilo genus eſt tabani adeo acer, vt ſoleat armẽta bucera inquietare, vocatur grȩce Oeſtros. Meminit autem hyſtoriȩ hoc loco Virgilius eius quam Ouidi. in primo metamor. expoſuit plene referens Inachi filiam Io compreſſam à Ioue mutatam in vaccam actam eſſe per orbem terrarum. Oeſtro donec ad flumen Nilum venit, Ibi mitigata Iunone, finitus ſit eius labor, quam Inachiam dicit Virgi. ⁋Et ſicci ripa tanagri.) Tanagrus torrens eſt lucaniȩ, qui quum pluuiȩ ſunt, effuſior eſt, & ſæuit, quũ ſerenum, ſiccus eſt.

MANCINELLVS.

Iam nota voluptas.) de equabus intelligit aliàs enixis. ⁋Paleis.) quid ꝓprie palea ſit li.j. Geor. videto. ⁋Luxu.) copia, abundantia. ⁋Obtuſior.) i. hebes, eſt enim gradus pro gradu. ⁋Vſus.) vtilitas. ⁋Genitali aruo.) i. vuluæ, & matrici, ibi enim cõcipiť, ibi educatur, & creſcit quidquid concipitur. ⁋Oblimet. obducat, cooperiat, claudat, limo repleat proprie. ⁋Sulcos inertes.) vuluæ meatus concæptioni ineptos: ſi repleti fuerint nimio luxu. ⁋Sitiens.) vulua ipſa macrior. ⁋Venerẽ.) equi ſemen, patrũ, admiſſariorũ; vbi enim equas impleuerint, eorum cura habetur minima. ⁋Exactis mẽſibus.) i. perfectis, & partui, & vicinis, vñ li.j. Geor. Exactum ad menſem pluuia, ventisq; carebũt. Varro lib.ij.c.vij. ait. Quum conceperint equȩ, videndum, ne aut laborent pluſculum, aut ne frigidis ſint locis, quod algor maxime prȩgnantibus obeſt. itaq; in ſtabulis, & humore prohibere oportet domũ clauſa habere oſtia, ac feneſtras, & inter ſingulas à pſepibus interiice-
**Lõgorii** re longorios, qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. prȩgnãtem, neq; implere cibo, neq; eſurire oportet alternis annis, qui admittũt diuturniores equos & meliores pullos fieri dicũt. ⁋Grauibus plauſtris.) innuit anteq; partus vicinus fuerit, prægnantes equas etiam fatigari poſſe leui modo. De plauſtris videto li.j. Geor. ⁋Saltibus vacuis.) campis magnis, & carẽtibus ſaxis & arboribus deiectis. ⁋Secundũ.) prope ad potum ꝓcũbant. ⁋Muſcus.) vbi lanugo viridior, q̃ locis humidis, & ſole carentibus fit, muſcus dicitur, hic pro herba tenella, ſeu lanugine, quȩ in
**Silarus.** aquarũ ſuperficie naſcitur accipiť. ⁋Lucos ſilari.) Silarus fluuius eſt qui veterẽ campaniam diuidit: picentibus, cui quidem fluuio propriũ illud ineſſe, traditur: vt in eius aqua demiſſa virgulta ſaxificentur, forma tamen, coloreq; ſeruato, author eſt Strab. li.v. Probus ſcribit ſilarum lucaniæ fluuium eſſe, ſic etiã Ptolæmeus
**Alburn⁹** li.iij. ⁋Alburnum.) Alburnus Lucaniæ portus, & eiuſdem nominis mons teſte Probo. Plin. lib.xj.c.xvj. ſcri. quod naſcuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant.
**Oeſtrus** ⁋Oeſtrus.) vocatur hoc malum, Theodorus autem ĩterpres Ari-
**Aſilus.** ſtotelis lib.v. de hiſtoriis aĩalium ait, quod aſilus latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuiis ſupernatant, enaſcitur, quaobrẽ magna aſilorum copia circa aquas, vbi id genus beſtiarũ eſt. Ta-
**Tabani.** bani vero ex ligno naſcuntur. Feſtus vero ſcribit Oeſtrum græco vocabulo furorem dici. Præterea Oeſtreo inſanio œſtreomæ ſtimulor, ſunt qui putẽt aſilum à voce dictũ ab latinis oeſtrum quoq; voce à græcis. Ego tamen oeſtrũ dictum ab illis puto à furore & ita vertiſſe vocãtes oeſtrum. latini enim ab voce aſilum: illi oeſtrum à furore vocarunt. Vertitur autẽ nomen, quoties ab proprio in aliud tranſmutatur. Sic Byrſa, cũ ſit proprie corium, ab re ipſa quoq; dicta eſt, Carthaginis arx, ſic & Oeſtrus cũ ſit fu-
**Tanagr⁹** ror ab eodẽ effectu oeſtrus dictũ eſt illud animal. ⁋Tanagri, tanagrus torrẽs eſt Lucaniæ, qui cum, pluuiæ ſunt, effulſior eſt, & ſȩuit quum ſerenũ, ſiccus eſt. Idẽ Probus. ⁋Acerba.) pro acerbe. ⁋Inachiæ iu.) Inachus apud argos primus regnauit annis.l. author Euſebius eius filia Io ab Ioue in vaccam Iunonis aduentu conuerſa eſt, quã poſtea Iuno dono accæpit tradiditq; ſeruandũ Argo paſtori ſuo, quo obtrũcato ab Mercurio irata Iuno in Io œſtrum ĩmiſit, quo exterrita illa vſq; in ægyptũ fugit ibiq; Ioue agente in humanam rediit figuram, mutatoq; nomine Iſis dicta eſt, & ab ægyptiis pro dea culta. id autem latius Ouidius narrat lib.j. met. Hunc quoq; vlrra prædicta arcenda. vitãdaq;. ⁋Pecori armenta.) hic nulla eſt Synalœpha.

ASCENSIVS.

Ipſa aũt macie &c. Poſtq; de cura patrũ equoꝝ locutus eſt, ꝓſequitur de cura matrũ, additurus & curam natoꝝ. Ordo autẽ eſt. Ipſi ſup. magiſtri armentoꝝ extenuant. i. tenuia faciunt, macie volẽtes. i. voluntarie & ſciẽtes & ex deliberatione, ipſa armẽta quȩ fœtus concipiant atq; vbi voluptas iam nota. i. antea attentata ſolicitat. i. procurat primos cõcubitus. i. vbi primum coire cupiunt ipſi magiſtri. ſ. negant frõdes, & arcẽt ſup. ea frõtibus & quatiunt. i. cõcitant etiã ſȩpe curſu & fatigant ſole. i. æſtu ſolari, tunc. ſ. quum area. i. locus aridus trituræ frugum aptus, gemit i. more gemẽtium ꝑmitur grauiter. i. moleſte frugibus tõſis quæ tõſȩ & interciſȩ iã ſunt, nõ tõſis ꝓ tõdendis, hoc eſt in medio die cum fruges tõſȩ flagellis excuti ſolent, & quũ paleȩ inanes. ſ. frugibus excuſſis, iactãtur. ſ. ad purgationẽ frugum ad zephirum. i. ventum dulcem & calidum ſurgentẽ. i. flantẽ mollius, & ſup. magiſtri, faciunt hoc, ſ. quod dictum eſt hoc eſt extenuãt ſic equas ne vſus ſit obtuſior. i. hebetior q̃; decet aruo genitali. i. folliculȩ matricis aut vuluæ, nimio luxu. i. ꝓpter nimium luxũ hoc eſt ſuper abundantẽ pinguedinem, & ne luxus. ſ. oblimet. i. oppleat quaſi limo, ſulcos. i. receptacula ſeminum, inertes. i. hebetata & obtuſe facta, ſed vt ſup. aruum illud genitale, hoc eſt vulua, rapiat ſitiens. i. appetens, venerẽ. i. ſemen, & recondat interius. i. in intimis cellulis. Rurſus. i. iterũ poſt ſuſceptũ ſemen, cura patrum incipit cadere. i. deficere, & cura matrum incipit ſuccedere. i. poſt cõceptum habenda eſt cura ꝑcipua de matribus, vt poſt partum de pullis. Quum. i. quãdo matres. ſ. errant. i. paſcuntur ad libitũ exiſtentes grauidȩ. i. ꝑgnantes menſibus exactis. i. ꝑfectis & partui vicinis, quiſq; nõ ſit paſſus. i. nemo patiatur illas ducere iuga grauibus plauſtris & quiſq; nõ ſit paſſus illas ſuperare viam ſaltu, & carpere. i. carptim tranſire prata acri fuga. i. curſu veloci fugiẽti ſimili, & innare fluuios rapaces. i. prȩcipites oĩa ĩmiſſa ſecum rapientes, ſed ſup. magiſtri paſcãt eas in ſaltibus vacuis. i. campis magnis carentibus obſtaculis, & ſecundum. i. ꝓpe flumina plena ne ſe fatigent ĩclinando ad hauriendum potũ vbi. ſ. eſt muſcus, & vbi eſt ripa viridiſſima gramine. i. herba in ea naſcẽte, & vbi ſup. ſpeluncæ tegant. ſ. equas à ſole & vmbra ſaxea, ideſt à ſaxis deriuata, procubet. i. longe extendãtur, vt in ea grauidȩ recubent. Eſt lucos ſilari &c. Docet cur vmbrȩ diligendæ ſint, vt videlicet veſpæ & aſili arceantur dicens, volitans, ſcilicet vermis aut aſilus (& eſt maſculini generis, cum volucris ſit fœminini teutones quoq; muſcas volitantes vocant) plurimus. i. frequẽtiſſimus, eſt circa lucos Silari illius fluuii Italiæ qui veterẽ campaniam à picentibus diuidit, & circa alburnum Lucaniæ portum virentẽ ilicibus; ideſt vbi ſunt plurimȩ ilices virentes cui, ſcilicet volitanti, eſt aſilo nomen romanum, ideſt vocabulo romano graii, ideſt græci, vertere, ſcilicet à ſono volatus vocantes oeſtrum aut vertere à re quia furorem quem oeſtron vocãt animalibus quȩ perſequitur inducit, volitãs dico aſper, ſcilicet aculeo aut morſu, & ſonans acerba. i. acerbe. ſ. volatu quo tota armenta exterrita diffugiunt ſyluis. i. per ſyluas, æther concuſſus mugitibus. ſ. taurorum & boum aut generaliter omnium armentorum, furit, ideſt furorem illorum reſonat, & ſyluæ ſup. percuſſæ furũt & ripa tanagri, illius torrentis Lucaniæ, ſicci. ſ. in æſtate, ſupp. furit. Iuno meditata. i. exercens & inferens peſtem. i. furorem, iuuencȩ, ideſt iuniori vaccæ, inachiæ. i. in quã Io Inachi argiuorum regis filia in adulterio cũ Ioue deprehenſa cõuerſa fingitur, exercuit quõdam. i. aliquãdo horribiles iras. ſ. ſuas in pellicem, hoc mõſtro. i. oeſtro quo vaccã illam perſequebatur vſq; in ægyptum. Tu arcebis pecori grauido vt equȩ vaccæ & cuilibet alii quoq;. i. etiã hunc. ſ. volitãtem hoc eſt oeſtrum aut aſilum ſeu tabanum, & tu paſces armenta ſole orto recens. i. recenter, hoc eſt ſub prima luce, & aſtra ducẽtibus noctem. i. ſub crepuſculo, nam ipſe volitãs inſtat. i. ingruit acrior mediis feruoribus. i. ſub medio æſtu ſolis qui fere eſt paulopoſt meridiem.

PIERIVS.

Frondesq; negant & frontibus arcent.) In codi. aliquot antiquis perperam omnino Frondibus, legitur, ſententia fruſtra repetita. ⁋Cum grauiter tunſis gemit area frugibus.) In Romano codi. vbi n, plerunq; videtur abundare, tuſis, tamen hoc loco ſcriptum eſt. In quibuſdam aliis Tonſis ſed enim hic loquitur de tritura, quȩ fit in agro Mantuano, & euganea fere omni, circunductis per aream equis, qui ſpicas pedibus pertundant. Eiuſdem ſpeciei eſt quod ſequiť. Obtuſior vſus. Nam in Romano codice, & quibuſdã aliis, obtunſior, habetur, vt ſuperius, obtunſi, ꝓ obtuſi poſuit. Qđ vero dixit, ſit Genitali aruo, metaphora eſt ad ornatum, vt parũ ſpecioſa dictu honeſtius proferantur, vt Quintilianus

lianus obſeruauit. ¶ Cui nomē aſilo Romanū eſt: Oeſtrum graii vertere vocantes.) In antiquis aliquot codi. quoi. Nā hęc quoq; ſunt obſeruanda quāuis penitus ex vſu receſſerint. In Ro. codic. Romanumſt, more veteꝝ ſcriptū habet, facta colliſione ex vocali, q̄ in, eſt, repetitur. In Long. vertere vocando. i. nomē imponēdo per formam gerundii, vt: fingitq; p̄mendo. In nōnullis etiā œſtron, per, O, non indecenter ſcriptū inuenias, vt ipſa etiā declinationis forma ſnię corrn̄deat. ¶ Hoc quondā monſtro horribiles exercuit iras.) In antiquis cod. horribilis, per vnicum, i, finali ſyllaba, ex Velii longiſnia. Quod vero in Ius fabula receſenda Seruius dicit. Trāſiit aūt per mare anguſtū, quod Boſphoron ab ea appellatū eſt nunc helleſpōtus nominatur, vltima illa verba. Nunc helleſpontus noīatur, adulterina eſſe crediderim. Non. n. adduci poſſum eū ignoraſſe aliū eſſe Boſphoron aliū helleſpontum, atq; alterū ab altero longe diſtare: quum Boſphorus Thracius. Vbi eius bouis tranſitus fuiſſe traditur ad fines euxini maris dubio procul ſit, inde Propontis late diffuſa interiaceat, cui mox ſubiungitur helleſpontus. ¶ Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.) Apud Horatiū eodem ſignificato legitur, diluuiem meditatur agris: quanquam ſunt, qui, Minitatur, eo loco legendum autument.



Poſt partum, in vitulos cura traducitur omnis
Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo
Aut aris ſeruare ſacris: aut ſcindere terram:
Et campum horrentem fractis inuertere glebis,
Cætera paſcuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad ſtudium, atq; vſum formabis agreſtem:
Iam vitulos hortare: viamq; inſiſte domandi:
Dum faciles animi iuuennm, dum mobilis ætas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte, dehinc, vbi libera colla
Seruitio aſſuerint: ipſis è torquibus aptos
Iunge pares: & coge gradum conferre iuuencos.
Atq; illis iam ſæpe rotæ ducantur inanes
Per terram, & ſummo veſtigia puluere ſignent.
Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis
Inſtrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ, non gramina tantum,
Nec veſcas ſalicum frondes, vluamq; paluſtrem,
Sed frumenta manu carpes ſata, nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces conſument vbera natos.

SERVIVS.

¶ In vitulos.) Modo generaliter & de equis et de bobus accipimus. ¶ Notas.) Characteres. ¶ Pecori habendo ſubmittere.) Admiſſarios facere. ¶ Et campum horrentē fractis inuertere glebis.) Phraſis poetica. Suffecerat enim, Aut ſcindere terrā. ¶ Cætera paſcuntur.) Per hoc intelligimus illa oīa, quæ dixit animalia domi eſſe ſeruāda. ¶ Tu quos ad ſtudiū.) Locus de bobus domandis. ¶ Viamq; īſiſte domandi.) Inſtitue artem domandi. ¶ Circlos.) Circus eſt prīcipale, vnde fit circulus, & per ſyncopā circlus: ſicut periculum & periclum, ſeculū & ſeclum. ¶ Gradum conferre.) Pariter incedere. ¶ Rotæ inanes.) Sine pōdere. ¶ Temo Æreus.) Fortis, ſic in quinto, Ærea quē obliquū rota tranſiit, Item Horatius, Incluſam Danaē turris ærea. ¶ Pubi indomitæ. ¶ Hoc ad iuuencos tantum pertinet. Nam de equis contra dicturus eſt. vt, Nāq; ante domandum Ingentes tollent animos.) Veſcas frōdes.) Siccas & teneras. Nam veſcum hoc eſt proprie, vnde & telæ aranearum veſcę vocatur. ¶ Frumenta manu. ¶ Eis etiam ferraginem dabis.

MANCINELLVS.

¶ Poſt par. &c. Var. lib. ij. c. v. ait de vitulis, Lactantes cū matribus ne cubēt. atterunt enim quum creuerint vituli leuādæ matres pabulo viridi obiiciendo in preſepiis, item his fere in oībus ſtabulis lapides ſternendi, vt qd itē ne vngulæ putreſcāt, ab æquinoctio enim autūnali vna paſcunt, cū matribus Semeſtribus vitulis obiiciūt furfures triticeos, & farinā hordeaceā & tenerā herbā & vt bibāt mane & veſpere curāt, hęc ex Varrone, Palladius item de aprili ait. Hoc mēſe vituli naſci ſolent, quoꝝ matres abūdantia pabuli iuuentur, vt ſufficere poſſint tributo laboris, & lactis. ¶ Notas inurunt.) Colu. li. xij. c. ij. loquens de fine aprilis ait, ꝙ eodē tempore fœtus fœcundi pecoris ſignari oportet. Sed de Ianuario ſcribens circa eius finē inquit. His etiā diebus maturi agni & reliq fætus pecudū, nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Palladius quoq; de

aprili ait, Et ſerotini fœtus hoc menſe ſignentur, Et quos aut pe
cori, & oīs cura traducitur in illos, quos, & cętera, intelligit aūt
admiſſarios futuros. Cætera paſcunt, Varrone teſte lib. ij. paſcū/
tur armenta cōmodiſſime in nemoribus: vbi virgulta, & frons
multa hyeme quum hybernāt ſm̄ mare æſtu abigunt in mōtes
frōdoſos. ¶ Hortare.) aſſueſce. ¶ Viáq; do.) Col. li. vij. c. ij. ait ꝙ vi
tulos oportet, quum adhuc teneri ſunt, cōſueſcere manu tracta/
ri, ad pſepia religari, vt exiguus ī domitura labor eoꝝ, & minus
ſit periculi. Veꝝ neq; ante tertiū neq; poſt q̄ntum annū iuuēcos
domari placet, cū illa ætas adhuc tenera ſit, hæc iā pdura. ¶ Viā.)
rōnē, conſuetudinē. ¶ Inſiſte.) ſtatue, frequenta, exerce. ¶ Iunge
pa.) cuſtodiendū, ne ſtatura, vel viribus impar cū valentiore iū/
gatur; nā vtraq; res inferiori celeriter affert exitium. verba ſunt
Colu. ¶ Ipſis è torqbus aptos.) ipſis è torqbus. i. ab ipſis circu/
lis. ¶ Iunge pares &c.) Aptos aūt è torqbus ait, q̄a ſeruitio aſſue/
ti torquiū, apti ad domandū effecti ſunt. ¶ Æreus.) Fortis. ¶ Pu
bi indomitæ.) vitulis indomitis. ¶ Nō gramina tm̄.) Col. li. vij.
c. iij. ſcri. ꝙ ſi hubertas regionis viride pabulum ſubminiſtrat, ne
mo dubitat, quin id genus cibi cæteris anteponēdū ſit. Ab idibus
tamen menſis aprilis vſq; in idus Maias, viride pabulū recte ſe/
rat, pōt. n. in kal. Iulias frigidioribus locis, idē pſtari à quo tpe
in kal. Nouēbris, tota æſtate, & deinde autūno ſatient frōde, p/
batur maxime vlmea: poſt fraxinea, & ab hac populea, vltima
Veſcum ſunt iligna, & querna, & laurea. ¶ Veſcas frondes.) i. minutas, ve
ſcū enim teſte Nonio hunc ēt locum afferente, minutū, & obſcu
rū notat, Feſtus inquit, & veſcus faſtidioſus dicitur, & pro puſil
lo vtebantur. ¶ Fruméta.) farraginē: de qua latius iamiam.

ASCENSIVS.

¶ Poſt partū cura in vitulos &c. Poſtq̄; docuit in generādis vitu
lis primā curā adhibendā matribus, & in generandis pullis equi
nis patribus poſt cōceptum aūt vtrorumq; matribus nūc docet
poſt partū pcipuā curam adhibendam natis tam vitulis q̄; pul/
lis & primo vitulis dicens. Oīs cura traducitur. i. transfert poſt
partū, à matribus. ſ. in vitulos, & ſup. magiſtri pecoris aut diligē
tes cuſtodes aut paſtores, inurunt cōtinuo. i. vt primū nati ſunt
notas. i. ſigna & noīa gentis. i. generis & inurunt notas. i. notant
quos. ſ. vitulos, malint ſubmittere. i. ſupermittere pecori habēdo
i. ad habendā plem & ppagationē, aut quos malint ſeruare. ſ. in/
tactos, aris ſacris. i. ad ſacrificia aris imponenda, aut ſup. quibus
malint ſcindere aut potius quos ſeruant ſcindere. i. ad ſcindendā
& ſulcandā terrā, & inuertere glebis fractis. i. diſſolutis, campum
horrentē. i. aſperū & herboſum ac tribuloſum, Cætera armenta
ſ. iuniora paſcūtur per herbas virides. i. in pratis ſine cura doma
tiōis, ſed tu hortare iam vitulos. i. quū adhuc vituli ſunt ſup eos
quos formabis ad ſtudiū. i. exercitium & vſum agreſtē. i. agroꝝ
colendoꝝ, & inſiſte. i. īſtitue, viā. i. rationē domādi dum. i. donec
vel quandiu anni iuuenum. i. iuuencoꝝ ſunt faciles. i. fłxebiles. &
dociles ad faciendum quod volumus, & dum ætas eſt mobilis
quod ad oīa aīalia etiam ad hoīes ſpectare poteſt, Ac (vt habeas
viā domādi) ſubnecte primum ceruici ciclos. i. circulos laxos. i.
ſolutos nec dure pmētes de tenui vimine, vt. ſ. ceruices aſſuetas
haberet viculis. dehinc. i. poſt modum vbi. i. q̄n colla libera. i. nō
abluctantia ſed domita, & libera hoc eſt vltro ſe ſubmittentia,
aſſuerint. i. aſſuefacta fuerint iam ſeruitio (mire dicit Seruitium
cui aſſuetus ſis libertatē eſſe, quia nihil ſeruile quod libens fece/
ris) iunge iuuencos pares. i. cōſentiētes ac pariter trahētes equa/
lium videlicet virium ac corporum animorūq; quoad eius fieri
pōt, aptos. i. aptatos ex ipſis torquibus. i. circulis, hoc eſt ex eo ꝙ
pares circulos perpeſſi ſint, aut ſtatim poſtq̄; circulos depoſue/
ris & coge iuuencos cōferre. i. ſimul ferre gradū, vt æque veloci
ter igrediantur, quia ſecus altero ducente alter ceſſitaret, atq; ro
tæ inanes. i. nō onuſtę, ducantur illis. i. ab illis. iam. ſ. vbi domiti
ſunt ſæpe p terram & ſignent veſtigia ſummo puluere. i. diſcant
cœlerius īcedere, nam qui pōdere preſſi ſunt altius ſigunt veſti
gia firmiusq; incedunt ſed longe tardius, vbi aūt celeritatem in
duerint, firmitudinem inducet pondus atq; onus quo pmentur.
Poſt. i. poſtea vbi vt dixi celeres effecti ſunt axis faginus. i. ex fa/
go factus, nitens. i. laborans ſub valido pondere, inſtrepat. i. ſtre/
pitum ac crepitū validū faciat, & temo æreus. i. fortis & ære mu
nitus, trahat orbes iunctos. i. rotas ſibi annexas. Interea. ſ. dū iſta
moliris, carpes pubi. i. iuuencis indomitæ. i. adhuc domādis. non
tantum. i. non ſolum gramina. i. herbas vulgo creſcētes, nec fron
des ſalicum veſcas. i. minutas & vluam. i. herbam vilē paluſtrē,
ideſt quæ in paludibus naſcitur, ſed carpes ſup. etiam frumēta ſa
ta manu. i. legumina meliora, vel carpes manu legumina ſata nō
ſpōte naſcentia hoc eſt ordea & farra aut farraginem, nec vaccæ
fœtæ. i. quę iam pepererunt, implebunt more patrū. i. ſicut patri
bus hoc eſt maioribus noſtris ſolebant, qui lactis ſtudioſi erant
mulctra. i. vaſa in quæ mulgetur, niuea à candore. ſ. lactis, hoc eſt
non mulgebis matres, ſed cōſument. i. expendent, tota hubera. i.
totum lac huberū ſuorū in dulces natos. i. vitulos ad aratra deſti
natos. ¶ Capitur Seruius in expoſitione huius vocabuli veſcas à
Beroaldo his verbis. Veſcum quid ſit optime ītelligemus ſi eius
originē, & etymologiam diligenter perſcrutati fuerimus. Nā ve/ Beroal.
ſcum ex ve particula & eſca copulatū eſt vt author eſt Gel. li. xv. Veſcum
noctium atticarum, & cum ve particula tum intenſionem ſigni
ficet tum minutionem, ita veſcum vtriuſq; diuerſæ ſignificatio/
nis vim capit, aliter enim Lucretius veſcū ſalem dicit, ex edendi
intentione, aliter Lucilius veſcū appellat cum edēdi faſtidio, ve
ſcum itaq; id ſignificat, quod in eſca & cibatu appetitur, & id qđ
faſtidioſum eſt in altero, hæc particula ve intendit, in altero mi/
nuit. Et ita Virg. appellat veſcum papauer ab edendi intenſione,
quod videlicet in cibis adhibeatur, & veſcas ſalicum frōdes, qm̄
ſ. eſcis iuuencorum ſunt accōmodatæ. Feſtus quoq; ſcri. veſcum
faſtidioſum ſignificare & edacem, Præterea vt aliquid de interio
ribus literis depromamus, veſcus apud priſcos pro puſillo vſur
pabatur, quod declarat Oui. in faſtis ſic ſcribens. Ve grādia farra
coloni, quæ male creuerunt veſcaq; parua vocant & veſculi ma
le curati & graciles hoīes nuncupantur, nanq; antiqui ve ſyllabā
rei paruę pponebant, vnde ve Iouis p puſyllo Ioue dictus eſt,
q̄uis in alia ſignificatione, vt mox docebimus, accipiatur & ve/
grandem fabam, pro minuta vocitauerunt, & apud Auſoniū ve
grādes meſſes legimus pro paruis, & à Varro. ſcriptum eſt in re
ruſtica. Oues fiunt vegrandes, ac imbecillæ, In hac ſignificatione
vt equidem arbitror accipitur apud Plin. qui ſcribit in. vij. Cor/
pore veſcos eſſe ſed eximiis viribus. Seruii autem expoſitio vt
dicam quod ſentio, non ſolum non vera eſſe videtur, ſed etiam
ſibiiſi diſcors, cum veſcas ſalicum frondes interpretatur ſiccas
& teneras cum ſiccum tenero contrarium eſſe videatur. Expona
mus igitur Veſcas frondes vel quod eſca ſunt & cibaria iuuenco
rum, vel vt exponit Nonius Marcellus, quod faſtidioſæ ſunt.
Commentatoris officium fuerat diligentius ſcitiusq; Virgilia/
num carmē arbitrari, & ſuper hac dictione veſcum cum vetuſta
tem redoleat, & eruditionem recōditam, præ ſe ferat, copioſius
diſputare & eruditius. Hæc ille.

PIERIVS.

¶ Poſt partum in vitulos cura traducitur omnis.) In Romano
codice, in Mediceo, in Longobardico, & aliquot aliis verſus hoc
numero legitur. Poſt partum cura in vitulos trad. om. Prętereà
in Oblongo illo codic. quem pomp. Lætus delicias ſuas aiebat,
deducitur, pro, traducitur, habetur: ſed alterum melius. ¶ Aut
aris ſeruare ſacris aut ſcindere terram.) In Romano, & in Medi
ceo codice, ſacros, legitur, quod minime diſplicet. Sane & in Lō
gobardico ſacros, prius legebatur, inde abraſa, o litteræ parte, ſa
cris, legi voluerunt. ¶ Tu quos ad ſtudium atque vſum forma/
bis agreſtem.) In Romano codice, legitur, ad ſtudia: ſed hoc ſi/
gnificato melius, ſtudium, ſingulare. ¶ Ipſis è torqbus aptos.)
In antiquiſſimo codice Oblongo, de torquibus, legitur. In Lon
gobardico, ipſis & torquibus aptos. ¶ Et iunctos temo trahat
æreus orbes.) In antiquiſſimis vinctos, & orbis. ¶ Vluamq; pa/
luſtrem.) In Romano codi. ſyluam, legitur: ſed, vluā, magis ac/
cæptum. ¶ More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ.)
In Romano codice in Oblongo, & in aliquot aliis, mulctraria,
legitur: q̄uis ī aliquibus deeſt littera, c, ante, t, quod in Mediceo
videtur, inuenimus & in aliquot codici. antiquiſſimis, mulgaria
qua dictione vſus eſt Valgius, ſed nos. Ante caſam tepidi mul/
garia lactis. In Longobardico prius erat, multralia, quæ dictio
abraſa leuiter eſt, & mulgaria repoſitum.

SERVIVS.

¶ Prælabi flumina Piſæ.) Quia vt ſupra diximus, circa ripas fluminum agitabatur curule certamen. ¶ Inq; vicem.) Frenorum ſcilicet, ne adhuc te nera ora lędantur. ¶ Etiam inſcius æui.) Nōdum habens ab annis fiduciam.

Sin ad bella magis ſtudium, turmasq; feroces,
Aut Alphæa rotis prælabi flumina Piſæ:
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor eſt, animos atq; arma videre

PROBVS.

¶ Alphæus flum.) Eſt achaiæ Piſæ oppidum, quod habuit Oenomaus.

Bellantum:lituosq́; pati,tractuq́; gementem
Ferre rotam:& ſtabulo frænos audire ſonanteis.
Tum magis:atq; magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus,& plauſæ ſonitum ceruicis amare,
Atq; hæc iam primo depulſus ab vbere matris
Audiat,inq́; vicem det mollibus ora capiſtris
Inualidus:etiamq́; tremens etiam inſcius æui

Oenomaus.Hic Vel.a.e.m.cā/pi.)Eleus cāpus ſtadiū olym/piacum vbi equi quoq; certāt. Scythia regio eſt ſeptentriona lis,Belgæ natio gallorum.

MANCINELLVS.

¶Sin ad bella magis)iam ad equos trāſit.¶Turmas.)acies: Turma. eſt enim turma proprie equi/tū:habens equites.xxxij.huic qui pręeſt,Decurio noīatur,vt ſcri.Modeſtus.¶Prælabi rotis.) i.iuxta decurrere.¶Alphęa flumina piſę.)Iouis,olympici tēplū: in agro piſano erat:ab elide ſtadiis minus trecentis:abſens,ante illud vero lucus agreſti veſtitus olea ſurgebat:in quo ſtadiū erat vbi curulæ certamen,author eſt Strab.lib.viij.Id aūt olympicū certamē,& equoꝝ,& palęſtrę erat:quod Hercules Ioui patri de dicauerat,eligit aūt optimū græciæ locum ad ſtatuēda certami/na cāpos.ſ.iuxta Alphęū flumē ſitos,hęc ex Diod.lib.v.diximus & plura in ꝑncipio huius tertii libri.Cūcta mihi Alphęū linquēs Lituus. Tuba. &c.¶Lituos.)erat lituus auguꝝ baculus aduncus,ſine nodo,de quo latius in principio.Acro vero docet inter tubā & lituum di/ſcrepare.Lituus.n.eqtum eſt,& incuruus.Tuba aūt peditū:& di recta,Litui acutus ſonus eſt,Tubæ grauis.Virg.ēt ait,Et lituo pu gnas inſignis obibat,& haſta.Gel.lib.v.ſcri.Tuba à ſonitu lituus appellata eſt.¶Frenos audire.)Varro li.ij.c.vij.admonet pullos quum ſtant cum matribus,interdū tractandū,ne quum ſint di/ſiuncti,exterreanť,eadēq; cauſa ibi frenos ſuſpēdendum,vt ocu li cōſueſcant,& videre eoꝝ faciē,& ē motu audire crepitus,quū iā ad manus accedere cōſueuerint,interdū iterponere bis puerū, bis aut ter ꝓnum &c.& hoc cum ſit trimus.Sunt qui dicant poſt annum,& ſex mēſes equulum domari poſſe,ſed melius poſt tri mum,à quo tpe farrago dari ſolet,hæc enim purgatio maxime neceſſaria eqno pecori,quod diebus decem facere oportet,nec pati vllum cibum alium guſtare,ab vndecimo die vſq; ad deci/mumquartum dando hordeum,quotidie,adiiciēdo minutatim quod quarto die feceris,in eo decem diebus ꝓximis manendū. Ab eo tempore mediocriter exercendum,& quū ſudauerit,oleo perungendum,Si frigus erit in equili faciendus ignis.¶Depulſus ab vbere matris.)docet Varro dicto loco,equinum pullum non prius biennio confecto ab lacte remouendum.¶Inq́; vicem.)ſ. frenorum ne tenella ora lędantur.¶Inualidus iamiam tremēs, etiam inſcius æui.)Legitur item,inualidus etiamq́; tremens,qđ non ē abſurdū:licet us,breuis ſit,nam ſępe in hoc opere,& alibi poeta vtitur diaſtole,quod latius in verſilogo oſtendimus,In/ſcius æui,antequam vires habeat.

¶Sin

ASCENSIVS.

¶Sin ad bella magis &c.)Docuit quæ cura ſit circa boues generādos educādos & domādos habenda,idq; primo loco eo ꝙ agriculturā preſertim in Italia maxime conducāt ma/giſq; agriculturā q̄; bella pro/bet:nunc tamē curam pulloꝝ proſequitur qui bello aptanť. vnde dicturus eſt Anchiſes Ænei.iij.Bello armantur equi,bellū, terra hoſpita portas.Sed tamen iidē olim curru ſuccedere ſueti. Itaq; non nihil ad agriculturā faciunt:cū in multis locis boum munus in arando expleāt.¶Ordo eſt.Sin.i.ſed ſi ſtudiū ſup.eſt tibi magis ad bella,q̄; ad turmas.i.acies feroces.ſ.hoſtiles aut ſtu dium eſt prelabi.i.celeri curſu præuolare,rotis.ſ.in curuli certa/mine,flumina alphea.i.alphęū fluentū piſę,illius ciuitatis elidis. Et pro.i.agitare currus volantes.i.celerrime decurrentes in luco Iouis.ſ.olympici dū olympica agunť certamina.Primus labor i.prima exercitatio equi,eſt videre animos.i.geſtus qui animos bellantum indicant,atq; arma bellantum.i.clangorem armorū & ſtrepitum cornuum clamorēq; virorum animoſe bellātiū & pati lituos.i.tubas incuruas clareq; ſonātes quibus equites accē/di ſolent,& ferre rotam gementē tractu.i.dum trahitur,& audi/re in ſtabulo frenos.ſ.æreos,ſonantes.i.crepitantes.Tum.i.dein de.ſ.ſtudium eſt gaudere magis atq; magis.i.in dies aut in horas magis blandis laudibus magiſtri.ſ.equoꝝ,& amare.i.affectare, ſonitum ceruicis plauſę.i.molliter palpitatę.Atq; pullus.ſ.audi/at hęc.ſ.dicta depulſus iam à primo hubere matris.i.vt primum ab hubere matris depellitur & ablactatur,& det inuicem.ſ.fre/norum quæ dura ſunt capiſtris mollibus.i.non aſperis ora.ſ.ſua exiſtens iam.i.adhuc inualidus.ſ.corpore,& iamq; tremēs.ſ.ani mo etiam inſcius ęui,ideſt moris viuendi vnde non habeat fidu ciam quam habent experti quia nihil id facere dubitat quod ſe bene didiciſſe confidit.

PIERIVS.

¶Inualidus etiamq; tremens etiam inſcius æui,)In codicibus nonnullis antiquioribus,& iam,per diſtinctas dictiones cōiun/ctionem & aduerbium vtroq; loco ſcriptū obſeruaui.Quā qdē lectionem etiam Cōminianus ſcriptor,vt Cariſius ait,diligētiſ/ſimus agnoſcit.Nam vbi ſolœciſmum per partes orationis fieri ait,verſum hunc citat,eo quo dicebamus modo ſcriptum.Expo nitq; iam,pro etiam,nunc cōiunctio poſita pro aduerbio.Eodē modo illud etiam crediderim accipiēdum.viij.Æneid.Aut pin/gui flumine nilus Cum refluit cāpis & iam ſe condidit alueo,de quo loco ſuo dictum.

At tribus exactis,vbi quarta acceſſerit ætas:
Carpere mox gyrum incipiat,gradibusq́; ſonare
Compoſitis,ſinuetq́; alterna volumina crurum,
Sitq́; laboranti ſimilis.tum curſibus auras
Prouocet,ac per aperta volans,ceu liber habenis,
Æquora,vix ſumma veſtigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis aquilo quum denſus ab oris
Incubuit,Scythiæq́; hyemes:atq; arida differt
Nubila,tum ſegetes altæ:campiq́; natantes
Lenibus horreſcunt flabris,ſummæq́; ſonorem
Dant ſyluæ,longiq́; vrgent ad littora fluctus.
Ille volat:ſimul arua fuga:ſimul æquora verrens.
Hinc vel ad Elei metas,& maxima campi
Sudabit ſpatia,& ſpumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.
Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere iam domitis finito,nanq; ante domandum
Ingentes tollent animos,prenſiq́; negabunt
Verbera lenta pati,& duris parere lupatis.

SERVIVS.

¶Vbi quarta acceſſerit ętas.) Quartus annus.Nā ętatē ple/rūq; generaliter dicimus pro anno,ꝓ trigīta,ꝓ cētū,ꝓ quo uis tpe.¶Sitq; laboranti ſimi/lis.)Prępareť ad futurū labo/rē.¶Qualis Hypboreis.)Hy/perborei mōtes ſunt Scythię: ſic dicti ꝙ ſupra.i.vltra eos flat Boreas.Dicit autem,ſic currat equus,vt vētus.¶Arida aūt nu bila,)ſine pluuiis.¶Differt.) Diſſipat.¶Horreſcūt.)Contre miſcūt.Perſius,Scis comitem horridulum trita donare lacer na.i.tremētem.¶Ille volat.) ſ.ventus.¶Verrens.)Trahens. ¶Ad Elei metas.)i.Circi.Elis autē ciuitas Arcadię,ī qua age bať curule certamē,& eſt ſpe/cies ꝓ genere.¶Spumas aget ore cruētas.)Quod ē ſignū eq fortiſſimi,ſi velut rubras ege/rit ſpumas.¶Belgica eſſeda.) Gallicana vehicula.Nā Belgæ ciuitas eſt Gallię in q̄ huiuſcemodi vehiculi reptus ē vſus.¶Mol li collo.)Domito.vt,Mollia colla reflectūt.¶Duris parere lupa/tis.)Frenis aſperrimis.Dicta aūt lupata à lupinis dētibus q inęq̄les ſunt,vnde etiam eoꝝ morſus vehementer obeſt.

PROBVS.

¶Hic vel.a.e.m.e.m.campi.) Elæus campus ſtadium olym piacū,vbi equi quoq; certant. Scythia regio eſt ſeptentriona lis,Belgæ natio Gallorum.

MANCINELLVS.

¶Tribus exactis.)trāſactis & ꝓteritis tribus ætatibus.i.tri/bus annis,quo aūt tēpore Var ro id iubeat iamiam vidimus. ¶Aperta æquora.)cāpos am/plos.¶Hyperboreis oris.)ha/bitant hyperborei ſupra aqui/lonis flatū,dicti ꝙ humanę vi Hyper/borei. tę modum excedant viuendo vltra centeſimū annum,vt ſcri bit Feſtus.Solinus etiam ſcri/bit:ꝙ hyperborei incolunt vl tra aquilonē,apud quos mun di cardines eē credūt.Domus ſunt nemora vel luci:Indię vi ctum arbores ſubminiſtrant, diſcordiam neſciunt,ęgritudi/ne nō inquietantur,ad innocē tiam omnibus ęquale votum. ¶Scythięq; niues.)de ſcythia late lib.j.Geor.Mundus vt ad ſcy/thiā.Differt in diuerſas fert partes ac pellit Nubila.dum,legitur item tum,& quum in antiquis.¶Campiq; natantes.)exundant enim ſata ob ventoꝝ flatus.¶Horreſcunt.)contremiſcunt.¶Lō/gíq; vrgent.)

giq; vrgẽt.)legiť lõgeq; vrgẽt.¶ Verrẽs.)trahens.¶ Hic.) legiť, & hic in antiqs.¶ Elei mętas cãpi.) Seneca ĩ Thyeſte ait, Alpheus ſtadio notus olympico, id aũt iãiã aptum eſt.¶ Metas.)currendi terminos.¶ Molli collo.)i.domito, ac placido.¶ Spumas cruentas.) fortiſſimi equi ſignũ eſt, ſi velut rubras egerit ſpumas. Belgica eſſeda melius feret.i.aptior erit ad belli currus, q̃libus quidẽ Belgici pugnaciſſimi vſi ſunt. Trãſalpinã Galliã qdã treis in ptes diuiſere. Aquitanos, Belgas Celtasq;, Belgas noiabãt Oceano cõfines vſq; ad oſtia Rheni, & nõnullos Rheni & alpiũ vicinos ĩcolas. E belgis veneti ſunt, q aduerſus Cęſarẽ nauali certamine contẽderũt, & ſupati ſunt. Vniuerſa vero natio, quã hęc ætas, inquit Stra. ſuo ęuo, Gallicã vel Galliaticã vocãt, Martis ſtudio, & aiop ardet impetu cõferendę pugnę, alacritate ĩpigra, ſẽpq; ſpectãtes in boreã, aut oceano ppiores cõferẽdis pugnis audaciores, è quibus ſummos belgas aſſerũt eſſe: per gẽtes qndecim diuiſos ĩtra Rhenũ ac Lygerim vergẽtes in oceanũ Belgarum fortiſſimos bellouacos eſſe dicũt, poſt iſtos Veſſiões, hęc ex Stra. li. iiij.¶ Farragine.) de hac paulo ſupius dictũ eſt, ibi.ſ. Frenos audire ſonantis.¶ Lenta.) flexibilia, mollia.ſcuticæ.n.& virgę lentę & molles ſunt.¶ Duris lupatis.) Duris frenis à lupinis dentibus dictis. Lupus aũt & lupatum frenum diciť. Ouid. in Tri. Et placido duros accipit ore lupos. Et Mar. Mordent Aurea & lupata cerui.

ASCENSIVS.

¶ At tribus exactis vbi q̃rta acceſſerit ætas &c.) Docet quo pacto triẽnio equus ſit inſtruẽdus dicens. At.i.ſed vbi.i.poſtq̃; q̃rta ætas.i.quartus annus (alii æſtas legũt ſed veri textus habẽt ætas nec ab re, nã in q̃rtũ vſq; annũ eſſe videť noua ætas vñ & anniculos, bimulos trimos, & quadrimos dicimus nõ vltra pcedẽtes Anniculi ſunt mollius educãdi, bimi ablactãdi, trimi domãdi &. inſtituẽdi, q̃drimi vſibus applicãdi) acceſſerit.i. aduentauerit: tribus exactis.i.expletis & trãſactis ſup.equus ĩcipiat mox.i.ſtatim carpere.i.carptim efficere gyrũ.i.greſſum in morẽ gyri & ſonare i.ſonitũ facere gradibus cõpoſitis.i.arte factis & decentibus & ſinuet.i.volutet in ſinũ colligat atq; incuruet alterna volumina.i. inflexiones crurũ, & ſit ſimilis laborãti.i.ſic ingrediať vt laborãs tum.i.deinde equus ille puocet.i.laceſſat auras curſibus, q̃ſi velit cũ ipſis cõtendere velocitate curſus, & volãs per æquora aperta.i.cãpos patẽtes, ceu tãq̃; liber habenis ponat vix veſtigia ſup. in ſumma harena, vt.ſ.puolaſſe videať q̃lis ſup.puolat aqlo.i.vẽtus ille quũ.i.qñ ipſe dẽſus.i.nubiloſus & pluuioſus, incubuit.ſ. mari ac terris ab oris.i.regionibus hypboreis.i.ſcythicis ſup q̃s flat boreas (Alii legũt cõdẽſus, vt ſit qualis aquilo cõdenſus.i.cõdenſatus incubuit ab hyperboreis oris ſed qa ſequiť non diſtulit ſed differt verior mihi lectio videť cũ dẽſus) vt q̃lis aquilo volat cũ ipſe denſus ĩcubuit ab oris hypboreis, & qualis aqlo differt.i. diſſipat & in diuerſas regiones fert.i.tẽpeſtates ſcythiæ atq; nubila arida.i.ſine pluuiis aut exiccatiuã vim pp̃ter ptes tereſtres admixtas habẽtia, tum.i.deinde ſegetes altę & cãpi natãtes.i.more natãtiũ diſfluẽtes ventoꝝ inũdatione horreſcũt.i.cõtremiſcunt lenibus.i.æqualiter ĩgruẽtibus flabris.i.vẽtis & ſyluæ ſummę.i. ſuprema flagella arboꝝ dant ſonorẽ.i.ſonoritatẽ & crepitũ, & fluctus lõgi.i.in lõgum tracti, vrgent.i.ĩpellunt ſup.ſe ad littora, Ille.ſ.vẽtus aqlo videlicet, volat, verrẽs.i.trahens aut equãs & q̃ſi ſcopis purgans ſimul arua & ſimul æquora.i.(hoc loco) maria, hic.ſ.equus q ſic vt aqlo ſupuolat vel ſudabit ad metas & maxima ſpacia elei cãpi.i.in curuli certamine quod in elide fit, & aget ore.i.excutiet cruẽtas ſpumas, quod ſignũ videlicet eſt magni roboris atq; animi vel feret.i.trahet, melius q̃; cæteri, aut valde bene eſſeda.i.vehicula belgica.i.gallię belgicę q̃ ĩter ſequanã & ſcaldim eſt, collo molli.i.nõ rebelli, domito. Sinito.i. pmittito tum demũ.i.tũc primũ equis ſup.domitis iã corpus.ſ.eoꝝ magnũ creſcere farragine.i.nutrimẽto ex farre facto craſſa.i.pingui, dixit iã domitis, nãq; ipſi tollẽt ante domãdũ.i.priuſq̃; domiti fuerint, ingẽtes.i.valde magnos aĩos, ſi ſic farragine craſſa creſcerent, & ipſi preſi.ſ.ad domandũ negabunt.i.nolent pati verbera.i.ſcuticas & flagella, lenta.i.flexibilia, & parere.i.obtẽperare, lupatis.i. frenis à lupinis dentibus denoiatis, vocanturq; vulgo morſus aſperi, duris.i.aſperis & dure tractantibus ora equorum.

PIERIVS.

¶ Vbi quarta acceſſerit ætas.) Hæc vtiq; lectio oium fere codicum antiquoꝝ eſt, vno illo vetuſtiſſimo excępto, quẽ Romanũ appellamus, in quo legiť. Vbi quarta accęperit æſtas, cęteꝝ, ętas, agnoſcit Seruius, exponitq; quarta ętas, q̃rtus annus, q velit ætatem accipi multipliciter: neq; ignorat Varronis p̃cęptũ, poſt annũ trinũ melius eſſe pullum domare mihi vero neq;, accęperit, neq; æſtas diſplicẽt, in tã vetuſti codicis teſtimonio, q fidẽ apud me eotenus facit, quũ ĩtegras variat dictiones. in literis vero nõnunq̃; corruptiſſimus eſt, ſed vt de Ennio Virgilius profiteri ſolitus, ex eo ſtercore aurum plerũq; colligiť.¶ Lõgeq; vrgẽt ad littora fluctus.) In codicibus aliquot antiquis cũ Mediceo Longe, legitur, vt ſit aduerbiũ pro valde, vrguẽt vero Attiano more adhuc quędam ſcribunt exẽplaria.¶ Hic vel ad Elei metas, & maxima campi ſudabit ſpatia.) In Longobardico cod. & in altero puetuſto. Hic vel ad, prout vulgata legunt exemplaria legitur. In Romano, hinc & ad Elei, hoc eſt ex huiuſmodi cura emiſſus ad certamina. In Oblongo etiam eſt, &, non, vel.



Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quàm Venerem,& cæci ſtimulos auertere amoris:
Siue boum,ſiue eſt cui gratior vſus equorum.
Atq; ideo tauros procul,atq; in ſola relegant
Paſcua,poſt montem oppoſitũ,& trans flumina lata,
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.
Carpit enim vires paulatim,vritq; videndo
Fœmina,nec nemorũ patitur meminiſſe,nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris,& ſæpe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca.
Illa alternantes multa vi prælia miſcent
Vulneribus crebris:lauit ater corpora ſanguis:
Verſaq; in obnixos vrgentur cornua vaſto
Cum gemitu reboant ſyluæq; & magnus olympus.
Nec mos bellantes vna ſtabulare.ſed alter
Victus abit,longeq; ignotis exulat oris,
Multa gemens,ignominiam,plagasq; ſuperbi
Victoris,tum quos amiſit inultus amores:
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis,
Ergo omni cura vires exercet:& inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili:
Frondibus hirſutis,& carice paſtus acuta:
Et tentat ſeſe:atq; iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco:ventosq; laceſſit
Ictibus,& ſparſa ad pugnam proludit arena,
Poſt,vbi collectum robur,viresq; receptæ:
Signa mouet,præcepsq; oblitum fertur in hoſtem.
Fluctus vt in medio cœpit quum albeſcere ponto
Longius:ex altoq; ſinum trahit:vtq; volutus
Ad terras,immane ſonat per ſaxa:nec ipſo
Monte minor procumbit:at ima exæſtuat vnda
Vorticibus:nigramq; alte ſubiectat arenam.

SERVIVS.

¶ Cæci amoris,) Latentis Cupidinis. ¶ Relegát.) Remouét. ¶ Flumina lata.) Ne natatus ſit facilis. ¶ Vidẽdo.) Dum videtur. Gerundij modus à paſſiuo. ¶ In magna ſylua.) Alii Sila legunt:vt ſit mõs Lucaniæ. quod modo nulla neceſſitas cogit:vt in Æneide, Ac velut ingenti Sila ſub monte Taburno. Vbi vtrũq; ſpeciale ẽ. ¶ Reboant ſyluæ.) Reſultant,remugiunt. Eſt autem græcum verbum,nam apud Latinos nullum verbum eſt quod ante o finalem, habeat o:excepto Inchoo:quod tamen maiores aliter ſcribebant, adſpirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant incoho, tria enim habebant noĩa in qbus c literã ſequeretur aſpiratio, ſepulchrum, orchus, pulcher,ẽ quibus pulcher tantum hodie recipit aſpirationẽ. ¶ Exulat.) Extra ſuũ ſolũ habitat. ¶ Aſpectans.) Cicero de Catilina, Retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc vrbem, quã ẽ ſuis manibus ereptam eſſe luget. ¶ Vires exercet.) Ab incultu robur acqrit. ¶ Pernix.) Modo perſeuerans. Horati. Pernicis vxor Apuli. Pernix autem perſeuerans à pernitẽdo tractum eſt. ¶ Carice acuta.) Herba duriſſima. ¶ Oblitum.) Iam ſecurum ex ante acta victoria. ¶ Immane.) Aduerbium eſt. ¶ Fluctus vt in medio.) Sic paulatim taurus mouetur ad prælia.

PROBVS.

¶ Carix.) Herba quæ naſcitur in paludibus.

MANCINELLVS.

Amor. ¶ Cęci amo.) Vis magna mentibus blandus,atq; animi calor amor eſt inquit Sene.in.vij. Eſt item amor mentis quædam paſſio ab exterioribus illata,& per ſenſus corporeos introducta,cę cum vero amorẽ tangũt, vt aduertamus amantes ignorare,quo tendant,nulla eoꝝ eſſe iudicia,nullas rerum diſtinctiones ſed ſola paſſione duci. Charinus autem in mercatore Plauti. Amorẽ hæc cuncta vitia ſectari ſolent,inquit. Cura,ægritudo, nimia elegantia,inſomnia,erumna,error,& fuga. Ineptia,ſtultitia,temeritas,ĩmodeſtia,petulantia,cupiditas,maleuolẽtia, deſidia,iniuria,inopia,cõtumelia,diſpẽdium,multiloquium , pauciloquiũ, hoc ideo fit,quia,quę nihil attingũt ad rem,nec ſumptus videt. Amoris itẽ Pathos latius Eclo.viij.oſtẽdimus. ¶ Stimulos auertere.) Col.li.vij.c.xv.ſcri. Maxime curandum eſſe verno tẽpore anni,vt iam fœminis q; admiſſariis deſiderantibus coeundi fiat poteſtas,qm̃ id præcipue armẽtum,ſi ꝓhibeas libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum eſt nomẽ hippomanes, ꝙ equinę cupidini ſimilem mortalibus amorem accẽdat:Equos autem pręcioſos reliquo tempore anni remouere oportet à fœminis,ne aut cum volent ineant,aut ſi id facere prohibentur cupidine ſolicitati noxam cõtrahant. Itaq; vel in longinqua ſpacia marem placet ablegari,vel ad præſepia contineri. ¶ Videndo.) dum videtur. ¶ Illecebris.) ſuaſionibus , voluptatibus , blandicijs,ſed in malam & bonã partem ſunt. Tul. de rep. lib. vj. ſuis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. Idem pro M. Cœlio. erant,apud illum illecebrę libidinum multæ. & pro Milone,quis ignorat maximam illecebrã eſſe peccãdi impunitatis ſpem? ¶ Subigit.) Impellit,cogit. ¶ Sylua.) Sylua in antiquis ſemper legi. ¶ Decernere.) certare. ¶ Lauit.) à lauo lauis præſens eſt,lauit autem inficit,deturpat. ¶ Obnixos.) contra poſitos,contra nitẽtes. ¶ Reboãt.) reſultãt per echo:ſcilicet. ¶ Magnus olympus.) mons eſt Theſſalię,qui excellenti vertice tantus attollitur,

Illecebræ.

Olympus.

vt tegmina

vt tegmina eius cœlum accolę vocẽt,ara eſt in cacumine Ioui dicata,cuius altaribus : ſi q̃ de extis inferuntur,nec diſflantur vẽtoſis ſpiritibus,nec pluuiis diluuntur. Sed voluente altero anno,cuiuſmodi relicta fuerint,eiuſmodi reperiuntur, literæ in cinere ſcriptæ ad alteram anni cærimoniam permanent:hęc Solinus.cap.viij. ¶ Multa,) pro multũ. ¶ Ignominiam,) Eſt enim hæc nominis nota:atque macula. ¶ Aſpectans) ex patho,& affectione, ſcilicet. Pernix ꝑſeuerans. ¶ Carice.) herba paluſtri , teſte Probo . ¶ Obnixus.) incumbens, obluctans. ¶ Laceſſit.) Prouocat,affligit,lacerat. ¶ Proluit.) imaginem quandam veri ludi & certaminis agit. ¶ Vireſq; receptæ.) Legitur & refertę. ¶ Signa.) pugnandi,ſcilicet vnde à mari ſumpſit metaphoram. Nam quum mare in medio albeſcit,ſpumas agens , ac paulatim vndas eleuat , inde exæſtuat maxime . Sic taurus paulatim ſigna bellandi mouens in hoſtem poſtea irruit. ¶ Procumbit.) decidit.

ASCENSIVS.

¶ Sed nõ vlla magis &c.) Apta digreſſione vim amorũ interſerit docens vires maſculorum præcipue amoribus diſſolui atq; eneruari ideoq; monet à Venere arcendos ſeruato ordine quo in ſuperioribus proceſſit, nam prius de tauris q; ceteris loquitur cum boues ſint præcipue agricolis vſui, qui & labore & carne & coriis proſunt. ¶ Ordo eſt. Sed vlla induſtria.i.ſubtilitas à natura inducta,nõ firmat.i.roborat magis vires ſiue boum ſiue equorum ſi cui vſus equorum eſt gratior,id eſt vtilior & accęptior q; ſup.boum ( quod quia paucis accidit, quaſi præter opinionem contingat addubitare videtur (non vlla dico induſtria auertere,ideſt amouere pręueniendo Venerem i.rem venereã & ſtimulos cęci,ideſt latentis aut excęcantis amoris, videtur quibuſdam amorem præcedere veneremq; ſequi ſed non ab re amorem,ideſt cupidinem veneris non patrem ſed filium dixerunt maiores. Nam natura quidem excitat ad actum, ſed actus inflammat,& ita ſitit Venus ebria ſemper paritq; vſus inſanus amorem, At ideo,ſcilicet quia tanta eſt vis amoris magiſtri,ſcilicet pecorum. relegant,ideſt remouent aut potius remittunt & ablegant tauros procul,ſcilicet à vaccis:atq; in paſcua ſola,ſcilicet à vaccis vacua,poſt montem oppoſitum,ſcilicet à conſpectu vaccarum,& trans flumina lata aut ſeruãt tauros clauſos intus.ſ.in ſtabulis ad præſepia ſatura,ideſt plena,& ipſos ſaturãtia, Enim pro quia,fœmina,ſcilicet vacca & quęuis alia carpit vires,ſcilicet maſculorum,paulatim,ideſt lenta vi amoris.& vrit, ideſt incẽdit animos marium:videndo,ideſt dum videtur,quaſi dicat,ſolo aſpectu,paſſiuo,ideſt dum ſolummodo aſpicitur nec patitur,ſcilicet maſculum vt taurum meminiſſe nemorum propter frondes,nec herbę.ſ.in paſcuis: Illa quidem,ideſt certe,aut excæptiua eſt particula,vt ſit,illa quidem illecebris &c.ſed illi alternantes &c. Illa igitur,ſcilicet fœmella vt vacca ſubigit , ideſt compellit dulcibus illecebris,ideſt illectionibus venereis ſuperbos,ſcilicet tauros amantes,ideſt amore iuuencæ captos decernere,ideſt decertare inter ſe cornibus aut decernere cornibus,id eſt diiudicare & dignoſcere per certamẽ vtri illa cedat, docet autem quomodo illa ſubigat,quia non vi nec imperio ſed videndo,ideſt dum videtur etiam neſcia vnde dicit Iuuenca formoſa paſcitur in magna ſylua,ſecura,ſcilicet amorum,illi,ſcilicet tauri amantes alternantes.i.alternatim vim inferentes, multa vi.i.

violētia miſcent ꝓlia crebris vulneribus.i.ſe crebro vulnerando: ſanguis ater.i.cruor cōcretus,lauit.i.inficit,& imbuit corpora.ſ. tauroꝝ,& cornua verſa.i.obuerſa in alterutrū:cū vaſto.i. valde amplo gemitu.i.preſſura vnde gemitus naſci ſolet,vrgētur.i im primunt in obnixos.i.obnitentes,& obluctantes tauros ſyluæ ſ.vicinæ reboant.i.boatū referunt,& mugitū per ſonum echo,& olympus.ſ.mons aut quiuis alius vicinus,magnus,ſup.reboat, Nec mos.i.cōſuetudo,eſt ſup.paſtoralē rem tractantibus ſtabulare.i.ſtabulis locare bellantes.i.cōtendentes de iuuenca tauros vnā.i.ſimul in eodē videlicet ſtabulo ſed alter.ſ.tauroꝝ,victus.i. is qui victus eſt,abit.i.diſcedit prę ignominia & exulat.i.extra ſolum ſuum vitam agit in oris ignotis,longe.ſ.poſitis à patria gemens multa.i.multū,aut gemens multa videlicet ignominiā & plagas.i.vulnera victoris.ſ.tauri à quo victus eſt:ſuperbi.i. elati & ferocientis ꝓpter victoriā,quia geminat victoria vires. (Notāter ꝑponit ignominiā plagis quia eā generoſus animus īdignius fert)tum.i.deinde ipſe aſpectans,amores quos amiſit inultus i.amicā iuuencā quā amiſit & nondū vltionē cæpit,& aſpectans ſtabula.ſ.in qbus victor cum illa cōuerſatur exceſſit.i. exit quaſi ab exceſſo aut prēteritū ab excedo,exceſſit.i.abiīt regnis auitis.i. in qbus maiores ſui dominati ſunt(Mirus artifex poeta,nam vt Home.in deis hoīum vitam edocuit.ita hic in pecore ſi enim pecori dolet ignominioſe vinci,vireſq; recuperat vt contumeliam deleat victorq; euadat,turpe eſſet homini ſi non idem faceret, quod & ii feciſſe leguntur qui ab Annibale interclusi ſub iugum miſſi leguntur Romani)Ergo quia.ſ.impatienter fert ignominiā illatam,exercet vires.ſ.ſuas omni cura, & ipſe pernix.i.perſeuerans & quaſi ꝑnoctans,iacet inter ſaxa dura cubili inſtrato.i. nō ſtrato æquato,ſed aſpero,paſtus frondibus hirſutis.i. ſpinoſis & veproſis,& carice herba illa acuta.i.aſpera,& tētat.i.experit ſeſe i.ſemetipſum,atq; diſcit iraſci in cornua.ſ.ſua obnixus.i.obnitēs & inſultans aut impetens trunco arboris,& laceſſit.i.diſcindit & prouocat ictibus.ſ.cornuum,vētos.i.auras,& proludit.i.facit ꝓludium & exordiū ad pugnā,arena ſparſa.ſ.pedibus vnde in Buco. Iā cornu petat,& pedibus qui ſpargat harenā. Poſt.i. poſtea vbi.i.quo tpe,robur collectum ſup.eſt & vires recēptę.ſ. exercitio nō indulgentia q̄ res notatu digna eſt,ipſe mouet ſigna more videlicet dulcis ac principis militiæ & ipſe præceps.i.īpetuoſus fertur in hoſtē oblitum.i.negligenter propter partam victoriā agentē,& genio indulgentem,vt.i.quēadmodum ( Eſt enim aduerbium ſimilitudinis cuius prima corripit)fluctus cum cœpit albeſcere.i.albus fieri ſup.in medio pōto.i.mari, trahit ſinū i.volubilitatem lōgius & ex alto.ſ.mari,hoc eſt vt fluctus excitatus in medio maris leniter paulatimq; per aquas depellitur,q; pro & vt.i.poſtq̄; volutus ſup.eſt ad terras ſonat īmane.i. īmaniter & nimis impetuoſe per ſaxa:neq;.i.& nō procumbit nō minor ipſo monte.i.æqualis ipſi monti:at vnda ima.i.in imo ſita, exęſtuat.i.ebullit & efferuet vorticibus.i.gyris & ſcaturiginibus & ſubiectat.i.erigit & ſurſum iactat alte arenā nigrā,quia humidam,aut terræ profunde permixtam.

PIERIVS.

¶Sed non vlla magis vires induſtria firmat.) In veteribus aliquot cod.ſeruat,legitur,ſed longe plures,firmat,habent. ¶Meminiſſe nec herbę.) In Oblongo codi.neq;:quod mollius videtur. ¶Iacet ꝑnox.) Cur,ꝑnox,innouari debeat nō video, quum vetera omnia exemplaria manu ſcripta,de iis loquor, quorum mihi copia fuerit ) vno conſenſu legant,pernix:idq; tam manifeſte agnoſcat Seruius,& à pernitēdo dictum velit. ¶Ictibus & ſparſa.) Non placet quod in Ro.legitur : aut ſparſa. ¶Fluctus vt in medio cœpit quum albeſcere ponto.) In Roman.in Medi.in Longobar.& quibuſdam aliis perueteribus codi.legere eſt, Fluctus vti medio,abſq;,in. Sed in Oblongo ſuauiori numero legitur,fluctus vti in medio. ¶Nec ipſo monte minor.) In Lōgo.in Medi.quod dulcius eſt,neq; ipſo. ¶Vorticibus nigrāq; alte ſubiectat arenam. ) In Roma.in Medic.cod.Verticibus,more ſuo, contra Capri ſententiam,& quod forte nō diſpliceat,ſubuectat, in Romano eſt.

Omne adeo genus in terris hominumq;,ferarumq;,
Et genus æquoreum,pecudes,pictæq; volucres,
In furias,ignemq; ruunt.amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Seuior errauit campis:nec funera vulgo
Tam multa informes vrſi ſtragemq; dedere.
Per ſyluam tum ſæuus aper:tum peſſima tygris.
Heu male tum Libyæ ſolis erratur in agris.
No'nne vides,vt tota tremor pertentet equorum
Corpora:ſi tantum notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam frena virum,nec verbera ſæua,
Non ſcopuli,rupeſq; cauæ,atq; obiecta retardant
Flumina,correptos vnda torquentia montes,
Ipſe ruit denteſq; ſabellicus exacuit ſus:
Et pede proſubigit terram:fricat arbore coſtas:
Atq; hinc,atq; illinc,humeros ad vulnera durat.

SERVIVS.

¶Amor oībus.)i.in vnoquoque genere vnus eſt amor.i.ſimilis,vtputa in lupis vnus eſt amor.i.ſimilis. Itē in equis & aliīs oībus ꝓ qualitate ſui generis,ſicut alibi ait, Sopor ſuꝰ occupat artus.i.ipſis aptus.Nā in oībus aīalibus nō eſt amor vnus atq; idem,ſed in ſingulis generibus,ꝓ qualitate naturę. ¶Catulorum oblita. )Vi ſcilicet nimii amoris. ¶Leęna)autē grēcū eſt,ſicut dracęna , nā nos hic & hęc leo dicimus(lea nanq; vſurpatum eſt ) qa in o exeuntia ꝓ fœminina ex ſe non faciūt,vt fullo,latro,leo. ¶Informes vrſi.) Vel magni: vel q tēpore quo naſcuntur , forma carent,dicitur enim quædā caro naſci,quam mater lābendo in mēbra componit. ¶Solis.) Deſertis. ¶Libyæ autē in aruis,) Serpentibus plenis. ¶Tota tremor pertentet equorum corpora. ) Signatis ſermonibus vtitur ad vim amoris exaggerandum,dicens & tota corpora, & pertētet.i.penitus tentet:cum dicat leuem odorem equarum. ¶Notas odor attulit auras.)Hypallage eſt pro auræ odorem apportauerint notum. ¶Frena virum,)pro virorū fortium. ¶Rupeſq; cauæ , atque obiecta retardant.) Ad illud ſuperius reſpicit, Poſt montem oppoſitum,& trans flumina lata . ¶Sabellicus exacuit ſus.) Sabinus:& eſt ſpecies pro genere.Dicit autem ſuem domeſticum,quem cicurem vocant,nā de apris ſupra ait, Tunc ſęuus aper,hoc enim vult probare non tantum feras,ſed & manſueta animalia amore in furorē moueri. ¶Proſubigit.) Fodit,& pedibus impellit alternis,quod pugnaturi ſues facere conſueuerunt ad acquirendum robur. Vnde etiam latera & coſtas terentes,durant ea in futura certamina. ¶Hinc atq; illinc,)Et ad pedū motum,& ad attritionem coſtarum.

PROBVS.

¶Sabelli.) Gens eſt Italiæ coniuncta mari : vbi maxima copia aprorum eſt.

MANCINELLVS.

¶Adeo.) Certe. ¶Amor oībꝰ idem.)i.eodē modo ſæuus,& vehemens. ¶Leæna.) Magna leęnis libido coitus, & ob hoc maribus ira. Coitum ſentit in adulterata leo,totaq; vi cōſurgit in pœnam,quum pro catulis fœta dimicat oculorū aciē traditur defigere in terram,ne venabula expaueſcat. Plin.lib. viij.cap.xv. ¶Vulgo.) paſſim. ¶Informes vrſi.)eorum coitus hyemis initio ambobus cubantibus,complexiſq;,pariūt trigeſimo die,ac plurimū quinos,hi ſunt cādida informiſq; caro paulo muribus maior,ſine oculis,ſine pilo,vngues tantum prominent,hanc lambendo paulatim figurant,idem libro.viij. ¶Tygris. ) De tygribus videto Eclo.v. ¶Heu male tum libyę ſolis erratur in aruis.)ideſt deſertis,hoc autem propter varias feras dixit poeta,Nam,vt ſcrib,Stra.libro.xvij.multa libyæ loca,quæ habitari poſſent,non habitantur propter feras,maximaq; mediterraneæ pars & regio circa Oceanum deſerta eſt,multum quoque torrida zona occupat. ¶Torquētia.) voluentia. ¶Montes.)ingentes lapides,ꝓpter quod oſtendit equorum furorem:cum flumina etiam rapidiſſima tranent. ¶Sabellicus ſus.)ſpecies eſt pro genere. Sed de ſabellis videto latius lib. ij.Georgico. Pubemq; ſabellam. Suilli tamen pecoris admiſſura à Fauonio ad æquinoctiū vernum impletur vno coitu. Plin. lib.viij.& Var.lib.ij.cap.iiij.plurima. ¶Proſubigit.)effodit. ¶Humeros durat.) In luto volutatio ſuibus gratiſſima,vt ſcri. Plin. & Colu.libro.viij.

Leænæ

Vrſi.

ASCENSIVS.

¶Omne adeo genus,ī terris,&c.) Locutus eſt de amoribus taurorum,nunc eos omnibus animantibus cōem docet pęſtem,hominibus,feris ſylueſtribus,æquoreis , terreſtribus , & volucribus,Prius tamē de beluis inducit cum ſit beluina voluptas,deinde de hominibus. ¶Ordo eſt. Adeo,ideſt omnino & vſq; ad

vnum



vnum omne genus hominum & ferarũ.i.brutorum in terris.i. animal terreſtre,& omne genus æquoreum.i.marinum,& pecudes quę ferocitatẽ non habent,nec tamen rationem,& volucres quæ in aere verſantur,pictæ.i.pulchrę,ruunt.i.pręcipites currũt in furias & ignẽ.i.in ignẽ amorum excitantem furorẽ quendam, idem amor eſt omnibus.i.omnia hęc amant non tamen videtur omnibus idẽ,vt Manci.vult.i.eodẽ modo ſæuus & vehemens, Leæna non errauit campis.i.per campos alio tempore.ſ.q̃; quo amat ſæuior.i.immanior & ferocior exiſtẽs oblita catulorum in qua re maxima vis amoris venerei oſtenditur, qui maternũ expellit, nec vrſi informes.i.turpes & qui quaſi ſine forma in globum naſcuntur, non dedere alio tp̃e vulgo.i.paſſim tam multa funera & tantã ſtragẽ.i.proſtrationẽ cadauerum per ſyluas:ac.ſ. tẽpore amorũ,tygris animal illud perniciſſimũ & inimicum eſt ſup.tũc peſſima.i.immaniſſima,heu dolẽtis eſt male.i.periculoſe erratur.ſ.à quouis,tunc.ſ.cũ tygres ſunt in amore,in aruis ſolis.i. deſertis Libyę,vel potius erratur ſolis.i.ab ijs qui ſoli ſunt male in aruis Libyę.i.Aphricę.Nonne vides vt tremor.ſ.ex amore natus.(Galli vocant, Les fieures blanches)pertentet.i.afficiat,tota corpora equorum,ſi tantũ.i.tantũmodo,odor.ſ.ab equabus diffuſus attulit auras notas.ſ.equis qui noſcunt quando ab equa appetente venerẽ diffunduntur,ac nonne vides ſupp.vt neq; frena virum.i.virorũ nedum puerorũ,neq; ſæua verbera.non ſcopuli & rupes caue,atq; flumina obiecta.i.interpoſita,retardant.i.immorantur eos.ſ.equos quo minus accedãt ad equas?ideo autem dictũ eſt de tauris trans flumina lata,non tam vt non videant q̃; vt non olfaciant vaccas nec flumina torquentia.i.voluẽtia montes.i.ſaxa & ſcopulos correptos vnda.i.quæ etiam rupes & ſaxa impetu ferunt non retardant eos,ipſe ſus.i.porcus ſabellicus.i.q plurimus eſt in ſabinis ruit.i pręceps fertur tempore amorum, & exacuit dentes & proſubigit.i.porro.i.de longe ſubigit,& effodit terram & fricat coſtas.ſ.ſuas arbore.i.ad arborem in quã trãſuerſus currit iratus,atq; durat humeros ad.i.cõtra vulnera,hinc atq; illinc.i.vtrinq;,aut ex diuerſis.

PIERIVS.

❡Heu male tunc Libyæ ſolis erratur in agris.) In antiquiſſimo codice verſatur,legitur,quod non placet,nam errare pertinet ad ſolitudinem,verſari ad frequentiam. In Medi.errauit, habetur. Sed neque id accæptum. ❡Flumina correptos vnda torquentia montes.) In Medi.in Roma.in Longo.& in aliquot alijs veteribus cod.legere eſt,correptosq; vnda.Nam cum dixerit, obiecta retardant flumina, non incongrue alterum participium ſubiungat,quippe Torquẽtia montes correptos vnda,cui particula adiungitur copulatiua.❡Humeros ad vulnera durat.) In Roma.in Medi.& aliquot alijs antiquis legere eſt,Humerosq; ad vulnera vt illud vno membro concludatur.Fricat arbore coſtas. Atque hinc,atque illinc.

SERVIVS.

❡Quid iuuenis.) Ne forte occurreret illa animalia carere ratiõe,dicit etiam grauius homines in amore moueri. Fabula talis eſt: Leander Abydenus & Hero Seſtias fuerunt inuicem ſe amantes. Sed Leander ad Hero natatu ire conſueuerat per fretum Helleſponticũ, quod Seſton & Abydon ciuitates interfluit. Cum igitur iuuenis oppreſſi tempeſtate cadauer ad puellam delatũ fuiſſet, illa ſe præcipitauit è turri. ❡Porta tonat cœli.) Aer nubibus

Quid iuuenis,magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor?nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat ſerus freta:quem ſuper ingens
Porta tonat cœli:& ſcopulis illiſa reclamant
Æquora:nec miſeri poſſunt reuocare parentes,

Nec moritura ſuper crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ,& genus acre luporum,
Atq; canum?quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum:
Et mentem Venus ipſa dedit:quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara,transq; ſonantem
Aſcanium:ſuperant montes,& flumina tranant:
Continuoq; auidis vbi ſubdita flamma medullis
Vere magis,quia vere calor redit oſſibus,illæ
Ore omnes verſæ in zephyrum,ſtant rupibus altis,
Exceptantq; leueis auras,& ſæpe ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ(mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos & depreſſas conualles
Diffugiunt non Eure tuos,neq; ſolis ad ortus
In Boream,Caurumq;,aut vnde nigerrimus auſter
Naſcitur,& pluuio contriſtat frigore coelum.
Hinc demum(Hippomanes vero quod nomine dicũt
Paſtores)lentum diſtillat ab inguine virus.
Hippomanes,quod ſæpe malæ legere nouercæ,
Miſcueruntq; herbas,& non innoxia verba.

bus plenus , per quem iter in coelũ eſt.¶ Nec miſeri poſſunt reuocare parentes.)Hoc eſt amor parentum . ¶ Imbelles.) Licet imbelles,tamen mouentur in pugnam . ¶ Furor inſignis.) Notabilis & pręcipuus. ¶ Glauci Potniades malis mẽbra abſumpſere quadrigæ.) Potnia ciuitas eſt,de qua fuit Glaucus:qui cum ſacra Veneris ſperneret , illa irata , equabus eius immiſit furorẽ , quibus vtebatur ad currum,& eũ morſibus dilacerauerunt.Ordo autem talis eſt,Quo tẽpore Glauci mẽbra malis abſumpſerunt Potniades quadrigæ. Hoc autẽ ideo fingitur quod eis furorem Venus immiſerit, quia dilaniatus eſt Glaucus ef frenatis nimia cupiditate eq̃bus,cũ eas cohiberet à coitu, vt eẽnt velociores.¶ Trãs gargara , transq; ſonantem Aſcanium.)Gargara pro quibuſlibet montibus,ſicut Aſcanium ꝓ quibuſlibet fluminibus poſuit:quod etiã ſequentia indicant.¶ Superant montes,& flumina tranant.)Hoc etiam Varro dicit,in Hiſpania vlteriore verno tempore equas nimio ardore commotas,contra frigidiores ventos ora patefacere ad ſedandum calorẽ,& eas exinde cõcipere & edere pullos,licet veloces,diu tamen minime duraturos.Nam breuis admodũ vitæ ſunt.¶ Exceptant.) Frequenter excipiunt.¶ Caurum.) Pro corum,ſicut ſaurex pro ſorex,caulis pro colis.¶ Hinc demum hippomanes.) Scit lectum eſſe apud Heſiodum herbam eſſe quandam quæ Hippomanes vocatur,quaſi ἵππου μανία. ſi enim eam comederint equi,furorẽ patiuntur.vnde nunc adiecit,Vero quod nomine dicunt . Nam vult illam herbam abuſiue Hippomanes dictam,ꝙ poſſint equi furere & alia quacunq; ratione.Reuera aũt Hippomanes dicit eſſe virus defluens ex equarum inguinibus,quo tempore ferũtur amoris furore,vt ſit Hippomanes virus natum,ἀπὸ τῆσ μανίασ τῆσ ἵππου.¶ Lentũ virus.) Viſcidum.¶ Miſcueruntq; herbas,& non innoxia verba.) Exprimit augmenta malitiæ nouercarum,quæ virus herbis , & cantibus herbarum armant venena.

PROBVS.

Potniades. ¶ Quo tpe Glauci potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.)potnia vrbs eſt Bœotię,vbi Glaucus Siſyphi filius,& Merope s,vt Aſclepiades in tragodeumenon li.j.ait,habuit equas:quas adſueuerat humana carne alere,quo cupidius in hoſtẽ irruerent, & pernicioſius.Ipſum aũt cũ alimẽta defeciſſent:deuorauerunt in ludis funebribus Pelię.Quidam aũt has equas Diomedis fuiſſe,quas Hercules ad Euryſthea perduxerit,& ab Euryſtheo & Siſypho diſtractas,eumq; filio ſuo dediſſe.¶ Hippomanes.) qđ&c. Hippo.nunc ſignificat id quod ex inguinibus defluit equarum, quod datum amatorium , & furorem facit , ſi autem intempeſtiuum eſt , aut excedit modum.Theodo.herbam eſſe dicit , quã equi,ſi guſtauerint efferantur.

MANCINELLVS.

¶ Quid iuuenis.)agit ſup.¶ Nocte natat.) Alluſio eſt ad Leãdrũ, is aũt apud Ouid.ad Hero.ſuam ſcribẽs ſic ait,Nox erat incipiens (nãq; eſt meminiſſe voluptas,)Cum foribus patrijs egrediebar amans.Nec mora depoſita pariter cũ veſte timore.Iactabã liquido brachia lenta mari.¶ Freta.)Helleſpontũ intelligit:de quo Soli.c.x.inquit,Ille aũt magnus helleſpõtus ſtringitur in ſtadia ſeptem,quibus ab Europa Aſiaticam plagã vindicat,hic quoq; vrbes duę Abydos Aſię & Seſtos Europę. Leander aũt Abydo diſcedẽs Seſton,per Helleſpontũ ad Hero nauigabat.Hinc ait ipſa. Quid referã,quoties do veſtibus oſcula,quas tu,helleſpontiacas ponis iturus aquas.¶ Porta tonat coeli.)ianum quidam ſolẽ demonſtrari volunt(vt ſcrib.Macrob.lib.ſat.j.)& ideo geminum, quaſi vtriuſq; ianuę cœleſtis potentẽ , qui exoriẽs aperiat diem, occidens claudat,Et apud Oui.li.j.Faſt.ipſe Ianus ait , præſideo
Ianus. foribus coeli cũ mitibus horis.Et redit officio Iuppiter ipſe meo. Porta itaq; coeli duplex oriens & occidẽs,de qbus lib.Geor.j.ſic
ait

ait Maro,& boreę de ꝑte trucis,cũ fulminat,&c.Euriq;,zephiriq; tonat domus oĩa plenis,Rura natãt foſſis.¶ Illiſa.) impulſa Moritura virgo : Hero Leãdro ſcribens ait . Si tibi non parcis,dilectæ parce puellę.Quæ nũq̃ niſi te ſoſpite:ſoſpes erit. Lynces Bacchi,videto Eclo.v.ĩ illo verſu,Daphnis & armenias.coeũt aũt lynces auerſi:vt cameli , leones , elephãti,tygres , author eſt Soli. [Coeuntes auerſi.] ¶ Genus acre lupoꝝ.)coeũt lupi toto ãno nõ amplius dies.xij. vt Soli.& Plin.ſcri.¶ Atq; canũ.)canum iuſta ad pariendũ annua ętas,gerũt in vtero ſexagenis diebus , gignunt cæcos, nec vlli ꝑter hoĩem memoria maior.Pli.li.viij.Quid . Ordo eſt:quid cerui imbelles q̃ prælia dant,vel ꝙ pro &.Cerui à [Cerui.] concęptu ſeparant ſe ceruæ,at mares relicti rabie libidinis ſæuiunt,aĩal eſt ſimplex ,& omnium rerum miraculo ſtupẽs. Pli.li.viij.¶ Furor equarũ.) videto paulo ſuperius ibi,ſtimulos auertere amoris,quid ex Col. dixerim.¶ Mentẽ.) voluptatẽ & appetitum libidinis . ¶ Potniades.)nõ longe à Thebis.in Boœtia.ſ.eſt & fons Dyrce,& potnia, [Potnia.] in quibus obuenere,quæ de potniade Glauco fabulæ vulgant,vt illum potniades diſcerpſerint equę,Stra.li.ix.Prob.vero inquit, ꝙ potnia vrbs eſt Boœtiæ : vbi Glaucus Siſyphi filius & Merope s.vti Aſclepiades li.j.ait,habuit equas quas aſſueuerat humana carne alere:quo cupidius in hoſtẽ irruerẽt,ipſum aũt cum alimenta defeciſſent , deuorauerunt . In ludis funebribus Peliæ. ¶ Quadrigę.) de ijs videto in fine lib.j.Geor.Gargara,de ijs item videto li.j.Geor.Mirãtur Gargara meſſes.¶ Aſcaniũ.) Stra.li.xiij. ſcri.Aſcaniũ fluuium ex Aſcanio Myſiæ lacu defluere . ¶ Verſæ in [Vẽto cõcępti eq.] zephyrũ.)in fœtura res incredibilis eſt in Hiſpania , ſed eſt vera, ꝙ in Luſitania ad Oceanum quędam ẽ vento certo tẽpore concipiunt equę,vt hic Gallinę quoq; ſolẽt,quarũ oua bipneumia appellant,ſed ex ijs qui nati pulli,non plus triennium viuunt,hæc Varro li.ij.c.j.Col.quoq; li.vij.ca.xxv.ait.Notiſſimũ ẽt eſſe in ſacro monte Hiſpaniæ,qui ꝓcurrit in occidentẽ iuxta Oceanũ frequenter equas ſine coitu ventũ pertuliſſe,fœtũq; educaſſe,qui tñ inutilis eſt,ꝙ triẽnio priuſq̃; adoleſcat morte abſumitur.¶ Caurumq;.) Fauonius,q ab gręcis zephyrus dicitur,ab occaſu ęquinoctiali flat,Corus vero,qui argeſtes aliter dicitur ab occaſu ſolſtitiali.Pli.li.ij.c.xlix.grandines ſeptẽtrio importat,& corus,ſiccus eſt corus pręterq̃; deſinens,antea caurus dictus eſt,vt aiunt. [Fauonius. Corus.] ¶ Auſter.)de hoc ſupius.¶ Hinc.)ex furore libidinis.¶ Hippomanes.)ſcri.Pli.li.viij.equis amoris innaſci veneficiũ Hippomanes. [Hippomanes.] appellatũ in frõte,in caricæ magnitudine colore nigro,quod ſtatim edito partu deuorat fœta,aut partum ad hubera non admittit,ſi quis pręreptũ habeat.dicitur aũt ab hippon.i.equorum , & mania furia inſania.Eſt itẽ Hippomanes virus ſtillans ab inguine equæ libidinis furore extimulatæ.vt hic ẽt apparet.¶ Legere nouercę.) Iuue.itẽ ſaty.vj.Hippomanes carmenq; loquar,coctũq; venenum,priuignoq; datum.

ASCENSIVS.

¶ Quid iuuenis magnum &c.)Oſtendit idẽ in hominibus quod in feris oſtenſum eſt , nullam.ſ.eſſe peſtem : quæ magis ac citius in furorem rapiat quàm amorem inſanum,idq; exemplo Leandri quem amor impulit ad amicam Hero tranare ſub ſæuiſſima tempeſtate,& aquarum commotione . Quid iuuenis ſuperegit? q.d.nonne vides aut noſti quid iuuenis.ſ. Leander egit,cui durus ideſt ad dura impellẽs amor verſat.i.excitat & ſtimulat ignem.ſ. amoris,magnum in oſſibus.i.in medullis,quia vt dicitur in.iiij. Eſt mollis flamma medullas,quaſi dicat,ſi neſcis , nempe.i.certe ipſe natat.i.tranatat,exiſtens ſerus.i.tardus,& poſt intempeſtam noctem,quia nocte cæca:freta turbata,procellis abruptis , omnia ſignanter & ad pathos dicta,& quia ſerus quo longam expectationem ſignificat,& etiam deſperationem auxilij,& nocte,& cęca,ideſt caliginoſa,& freta,à feruore dicta non æquora,& tur
bata,

bata,non trãquilla,& procellis.i.nubibus vento immixtis & abruptis. Quia ſi perpetuo tenore eſſent melius perducãt & etiam minus obruant aut ſubmergant,ſuper quem.ſ.iuuenem,ingens porta cœli.i.chataracta cœli.i.aeris tonat.i.tonitru minatur ſubmerſionem & æquora.i.maria quæ prius erant ęquora illiſa ſcopulis.i.ſaxis in aquis exiſtẽtibus,reclamant.i.magnum ſonitum contra mittunt:nec parentes miſeri poſſunt reuocare.ſ.à profectiõe ad amicam, nec virgo.ſ.Hero moritura.ſ.quę poſtmodum mortua eſt:aut quæ decreuerat iam tum mori,vt ſcribit ad eum apud Ouid.ſuper funere crudeliter illato aut parentibus rebelli & elementis. Quid ſup.dicam quæ prelia dant lynces varię.i.maculoſę Bacchi.i.quæ ſunt in tutela Bacchi, & quæ dat acre genus luporum atq; canum?q.d.non opus eſt,quia etiã nõ amantes feræ ſunt, quid dicam quæ prælia dant cerui imbelles.ſ.aliàs?q.d. notum eſt,quãuis ſint imbelles,tunc tamen prælia geſtare. Scilicet.i.ſcire licet,quia furor equarum eſt inſignis.i.infamis & notus,ante omnes.ſ.alios amores,& ipſa Venus dedit mentem.i.talem impetum amoris eo tẽpore quo quadrigæ.i.equæ quadriiuges.potniades.i.in Potnia Bœotię ciuitate à Glauco educatę.abſumpſere.i.deuorauerunt:malis.ſ.maxillis & mordicus: mẽbra Glauci.ſ.educatoris & domitoris earum,id enim fecerunt incitatæ à Venere. Amor ducit.i.fert & impellit,illas.ſ.equas quaſlibet trans gargara.i.quoſuis montes non ſolum Myſiæ & trans Aſcanium.i.quẽuis fluuium,non ſolum Aſcanium fluuium myſiæ,ſonantem.ſ.impetu aquarum, ipſe equæ ſuperant.i. tranſcendunt montes & tranant flumina cõtinuo.i.ſtatim vbi flamma eſt ſubdita.i.ſubtus data.i.immiſſa medullis calidis.ſ.igni amoris. Id autem magis vere.i.tempore verno,quia calor redit oſſibus vere.i.tempore veris,illæ.ſ.equæ ſtant omnes in altis rupibus verſæ ore.i.habentes os verſum in zephyrum.i.fauonium:ventum illum dulcẽ ex occidente tẽpore verno flante & exceptant.i.concipiunt auras leues.i.vento motas,& ipſę ſępe grauidæ vento ſine vllis coniugis.i.maſculorum ſemine aut commixtione (mirabile dictu.i.quę res eſt mirabilis dictu) diffugiunt.i.celeriter diſcurrunt per ſaxa:per ſcopulos & conualles depreſſas.i.humiles, non Eure quia ventus orientalis es ad tuos ortus neq; ad ortus ſolis,ſed ſup.in boream.i.ventum ſeptentrionalẽ & caurum.i.corum ventum occidẽtalẽ ab occaſu ſolſtitiali,aut ſup.eo vnde auſter naſcitur nigerrimus.i.denſiſſimus & caliginoſiſſimus,& contriſtat cœlum.i.aerẽ frigore pluuio.i.ex pluuia aut cum pluuia nato Demum.i.vt tandẽ vehementiam & venenum amoris dicã virus lentum.i.lente agens (quod paſtores dicunt vero nomine hippomanes quia hippos equus eſt & equa, mano autẽ diſtillo, ſed mano priorem producit,cum tamen hippomanes penul.corripiat, vnde non à mano ſed à mania.i.furore deducitur) diſtillat hinc.i.ex hoc furore libidinis ab inguine.i.pudibundis equæ. Hippomanes

Hippomanes dicit quod nouercæ malæ,vel quæ malæ ſunt vel quia omnes male legere.i.collegerunt ſæpe & miſcuerunt (iterũ penul.corr. præter morem) herbas ſup.non innoxias, & verba non innoxia. (Regula eſt vt quoties res ſint inanimę venuſte traſferatur adiectiuum ad neutrum genus, Item vt tertium reſpondeat viciniori.) i.nouercæ fecerunt ſæpe ex eo quod diſtillat ab inguine equæ cum ſint in coitu amatorium virus atq; aliud ad inficiendos priuignos aut alliciendos maritos, vnde Iuue.ſat.vj. vt dicet Mancinellus. Hippomanes,&c.

PIERIVS.

¶Cæca nocte natat ſerus freta.) Ordo numerusq; harum dictionum varius admodum in antiquis exemplaribus inuenitur. In Romano enim codice,in Mediceo,& in Lõgobardico,ſic habet. Nocte natat cæca ſerus freta. Alcmanio numero tetrametro hypercatalectico. In Oblongo dictiones vltimæ ita variant. Nocte natat cæca fræta ſerus. Alcmanio tetrametro catalectico numero, Eo vero numero, qui paſſim habetur in impreſſis nuſq̃ ſcriptum obſeruaui in antiquis his, quos habere contigit exemplaribus. Sed enim hæc ad eos tantum pertinent, qui figurarum, quæ ex ſtructura fiunt, varietate delectantur. ¶Quo tempore glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.) De Glauco, præter ea, quæ à Seruio & à Probo referuntur, ſunt qui ſcribant Glaucum Siſyphi, cum ad inimicum certamen quadrigas duceret ad vicum Bœotiæ potnias applicuiſſe, fuiſſe vero ibi fontem ſacrum: ex quo qui biberent, inſanirẽt, aut furore corriperentur, equas eo potum à Glauco per ignorantiam ductas, à potu'q; furore correptas, in ipſo certamine curru dominum effudiſſe, ac morſibus dilaniaſſe. Virgilius pro commodo ſuo rem furori adſcribit venereo. ¶Vere magis, quia vere calor redit oſſibus.) In Romano codi. quia vere redit calor, quod parui refert. ¶Illæ ore omnes verſæ in zephyrum.) In Roma.codi. quod verſæ ad zephyrum legatur, nequaquã diſplicet, quãuis non improbem, in zephyrum. ¶In boream caurumq;.) In Roma.codi. chaurum, per, ch, aſpiratum ſcribitur. In Longobardico, chorum, vt ex aula, ola: atque ita ſæpe pro vento apud alios etiam authores, adſpiratione tantum excepta. ¶Et pluuio contriſtat frigore cœlum.) In Roma.co. pluuio ſidere, legitur: ſed hoc loco magis placet, frigore, eruditis, vt cum eo faciat & agentes frigora ventos. ¶Hinc demum hippomanes.) In Romano & in Mediceo codice, hic, hoc eſt, hoc tempore diſtillat. ¶Lentum diſtillat ab inguine virus.) In Romano, in Mediceo, in Longobardico, & aliquot alijs codicibus antiqs. deſtillat, per de, ſcribitur: à loco enim eſt motus. ¶Miſcueruntq; herbas.) In Romano codi. miſcuerintq;, ſcriptum eſt, ſubiunctiuo modo: veluti etiam ſuperiore libro, vbi loquitur de malo Medico, ſed enim, miſcuerunt, doctorum omnium conſenſu recæptum eſt.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc ſatis armentis, ſuperat pars altera curę,
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas,
Hinc labor, hinc laudem fortes ſperate coloni,
Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere, magnum
Quàm ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem,
Sed me Parnaſi, deſerta per ardua dulcis
Raptat amor, iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo,
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.

SERVIVS.

¶Singula dum capti circumuectamur amore.) Dum ſpeciatim ſingula deſcribimus. ¶Hirtasq; capellas.) Ideſt ſetoſas: vt, Hirſutumq; ſupercilium. ¶Hic labor, hinc laudẽ.) Ad tuenda imbecilliora animalia. ¶Et anguſtis hunc addere rebus honorem.) humilem materiam alto ſermone decorare. Sic illud in quarto eſt, In tenui labor, at tenuis non gloria. ¶Sed me Parnaſi deſerta per ardua.) Per Parnaſi ardua, Eliconem & Citeronem montes muſis dicatos ſignificat. & hoc dicit. Scribendi amor rapit me ad opus arduum, & à nullo ante deſcriptum. Quod per periphraſim & allegoriam poeticam indicat. ¶Iugis.) Per iuga. ¶Qua nulla priorum.) Diſpono ire ad fontem Caſtaliam, per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam ſuam. Ordo autẽ eſt, Qua nulla priorum orbita Caſtaliam diuertitur. ¶Molli cliuo.) Ideſt facili itinere & deſcenſione. Hic autem locus totus de Lucretio tranſlatus eſt. ¶Nunc veneranda Pales.) Ideſt Dea pabuli inuocanda nunc maxime.

PROBVS.

Caſtalio ¶Caſtaliam.) Caſtalius fons eſt delphis in Apollinis oraculo q abluit ipſam aram Dei, dictus à caſtalio Delphici Apollinis filij nepotis Neptuni. Apollo autẽ dicitur muſigetes, quia muſis ſacrũ exiſtimetur vt Lutatius in primo cõis hiſtoriæ ait: qui deorum curam egerat.

MANCINELLVS.

¶Fugit irreparabile tẽpus.) Ouid. quoq; li.iij. de arte inqt, Ludite eunt anni more fluẽtis aquæ. Nec quę præterijt iterũ reuocabitur vnda. Nec quę præterijt hora redire põt. Et Seneca ad Lucilium epiſt.j.ait. Oia mi Lucili aliena ſunt tps tantum noſtrum eſt. (Tpis fuga.) ¶Capti amore.) ducti voluptate, & oblectatione. ¶Hinc.) E gregibus. ¶Labor.) Subit.ſ.ac ſubſequitur. ¶Verbis vincere.) laudibus extollere. eſt enim difficile minima laudibus oſtendere maxima, quod qui exequuntur, probanti ſunt, hinc ait li.ſequenti de apibus, In tenui labor, at tenuis non gloria. ¶Parnaſi ardua deſerta.) Parnaſus mons eſt Phocidis, qui vniuerſus conſecratus exiſtit, eſtq; in eo rupes quædam prærupta fundoſam relinquens vallem, quæ rupes Cyrphis vocatur, ſaxea eſt, & nubibus pulſatur. Strab. libro.ix. Sed me Parnaſi, ſenſus eſt, quãuis difficile ſit anguſta laudibus extollere, attamen iuuat eum ductum amore gloriæ talia exequi & Parnaſum aſcendere per aliam viam, q̃ alij vates aſcenderint, hoc eſt ſcribendo, quæ alijs non ita tractata fuerant. ¶Iugis.) Per iuga, ideſt cacumina Parnaſi. ¶Qua.) via ſupple. ¶Orbita.) Ideſt iter vel curſus, eſt enim orbita propriæ veſtigium rotæ ab orbe dicta. ¶Diuertitur.)

Parnaſ. Cyrphis Orbita.

⁋Diuertitur.)voluitur,tenditur.⁋Molli cliuo.)Facili aſcenſu.
Caſtalia ⁋Caſtaliam.)caſtalia fons eſt in parnaſo,ad fines cuius fontis,
Delphi. delphi vrbs locata erat Strabonis tempore,vt ipſe docet lib.ix.
Prob.ait.quòd caſtalius fons eſt delphis in Apollinis oraculo,
qui abluit ipſam aram dei.⁋Magno ore.)res enim minime ex-
tollendæ ſunt.

### ASCENSIVS.

¶Sed fugit &c.)Regreditur ab amoribus ad aliarũ rerum quæ ad rem paſtoralẽ faciunt deſcriptionẽ,dicens.ſed tempus fugit.i.pręterit interea tẽpus inquit irreparabile quo circa à prudẽtibus care & anxie expendendum eſt,fugit interea dum nos capti amore.ſ.ſuſcępti operis(Liuius in pręfatione.Cęterũ aut me amor ſuſcæpti negocij fallit aut &c.)circũuectamur ſingula.i.vectamur circa ſingulas res,hoc.ſ.dictum eſt ſatis armentis.i.de maioribus animalibus,vt bobus & equis altera pars curæ.i.negocij ſuſcępti ſuperat.i.ſupereſt ac reliqua eſt:aut reſtat.ſ.agitare,ſupp.verbis hoc eſt deſcribere,greges lanigeros,vt oues,& capellas hirtas.i.ſetoſas aut piloſas,hinc.i.ex harum pecudum,cura eſt,ſup.aut naſcitur labor,ſed vos ò coloni fortes.i.perſeuerantes in labore,ſperate hinc laudem,quia quo res factu difficilior eſt,eo maiore cũ laude perficitur,ſi modo bona ſit.Nec ſum dubius animi.i.non dubito quàm magnum.i.quantum difficile ſit vincere,ideſt ſuperare,aut extollere verbis,ea.i.eas res exiguas & addere hunc honorem rebus anguſtis.i.exiguis,ſed dulcis amor.ſ.ſuſcępti negocij,aut gloriæ ſperatæ,raptat me per ardua deſerta.ſ.à poetis latinis loca

nis loca parnaſi.i.montis,illius in phocide muſis conſecrati,hoc eſt trahit me ad contemplandas res poetico ſcrutinio,& eiuſmodi inuentiones cuiuſmodi ſe græci in parnaſo adeptas gloriãtur,dicit autem deſerta parnaſi,eo ꝙ nullus latinorum poetarũ hanc partẽ,qua de agricultura ageretur attigerit,nec quiſq; gręcorum poſt Heſiodũ plene de ea locutus ſit vnde ſi in parnaſo per fictionem quandam ſint omnes ſcientiarum theſauri cum Phœbo & muſis reconditi hęc pars quæ de agricultura eſt,deſerta videtur,iuuat.i.delectat igitur(inquit maro)me ire iugis.i.per iuga parnaſi montis ſup.ea parte qua nulla,orbita.i.ſemita priorum.i.veterum poetarum,diuertitur.i.traducit caſtaliam.i.ad fontem illum muſis ſacrũ,molli.i.trito cliuo quia nullus ingreſſus eſt per eiuſmodi cliuum quo circa mollis non eſt,& quia id perq̃; difficile eſt rurſus inuocat dicens.O Pales dea pabulorum,venerãda.i.digna veneratione,ſonandum eſt.i.ſonare decet nunc dico.ſ.in re tenui & abſtruſa ora magno.i.carmine res paruas extollente:aut Pales eſt nunc veneranda.

### PIERIVS.

¶Hinc labor hinc laudem.)In antiquis aliquot cod.legere eſt,hic labor hinc laudem.q.d.fatemur quidẽ ineſſe laborẽ in ea cura,ſed huius laboris pręmium ſit certa,quę ſubſequitur laus,plura tamen exẽplaria cum Med.hinc de loco ſcribunt.⁋Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.)Vetera omnia exẽplaria manu ſcripta,quotquot in manus noſtras deuenere,deuertitur,per,de,nõ per,di,ſcribunt,hoc eſt de loco eo vertitur,quod optime ſententiæ quadrat.

Incipiens,ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oueis,dum mox frondoſa reducitur æſtas,
Et multa duram ſtipula,filicumq; maniplis
Sternere ſubter humum,glacies ne frigida lædat
Molle pecus,ſcabiemq; ferat,turpeisq; podagras.
Poſt hinc digreſſus,iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere,& fluuios præbere recentes,
Et ſtabula à ventis hyberno opponere ſoli
At medium conuerſa diem,cum frigidus olim
Iam cadit,extremoq; irrorat aquarius anno.
Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor vſus erit,quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur,Tyrios incocta rubores.

### SERVIVS.

¶Stabulis in mollibus.)Clemẽtioribus,& aeris tẽperati.vel propter plagã auſtralẽ,vel propter ſuppoſitas herbas animalibus.⁋Frondoſa reducit̃ æſtas.)Donec vernum tẽpus adueniat.Nam vt etiam in primo diximus,ver & æſtas,ſicut etiam hyems & autũnus,vnum fuerunt ſecundum rõnẽ hemiſphęrij.⁋Turpeſq; podagras.)Reſpexit ad curã quæ ſine pannis & medicaminibus ſordidis non fit.⁋Poſt hinc.)Cum hoc feceris.& Poſt hinc,vnum vacat:ſicut,Primus ibi ante omnes.⁋Fluuios præbere recẽtes.)Ideſt aquã ſtatim hauſtam.Niſi ſi pigram potauerint,ſtatim contrahunt morbum.⁋Stabula à ventis.)Figurate.ſ.ventos non perferentia.⁋Hiberno ſoli.)Contra plagam meridianam,per quã ſol currit per hyemem:quod explanat dicens,Ad medium conuerſa diem.⁋Extremo anno.)Mẽſe Ianuario,qui eſt penultimus.Nam vt etiam in primo diximus,Vt primis extemplo à menſibus anni,à Martio menſe inchoabat annus apud maiores.Ergo extremo anno,Extrema parte anni.⁋Hæc quoq; non cura.)Cum de capellis loquitur,figurate neutro vſus eſt gñe.Nam integrum erat.⁋Hę quoq; non cura nobis leuiore tuẽdę.)Sane perite quoniam ſcit planam eſſe ouium vtilitatẽ,eam præterit,& exaggerat meritum capellarum,vt dictis in lucem promat rem per ſe minus patẽtẽ.⁋Mileſia vellera.)Lanæ pretioſiſſimæ,nam Miletus ciuitas eſt Aſiæ vbi tinguntur lanæ optimæ.Ipſe in quarto,Mileſia vellera nymphæ Carpebant.Cicero in Verrem,Quid à Mileſijs lanæ ſuſtulerit.⁋Magno autem mutentur.)Ingenti pretio comparentur.Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione conſtabat:quod & Caius Homerico confirmat exẽplo.⁋Tyrios incocta rubores.)Figurate:quæ coquendo Tyrium traxit luborẽ,ideſt migrauit in purpuram.

### PROBVS.

¶Aquarius hyemem,& piſces finiunt,ab eis Ver incipit hoc eſt ariete.

### MANCINELLVS.

¶Stabulis in mollibus.)Ideſt mitibus,& temperatis,non frigidis.Hinc Var.lib.ij.cap.ij.ait de ouibus.Primum prouidendum,vt totum annum recte paſcantur intus & foris,ſtabula idoneo loco vt ſint ne ventoſa quæ ſpectent magis ad orientem q̃; ad meridianum tẽpus:vbi ſtent ſolum oportet eſſe eruderatum,& ꝓcliuum,vt euerti facile poſſit ac fieri,purum,non enim ſolum ea huligo lanã corrumpit ouium:ſed etiam vngulas ad ſcabras fieri cogit,

cogit,cum aliquot dies ſteterunt:ſubijcere oportet virgulta alia,quo mollius requieſcãt purioreſq; ſint,libẽtius enim ita paſcuntur,faciẽdumq; ſepta ſecreta ab alijs,quo eniten tes ſecludere poſſis.item quo corpore ægro hæc magis ad villaticos greges animaduertenda,contra illa quę in ſaltibus paſcuntur,& à tectis abſunt:longe portant ſecum crates,aut retia,quibus cohortes in ſolitudine faciãt.⁋Frondoſa ęſtas.)nõ ver intelligit,ſed ęſtatẽ ipſam quę quidẽ incipit vij.idus Maij.Ver aũt.vij.idus Febr.quo tẽpore etiam niues & frigora vigere ſolent,vnde & Var.dicto lib.j.ait,ꝙ ſibi greges in Apulia hibernabant,qui in rheatinis montibus æſtiuabant.⁋Molle.)debile.⁋Turpeſq; podagras.)turpes efficiẽtes.Podagra autẽ componitur à podos.i. Podagra.
pedis,& agra captura,aut præda,agria vero dolor dicitur.Ponitur item podagra quandoq; pro laqueo ſeu pedica,ꝙ podas.i.pedes,gremit.i.capit.⁋Frondentia arbuta.)Caprę potius ſylueſtribus delectãtur ſaltibus q̃; pratis,ſtudioſe enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur,atq; in locis cultis virgulta carpũt,itaq; à carpẽdo capræ nominatæ,ſic Var.ſcri.lib.ij.cap.iij.Meminit & ſimi Capræ.
lia fere Columel.lib.vij.de capris.⁋Stabula à ventis.)ſcilicet re- Stabula
mota.ſtabulatur caprinum pecus mollius ad hibernos exortus.Caprile autem lapide,aut teſta ſubſterni oportet,quo minus ſit vliginoſum,ac luculentum foris,cum eſt pernoctandum ſubſternimus virgultis,ne oblinantur.Var.lib.ij.Aquarius.xvij.Kalẽ. Aquari'
Febr.ſol in aquarium tranſit.&.xv.Kal.Feb.aquarius incipit oriri,ventus Aphricus tempeſtatem ſignificat.Nonis feb.medie partes aquarij oriuntur ventoſa tempeſtas.xv.Kal.Martij ſol in piſces tranſitum facit,hinc occidit aquarius author Colum.lib.xij.ca.ij.⁋Cum frigidus olim.)Ordo eſt,cum olim frigidus iam cadit,cum enim occidit,non ita frigidus eſſe videtur,eſt aũt aquarius frigidus & hyemalis vt etiam aſſerit Ptolæmeus lib.j.quatuor partium,hinc Saturno aſſignatus.⁋Extremo anno.)ſecũdũ illorum opinionẽ locutus eſt,qui annum à Martio incipiebant,hoc enim pacto aquarius & piſces in extremo anno eſſe vidẽtur,olim vero aquarius,& piſces vnum ſydus erant,vt ſcorpius,& libra,vel aquarium vltimum ait,qa ver à piſcibus incipit in primo mobili,de quo etiam Manilius.Hæc quoque caprina videlicet pecora.⁋Vſus.)vtilitas.⁋Mileſia vellera.)Miletos Ioniæ caput,Cadmi olim domus,ſed eius qui primus inuenit proſæ orationis diſciplinam.Solinus author.cap.xxxvij.Strabo.vero lib. Miletũ.
xiiij.ſcri.Miletum à Neleo conditam,qui genere Pilus fuit.Erat autem

autem optima vrbs atq; clariſſima, ex qua oriūdi fuere viri me/moratu digni. Thales vnus è ſeptem ſapiētibus, qui primus phy/ſiologiæ, ac mathematicæ author fuit inter græcos. Anaximan/der eius diſcipulus, & Anaximādri Anaximenes, itē Hechatheus, qui hiſtoriam ſcripſit. Æſchines orator qui aſſumpta nimia erga Pompeium magnū licentia, miſſus eſt in exiliū. ¶ Magno muten tur.) grandi precio mutentur alijs .ſ. mercibus, vt olim fiebat. Mi leſia vellera tertium lanæ locum mileſiæ oues obtinent. Pli. ſcri. li. viij. ca. ix. Tyrios rubores, purpureum liquorem intelligit, de quo videto li. ij. Geor. Et ſarrano dormiat oſtro.

ASCENSIVS.

¶ Incipiens &c.) Incipit ergo quo ordine propoſuerat de oui/bus loqui dicens. Ego incipiens, ſcilicet præcipere, aut altius ſo/nare edico (quod maiorum eſt.) ideſt manifeſte & publice præ/cipio ouis, accuſatiuus eſt, ideſt oues carpere, ideſt vt oues car/pant in ſtabulis mollibus, ideſt temperatis à frigore & ſtratis, herbam, ideſt fœnum dum, ideſt donec, æſtas frondoſa, ideſt frondibus plena, reducitur mox, ideſt paulopoſt, & edico ſter/nere humum duram, ſubter, ſcilicet oues multa ſtipula, ideſt ſtra minibus, & maniplis pro manipulis, ideſt faſciculis filicum, id/eſt illarum herbarum ne glacies frigida lædat pecus molle, id/eſt tenerum, & ferat, ideſt inferat ſcabiem, & podagras, ideſt pe/dum ægritudines turpes, poſt, ideſt deinde, ego digreſſus hinc, ideſt ab ouium præceptione iubeo ſufficere, ideſt abunde ſubmi/niſtrare capris, arbuta frondentia, ideſt frondes arbutorum, & præbere fluuios recentes, & opponere ſtabula, ideſt aperturas eorum ſoli hyberno à ventis, ideſt (abeant ſolem incumbentem & ventum à tergo, hoc eſt, vt à ſeptentrione à vēto munita ſint, & meridiei expoſita, conuerſa, ſcilicet ad medium diem, ideſt ad eum locum in quo ſol nobis videtur in meridie. tunc, ſcili/cet cum aquarius frigidus olim, ſcilicet in Ianuario, aut circiter, cadit, ideſt occidit vt ad medium Martij, hoc eſt circa æquino/ctium vernale, tunc enim ſoli in meridie ex directo opponitur ſeptentrioni, & irrorat, ideſt rorem inducit anno extremo, ideſt circa principium Martij, vbi olim erat, & principium anni, prui/næq; in locis calidis in rorem commutantur. hæc quoque, ideſt etiam hæc pecora videlicet caprina erant tuenda, ideſt protegen da nobis non leuiore, ideſt minore cura quàm, ſcilicet oues, nec vſus, ideſt vtilitas erit minor, ſcilicet in capris quàm in ouibus: quāuis vellera mileſia, ſcilicet quæ ferunt oues iuxta mileton io niæ regionis caput: incocta, ideſt tingendo incoctos habentia Ty rios rubores, ideſt liquorem purpureum, mutentur, ſcilicet cum alijs mercibus: aut pecunia, ſed more antiquo dicit mutētur, ma gno, ſcilicet precio aut aliarum mercium cumulo: hoc eſt quāuis mileſia vellera in ſummo precio ſint: eo quod eorum lanæ mol les ad purpuram aptiſſimę ſunt: tamen non minor eſt vſus in ca/pris. quod probat ſequentibus.

PIERIVS.

¶ Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda.) In Roma. codi. Hæc & tuendæ, legitur: & ita prius erat in cod. Mediceo. In Lon gobardi. Hæ, fœminino genere, vt de capellis intelligat. Seruius tamen mauult poetam vſum neutro genere, locutumq; figura/te, prout habetur in Roma. cod. veteribus enim aiunt fuiſſe mo rem, vt neutra fœmininis iungerent. ¶ Tyrios incocta rubores.) In Roma. cod. & aliquot alijs perueteribus, colores, legitur. In Mediceo quidem rubores, eſt, ſed ſupra, co, notatum antiqua manu figuratius tamen eſt, rubores legere.

Denſior hinc ſoboles, hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra
Leta magis preſſis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci, ſetaſq; comanteis
Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.
Paſcuntur verò ſyluas: & ſumma Lycæi,
Horrenteiſq; rubos, & amantes ardua dumos,
Atq; ipſæ memores redeunt in tecta, ſuoſq;
Ducunt, & grauido ſuperant vix vbere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem, ventoſq; niuales:
Quominus eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes, victumq; feres, & virgea lætus
Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.

SERVIVS.

¶ Dēſior hinc ſoboles.) Binos enim pariunt capellę plerūq;. ¶ Barbas.) ſic de qdrupedib⁹. Nā hoīum barbam vocamus. ¶ Incana.) aūt dicit nimiū ca/na. ¶ Cinyphij hircij.) Libyes, à fluuio Cinyphe. ¶ Miſeris nautis.) Qui frequēter patiun tur pīcula. In vſum aūt caſtro rū ideo dixit, & qa de Cilicijs poliūtur loricę, & teguntur ta bulata turriū, ne iactis facibus ignis poſſit adhęrere. Et bene laudat capellas, dicens Cilicio rum vſum & in mari, & in ter ra prodeſſe mortalibus: hoc eſt in duobus elementis con/ceſſis hominibus. ¶ Paſcuntur ſyluas.) Et paſco & paſcor il/lam rem dicimus. ¶ Summa Licæi.) Montis Arcadiæ, & eſt ſpe/cies pro genere. ¶ Suoſq; ducunt.) Educunt fœtus proprios & enutriūt. vnde & educatos dicimus. ¶ Quo minus eſt illis curę.) Ordo eſt, Igitur omni ſtudio auerte ab eis ventos, & glacie quo egeſtas mortalis, ideſt neceſſitas mortalitatis minus eſt illis cu/ræ: hoc eſt, minus ad ipſarum pertinet curam. nam hoc dicit, Quanto illæ ſibi adeſſe non poſſunt, tanto eis à te impendenda eſt maior diligentia.

PROBVS.

¶ Cinyphei tondent hirci, ſetaſq; comantes. Vſum in caſtrorū & miſeris velamina nautis.) Cinyps oppidum eſt, & flumen Aphri cæ regionis garamantum. Apud eos hirci villoſiſſimi naſcuntur, quos tondent ad Cilicia, quibus nautæ vtuntur.

Cinyps

MANCINELLVS.

¶ Denſior hinc ſoboles.) Capræ pariunt, & quaternos, ſed ra/ro admodum, ferunt quinque menſibus, vt oues capræ pingue/dine ſterileſcunt, trimę minus vtiliter generant, & in ſenecta non vltra quadriennium incipiunt ſeptimo menſe, & adhuc lactan/tes concipiunt nouembri menſe, vt Martio pariant, vita longiſ/ſima plurimum annis, octo, tradunt, & noctu non minus cer/nere quàm interdiu, Plinius libro octauo. Columella vero li/bro item octauo, capitulo ſexto, de capris ſic ait. Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos nonnunquam trigeminos. ¶ Læta hubera mammis.) Hic locus oſtendit hubera rectè de/duci ab humeo ſecundum aliquos: vt tubera à tumeo, m, litera in, b, conuerſa, loca enim arida infœcunda ſunt, apparetq; hube/ra dici interiora mammarum, mammas vero huberis eminen/tias. Nec minus interdum in/quit capræ, & ſobolem, & co piam lactis præbent, hirci etiā cōmoda hominibus tribuūt, & in terra, & in mari. ¶ Ci/nyphei hirci.) Cinyps fluuius eſt in Lybia per huberrima arua decidens, vt ſcribit Me/la. Poeta vero oſtendit illic eſſe hircos tonſili villo, & Pli nius libro octauo. ait quod in Cilicia circaq; Syriam ca/præ villo tonſili veſtiuntur. ¶ Tondent.) pro tondentur, hoc loco Priſcia. exponit li/bro octauo. tu videto latius in Tityro ibi, tondenti barba cadebat, poteſt etiam dici ton dent, ſcilicet paſtores, & ſic ci/nypei hirci genitiuus eſſet ſin/gularis. ¶ Barbas.) Ideſt pilos dicunt: mentum vero pilorum lo cum. ¶ Incana.) valde cana. ¶ Vſum in caſtrorum.) Varro libro ſecundo capi. vlti. ſic ait, Suſcipit Coſſinius, vt fructuum ouis è lana ad veſtimentum, Sic capra pilos adminiſtrat ad vſum nau/ticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vaſa. Neque, non quæ/dam nationes harum pellibus ſunt veſtitæ: vt in Getulia, & Sar/dinia, Poſt inquit, & magnis villis ſunt in magna parte Phrygię, vnde Cilicia, & cætera eius generis fieri ſolent. ¶ Paſcuntur ſyl/uas.) videto paulo ſuperius, ibi frondētia arbuta Lycæi, ꝑ quo/cunq; monte poſuit Lycęum Arcadiæ montē, nam ibi eſt ouiū & caprarum copia. ¶ Dumos.) ſpinas. ¶ Suoſq; ducunt.) vel ſe/cum ducunt paſcendo, vel ducunt, pro educant, ideſt nutriunt, ac lactant, quod quāuis ſit omnino: hubera plena domum refe/runt, Columel. libro octauo ca. vj. ſcribit. ꝙ capella præcipue ꝓ/batur ſimillima hirco: ſi etiam eſt huberis maximi, & lactis abun dantiſſimi. ¶ Glaciem.) Columel. libro. viij. de capris inquit, huic pecudi nocet æſtus, ſed magis frigus, & præcipue fœtæ, ideſt gra uidæ quæ in gelicidio hyemis concæptum fecit. De caprili vero ſuperius videto ibi ſtabula ab ventis. ¶ Mortalis egeſtas.) Ordo. eſt in hoc carmine. Quo egeſtas mortalis eſt minor curæ illi, id/eſt minori curæ hoc eſt quanto minus curant humanam indigen tiam, neceſſitatem, auxilium, tanto magis eas curare debemus. ¶ Virgea pabula.) Arbuſculis enim frutetiſq; maxime gaudent capręe, ea ſunt arbutus, cytiſuſq; agreſtis, nec minus iligni, quer/niq; frutices, qui in altitudinem non proſiliunt, Columel. libro viij. ¶ Fœnilia bruma.) idem eodem libro, capitu. vero. iij. ait de ouibus, quod penuriæ hyemis ſuccurritur obiectis intra tectum

Ciliciū

hubera

per

per præſepia cibis. Aluntur autem commodiſſime repoſitis vlmeis, vel ex fraxino frondibus, vel autumnali fœno, quod cordum vocatur: nam id mollius, & ob id iucundius eſt q̃ maturũ. Cytiſo quoq́, & ſatiua vicia pulcherrima paſcuntur, hæc ille de ouibus hyeme cibandis: quod quidem etiam de capris intelligẽdum eſt, ait enim Var. li. ij. c. iij. Nec multo aliter tuendũ eſſe hoc pecus in paſtu, atq́ ouilium.

ASCENSIVS.

¶Denſior hinc.) Docet (vt dixi) vtilitatem quam capræ plus q̃ oues afferunt dicens eas & fœtu & lacte præſtare & tamen ex pilis earum etiam integumenta fieri contra pluuiam vtilia deinde quia minori cura atque cuſtodia paſcuntur æſtate, & minori impẽſa hyeme. ¶Ordo autem eſt. Denſior ſoboles, ideſt proles aut fœtus eſt ſupp. hinc, ideſt ex capris quę binos fere pariunt quam ex ouibus quæ fere ſingulos, & copia lactis largi eſt hinc, ſcilicet ex capris maior quàm ex ouibus. Et q̃, ideſt quanto magis mulctra, ideſt vas mulctrale in quod. ſ. mulgetur, ſpumauerit hubere exhauſto, ideſt emulcto, extracto. ſ. omni lacte, ſupple tanto magis hubera. ſ. earum manabunt, ideſt diſtillabunt lacte, mammis preſſis. ſ. palmis, exprimendo lac, quam rem oues non patiuntur vnde dictum eſt in Buco. Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Nec minus, ideſt quinetiam hirci cinyphei tondent, ideſt tondentur barbas, ideſt habent barbas tonſas, & id quo modo Priſcia. interpretatur aut paſtores tondent barbas & incana, ideſt multum cana menta & ſetas comantes, ideſt fructificantes & oblongas hirci cinyphei. i. Libyci, ſunt enim plurimi in Libya etiam tonſili villo, videtur autem à nominatiuo cinyps ſcribendum, cinypei nam à cinype fieret cinypei penul. long. Nota eſt inſana & friuola controuerſia eorum qui de lana caprina cõtendunt dicentibus, alijs lana, alijs villum, alijs pilum, alijs ſetam dici. Sane lana eſt mollior villus in ouibus, villus criſpans, pilus in leone, & quibuſdam canibus, ſeta durus admodum, & rigens pilus vt in porco. Pilus autem inter ſetam & lanam medius, vt in equo, cane, homine, atque alijs multis, tondent dico in vſum caſtrorum vt. ſ. fiant integumenta contra pluuiam, & tondent miſeris nautis ſup. in velamina. i. cooperimenta & integumẽta, corporum vero pro ſed, capræ. ſ. & hirci. paſcuntur ſyluas & ſumma i. verticem & ſummitatem lycæi. ſ. montis Arcadiæ, & paſcuntur rubos, i. vepres horrentis. i. aſperos, & hirſutos, & dumos amantes, ideſt appetentes ardua. ſ. loca, hoc eſt capræ non carpunt prata, quorum fœnum precioſum fit, ſed frondes quę niſi carpſerint in nihilum deciderint, itaq́ nihil conſtant earum fere pabula: nec moleſta eſt cuſtodia, vnde ſubdit. Atq́ ipſæ. ſ. ſine cuſtode aut paſtore, memores. ſ. caprilium ſuorum redeunt in tecta, & ducũt. ſ. ſecum in tecta, ſuos. ſ. fœtus, hoc eſt hedulos, aut ducunt. i. educant, & vix ſuperant. i. ſupertranſire poſſunt, hubere grauido. i. lacte diſtento, & onuſto, limẽ. i. lignum tranſuerſum in introitu. Ergo quia tanto ſunt vſui, tu auertes. ſ. ab eis omni ſtudio. i. conamine, & diligentia glaciem, & ventos niuales, ſupp. eo diligentius, quo egeſtas. i. neceſſitas, & labor mortalis, ideſt mortalitatis, & quæ aut qui mortalibus ferę comes eſt: eſt illis minor curę, ideſt quantum ad curã, hoc eſt minori curę ſi legatur quo minus, &c. facilior eſſet conſtructio. Senſus autẽ eſt: quia capræ ſunt, ſui cultus negligentes, minusq́ prouidæ circa miſerias mortalium, eo diligentius nobis curandę ſunt, tu ergo auertes glaciem, & ventos niuales, ideſt qui cum niuibus decidunt, & tu lætus, ideſt libens, & bene volens feres. ſ. in ſtabula, victum & pro, ideſt pabula virgea. i. virgarum frondes, aut comas in pabula earum decerptas, nec claudes fœnilia, ideſt loca in quibus fœnum reponitur, tota bruma. i. mediæ hyemis tempore, hoc eſt nõ negabis eis fœnum ſaltem deuterum. i. ſecundæ ſectionis quod Cordum vocãt ſecaturq́ in autumno.

PIERIVS.

¶Quã magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra.) In Romano codice, & in aliquot alijs peruetuſtis legitur. Quo magis idq́ vt, mihi videtur eleganter, miſſas vero facio dictiones quaſdam inſcitia librarij perperam notatas. ⁋ Læta magis preſſis manabũt flumina mammis.) In Romano codice. in Longobar. & aliquot alijs ſane quàm veteribus, non flumina, ſed, vbera, legitur. Qui legerant vbere in ſuperiore verſu, veriti ſunt repetitionem eiuſdem vocabuli ariditatem orationis præ ſe ferre, ideoq́ flumina ſuppoſuerunt. Sed enim, ſi animum aduertas, color ille dicendi non modo non aridus videtur, ſed & venuſtatis plurimum habere, quãq̃ metaphorica ea hyperbole, flumina loco huic optime cõueniat, & incomparabilem exprimat hubertatem. ⁋ Cinyphij tondẽt hirci.) In Romano codice. hircis, legitur, ab eis enim lanicij genus id demitur. Sunt etiam codices antiqui, in quibus ſcriptum eſt hirquis, vt in Bucolicis etiam oſtẽdimus hircum, & hirquum eundem, ſed ſi figuram agnoſcit Priſcianus, tondẽt pro tondentur, quare hirci melius, de Cyniphijs hircis apud herodotum mentiõ. Aduerte vero ſcriptionem, quod quãuis in græcis diuerſorum auctorum codicibus impreſſis. κινύφιος ſcriptũ ſit prima per ἰῶτα, ſecunda per, υ, ψιλὸν, tamẽ in ijs, qui manu ſcripti ſunt κυνίφιος prima per, υ, altera per, ι, habetur.

At vero zephyris cum læta vocantibus æſtas:
In ſaltus vtrunq́ gregem, atq́ in paſcua mittes.
Luciferi primo cum ſydere, frigida rura
Carpamus: dum mane nouum, dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde, vbi quarta ſitim cœli collegerit hora:
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadę:
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubebo:
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Æſtibus at medijs vmbroſam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos: aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rurſus aquas: & paſcere rurſus
Solis ad occaſum: cum frigidus aëra Veſper
Temperat: & ſaltus reficit iam roſcida luna:
Litoraq́ Alcyonen reſonent, & Acanthida dumi.

SERVIVS.

¶At vero zephyris cum læta vocantibus æſtas.) Subaudi aduenerit. Dicit autem ver quo flare Zephyrus incipit: vt in primo, Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit. ⁋ Frigida rura Carpamus.) Ideſt carpere cogamus animalia. Et mane paſci oues pręcipit ſecundum morem ſuæ prouinciæ. Nam in aliquibus locis morbũ contrahũt niſi iam ſiccato rore paſcantur. ⁋ Dũ gramina canẽt.) Nocturnis & matutinis lucentes roribus herbę. ⁋ Querulæ cicadæ.) Canoræ. Horatius, Sub cantu querulæ deſpice tibiæ. Aut certe querulæ dr̃ ꝓpter illam fabulã, ꝙ Titonus maritus Auroræ poſt optatã longiſſimam vitam, in cicadã dicitur eſſe cõuerſus. ⁋ Rũpẽt arbuſta.) Nimio clamore. Iuuenalis, Et aſſiduo ruptę lectore columnæ. Perſius, Fidor, vt Arcadię pecuaria rudere dicas. ⁋ Ilignis canalibus.) Factis ex ilice. Sane canalis melius genere fœminino q̃ maſculino proferimus. ⁋ Sicubi mag. Io. ant. rob. quer.) Quia omnis q̃rcus Ioui eſt conſecrata. Quod aũt dicit Iouis q̃rcus, & Ilicibus crebris ſacra nemus accubat vmbra, Non reuera conſecratos lucos dicit nos petere debere: ſed ita denſos quales ſunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercũ Iouis, & ſacrã vmbrã, generalia eſſe nõ ſpecialia epitheta: nã vt diximus, & omnis q̃rcus Iouj eſt cõſecrata, & omnis lucus Dianæ. ⁋ Tenues aq̃s.) Epitheton eſt aquarũ. Alibi, Aut in aq̃s tenues dilapſas abibit. ⁋ Aera Veſper Tẽperat.) Refrigerat ęſtatis calorẽ. ⁋ Reficit.) recreat. ⁋ Luna.) Nox. ⁋ Litoraq́ Halcyonẽ reſonãt, & acãthida dumi.) Quotpe reſonat ꝑ litora Halcyon auis, cuius fabulã in p̃rio memorauimus. Per Dumos vero Acanthidis, quã alij luciniã eẽ volũt, alij vero carduelũ, q̃ ſpinis & carduis paſcit̃, vt inde ẽt apud Græcos ἀκανθίς dicta ſit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν. i. ſpinis quibus paſcitur.

PROBVS.

¶Litoraq́ Alcyonẽ reſonant & Acan. du.) Alcyone fuit filia. Aeoli vxor Cæycis, quo in naufragio amiſſo mutata eſt i aues alcyonias, cuius partus dum excluditur ſeptẽ diebus mare quietum eſt. Acanthis ea eſt quę gręce acanthis dicta eſt, latine carduelus à carduo. ⁋ Dumi.) vocantur aſpera loca, & inculta collicoſa, alij luſciniam.

MANCINELLVS.

¶At vero.) Ordo eſt. At vero cum æſtas læta. ſ. eſt, vel aduenit zephyris vocantibus mittes in ſaltus, &c. ⁋ Læta æſtas.) non de vere, ſed de ipſa æſtate loquitur. Columel. enim libro duodecimo ca. ſecundo ſic ait, Nonis maijs Vergilię exoriuntur, mane fauonius. vij. Idus Maij æſtatis initium fauonius, aut corus interdum,

terdum,& pluuiæ.vj.Idus Virgiliæ totæ apparent,fauonius aut
corus interdum pluuię.Ecce hic apparet quomodo æſtatem ze/
phyri vocant.Præterea Var.etiam libro ſecundo cap.ij.id apertiſ
ſime oſtendit de æſtate non de vere intelligendum , ait enim de
ouibus quod æſtate cum prima luce exeunt paſtum , propterea
q tunc herba roſida meridiana,quæ eſt aridior iocunditate præ/
ſtat ſole exorto puro propellunt,vt reintegrantes rurſus ad pa/
ſtum alacriores,faciant.Circiter meridianos ęſtus dum deferue/
ſcant,ſub vmbriferas rupes,& arbores patulas ſubijciunt , quod
refrigerato aere veſpertino,rurſus paſcant ad ſolis occaſum . Ita
paſcere pecus oportet,vt aduerſo ſole agat,caput enim ouis mol
le maxime eſt.Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad biben/
dum appellunt,& rurſus paſcunt,quoad contenebrauit , iterum
enim tum iucūditas in herba reintegrata eſt;hęc ab Vergiliarum
exortu ad ęquinoctium autumnale maxime obſeruant.Reliquę
paſtiones hyberno,ac verno tempore hoc mutant,quod pruina
iam exhalata propellunt in pabulum,& paſcunt,diem totum ac
meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habent . His igitur
patet de æſtate intelligi non de vere quæ omnia Var.Mar.appo/
ſuit hoc loco.Columel.item libro.viij.cap.tertio de æſtate intelli
git.Vtrunq; gregem,ouium,& caprarum.¶ Luciferi.)de hoc iam
ſupra.¶ Canent.)propter pruinam,ſcilicet Ros de rore item ſu/
perius.¶ Sitim cœli.)ideſt aeris æſtum.¶ Cicadæ.) vide in Alexi.
¶ Ilignis canalibus.) Columel.libro octauo cap.iij.ait nulla eſſe
tam blanda pabula,aut etiam paſcua,quorum gratia non exole
ſcat vſu continuo,niſi pecudum faſtidio occurrerit præbito ſale,
quod veluti ad pabuli condimentum per æſtatem canalibus li/
gneis impoſitum cum è paſtu redeunt,oues lambunt , atque eo
ſapore cupidinem bibendi,paſcendiq; concipiunt . ¶ Roſida lu/
na.) humida,intelligitq; de veſpertina luna , quæ omnia,vt iam
oſtendit Varro quoque edocuit.¶ Alcyonem.) vide libro primo
Georgi.ibi dilectæ thetidi alcyones.¶ Acanthida.)ſic legendum
eſt non aliter,nā Theocritus in quodam carmine Ecloga quę in/
āthis ſcribitur Thaliſia achātides ait.Eſt autem acanthis auis vario co/
lore,& ſtridula quæ inter ſpinas viuit,legatur igitur carmē ſic,
litoraq; alcyonem reſonant,& acanthida dumi.

ASCENSIVS.

¶ At vero zephyris &c.) Docuit quo pacto tēpore hiberno edu/
candæ ſint capræ,ſed & oues fere eadem poſtulant nutrimenta,
nunc docet quomodo temporibus reliquis paſcendæ ſint,factu/
rus de varietate paſcendi,& de diuerſitate cœli non iniucundam
nec ineptam digreſſionem . ¶ Ordo eſt.At vero.i.ſed certe cum
æſtas læta.ſ.quæ eſt in fine Aprilis & in Maio,ſupp.eſt aut adue/
nit,tu mittes vtrūq; gregem.ſ.tam ouium q̄; caprarum,in ſaltus
atq; in paſcua , & hoc zephyris vocantibus.i.inuitantibus te &
gregem . Carpamus.i.carpere cogamus rura frigida.ſ.nocturno
frigore cum primo ſydere.i.cum primū apparet ſydus luciferi.i.
ſtellæ lucem ferentis & ſolem tēpore matutino præcedentis ve/
ſpertino aūt ſequentis,dum.i.quādiu mane.i.tempus matutinū,
eſt nouum & dum.i.quādiu gramina canent.ſ.pruina & dum ros
eſt gratiſſimus pecori in tenera herba , & id ſecundum morē pa/
triæ ſuę præcipit poeta,inde vbi.i.poſtq̄; quarta hora.ſ.poſt ortū
ſolis,collegerit ſitim.i.ſiccitatem,cœli.i.aeris,& cicadæ querulæ
rumpent.i.diffindēt cantu.ſ.ſuo,arbuſta.i.arbores vicinas , de q/
bus in.ij.Eclo.Sole ſub ardēti reſonant arbuſta cicadis (hyperbo
le autē eſt in hoc quod dicit arbuſta cantu rumpi quaſi vero tan/
to impetu emittant crepitus ſuos vt arbores diffindant,quā imi
tatus eſt Iuuena.ſat.prima dicens. Frontonis platani conuulſaq;
marmora clamant.Semper,& aſſiduo ruptæ lectore columnæ)
cum ergo cauma inſtabit,iubeto potare.i.ad potum agere greges
ad puteos aut alta.i.profunda ſtagna,ad vndam currētē.i.defluē
tem canalibus.i.tubis cauatis,ilignis.i.ex ilice factis.At.i.ſed iu/
beto ſup.gregem exquirere vmbroſam vallem medijs æſtibus.i.
dum medij ſunt æſtus ſicubi.i.ſi alicubi magna quercus Iouis,
ideſt Ioui ſacra,tendat antiquo robore.i.ex trūco lōgęuo & grā/
di,ramos ingentis.i.valde amplos & extenſos,aut ſi nemus.i.ar
boretum nigrum.i.caliginoſum vmbra ſacra.i.tali qualis ſolet eē
in lucis ſacris,accubet.i.vicinum iaceat,crebris ilicibus.i.illis ar/
boribus condenſæ poſitis,à quibus naſcitur vmbra ex aduerſo.ſ.
ſolis & tu iubebis dare rurſus.i.iterū,tum.i.tunc dum ſe ſub vm/
brā receperint,aquas,i.potum aquarum,& paſcere rurſus ad oc/
caſum ſolis cum veſper.i.heſperus ſeu veſperus ſtella veſpertina
frigidus.i.frigus nocturnum afferens tēperat.ſ.ab ęſtu aera,& lu/
na roſida.i.humore nocturno perfundēs terrā reficit iam ſaltus,
& cum litora reſonant.i.referunt cantantem alcyonem auiculā
illā quę in mari in ſumma tranquillitate nidificare ſolet,& dumi
referunt acanthida auiculam illam dumis gaudētem hoc eſt can
tum eius quem repetit æſtu diurno ſedato.

PIERIVS.

¶ Ad puteos aut alta greges ad ſtagna) In Roma.cod At puteos
adq; alta greges at ſtagna. In pleriſq; enim præcipue ex his anti/
quis ſemper ad,p̄poſitio per,t,ſcribitur. Sed q adq;,in eo codice
legitur apud Non. Marcellum in libello de indiſcretis generibus
aut,legitur , vt vulgata habent exemplaria.quod vero Virgi.pu/
teos genere maſculino dixit , Varro maluit neutro dicere putea.
vt maria , vt apud græcos φρέαρ neutri generis eſt eodem ſigni/
ficato.¶ Currēte illignis putare canalibus vndam.) In Ro.cod.li
gnis non ilignis ſcriptum eſt.Verū ligneis fuiſſe prius videtur in
aliquot cod.in nonnullis,iligneis,eſt per ei,diphthon.vt amiceis
ſueis,in veterum monumentis,ſed enim vt etiam in Medi.eſt,ili
gnis,agnoſcit Seruius,& proprietatem poeticam refert ea cōpo/
ſitio.¶ Æſtibus at medijs vmbroſam exquirere vallem.) In cod.
Lōgobar. Æſtibus aūt medijs,legitur:in quibuſdam alijs anti.ac
medijs. In Longobar.adquirere.quod non ita placet.Non tñ di/
ſplicet at,vbi aut,habetur: vt q̄tuor ſint præcepta vno quoq; die
ſeruanda. Quippe vt mane paſcantur,hora quarta potū miniſtre
mus,



mus, meridie ſub vmbra cõtineantur: veſperi vero iterum in paſcua mittant. ¶ Tũ tenues dare rurſus aquas.) In Ro. cod. Tũc tenues, ſed Tũ, multo magis placet. ¶ Reſonãt & acanthida dumi.) Vel vt alij acanthida. Scio fore, vt multi mihi negotiũ faceſſant, ſi dixero in antiquis omnibus cod. quotquot ad manus meas peruenere, vno conſenſu legi, acalanthida dumi. Ita enim in Roma. ita in oblongo

in oblongo codicibus antiquiſſimis, ita in Medi. ita deniq; habetur in pleriſq; alijs. Preterea videtur Probus lectionẽ hanc agnouiſſe, ſi modo fidelem codicem nanciſcare, dum dicit. Acalanthis ea eſt q̃ græce ἀκανθὶς dicta eſt. Latine carduelis, à carduo. Neq; vero ignari ſumus ex Plin. atque etiam ex Ariſtotele Acanthin in ſpinis viuere, odiſſe aſinos ideo quòd flores ſpinæ libẽter deuorent.

Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu
Proſequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, noctemq;, & totum ex ordine menſem
Paſcitur: itq; pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitijs: tantum campi iacet: omnia ſecum
Armentarius Apher agit, tectumq;, laremq;,
Armaq;, Amyclæumq; canem, Creſſamq; pharetram.
Non ſecus ac patrijs acer Romanus in armis:
Iniuſto ſub faſce viam cum carpit, & hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

SERVIVS.

¶ Quid tibi paſtores Libyę.) Dicit pro qualitate prouinciarum diuerſa eſſe genera paſtionum. ¶ Sine vllis hoſpitijs.) Sine vllis ſtabulis. ¶ Armentarius.) Abuſiue, nam de gregibus loquitur. ¶ Tectumq; laremq;.) Tentoria more militũ: ac ſi caſam diceret. ¶ Amyclæumq; canem.) Laconicũ. Et eſt ſpecies pro genere. Amycla autem ciuitas eſt Laconię: vnde eſt, Talis Amyclei domitus Pollucis habenis Cyllarus. ¶ Patrijs acer Romanus in armis.) Generaliter ſibi conceſſis: ac ſi diceret Martijs. ¶ Iniuſto ſub faſce.) Sub magno onere. vt, Ego hoc te faſce leuabo. Magnũ aũt onus dicit propter arma, alimenta, veſtitum. ¶ Ante expectatum.) Dicto citius, anteq; eius expectetur aduentus. Et eſt vna pars orationis: hoc eſt aduerbium. ¶ Stat.) Obſtat. nam Aphæreſis eſt.

PROBVS.

Mapalia. vbi locorum. Nũidæ.

¶ Mapalia.) loca deſerta punica. ¶ Quid tibi paſtores libyæ. q. p. v. t. &. r. habitata mapalia. t.) Numidæ mapalia, vocant tecta ſua q̃ ſubductis nauibus ſuis poſt amiſſum regẽ Perſea inuerſa pro domicilio habere cœperunt. ¶ Amyclæumq; canem.) laconicũ. ¶ Creſſam.) Cretenſem, quia ibi optimi ſagittarij ſunt.

MANCINELLVS.

¶ Quid tibi.) oſtendit ſecundum varias regiões vario modo, & tempore paſci. ¶ Paſtores Libyę.) numidas ſeu nomadas, intelligit, ſcribit enim Solinus, quod numidæ incolæ quadiu errarunt pabulationibus vagabundi Nomades dicti ſunt & Plin. lib. quinto cap. iiij. ſic ait. numidæ vero nomadę à permutãdis Papilionibus, mapalia ſua, hoc eſt domos plauſtris circunferentes, nomas autem numidia dicitur, & paſtor, nomeus, nomeo paſco, nome pabulum, paſtura. Nomao autem cum ſecunda litera omega diuido moueo. ¶ Raris habitata mapalia tectis.) Mapalia caſæ punicæ appellãtur, vt inquit Feſtus, de his vero Sallu. in Iugur. ſic, Cæterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium quæ mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quaſi nauiũ carinæ ſunt. ¶ Raris tectis.) ſcribit Stra. li. xvij. quod maxima mediterraneæ Libyæ pars, & regio circa Oceanum deſerta eſt, Paruis præterea habitatiõibus & ſparſis, & ex magna parte paſtoralibus diſtincta eſt. Ora aũt, quę ex aduerſo nobis eſt, tota bene habitatur. ¶ Armentarius.) ſunt enim ibi, & armenta, & greges, ꝓpterea armẽtarius ait, tectumq;, mapalia, ideſt domos in plauſtris intelligit, vt ex Plinij verbis ſuperioribus habetur. ¶ Laremq;.) larẽ hic intelligo ignem, quoniam tectum dixit, & Colu. li. xij. de villico inquit, cõſueſcat ruſticus circa larem domini focum familiarem ſemper epulari. Lar etiam quandoq; pro domo ponitur. Ouid. libro primo triſt. Quę noſtro fruſtra iuncta fuere lari, ponitur & pro deo ipſo familiari, qui domi in ipſo foco colebatur, nam focus deorum penatium ara eſt, vt etiam Porphyrius tradit: hęc tamen latius habentur ode ſecunda. ¶ Amycleum.) laconicum de Amyclis ſuperius patuit. ¶ Creſſam.) in Creta enim optimi calami ꝓ ſagittis ſunt apud Cydoniam vrbem, de qua in fine Buco. ¶ Iniuſto ſub faſce.) ſub ingenti onere. Vegetius enim libro primo ſcribit quod pondus quoq; baiulare vſq; ad. lx. libras, & iter facere gradu militari frequentiſſime cogẽdi ſunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus neceſſitas imminet, annonam pariter, & arma portãdi, quam rem antiquos milites factitaſſe, Virgilio ipſo teſte, cognoſci poteſt ex hoc loco vt idem ait. ¶ Et hoſti.) legitur & hoſtem in antiquis.

Mapalia.

Lar.

ASCENSIVS.

¶ Quid tibi paſtores &c.) Quia qualitatem aeris obſeruandam paſtoribus ſignificauit docet diuerſa genera paſſionum in diuerſis eſſe regionibus, longeq; aliter in Libya æſtu aſſiduo fere concuſſa aliterq; in ſcythia perpetuo frigore horrente pecora eſſe paſcenda. Significat tamen id non apprime neceſſarium eſſe cognitu, cum Italici paſtores quibus temperatior eſt regio ad illorum morem non paſcant, dicit ergo quid. i. ad quid, proſequar tibi verſu. i. decantẽ, aut deſcribam carmine paſtores, & paſcua Libyę, & mapalia q̃ & magalia ſed magalia primã producit, mapalia corripit vtrũq; autem ſingulari caret, ideſt caſas & humilia domicilia Libyæ habitata raris tectis q. d. id inutiliter faciam cũ paſtoribus Italicis non conducat id noſſe. Per tranſitum tamen tangit dicens. Pecus paſcitur. ſ. in Libya ſæpe diem & noctẽ & totum menſem ex ordine, & it. i. errat paſcendo in longa deſerta ſine vllis hoſpitijs. i. ſeptis aut caulis ſeu ouilibus caprilibus ve tantum campi. i. tam amplius & capax campus iacet. i. requieſcit à ſatione & paſcuis exponitur. ſ. illic, vt ſic diuagari permittatur pecus armentarius. i. cuſtos armenti, apher. i. ex Aphrica vt Libycus, agit. i. ante ſe impellit omnia. i. omnes res ſuas, & tectum & larem. i. rem familiarem & arma. i. inſtrumenta ſua, & canẽ amyclæum. i. laconicum & pharetram creſſam. i. cretenſem, cydonijs ſagittis refertam non ſecus. i. nõ aliter, ac. i. q̃ Romanus. ſ. miles: acer. i. ſtrenuus in armis patrijs. i. martijs ſupple agit ſecum oĩa, cum. i. quando carpit viam ſub faſce iniuſto. i. iniquo, hoc eſt nimis ponderoſo, & ſtat hoſti. i. in perniciem, & malum hoſtium ante expectatum. i. ante expectationem, hoc eſt prius q̃ expectatus fuerit. ſtat dico caſtris poſitis in agmine. Seruius vult vnam eſſe partem orationis, ſed certe ſicut ablatiui imperſonaliũ participiorum in vſu ſunt cum dicitur. Et dicto citius tumida æquora placat, haud auſpicato aduenis &c. inſperato accidit: ita quod rarenter fit accuſatiuũ hic vſurpare videtur Virgi. cum præpoſitione vt ſit ante expectatum. i. priusq; expectetur. Et ita per tranſitũ ſuos laudat poeta.

PIERIVS.

¶ Omnia ſecũ armẽtarius apher agit, tectumq; laremq; armaq; amyclæumq; canem.) In Roma. codice legitur, tectumq; laboremq;, armaq;: vbi quid ſibi velit, laborem, viderint alij, mihi enim larem, ex antiquæ religionis cultu, ſummo opere placet. ¶ Iniuſto ſub faſce viam cum carpit.) In Romano codice, quom hoc loco ſcriptum eſt, prout moris fuit apud veteres: ſed enim Victorinus in orthographiæ præceptis ita monet, cum autem ſi fuerit aduerbium temporis per, q, &, v, ſiue vnum ſiue duo ſcribatis, vt quum primum &, qum facerem. ¶ Et hoſti ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.) Vegetius primo de re militari, vbi de pondere agit cui ſe miles debeat aſſueſacere, locum hunc Virgilianum citans. Et hoſtem ante expectatũ, legit, vtrũq; accuſatiuo caſu. Vt ſit ante expectatum hoſtem, huiuſmodiq; lectionem, & in veteri codice apud Ianum parrhaſium, & in vaticana bibliotheca, eo exemplari quem Franciſci Petrarchæ fuiſſe aiunt. Quantum vero ad ſcribendi rationem pertinet, expectatum, abſq;, s, litera, ante, p, poſita vulgata fere omnia habẽt exemplaria. Sed enim in Romano codice, exſpectatum, legitur, s, adſeruata, & ita ſcribendum monet Terentius Scaurus, ne per detractionem peccetur, ſi, s, litera ſubmoueatur, quum adiecta præpoſitione. ait ille, ſaluum eſſe initium dictionis, quæ ſubſequitur, debeat, ait vero Velius longus quoſdam differẽtiam poſuiſſe, vt quãdo expecto opperior ſignificat, per, x, &, p, abſq;, s, ſcribatur. Quando vero à ſpecto ſpectas eſt, ſeruet, s, ſed neq; veterum monumẽta, neq; totius pene antiquitatis codices huic ſe regulę ſubmiſere, ſed in vtroq; ſignificato paſſim per, x, &, s, exſpecto ſcriptum inuenies. ſane Aruſianus meſſus locum hunc ita interpretatur: vt ante exſpectatum, antequam expectatus exponat, Ibiq; pro ſtat in agmine, ſcriptum eſt, ſtat in ordine. In quo admirabiliorem Romani militis virtutem intuemur: nam cum agmẽ incondita ſæpe ſit multitudo. etiam temere contracta, ordo nunquam eſt ſine duce, imperatore, præfecto, tribunove. Quare videtur

detur

detur hic Virgilius ſummam diſciplinę militaris obſeruãtiam in Romanis admirari, cum dicit eos hoſti obuiam factos, prius q̃ illum aſpiciant, expeditiſſimo opere ſimul, & vallum fixiſſe, neque ſolũ arma corripuiſſe, ſed veluti ſi nihil aliud negotij intercurriſſet, curriſſet, in ordine iam conſiſtere paratum non tam ad vallũ defendendum, ſed etiam ad ipſam hoſtium aciem inuadendam: ſed quãuis ita legatur apud aruſianum, bona tamen veterum codicũ pars, agmine, legit: idq́; magis eruditorum auribus ſatisfacere videtur.

At non, qua Scythiæ gentes, Mẹoticaq́; vnda,
Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas:
Quaq́; radit medium Rhodope porrecta ſub axem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta, neq; vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late, ſeptemq́; aſſurgit in vlnas.
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri,
Tum ſol pallentes haud vnquam diſcutit vmbras.
Nec cum inuectus equis altum petit æthera: nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum,
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ:
Vndaq́; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes:
Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris:
Aëraq́; diſſiliunt vulgo, veſteſq́; rigeſcunt
Indutæ: cæduntq́; ſecuribus humida vina:
Et totę ſolidam in glaciem vertere lacunæ:
Stiriaq́; impexis induruit horrida barbis,

SERVIVS.

¶At non qua ſcythiæ gẽtes.) ſubaudi talis eſt paſtio. ¶Mẹoticaq́;.) Mæotis palus eſt Scythiæ frigore congelaſcens. ¶Iſter.) Fluuius Scythiæ qui & Danubius noiaẗ. ¶Quaq́; redit medium Rhodope porrecta ſub axem.) Qua Rhodope mons Thraciæ protentus in orientalem plagam, Gammaides in ſeptẽtrionalem reflectitur. Nam ideo ait. ¶Redit ſub axem.) Nam axis eſt ſeptẽtrio: qui græce ἄμαξα nominatur. ¶Informis terra.) Niuis ſuperfuſione, carens varietate formarum, nulliſq; agnoſcenda limitibus. ¶Septem aſſurgit in vlnas.) Creſcit in ſeptem vlnas. Vlna autem, vt diximus, ſecundũ alios, vtriuſq; manus extẽſio eſt: ſecundum alios, cubitus: quod magis verum eſt. quia græce ὠλένη dicitur cubitus: vnde eſt λευκώλενος ἥρη. ¶Pallentes haud vnq̃.) Nunquam nubes diſſoluit. Nam pallentes vmbræ ſunt, non ex nocte, ſed ex nubibus factæ. ¶Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.) Aquæ congelaſcunt fluentes. Notandum ſane, quia cum hæc cruſta dicimus fœminino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem ſignificamus. Cum vero cruſtum dicimus, edulium aliquod ſignificamus, partem panis vel placentæ. Ipſe in ſeptimo, Orbem fatalis cruſti. Horatius, Dant cruſtula blandi Doctores. Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. ¶Hoſpita plauſtris.) Facilis. Vnde & hoſpitalis homo dicitur hoſpiti apte ſeruiens. ¶Æraq́; diſſiliunt vulgo.) Paſſim crepant. nam tam nimio frigore quàm calore æra rumpuntur. Perſius, Findit infantes ſtatuas. ¶Veſteſq́; rigeſcunt.) Durantur, vt frangi potius quàm ſcindi poſſe videantur. ¶Cædũtq́; ſecuribus humida vina.) Etiam vinum naturaliter calidum illic gelatur. Intelligimus autem peregrinum: nam illic non naſcitur, ſicut paulopoſt ipſe docet, dicens, Fermento atq; acidis imitantur vitea ſorbis. Sane volunt phyſici vinum nõ gelari: vnde hoc loco aut Hyperbole eſt: Aut quia dixit Humida, aquæ miſta intelligamus. Ita enim gelari dicuntur. ¶Totę ſolidam in glaciem vertere lacunæ.) Foſſæ ad ſiccandos agros paratæ, cum alibi tantum incruſtentur, illic vſque ad imum congelantur. ¶Stiriaq́; impexis.) Stiria, ideſt gutta: inde fit diminutiuum, vt dicamus ſtilla. Inde eſt diſtillat, & ſtillicidium. Senſus autem duplex eſt, Nam aut hoc dicit, De impexis barbis pecudum pendens gutta duratur. Aut certe de tectis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.

PROBVS.

¶Rhodope.) Mons Thraciæ. ¶Medium axem.) Septentrionem dicit.

MANCINELLVS.

¶At non.) ſ. pecus it longa in deſerta. ¶Scythiæ gentes.) hic Nomades alios paſtores, qui in ſcythia ſunt intelligit, de qbus Stra. lib. ij. ſic ait, Nomades etenim tentorijs vtuntur centonum, inſtar pilo contextis, in plauſtris vitam degentes circumq́; tẽtoria pecora comitantur, à quibus victum captant, & aluntur lacte, caſeo, carne. Paſcua vero ſectantur, loca ſemper herboſa permutantes, hibernis quidem temporibus Mæoticis verſantur in paludibus, ęſtiuis vero per campeſtria vagantur, &c. ¶Mæotica vnda.) Mẹotis ſcythiæ lacus, qui tanaim recipit, vt Stra. docet li. xij. Pli.
Mẹotis quoq; lib. vij. lacum dicit, idem vero Stra. li. viij. Mæotidis paludis oſtium inquit. ¶Iſter.) de hoc videto lib. ij. Georgi. ibi Deſcendens Dacus ab Iſtro. ¶Rhodope.) Thraciæ mons tendens in ſeptentrionẽ, vbi axis eſt, de quo ſupra. Strabo lib. vij. Myſos Thraces, & getas etiam Nomadas vocatos innuit. i. paſtores. ¶Informis terra.) ſine forma propria, niue enim tecta eſt, Gelu. Stra. dicto libro de Mæotica regione ait quod æreę ſcinduntur hydrię, quę vero inter illas ſunt, cõgelantur: & piſces in glacie deſtituti ligonibus effodiuntur, alueus plauſtris deambulatur. Meminit item plura de glacie Mæotidis libro ſecundo. ¶Septem vlnas.) in ſeptẽ brachia, de vlna latius Ecloga tertia. Semper hyems, de Scythica regione, multa. quæ huc etiam conueniunt, dicta ſunt libro primo Geor. ibi Mũdus vt ad Scythiam. ¶Cauri.) In hoc li. iam de eis diximus. ¶Altum æthera.) i. nec cum ſol ad cancrum, nec cum tendit ad Capricornum, nam tunc deſcẽdit rubro æquore, quod rubrum mare ſiue Æthiopicum appellant ad auſtrum verſus effunditur ex ea maxime parte, qua vaſta quædam ſolitudo, & inhabitabilis terræ plaga conſpicitur: ardentibus, ſemper caloribus exuſta, author Dio. videto. item Plin. libro. vj. cap. xxvij. & Soli. cap. xlvij. ¶Ferratos orb.) Strab. libro ſecundo ſcribit quòd in ore paludis mæoticæ tanta glaciei vis eſt, vt quo in loco miſſus à Mithridate imperator equeſtri pugna barbaros in glacie hyeme ſuperauerat illos eoſdem nauali prælio ſoluto per æſtatem gelu vicerit. ¶Hoſpita.) ideſt habilis. ¶Æraq́; diſſiliunt.) diximus iamiã q̃ æreæ ſcinduntur hydriæ, quę intra illas ſunt cõgelantur. ¶Vulgo.) paſſim. ¶Rigeſcunt.) indureſcunt ex gelu. ¶Vina.) Macrob. lib. vij. ſcrib. quàm vina aut nunq̃, aut raro congelaſcunt, quia vinum ſemina quędã in ſe caloris habet. An aliapiam cauſa eſt quam quia ignoro ſcire cupio. ¶Lacunæ.) Lacuna vti Feſtus ait, eſt aquæ collectio, & ab lacu deriuatur. ¶Impexis barbis.) de brutis melius intelligendum. ¶Stiria.) gutta, ſtilla, interrogatus autem Palęmon grammaticus quid inter ſtillam, & guttam intereſſet. gutta, inquit, ſtat, & ſtilla cadit. Euſeb. ſcribit.

Lacuna. Stilla. Gutta.

ASCENSIVS.

¶At non qua ſcythiæ gentes, &c.) Docet diuerſum eſſe paſtionis genus apud ſcythas, longeq́; aliam aeri qualitatem & paſtoribus viuendi formam quàm in Libya. ¶Ordo eſt, At, ideſt ſed non. ſ. ſic it pecus in lõga deſerta ſine vllis hoſpitijs ſicut in Aphrica (dependet enim ordo à ſuperioribus) ſupple in ea parte mundi qua, ſcilicet ſunt gentes ſcythiæ, & vnda mæotica. i. mẹotis palus ſcythiæ ſupple eſt & qua iſter fluuius ille qui ſuis locis Danubius dicitur, turbidus & torquens, ideſt voluens arenas flauẽtes, ideſt flaui coloris, & qua Rhodope mons aut rupes thraciæ redit, ideſt ſurſum tendit porrecta, ideſt extenta in medium axem, ideſt in mediam regionem ſeptentrionis. Non dico ſic it pecus, quia paſtores tenent illic armenta clauſa ſtabulis, neq; aut vllæ herbę apparent ſup. in campo, aut vllę frõdes ſup. apparent in arbore. ſed terra iacet informis, ideſt ſine ornatu & varietate formarum aggeribus niueis, ideſt niue aggeſtis cumulis, & alto gelu late, ideſt ampliter & in lõgum ambitum & aſſurgit, ideſt creſcit, ſcilicet gelu aut glacies ſeu nix in ſeptem vlnas, hyems, ſupple eſt illic ſemper & cauri ſpirantes, ideſt efflantes aut flando ꝓducentes frigora ſemper ſupple ſunt illic. Tum ideſt pręterea ſol, ideſt radius ſolaris haud, ideſt nõ diſcutit, ideſt amouet, vmbras pallentes, ideſt pallorem inducentes, quia interdiu non eſt caligo mera ſed pallida lux ex niue & nube mixtim producta, nec, ideſt neq; tunc ſupp. diſcutit vmbras, cum, ideſt quando ipſe, ſcilicet ſol petit altum æthera, ideſt oritur, inuectus. ſ. in hemiſpærium noſtrum equis. ſ. ſuis nec ſupp. tunc cum lauit. i. tingit (ſm opinionem vulgi & eſt præſentis temporis à lauo lauis lauere) currum pręcipitẽ. i. præcipitanter currentem, lauit dico æquore oceani rubro. i. quod rubrum mare ſeu Æthiopicum appellant: quod auſtrũ verſus effunditur, ſed cruſtę. i. fragmẽta glaciei, con-

creſcunt.i.congelant ſubitę in flumine curreti,idq; vt quidã ſentiunt in fundo vbi minor eſt aquarũ motus,& vnda ſuſtinet iam tergo.i.in ſuperficie ſua orbes.ſ.rotarũ,hoc eſt circunferentias & canthos ferratos.i.ferro contra aſperitatẽ & quo firmius currant munitos,illa.ſ.vnda ſupp.fuit prius hoſpita.i.tranabilis,puppibus patulis.i.amplis & ſemper patentibus,& nunc,ſup.eſt hoſpita.i.trãſmeabilis,aut ſupermeabilis,plauſtris.i.vehiculis aut curribus,& ęra.i.inſtrumenta ærea diſſiliunt.i.diſrumpuntur ſubita vi frigoris,ita vt in diuerſa diſſiliant fragmenta,vulgo.i.paſſim,& in pluribus locis,& veſtes indutæ.i.quas homines induti ſunt rigeſcunt.ſ.congelatæ:& ipſi cædunt.i.ſecant ſecuribus vina humida.i.aquoſa aut vapida,aut vina humida cedunt.i.locũ dant,quod parum eſſet,quia vbiq; cęderent,ſed non vbiq; cęduntur ſecuribus vina,& lacunæ.i.receptiones aquarum totæ.i.ad fundum vſq; vertere ſupp.ſe in ſolidam glaciẽ.i.vt vnus ſit globus glaciei nihil fluidę aquę permixtum habens & ſtiria.i.glacies ex ſtillis naſi aut halitus concreta,induruit.i.congelata eſt horrida i.aſpera:barbis.ſ.ſcytharum impexis.i.horridis & incultis.Id autem potius placet q̃ vt de ſtirijs tectorum intelligam.

PIERIVS.

Mæoticaq; vnda.) In Roma.in Medi.& alijs pleriſq; codicibus antiquis.Mæotiaq;,legi:ſed enim Stephano λεγέται τὸ κτητικὸν μαιωτικὸς μαιῶται populi,μαιῶτις palus.In Longobardico.Meotica,ſed abſq; diphthongo,quam ſæpe negligit. Quaq; radit mediũ Rhodope porrecta ſub axem.) Radit,quidem in pleriſq; codicibus etiã diligẽter impreſſis legeris.In antiquiſſimo tamẽ codice.Quaq; redit,legitur,atq; etiam in Mediceo,& id Seruius agnoſcit,ratione etiam adiecta,quod is mons protentus in orientalẽ plagã in ſeptentrionalẽ mox reflectatur. Spirãtes frigora cauri.) In Romano cod.chauri.In Longobardico,chori,vti ſuperius. Cęduntq; ſecuribus humida vina.) Sępe dictum,in antiquis codi.nõ adſpirari huic vocabulo,vmida,cõtra omnium grãmaticorum pręcępta,quod vero Seruius hic humida propter immixtam aquã dictum putat,quę in cauſa ſit,vt gelaſcant vina.Quintilianus vult hoc loco humida vina additum eſſe otioſum epitheton,ſicut dentibus albis. Et totę ſolidã in glaciem vertere lacunæ.) In Romano codice legitur.Et totæ in ſolidam:ſed,ſolidam in glaciem omnino venuſtius eſt.

Pierius.

Interea toto non ſecius aëre ningit:
Intereunt pecudes:ſtant circunfuſa pruinis
Corpora magna boum:confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua:& ſummis vix cornibus extant.
Hos non immiſſis canibus,non caſſibus vllis,
Puniceæ ve agitant pauidos formidine pennæ:
Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem,
Cominus obtruncant ferro:grauiterq; rudentes
Cædunt,& magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus,ſecura ſub alta
Otia agunt terra:congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos:igniq; dedere.
Hic noctem ludo ducunt:& pocula læti
Fermento,atq; acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta Trioni
Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora ſetis.

SERVIVS.

Non ſecius.) Nõ ſegnius q̃ inchoauerat. Pruinis.) Abuſiue niuibus.nã pruina eſt matutini temporis frigus. Conferto agmine cerui.) Coniuncto Cerui enim congregatiõe gratulãtur. Mole noua.) Nimia magnitudine. Caſſibus.) Id eſt retibus.Hinc eſt quod & incaſſum dicimus,ideſt ſine cauſa,quaſi ſine caſſibus:ſine,quibus venatio eſt inanis. Grauiterq; rudẽtes.) Ru enim more ſuo corripuit.vt in ſeptimo,Et ſera ſub nocte rudẽtũ.Perſius pducit,Findor,vt Arcadię pecuaria rudẽ dicas. Specubus.) Artis fuerat ſpecibus quia quarta declinatio in datiuo & ablatiuo pluralibus,u in i,vertit:& ita facit datiuũ pluralẽ vt ab fluctu,his fluctibus,ſed qa pinguius ſonat & melius,ſpecubus dicimus,vnũ tñ nomẽ eſt quod aliter nõ dicimus,vt tribubus. Hic noctẽ ludo ducũt.) Quaſi perpetuitatẽ noctis ſub terris locati ludo concelebrant. Fermento atq; acidis imitãtur vitea ſorbis.) Potionis genus eſt quod ceruiſia nũcupatur,& conſequens eſt vt vinũ per naturam calidum in prouincia frigida non poſſit creari. Septẽ ſubiecta trioni.) Tmeſis.pro ſeptẽtrioni. Gens effrena virum.) Sęua,rectorẽ recuſans. Riphæo Euro.) Scythico vento.Riphęi aũt montes Scythię,vt diximus à perpetuo ventorum flatu nominati.Nam ῥιφὴ græce impetus & ὁρμὴ dicitur,ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. Pecudum fuluis velãtur corpora ſetis.) Rhenonibus.Nam vt Salluſtius dicit in hiſtorijs,veſtes de pellibus Rhenones vocantur.

PROBVS.

Riphæo tunditur Euro.) Euro ſignificat vento,non vtiq; eo qui ab ortu flat,ſed eo,quem aquilonem vocamus.Riphæos montes quidam putauerunt alpes.ſed proprie ſunt Riphęi mon-
Scythiũ tes Scythiæ.Scythium quidam interpretantur lupini colorem,
quidam ibiſcum.

MANCINELLVS.

Interea.) dum congelaſcunt aquæ. Non ſecius.) non aliter,non ſegnius. Ningit.) eſt in ſcythia Riphęum iugum regio aſſiduis obſeſſa niuibus Sol.pruinis,qppe caſus continuarum niuiũ quiddam ibi exprimit,ſimile pruinarum. Torpent.) ſtupent,frigent,rigent,pigri ſunt,mole niuium congerie ac põdere. Noua.) nix enim continue decidit. Caſſibus.) pedicis,laqueis,retibus. Puniceæ.) rubrę,eſt autem venantum mos pennas,tenſis funibus affigere quo cerui pauentes in caſſes decidant.Vnde Ouidius li.xv.meta.ait.Nec formidatis ceruos includite pẽnis.Monte niuis cumulũ. In defoſſis ſpecubus.) Scytharum interius habitantium inquit Soli.aſperior ritus eſt ſpecus incolunt,pocula de inimicorum capitibus moliuntur,amant pręlia,numero cædium honor creſcit. Hic noctem.) legitur & hic noctem. Fermento.) Fermentum à feruore dici volunt q plus vna hora non poteſt contineri,creſcẽdo enim excedit,Plinius libro decimooctauo ait,quàm milij præcipuus ad fermẽta vſus è muſto ſubacti,in annuum tempus nunc fermentum fit ex ipſa farina,quæ ſubigitur,prius q̃ addatur ſal ad pultis,modum decocta & relicta,donec aceſcat,dicunt alij,quod propter acorem cum ſorbis etiam acidis mixtum fermentum vini quẽdam ſaporẽ reddit.Idem Plinius libro decimoquarto ſcribit quod fit vinum fictitium è piris,malorumq; omnibus generibus è cornis,meſpilis,ſorbis,moris,ficis,nucleis,pineis,&c.libro decimoquinto.ait,quod ſorbis ineſt vini ſapor,quibuſdam vero ſpẽs,acri odore,& ſuauitate iucunda. Hyperboreo.) de hyperboreis videto ſuperius. Septem ſubiecta trioni.) Tmeſis figura eſt,caue temeſis di- Tmeſis
cas cum,e,poſt,t,ſed latius videto in noſtro carmine figurarum. Riphęo euro.) i.vento,non vtiq; eo qui ab ortu flat,ſed eo quẽ aquilonẽ vocamus,Probus,de Riphęo iugo iam diximus. Fuluis ſetis.) fuluus color,videtur de ruffo,atq; viridi mixtus,inqt Fuluus color.
Gel.lib.ij.ca.xxij.in alijs plus viridis,in alijs plus ruffi habere,ſic poeta fuluam aquilam dixit,& fuluum aurum,& arenam fuluã,& fuluum leonem,ſcythiæ autem,vt Iuſtinus lib.ij.docet,pellibus tantum ferinis ac murinis vtuntur.

ASCENSIVS.

Interea &c.) Proſequitur inſtitutum docẽs qualem vitam degant Scythæ cæteriq; frigidæ zonę in ſeptentrione vicini,oſtendẽs adhuc vim frigoris,ac dicens.Interea.ſ.dum ſic congelaſcũt aquæ ningit,ideſt nix cadit,non ſecius.i.non minus aut ſegnius,cum tamen in ſummo frigore alibi non ningat toto aere,ita vt totus niue caliginoſus ſit,pecudes intereunt.i.emoriuntur frigore.ſ.& inedia,& magna corpora boum,ſtant.i.rigeſcunt circunfuſa pruinis,& cerui torpent,ideſt pigritantur,& conſtringuntur,frigore,noua mole.ſ.non corporis,ſed niuium,& glaciei,& hoc agmine conſerto,quia agminatim paſci,& vagari cupiunt cerui,& extant.i.eminẽt & extra niues apparẽt vix ſummis cornibus,& ipſi ſcythæ non agitant,ideſt venantur & perſequuntur,hos,ſ.ceruos pauidos,ideſt naturaliter timidos canibus immiſſis,& non agitant hos vllis caſſibus,ideſt retibus ve pro vel,formidine pennæ puniceæ,ideſt rubri coloris,quam funibus tenſis affigunt vt cerui territi & in neutram partem declinãtes recta in caſſes incidant,ſed ipſi obtruncant ferro cominus,ideſt de prope q̃ſi conſerta manu,ſupple ceruos trudentes,ideſt impellentes pectore,fruſtra:quia propellere nequeũt montẽ.i.niuis cumulũ oppoſitũ & cędunt.i.occidunt ceruos rudentes grauiter & ipſi lęti reportant eos ſup.cũ magno clamore,& ipſi.ſ.qui hæc faciunt ſcythæ,

thæ, agunt ocia ſecura ſub alta terra in ſpecubus, ideſt antris & ſpeluncis defoſſis, & aduoluere foſſis robora, ideſt truncos arborum, congeſta, ideſt accumulatos, & dedere igni tota, ideſt integras vlmos, ideſt arbores illas, & ipſi ducunt hic, ideſt in huiuſmodi ſpecubus ante ignem, noctem, ideſt tempus caliginoſum ludo, ideſt ludendo & ipſi læti imitantur pocula vitea, ideſt potum quem vitis profert hoc eſt vina, frumento atque ſorbis, ideſt fructibus illis acidis, ideſt habentibus ſuccum acidum ſaporem vini vtcunq; imitantem. Gens effrena, ideſt genus ſylueſtre, & ſine freno honeſtæ conuerſationis vagans: virum, ideſt virorum, ſubiecta ſeptentrioni, hyperboreo, ideſt ſuper quem boreas flat tunditur, ideſt feritur & concutitur, euro, ideſt vento Ripheo, ideſt Scythico à Ripheis montibus flante, & ſupp. ipſi (aut quia collectiuum eſt nomen, gens dedit illi plurale) velantur corpora, ideſt habent corpora non decenter veſtita, ſed velata & tecta, ſetis, ideſt duris pilis fuluis, ideſt fului coloris, quales ſunt ceruorum, ſed dicit pecudum, de ouibus intelligens, quarum lanæ ſubruffæ illic ſunt, ex nimium aquis corrupto candore, poſſemus tamen & ceruum pecudem dicere, cum pecus ſit quicquid animalium humana caret effigie.

PIERIVS.

❡ Non ſecius aere ningit.) In antiquioribus omnibus, ninguit, vnde ninguidus Lucretio & alijs veteribus, Capro reclamante. ⸿ Confertoq; agmine cerui.) In Ro. codice confecto legitur. In Mediceo, & alijs omnibus antiquioribus, conferto, vt ſepe legere eſt apud hiſtoricos, confertum agmen, confertiſſimos hoſtes, & confertum opus, quod ita denſum eſt, vt coniunctũ videatur. ⸿ Formidine pennę.) In Ro. pinnę more ſuo contra Capri ſententiam. ⸿ Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem.) In Roma. co. Et fruſtra. ⸿ Congeſtaq; robora totas aduoluere focis vlmos.) Totas, abſq; particula copulatiua in multis veteribus codicibus legitur. Sed in Romano in Mediceo & in Longobardico, totasq; legitur, quę lectio & eruditior eſt, & elegãtior, Item in antiquiſſimo atuoluere, per, t, loco, d, vt pleraq; alia quæ vltro præterimus. ⸿ Et pecudum fuluis velantur corpora ſetis.) In Roma. codi. velatur, numero vnitatis habetur, vt cũ eo quadret, quod ſuperius eſt. Tunditur. In altero etiam peruetuſto, velatur: legere erat: ſed altera inde manu, n, ſuperaddita.



Si tibi lanicium curæ, primum aſpera ſylua,
Lappæq; tribuliq; abſint: fuge pabula læta:
Continuoq; greges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quanuis aries ſit candidus ipſe)
Nigra ſubeſt vdo, tantum cui lingua palato,
Reijce: ne maculis infuſcet vellera pullis
Naſcentum: plenoq; alium circunſpice campo:
Munere ſic niueo lanæ (ſi credere dignum eſt)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu aſpernata vocantem.
At cui lactis amor: cythiſum lotosq; frequentes
Ipſe manu, ſalſasq; ferat præſepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendunt:
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primaq; ferratis præfigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere, horisq; diurnis,

SERVIVS.

❡ Si tibi laniciũ curę.) Et hæc lana dicimus, & hoc laniciũ: ſicut fuga & effugiũt. Qđ autẽ dicit oues lanę cã non debere pingueſcere, phyſicũ eſt. Oẽ. n. pingue aĩal caret pilis: quod hirſutũ efficit macies. ⸿ Lappæq; tribuliq;.) A qbus rebus lana decerpitur. ⸿ Villis lege mollibus albos.) Lana. n. alba ꝓtioſior eſt, quippe ſuſceptura aliũ quẽlibet colorem. Quod autẽ hic per tranſitũ tangit, in alijs plenius legitur, maritum pecoris, & cornu & vngulis & palato albũ eſſe debere. Alioquin licet ſit candidus lanis, conſtat ex eo pullos nigros creari. ⸿ Aries ſit cãdid⁹ ipſe.) Bene addidit Ipſe, quaſi q aut dñs gregis eſt, aut q antea pro damno capitali dari cõſueuerat. Nam apud maiores, homicidij pœnam noxius, arietis dãno luebat: quod in regum legibus legitur. ⸿ Pullis.) Nigris. ⸿ Vdo palato.) Semper humido. Alibi, Et vdę vocis iter. ⸿ Reijce.) Reij: aut quaſi monoſyllabũ produxit licenter: aut vt ſupra diximus, quia cũ faciat reieci, I pro duplici habetur, & reij efficit longã Ideo & in alijs modis præſumit ſibi ꝓductionẽ. ⸿ Munere ſic niueo lanę.) Mutat fabulã. Nã non Pan, ſed Endymion amaſſe dicitur Lunã: qui ſpretus pauit pecora cãdidiſſima, & ſic eã in ſuos illexit amplexus: cuius rei myſticam volunt quandã ſecretã eſſe rõnem. ⸿ Si credere dignũ eſt.) Tantum de Luna ſacrilegium.

Nocte premunt:quod iam tenebris,& ſole cadente,
Sub lucem exportant calathis(adit oppida paſtor)
Aut parco ſale contingunt;hyemiq; reponunt.

¶Salſasq; ferat pſepibus her-
bas.)Et vt multũ potãtes,red
dant plurimũ lactis,& ipſum
lac non ſit fatuũ,ſed habeat ſa
lis occultũ ſaporẽ.i.vix intelli
gibilẽ & nõ ſtatim apparentẽ.¶Excretos.)validiores.¶Ferratis
capiſtris.)i.duris.¶Nocte pmũt.)Cogunt in caſeos.¶Calathis.)
Vaſis ęreis:in qbus lac vel recẽs caſeus in vrbe diſtrahitur.¶Aut
parco ſale.)Aut modico ſale:aut re vera parco.i.ſeruatori:quia
oẽ in quod mittitur ſeruat.Nam & homo frugi,parcus vocatur.
Aut certe parco dixit pro parce,vt ſit nomen pro aduerbio.

PROBVS.

¶Munere ſic niue.c.t.l.f.In nemora al.vo.n.tu.)Pan Mercurij
filius cum lunã concupiſſet,& haberet optimum pecus poſcente
ea partẽ pecoris ꝓ cõcubitu dicitur pollicitus,& duas ptes feciſ-
ſe gregũ quarũ alterã candidioꝝ,ſed lanæ craſſioris,lunam decę-
ptam candore deterius pecus abduxiſſe,vt poeta ſignificat.

MANCINELLVS.

¶Laniciũ,lana ipſa,vt effugium pro fuga.¶Aſpera ſyl.)Colu.ét
lib.viij.c.iij.ait,ſequeris autem noualia non ſolum herbidas ſed
quę olerum,quę vidua ſunt,ſpinis,nã quotidie minuitur lana,q̃
quanto prolixior in pecore cõcreſcit,tanto magis obnoxia eſt ru
bis,quibus velut hamis,inuncata à paſcentium tergoribus auel-
litur:molle vero pecus ẽt velamen,quo protegitur,amittit atq;
id nõ paruo ſumptu reparat,Facit itẽ vt ait Varro.ſcabras oues.
¶Tribuliq;.)de ijs videto lib.j.Geor.¶Pabula lęta.)pecora.n.cũ
pinguia ſunt plurimũ aſſumunt nutrimenti,hinc plures pilos ha
bent,& craſſiores,cum gracilia tenues ab exiguo nutrimento,ſi-
qdẽ pilus ſuperfluit:eſt author Alexãder Aphrodiſeus.¶Greges
albos.)color.n.albus,vt ſcri.Colu.li.viij.tum optimus eſt,tum
etiam vtiliſſimus,ꝙ ex eo plurimi fiunt.¶Greges albos.)Varro
lib.ij.c.ij.ait,ꝙ ouem eſſe oportet corpore amplo,quę lana mul
ta ſit,& molli,villis altis & denſis toto corpore.maxime circum
ceruicem,& collum,ventrem quoq;,vt habeant piloſum,itaq;
quę id non haberent,maiores noſtri Apica appellant,eſſe opor-
tet cruribus humilibus,caudis obſeruare vt ſint in Italia ꝓlixis
Ouium forma. in Syria breuibus,vt agnos procreent formoſos.¶Nigra ſubeſt.)
idem Varro ibidem ait,ꝙ arietes ſint frõte lata,veſtiti bene,intor
tis cornibus,pronis ad roſtrum grauibus oculis lana opertis,au
ribus amplis,pectore & ſcapulis & clunibus latis,cauda lata &
longa.Animaduertẽdũ quoq; lingua ne nigra aut varia ſit,quod
fere,qui eam habent,nigros,aut varios procreant agnos,Lanæ.
Pan Mercurij filius cum lunam concupiſceret,& haberet opti-
mum pecus,poſcente ea partẽ pecoris pro concubitu,dicit pol-
licitus & duas partes feciſſe gregis,quarum alteram candidiorẽ,
ſed lanæ craſſioris.Lunã decæptam candore,deterius pecus ab-
duxiſſe poeta ſignificat.Probus autho.Cũ itaq; luna albũ pecus
elegerit,oſtendit Poeta multo præſtantius album lanicium eſſe
omnibus alijs.Poteſt etiam illud accipi,ꝙ luna candore lanę du
cta arietem album elegerit,decęptaq; fuerit,cum illi nigra lin-
gua ineſſet,qua totum poſtea gregem maculauit,De Pane aũt la
tius in Buco.& lib.j.Geor.¶Cytiſum.)latius in Buco.Varro autẽ
lib.ij.c.ij.ait,ꝙ maxime cytiſus,& medica pingues faciunt facilli
me,& generant lac.¶Lotosq; frequẽtes.)de loto herba intelligit
quæ faba græca appellatur à noſtris,vt Pli.docet lib.xxiiij.ca.ij.
¶Excretos hœdos.)fere ad quatuor menſes à mãma non diſiun
guntur agni:hœdi tres,porci duos.Varro lib.ij.prohibet ne lac
exhauriatur ab eis.Vnde Colu.li.viij.c.iij.ait,ꝙ teneri agni dum
adhuc herbę ſunt expertes lanio tradendi,quoniã & paruo ſum-
ptu deuehuntur,& his ſummotis fructus lactis à matribus non
minor percipitur.Quod ſurgente die mulgẽt,vere ad caſeum fa-
ciendum,mane,alijs temporibus meridianis horis,tametſi pro-
pter loca & pabulum diſparile non vſq; quaq; idẽ fit.Varro li.ij.
¶Nocte præmunt.)quo pacto caſeus præmendus eſt,& ſaliẽdus
legito latius Colu.lib.viij.c.viij.¶Sub lucem.)ante lucem.¶Ca-
lathis.)in fiſcellas,aut calathos vel formas transfertur caſeus,qa
maxime refert primo quoq; tempore ſerum percolari,& à con-
creta materia ſeparari.Idem Colu.author eſt.¶Parco ſale.)ideſt
mediocri,nec nimio,ſcribit.n.Colu.quod nimio ſale caſeus ſal-
ſus fit,& vitio aſcribitur.Poteſt dici etiam parco ſale.i.ſaluato-
rio,

rio,nam vt ſcri.Macro.lib.ſat.
vij.natura ſiccus,& calidus eſt
& fluxum corporis calore cõ-
trahit,humorem vero ſiccita-
te vel coercet vel exorbet.Et
Varro præterea ſcrib.lib.ij.quod qui aſpergi ſolent ſales,melior
eſt foſſilis quàm marinus.

ASCENSIVS.

¶Sit tibi &c.Reddit ad inſtitutum à paſtoribus ad rem eoꝝ tran
ſiens,oſtendens quõ & plurimam,& ſane albam lanam habere
poſſint paſtores ſi vellera conſeruentur ne vepribus diſtrahãtur,
& ſi agnorum generatio à mere candido ariete fiat.deinde docet
quomodo copia lactis cõparabitur,& qd ex eo facient paſtores.
¶Ordo eſt,ſi laniciũ.i.lana aut vilitas & exercitiũ lanarũ eſt tibi
curę primum,ſylua aſpera.i.dentoſa & ſpinoſa,vt vepres,ſpinę,
& lappę & tribuli.i.herbę aſperę abſint.ſ.à paſcuis ouium,& fu-
ge pabula lęta.i.nimis pinguia aut pingues facientia & lege con-
tinuo.i.ſtatim à prima ætate eorũ aut à prima cuſtodia tua,gre-
ges albos villis.i.velleribus aut globulis lanarum mollibus,aũt
pro ſed,reijce.i.repelle illum.ſ.arietem admiſſarium cui tantũ.i.
tantũmõ lingua ſubeſt.i.occulte eſt nigra ſub palato hudo quã-
uis ipſe aries.i.exterior facies eius tota ſit candidus.i.cum cando
re albicans,reijce dico ne infuſcet.i.fuſca faciat & denigret,velle-
ra naſcentum.ſ.agnorũ,maculis pullis.i.ſubnigris,& circũſpice.i.
circũſpiciendo delige aliũ.ſ.arietem,in campo pleno vbi.ſ.ex oĩ
parte eũ inſpicere potes,aut ex pleno grege in campo exiſtẽte.Vt
aũt ſciamus quantũ pecus albũ eligendũ ſit docet,quia etiam lu-
na eius capta deſiderio pani conſenſit,aut vt ſciamus quã diligen
ter inſpiciendum ſit ne macula ſubſit docet,quia etiam luna quæ
ob arietem album ſui copiam fecerat à pane decæpta eſt,vnde di
cit.O luna Pan deus Arcadię feſellit te captã munere lanę.i.arie-
te lanigero niueo.i.valde cãdido,feſellit dico ſic.i.per hoc ꝙ ſub-
erat macula nigra palato vocans te in alta nemora,vbi.ſ.tui co-
piam facias arietẽ candidum in mercedẽ recęptura,nec tu aſper-
nata es vocantẽ.i.etiam ſecuta es ſi dignum eſt credere,quod pru
denter addit quia poeticum eſt figmentũ,nec cum decoro lunæ.
At.i.ſed ille cui amor.i.cupiditas lactis.ſ.habendi eſt ferat præſe-
pibus.i.ad pręſepia,cytiſum fruticem illum dulcẽ & ſuccoſum,
& lotos.i.frondes loti frequenter.i.frequenter adhibitas,& her-
bas ſalſas.i.ſale aſperſas quia.ſ.oues & cęterę pecudes amant ma
gis hinc.i.ex ſale aut ſalſis herbis,fluuios.i.frequentius potãt vñ
plus lactis habent,ac tendunt.i.diſtendunt magis hubera & refe
runt in lacte occultum ſaporem ſalis,quia lac eſt ſapidius.Multi
prohibent.i.arcent,hœdos excretos.i.maiuſculos & validiores
vt trimeſtres,à matribus.i.ablactant eos,& præfigũt prima ora
i.extrema labra capiſtris ferratis.i.ferro vt clauis munitis vnde
ſurgere volentes matrẽ lædant,& ſupp.multi aut paſtores pre-
munt.i.coagulant & in formam caſei conſtringunt,quem à for-
ma nonnulli formaginẽ appellant,vnde eſt gallicum vocabulũ,
premunt ergo nocte.i.ante lucẽ illud.ſ.lac(vnde in Buco.& preſ
ſi copia lactis)quod mulſere.i.mulgẽdo extraxere,die.i.luce aut
ſole ſurgente,& horis diurnis.ſ.ad meridiẽ ſic vbi ter mulgeant,
& exportant ſub.i.ante lucem calathis.i.vaſculis vimineis in qui-
bus formam caſei accæpit illud.ſ.lactis quod mulſere ſup.iam te
nebris ſup.exiſtentibus aut ingruentibus & ſole cadente,paſtor
adit oppidã.ſ.vt vendat,vnde in Buco.& ingratę premeretur ca-
ſeus vrbi &c,aut ſupp.paſtores contingunt.i.reſpergunt lac preſ-
ſum ſale parco.i.conſeruatiuo aut modico:& reponũt.i.reſeruãt
repoſitum,hyemi.i.ad hyemem aut hibernum tẽpus,in quo nõ
omnes copiam lactis habẽt,vnde per excellentiam dicit ille.Lac
mihi non æſtate nouum non frigore deſit.

PIERIVS.

¶Si tibi lanicium curæ,primum aſpera ſyua.Lappęq; tribuliq;
abſint.)In Ro.co.lanitium,per t,ſilua per i,latinum,& triboli,
per o,in pene vltima.Neq; pręterierim illud,quod Laberius la-
nitia lanitiæ genere fœminino vſus eſt.Nihil refert molle,è lani
tia attica,an pecore ex hircoꝝ,veſtitum geras.¶Lotosq; frequen
tes Ipſe manu ſalſasq; ferat præſepibus herbas.)In Roma.& in
Medi.codi.ille manu ſalſasq; ferat.ſ.cui lactis amor:q̃uis ipſe,
maioris eſſe ponderis diligentiorisq; curæ videatur.

SERVIVS.

¶Nec tibi cura canum fue-
rit.)Liptotes,pro magna ti-
bi cura ſit canũ.¶Poſtrema.)
Vilis.¶Veloces ſpartæ catulos
acremq;,

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema:ſed vna.
Veloces Spartæ catulos:acremq; moloſſum
Paſce ſero pingui:nunquam cuſtodibus illis

acremq; moloſſum.In illis
velocitas,in his fortitudo lau
datur.Sparta autem Laconiæ
eſt ciuitas.Molloſſia ciuitas
Epiri.¶Paſce ſero pingui.)Aq̃
lactis,

Nocturnum ſtabulis furem, incurſusq; luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros
Latratu turbabis agens: monteſq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

lactis, quæ pingues efficit canes. ☞ Nocturnum furem.) Noctis opportunitatem captantem. Fur autē à furuo dictus eſt, ideſt nigro. Nam noctis vtitur tēpore. Horatius, Quam pene vidim⁹ furuę regna Proſerpinæ. Aut certe à græco venit. nā fur φὼρ vocatur. ☞ Iberos.) Abactores. fere enim Hyſpani oēs acerrimi abactores ſunt. ☞ Onagros.) Agreſtes aſinos. Et eſt laus canum. ☞ Sępe volutabris ſylueſtribus.) Volutabra, loca ſunt in quibus ſe apri voluunt. Sylueſtribus aūt ideo, quia & circa caſas eſſe, & in ciuitatibus poſſunt.

PROBVS.

❡ Iberi.) Hiſpani à flumine Ibero.

MANCINELLVS.

❡ Cur. c.) canes, vel in primis mercari, tueriq; debet agricola, quod & villā & fructus familiamq; & pecora cuſtodit, nā quis hominum clarius, aut tanta vociferatione beſtiam vel furē prædicat q̄ canis latratu? quis famulus amantior domini, quis fidelior comes, quis cuſtos incorruptior quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? quis deniq; vltor, aut vindex conſtantior, hęc ex Colu. lib. viij. ☞ Spartę catulos.) Varro quoq; laudat Lacones, & epiroticos, de ſparta vide ſuperius, & de Moloſſis epiri populis. ☞ Paſce ſero pingui.) Colu. li. viij. ſcri. Canes hordeacea farina cū ſero cōmode paſci ſine farreo, vel triticeo pane, admixto tamē liquore coctę fabæ: ſed tepido: nam feruens rabiē creat. ☞ Impacatos Iberos.) abigeos intelligit. & pecorum fures, poſuit enī Iberos ob ſimiles mores. Vnde cantabros, & vicinas illis gentes latrocinia exercentes Cæſar Auguſtus oppreſſit & qui Romanorū ſociorum prædones erant, poſtea pro Romanis rei militari ſeruierunt. Coniaci videlicet, & qui Iberi amnis fontes incolūt. Labitur autem Iberus à cantabris, è meridie ortum habens per magnum camporum ſpacium, Strab. author lib. iij. de Hiſpania vbi etiam ſcribit ꝙ eandē, & Iberiam & Hiſpaniam nominat. ☞ Onagros aſinos ſylueſtres. Onos. n. aſinus & aſina dicitur. Agros aūt agreſtis

agreſtis imitis. ferox, onagri in phrygia, & lycaonia præcipui, pullis eorum, ceu pręſtantibus ſapore Aphrica gloriat̃, quos falſiões appellāt, Pli. li. viij. ☞ Volutabris.) lacunis cœnoſis, vbi ſe volutāt. ☞ Agēs.) perſequens.

ASCENSIVS.

❡ Nec tibi cura ca. &c.) Poſt boum, equorum, ouium, & caprarum deſcriptionē tranſit ad canes quos dicit curādos & diligēter nutriēdos, ſunt. n. paſtoribus magno vſui. ❡ Ordo eſt. Nec cura canum fuerit tibi. ſ. paſtori, poſtrema. i. minima & vltimo loco habenda: ſed paſce vna. i. ſimul veloces catulos ſpartæ, ideſt Laconiæ, & Moloſſum. i. canē Epiroticum acrem. i. ſtrenuū ad venatum & cuſtodiam pecoris, paſce ſero. i. liquore à caſeo aut lacte defluēte pingui. i. quo pingues fiunt canes, tu nunq̄ horrebis. i. cum horrore expauebis, illis cuſtodibus. i. cuſtodientibus pecus tuum non horrebis dico ſtabulis. i. pecori tuo in ſtabulis exiſtenti. (Eſt autem datiui caſus nam ſicut timeo & metuo tibi aduerſitatem dicimus, ita & horreo) furem nocturnum. i. noctu adorientem, & incurſus luporum qui nocte graſſantur, aut nunq̄ horrebis à tergo. i. per inſidias gregē quē minaueris in ſequentes iberos. i. illos populos Hiſpaniæ, impacatos. i. impacabiles, quia abigei & fures nunq̄ pacati ſunt, licet diſſimulēt, quādiu quod furentur habeas. Tu etiam agitabis canibus curſu. i. ſequēdo cū eis onagros. i. aſinos ſylueſtres, timidos. ſ. ex natura, & tu venabere canibus leporem, & damas, & tu agēs. i. perſequēs apros. i. porcos ſylueſtres pulſos ex volutabris. i. locis cœnoſis in quibus obuolui ſolent ſylueſtribus. turbabis ſup. eos ne infeſtent ſegetē aut pecus tuū latratu. ſ. canum, & premes. i. compelles clamore. ſ. tuo cū latratu canū ad retia. ſ. tenſa, per altos montes ceruum ingentē. i. valde magnum & ita conſtat canes per quam vtiles non negligenter: curandos eſſe.

PIERIVS.

❡ Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros, latratu turbabis, agens.) In Romano codice, ſcriptum eſt. Latratu terrebis: ſed enī turbabis, pleniorem ſententiam reddit.



Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum:
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit.
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ,
Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere virus,
Fouit humum. cape ſaxa manu, cape robora paſtor:
Tollentemq; minas, & ſibila colla tumentem

SERVIVS.

❡ Odoratam ſtabulis.) Pro odoriferam. & loquitur de ſerpētum remedijs, q ingreſſi tecta, animalibus nocēt. ☞ Agitare.) Perſequi. ☞ Graui nidore.) Serpentibus. ſ. noxio. ☞ Galbaneoq.) Galbanū ſpēs eſt multis apta medicaminib⁹. ☞ Chelydros.) Chelydri dicti ſunt quaſi cherſydri: qa in aqs & in terris

terris morātur. Nam χέρσον dicimus terram. ὕδωρ autem aquā. ☞ Aut mala tactu.) Quæ & tacta nocet, & eſt pernitioſa dum tangit. Vipera autē ſpecies eſt ſerpentis, quæ vi parit. nam corroſis eius lateribus exeunt pulli cum matris interitu. Lucanus, Viperei coeunt abrupto corpore nodi. ☞ Cœlum exterrita fugit.) Gaudet

Deijce:iamq; fuga timidum caput abdidit alte:
Cum medij nexus,extremæq; agmina caudæ
Soluuntur:tardosq; trahit ſinus vltimus orbes.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis,
Squamea conuoluens ſublato pectore terga,
Atq; notis longam maculoſus grandibus aluum.
Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus,& dum
Vere madent vdo terræ,ac pluuialibus auſtris:
Stagna colit:ripiſq; habitans,hic piſcibus atram
Improbus ingluuiem,ramiſq; loquacibus explet.
Poſtquam exhauſta palus,terræq; ardore dehiſcunt:
Exilit in ſiccum,& flammantia lumina torquens
Sæuit agris,aſperq; ſiti,atq; exterritus æſtu.
Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos
Neu dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas:
Cum poſitis nouus exuuijs,nitiduſq; iuuenta
Voluitur,aut catulos tectis,aut oua relinquens
Arduus ad ſolem,& linguis micat ore triſulcis.

tectis, vt ſunt ἀγαθοὺς δαίμονας, quos Latini genios vocant. ¶ Fouit humum.) Amplexa terram eſt in qua poſſit latere. ¶ Timidum caput abdidit alte.) Cui timet. Nam vt dicit Plinius, ſerpentis caput etiam ſi cum duobus euaſerit digitis nihilominus viuit. ¶ Agmina caudæ.) Motus. Et hoc dicit, Cæde ſerpentem donec caudæ volubilitas conquieſcat. ¶ Squamea conuoluens ſublato pectore terga.) Id eſt erectus: quod ad expreſſionem generis ſerpentis poſuit. Alij enim repunt toto corpore. Alij eriguntur corporis parte. Lucanus, Et contentus iter cauda ſulcare parias. ¶ vdo vere.) Alibi, Cum ruit imbriferum ver. ¶ Improbus.) inſatiabilis. ¶ Ingluuié.) Vétris capacitatem. ¶ Ranis loquacibus.) Clamoſis. Loquacibus ideo, quia ex hominibus factę ſunt, vt dicit Ouid. ¶ Aſperq; ſiti.) Sallu. Quod genus, ſiti magis quàm alia re accenditur. ¶ Mihi.) Cuicũq;. vt, Non illa quiſquam me nocte per altum Ire. ¶ Nitiduſq; iuuenta.) Pelle enim depoſita redit ad ætatem priorem. ¶ Catulos.) Abuſiue dixit. Nam catuli proprie ſunt canum.

PROBVS.

¶ Galbani.) medicaméti genus. ¶ Calabria.) Regio in qua Brunduſium eſt oppidum.

MANCINELLVS.

¶ Cedrum.) De cedro videto libro ſecundo Georgico. Prætera Plin. libro. xxiiij. ſcribit quòd cedri ſcobe ſerpentes fugari certum eſt. item baccis tritis cum oleo, ſi qui perungantur. ¶ Galbaneo nidore.) dat Galbanum ſyria in Amano monte ſincerum, ſi vratur, fugat nidore ſerpentes fugiunt & perunctos galbano ſerpentes oleo: & ſpondilio mixto tactu necat. Plin. libro duodecimo & libro xxiiij. Columella autem libro. vij. cap. quarto ait, quòd muliebrium capillorum, aut ceruinorum cornuum ſæpius vſtorum odor non patitur ſtabulis ſerpentes conſiſtere nidore, odore. ¶ Chelidros.) ſerpen. Chelidris autem Calabria frequentiſſima eſt: vt ſcrib. Solin. ¶ Vipera.) Serpentum. vipera ſola terra dicitur condi, cæteræ arborum, aut ſaxorum cauis, in coitu viperæ mas caput inſerit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine, author Plin. libro octauo. Ariſtote. vero in libro de animalibus ait: quòd ſerpentes vini incontinentes ſunt, perinde viperas aliqui vino cum fictilibus ad ſepes diſpoſito venantur, ebriæ enim capiuntur. ¶ Iamq; fu.) Ordo eſt. & iam, id eſt nunc cum iam medij nexus, id eſt motus impetus & reuolutiones extremæ caudæ ſoluuntur: extenduntur, & vltimus ſinus, id eſt curuatura trahit tardos, id eſt pigros orbes, id eſt ſphæras & reuolutiones. ¶ Fuga.) id eſt fugæ loco alte abdidit timidum cap. demum, ſenſus eſt, quòd percuſſus ſerpens quando diſſoluit nodos & elongantur, trahitq; ægre vltimas curuaturas loco fugæ caput abſcondit propter quod innuit Maro, vt caput ipſum opprimere debeamus. ¶ Calabris.) Calabria Italiæ pars eſt, in qua Brunduſium, hidrus mons, tum ſalétini campi: vt Mela ſcri. græci teſte Plin. lib. iij. Meſapiam à duce appellauere, & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre. ¶ Anguis.) de Chelidro intelligit, vt diximus. ¶ Vere hudo.) hoc declaratum eſt libro. j. Georgi. ibi, Preſertim incertis ſi méſibus amnis abúdãs Exit &c. ¶ Atrã.) obſcurã, ſeu nigram. vt Nonius ait. ¶ Ingluuiem.) gulam. ¶ Improbus.) i. ſæuus: authore etiã Nonio, ne mihi legitur, & nec mihi in antiquis.) Sub dio.) Aſconius ſuper librum tertium Verrinarum ait, ſub dio, id eſt ſub cœlo. Cœlum græci tondia dicũt. nõ igitur patet errare illos, qui ſub diuo dicunt cum u. ¶ Molles.) iucũdos. ¶ Neu dorſo.) ne libeat inquit reſupinum iacuiſſe per herbas nemoris, caue dorſo nemoris legas. ¶ Micat.) Micare eſt hoc loco per vices ſine ordine mouere, vt docet Nonius, alibi vero fulgere, vt micat ignibus æther. Quando etiam eſt ſortiri digitis M. Tul. lib. iij. offi. Dignum eſſe ducunt, qui cum in tenebris mices &c. ¶ Linguis triſulcis.) lingua nõ omnibus eodem modo tenuiſſima ſerpentibus, & triſulca. Pli. lib. xj.

Galbanum. Vipera. Calabria. Sub dio Micare.

ASCENSIVS.

¶ Diſce & odoratã &c.) Poſt vtilium animalium educationem & cuſtodiam cõgrue docet nocentium depulſionem, & præcipue ſerpentũ, qui pecoribus ſæpe moleſti ſunt. ¶ Ordo eſt. diſce accendere ſtabulis cedrum. illam arborem, cuius etiam ſcobe, id eſt minutiſſimis particulis, quæ à ſcobina ſeu lima, aut ſerra decidũt: ſerpentes fugantur, odoratã, id eſt odoriferam & magnos odores à ſe demittentem, cuius ſucco illita à carie conſeruãtur, diſce agitare, id eſt profligare, chelidros, id eſt ſerpentes tam in terris quàm in aqs verſari ſolitos: graues. i. moleſtos agitare dico nidore, id eſt graui, & fumoſo odore, galbaneo. i. galbani fruticis in ſyria in amano monte plurimum naſcentis, nam aut vipera ſerpens venenatiſſimus vi pariens mala, id eſt nociua tactu. i. dum tangitur, delituit. i. occulta latuit ſæpe ſub præſepibus immotis. i. ſub quibus fimus, & immundiciæ diu iacuerunt immotæ, & ipſa exterrita. ſ. à conſpectu hominum aut lucis fugit cœlum. i. aerem perſpicuum, aut coluber. i. ſerpẽs oblongus aſſuetus ſuccedere. i. locum capere ſub tecto & vmbra appoſitorie, exiſtens peſtis boum acerba & ſup. aſſuetus aſpergere pecoris virus: fouit humum. i. incubat terrã quam amplexus eſt, ò paſtor qui talem offendis cape ſaxa manu cape robora. i. ligna dura & deijce, id eſt deorſum iaciendo ſaxum aut deprimendo caput eius iactu tuo occide ſup. ipſam viperam aut ipſum colubrum tollentem. i. erigentem iras. i. collum & caput iratum, & tumentem colla. i. habentem colla ſibila. i. ſibilantia tumentia: iamq;. i. & iam cum. i. quando ipſe abdidit alte. i. profunde fuga, id eſt fugę loco, aut dum fugere tentat caput timidum. i. cui præcipue timet, & cum medij nexus. i. reuolutiones & collectiones in annulos, & agmina. i. circuli qui inuicẽ aguntur extremæ caudæ ſoluuntur. i. quando caput abditur & media mẽbra diſſoluũtur ab extremis & explicando ſic mẽbra ſua fingit ſe ſerpẽs mortuũ & vltimus ſinus. i. vltimus annulus aut ſpira trahit iam extremos orbes ita vt non videatur ſe amplius moturus: tunc ſup. deijce caput quod fuga abdidit: quia capite ſaluo cætera mẽbra facile conglutinauerit. Eſt etiam ille anguis, id eſt notiſſimus & cuius iam meminit. ſ. chelidrus, malus. i. nociuus in ſaltibus calabris, id eſt calabriæ regionis Italiæ vbi primus eſt conuoluens, id eſt complicãs terga ſquamea. i. ſquamoſa pectore ſublato. i. erecto atq; maculoſus aluum longam. i. habens aluum longam ſeu ventrem longum maculoſam, ſeu maculoſum grandibus notis, id eſt maculis, qui. ſ. anguis, dum, id eſt quandiu vlli amnes rumpuntur, id eſt defluunt fontibus, id eſt per fontes, & dum terræ madent vere hudo, id eſt irriguo & auſtris. i. ventis illis pluuialibus, id eſt quandiu riuos & aquas offendit in campis & pratis, colit, id eſt habitat & frequentat ſtagna, id eſt aquas ſtagnantes aut ſtantes, & ipſe improbus, id eſt inſatiabilis habitans, ſcilicet hic in ripis explet atram ingluuiem, id eſt voracitatem gulæ, ſcilicet ac ventris capacitatem fœdam piſcibus & ranis loquacibus. i. querulis, vt prius dictum eſt, ſed poſtquam palus exhauſta. ſ. calore ſolis & terræ dehiſcunt, id eſt finduntur & fatiſcunt ardore, ipſe exilit, id eſt extra paludes, & lacus ac ſtagna ſalit in ſiccum, & ipſe torquens, id eſt inuoluens lumina flammantia, id eſt oculos ignitos ſæuit, id eſt ſæuitiam & ferocitatem ſuam exercet agris, exiſtens aſper, id eſt irritatus & infeſtus ſiti, id eſt propter ſitim, atq; exercitus æſtu, id eſt vehementi ardore ne libeat, id eſt nolim libeat, id eſt libido ſit mihi aut cuicunq; alteri carpere mollis ſomnos, id eſt ſecuram dormitionem ſub dio, id eſt ſub Ioue, id eſt ſub aere aut cœlo, neue iacuiſſe in dorſo, id eſt in margine nemoris in vmbra, ſcilicet per herbas. Mancinellus tamen vult, nec refragor ſic conſtrui, ne libeat mihi iam iacuiſſe dorſo, id eſt ſuper dorſum vt reſupinus iaceam per herbas nemoris, ne libeat inquam iacuiſſe, tum, id eſt tunc: cum, id eſt quando ipſe chelidrus, ſcilicet nouus, id eſt innouatus & hoc exuuijs, id eſt vetere pelle poſitis, id eſt depoſita, vnde Elegiacus. Crudelis diui ſerpẽs nouus exuit annos.

annos. Formæ non vllam, fata dedere moram, & cum ipſe nitidus iuuenta.i.pellicula nitida & noua qualem habuit in iuuenta, voluitur arduus ad ſolem.i.ſoli expoſitus & micat, ideſt ſine ordine per vices mouetur aut nunc micantium ludum exercet ore linguis triſulcis.i.in tris ſulcos fiſſis, hoc eſt nunc exerit, nunc inſerit linguas, ſicut micantes.nunc erigunt, nunc deprimunt digitos, micat dico relinquens tectis catulos.i. fœtus ſuos aut oua.ſ. ſua vnde fœtus edat. Seruius legit non graues nidore, ſed graui: verum ſic duo ſint epitheta graui & galbaneo: itaq; alij legũt graues, & hæc de ſerpentibus.

PIERIVS.

¶Galbaneoq́; agitare graui nidore chelydros.) Lege, grauis. quippe chelydros, ex veterum codicũ teſtimonio, & ſtructuræ ipſius concinnitate. ¶Sæpe ſub immotis pręſepibus.) In Romano codice, legitur, ignotis: quod nos, ſcilicet ignoramus viperã ſub illis deliteſcere. Sed, immotis, melius. ¶Fouit humum.) In codicibus aliquot manu ſcriptis, fodit, legitur. Sed fouit Seruius agnoſcit, & vetera ſic habent exemplaria. ¶Vere madent vdo terrę, ac pluuialibus auſtris.) In Romano codi, & pluuialibus. ¶Ranisq́; loquacibus explet.) Plures ex antiquioribus codicibus implet, legũt, Sed plus eſt, Explet dicere. ¶Poſtquã exhauſta palus, terręq́; ardore dehiſcunt,) In Romano codice in Oblõgo. in Longobar. & aliquot alijs non indecenter legitur, Exuſta. Sed enim Exhauſta proprie dictum videtur, & ita erat in Mediceo, nunc, a, litera inde abraſa eſt. Sunt quibus magis placeat, Exuſta. ardore quippe deſiccata: quam ſententiam continuat, dum ſubiungit terræq́; ardore dehiſcunt, paludes porro exhauriri etiam poſſunt, abſq; calore aeris: aut exuſtione terræ. ¶Exilit in ſiccum.) In codice Longobardico, atque etiam in Mediceo exijt, habetur: ſed id nimis ſegniter. concitatius vero mihi videtur, exilit.



Morborum quoq; te cauſas, & ſigna docebo.
Turpis oues tentat ſcabies: vbi frigidus imber
Altius ad viuum perſedit, & horrida cano
Bruma gelu, vel cum tonſis illotus adhæſit
Sudor: & hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Dulcibus iccirco fluuijs pecus omne magiſtri
Perfundunt: vdiſq́; aries in gurgite villis
Merſatur: miſſusq́; ſecundo defluit amni,
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca:
Et ſpumas miſcent argenti, & ſulphura viua,
Idæaſq́; pices, & pingueis vnguine ceras,
Scyllamq́;, Elleboroſq́; graues, nigrumq́; bitumen.
Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt:
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os: alitur vitium: viuitq́; tegendo
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat: & meliora deos ſedet omnia poſcens,

SERVIVS.

¶Morborũ quoq; te cauſas, & ſigna docebo.) Tria dicit, ſigna morboꝝ, cauſas, & remedia: ſed non ſeruat legitimum ordinẽ. Nã poſt remedia morborum, ſigna commemorat. ¶Turpis ſcabies.) Quę aſperũ & turpe efficit corpus. ¶Et altius ad vitiũ perſedit.) Medullas & oſſa penetrauit. ¶Illotꝰ adhęſit ſudor.) Lotus vel lautus dicimus. inde eſt & lautũ eo. Nã illud ab Horatio ſatis licenter dictũ eſt, Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatũ, Admonuit. ¶Dulcibus fluuijs.) Salſa eni aqua magis prurigině creat. ¶Vdiſq́; aries in gurgite villis Merſat.) Muſomonem dicit ducẽ gregis, quẽ ita & Varro cõmemorat. huic autem partem aliquam lanæ paſtores ſolent relinquere. vnde ait vdis villis. Nam ſemper oues tonſæ lauantur. ¶Secundo amni.) Defluenti, cum aqua.ſ. ¶Triſti amurca.) Amaris olei ſordibus. Hoc autem remedium eſt cõtra ſcabiem, & contra læſum vepribus corpus. ¶Viuaq́; ſulphura.) dactylicus verſus. ¶Idæaſq́; pices.) Liquidas q̃ in Ida Phrygiæ monte naſcuntur. ¶Scyllamq́;, belleboros.) Genera herbarũ ſunt. ¶Præſens fortuna.) Efficax, vtilis, profutura. Et dicit incidendũ eſſe vulnus ſi medicaminibus emolliri minime potuerit. ¶Summum vlceris os.) Ergo tunc ſecandũ eſt cum os habuerit.

¶Et

¶Et meliora deos ſedet omnia.) Maiores enim expugnãtes religionem, totum in experiẽtia collocabant. Salluſtius, Non votis neq; ſupplicijs muliebribus deorum auxilia cõparantur, vigilando, laborando, proſpere omnia cedũt: vbi ſocordiæ tete atq; ignauię tradideris, nequicquam deos implores, irati infeſtiq́; ſunt.

PROBVS.

¶Scylla.) bulbi genus, vnde inficitur acetũ, quod ſcyllites dicitur. Elleborum genus medicamenti, venenati quod interdum mortiferum eſt.

MANCINELLVS.

¶Morborum quoque.) aduertendum, quæ cuiusq́; morbi ſit cauſa quæq; ſigna cauſarum earum ſint, & q̃ quęq; morbum cura, ratio ſequi debeat, inquit Varro lib.ij.ca.j. morborum. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui vſum eius facit deteriorem, Gel. libro quarto ca.ij. Cice. vero lib.iiij. Tuſcu. ait q morbum appellãt totius corporis corruptionem. Ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium cum partes corporis inter ſe diſſidẽt: ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. ¶Scabies.) Oues frequentius quàm vllum aliud animal infeſtantur ſcabie, quæ fere naſcitur ex his cauſis, quas Poeta refert, præcipue tamẽ exiguitas cibi maciem, macies autem ſcabiem facit, hæc vbi cœperit Morbꝰ. Scabies.

perit irrepere, ſic intelligitur. Vitioſum locum pecudes, aut morſu ſcalpunt, aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant, parietibusve detergent. Huic primo quoque tempore occurrendum, ne tota progenies inficiatur: cum præcipue oues contagione vexentur. Columel. lib. vij. cap. v. Scabies, eſt ſcabies durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur. Quædam humidiores: quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies, quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur, author eſt Celſus libro ſexto. ℙ Dulcibus fluuijs.) Columel. æſtiuum ſudorem mari, vel flumine abluendum cenſet. ℙ Villis.) Lanas intelligit, quæ in ſumma parte arietis tonſi relinqui ſolent. ℙ Secundo amni.) Auerſus enim flumini non aduerſus defluit. ℙ Amurca.) Scabiem tollit, ſi ad fecem & amurcam ſuccumq; decocti lupini miſceas portione æqua detritum, album Elleborum. Eidem remedio eſt, amurca duabus partibus decocta. Item vetus hominis vrina: teſtis candentibus inuſta. Prodeſt etiam ſulphuris triti, & picis liquidæ modus æqualis igne lente coctus, author Colum. libro. viij. ℙ Triſti.) Amara, De amurca latius ſupra. ℙ Spumas argenti.) ſpuma diſtat à ſcoria, quo poteſt ſpuma à fece diſtare alterum purgantis ſe materiæ, alterum purgatæ vitium eſt, ſpumæ, vis eſt, ſiccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere, hulcerum tumores lenire. Plin. libro. xxxiij. cap. iij. ℙ Sulphura viua.)

Quatuor gña ſulphuris.

Sulphuris genera ſunt quatuor viuo ſolo ex omnibus generibus medici vtuntur. Viuum effoditur, tranſlucetq;, & viret. Plin. libro. xxxv. Dioſcorides vero ait, quòd viuum ſulphur tale eſt, quale à terra producitur, ſulphur autem extinctum ſeu mortuum eſt, quod artificioſe paratur, & in calamis ferreis funditur. Quando viuum ſulphur miſcetur cum terebinthea, curat ſcabiem: & ægritudinem, cum qua eleuatur cutis. ℙ Ideasq; pices.)

Duo genera picis.

Circa idam in Troade plurimæ ſunt, vt ſcribit Plin. picis autem duo genera ſpiſſum, liquidumq;. Spiſſarum vtiliſſima medicina eſt brutia, quoniã pinguiſſima, & reſinoſiſſima: vtraq; præbet vtilitatem, ſed magis rutila, quàm cæteræ. Picis natura eſt, calefacit, explet, ad ſcabiem pecorum præcipuum remediũ. idem libro. xxiiij. ℙ Vnguine.) viſcoſitate quadam. ℙ Cæras.) Cæra in medio eſt æqualiter calefacientium, & infrigidantium, & humectantium, & ſiccantium, authore Galeno. ℙ Scyllamq;.) ſcyllarum in medicina alba eſt, quæ maſculus, fœminæ nigræ, ſcylla, quæ candidiſſima fuerit, vtiliſſima erit, diſcutit furfures capitis, & hulcera manantia: illita ex oleo cocta. Pythagoras Scyllam in limine quoque ianuę ſuſpenſam malum medicamentorum introitum pellere tradit. Plin. libro. xx. cap. xxix. ℙ Elleborosq; graues.)

Scylla duo gña ellebori

Ellebori duo prima genera, candidum, & nigrum. Nigro equi, boues, ſues, necantur: itaq; cauent id, cum candido veſcantur. Album non facile colligitur: caput enim aggrauat maxime, niſi præſumatur allium, & ſubinde vinum ſorbeatur, celeriterq; fodiatur. Nigrum purgat per infernã, candidum vomitione, cauſasq; morborum extrahit. quondam terribile poſtea tam promiſcuum, vt pleriq; ſtudiorum gratia, ad prouidẽda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint. Italia Veratrum vocat. Nigrum ſcabiem quadrupedum cum ture & cæra, vel pice ſanat, Plin. libro vigeſimoquinto cap. duodecimo. ℙ Graues.) aggrauant enim maxime caput. Poteſt etiam exponi noxios, ꝓpter eorum naturam, & vires. ℙ Nigrum bitumen.) de hoc latiſſime vide Ecloga. viij. ℙ Magis præſens.) ideſt præſtantior. ℙ Ferro reſcindere.) reſecandum eſt hulcus & medicamentis curandũ. ℙ Hulceris os.) hulcus traxit aſpirationem ab grẹco, illi enim helcos dicũt,

Hulcus. Vulnus.

eſt autem hulcus tecta & clauſa malignitas. Vulnus vero hiatus patens. Marcellus author. ℙ Tegendo.) Dum tegitur. ℙ Deos omnia poſcens.) dei facientes adiuuant, inquit Var. libro primo de re ruſtica. Et Sallu. in Catilinario ait. Non votis, neque ſupplicijs muliebribus auxilia deorum parantur, vigilando, agẽdo, bene conſulendo, proſpera omnia cedunt. Vbi ſecordiæ, atq; ignauiæ ignauię tete tradideris, neqcq̃; deos implores, irati infeſtiq; ſunt.

ASCENSIVS.

℃ Morborum quoq; &c.) Nunc morbos pecorum eorumq; remedia docet, & primo ouium dicẽs. Ego docebo te, ſcilicet quãuis paſtorem, cauſas & ſigna, ideſt indicia morborum, ideſt habituum naturalem incolumitatem deprauantium Scabies turpis, ideſt turpes efficiens tentat, ideſt afficit & moleſtat atque inficit oues vbi, ideſt quoties vel poſtquã imber frigidus perſedit, ideſt perfecte ſedit à perſido, ideſt locum cæpit aut à perſideo, ideſt affixus tranſit ad viuum, ideſt vſq; ad interiora. videlicet ad medullas vſque penetrans & cum horrida bruma, ideſt hyems horrere hoc eſt frigere faciens, gelu cano, ideſt pruina albicante vel cũ ſudor illotus, ideſt non ablutus, aut lauando non deterſus, adhæſit oſſibus, & cum vepres hirſuti, ideſt dentati ſecuerunt, dilacerauerunt corpora, ſcilicet ouium magiſtri, ideſt periti paſtores, idcirco, ideſt propter hanc contagionem quæ naſcitur ex ſudore indeterſo: perfundunt omne pecus fluuijs dulcibus, & aries merſatur, ideſt frequenter immergitur ab eis villis hudis, ideſt habẽs villos hudos ſaltem dum remittitur, & ipſe aries miſſus, ſcilicet in fluuium defluit, ideſt deorſum fluit amni ſecundo, ideſt deſcendente & non contra impetum eius quia id aries pondere lanarũ preſſus nequiret. Aut, ſcilicet magiſtri contingunt, ideſt molliter inungunt, & fricant corpus. ſ. ouis tonſum amurca. i. olei fece triſti. i. dolorem afferente aut amara, & miſcent ſpumas argenti, ſcilicet viui & ſulphura viua (Ser. atteſtatur legendum eſſe viuaq; ſulphura. non & ſulphura viua) & pices idæas. i. quales plurimę naſcuntur in ida aut diſtillant ex arboribus in ida phrygiæ naſcẽtibus, & miſcent cæras pingues vnguine. i. viſcoſitate, quidã ſunt qui de butyro loqui cenſeant, & miſcent ſcyllam. i. herbam illam & elleboros etiam herbas in antycira plurimum naſcentes, & bitumen, ideſt illud genus viſci nigrum, quia id contra ſcabiem ſicut elleborus niger valet, dicitur autẽ etiam hoc elleborum ſeu elborum genere neutro. Tum vlla fortuna laborum, ideſt vlla meditatio fortuita non eſt magis præſens, ideſt efficacior, hoc eſt citius & melius curans ſcabiem, quàm ſi quis potuit reſcindere, ideſt reſecare & aperire ſummum os hulceris. i. putredinis clauſæ, & intrinſecus inflatæ. Nam vitium, ideſt corruptio alitur, ideſt fouetur, & augmentatur, & viuit, ideſt vegetatur & creſcit tegendo. i. dum tegitur, dum ſcilicet paſtor abnegat adhibere manus medicas, ideſt medicatrices, ad vulnera, ideſt hulcera ouium aut ſedet, ideſt ceſſat & otio indulget, poſcens deos omnia meliora. ſ. q̃; habeat nec quicquam operans: verum dij cooperantur nõ operantur nobis omnia.

PIERIVS.

℃ Turpis oues tẽtat ſcabies vbi frigidus imber Altius ad viuũ.) In Romano codice temptat ſcabies cũ frigidus imber altius ad viuum. Ex his non reiecerim, cum, licet, vbi non diſpliceat. Nam ſequitur, vel cum Tonſis illotus adhæſit ſudor, addam illud. In Roma. codi. Illutus, legi. In aliquot pleriſq; codi. Adlutus, quod non probatur. In alijs dictio eſt magis corrupta. ℙ Et ſpumas miſcent argenti viuaq; ſulfura.) In Roma. cod. ſcriptum eſt. argenti & ſulpura viua, ſulpura quidem, quia græcam eſſe dictionem arbitrati ſunt, & in ſimilibus non adſueuerint adſpirationem admittere, vt triumpus, Pilippus, & Hypſipile. Quod vero pertinet ad numerum, in Mediceo, atq; etiam in Longo. cod. legitur, & ſulphura viua. Sed membrana abraſa, ita tamen vt duos illos Dactylos, viuaq; ſulphura, prius fuiſſe coniectes, In Longobardico librarius quid faceret ambiguus fuiſſe videtur, & vtranq; miſcuit, videtur tamen adonium recæpiſſe, & ac, non, &, adſcripſit. Argenti ac ſulphura viua. Sed enim acquieuerim ego Seruio & alijs quibuſdam grammaticis antiquis Dactylicum eſſe verſum aſſerentibus. ℙ Et meliora deos ſedet omnia poſcẽs.) In Romano codice aut, pro, &, pro omnia, omina, legitur: quod non æque placet.

Quinetiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa
Cum furit, atq; artus depaſcitur arida febris,
Profuit incenſos æſtus auertere: & inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam,
Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus.
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deſerta Getarum:
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Quàm procul aut molli ſuccedere ſæpius vmbra

SERVIVS.

℃ Artus depaſcitur.) Et paſco & paſcor illam rem dicimus. ℙ Arida febris.) Quæ arida efficit corpora. Tamen ſciẽdum febrem licet à feruore dicta ſit eſſe etiam frigidam. vnde modo ad diaſtolen ait aridã. ℙ Incenſos æſtus.) Ideſt febrem. ℙ Inter Ima ferire pedis ſaliẽtem.) Ideſt mobilem. Dicit autem illam venam eſſe feriendam quæ ſupra vngulam eſt animalis, tam lata quàm mobilis. ℙ Biſaltæ quo more.) Populi Scytharum: qui fugiẽtes, equorum ſanguine aluntur lacte permixto. ℙ Cum fugit.) Vel re vera fugit: vel ꝑgit celeriter. ℙ Carpentem ignauius.) Negligentius, ſine auiditate. ℙ Culpã ferro compeſce.) Atq habere morbum culpa nõ eſt, ſed hoc dicit, occidẽdo eã, tuã culpam

Videris,aut ſummas carpentem ignauius herbas:
Extremamq; ſequi,aut medio procumbere campo
Paſcentem:& feræ ſolam decedere nocti:
Continuo ferro culpam compeſce:prius quàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

culpam cõpeſce,ideſt vita crimen,in quod potes icidere,ſi, dum vni parcis, fuerit totus grex eius cõtagiõe corruptus. Incautum vulgus.) Quod morboſi pecoris cõtagione abſtinere non nouit.

PROBVS.

Biſaltæ,)genus eſt thracum. Geloni)ſcythæ,& vtriq; à regibus dicti. Iapidia,regio dicta eſt hyſtriæ.

MANCINELLVS.

Febris.

Febris,)dicitur febris à feruitate morbi,vel mali vt ſcrib.Nonius.Eſt autem febris genus morbi in toto corpore,de cuius generibus late Celſus li.iij. Incenſos æſtus.)febris feruores. Ima ferire pedis,febricitantibus ouibus de talo,vel inter duas vngulas ſanguinem mitti oportet.Nos etiã ſub oculis, & de auribus ſanguinem detrahimus,verba ſunt Columel.libro octauo. Biſaltæ,)libera gens biſaltæ in macedonia,vt ſcribit Plin.li. quarto ca.xj. Gelonus,)de gelonis videto libro ſecundo Georgico. ibi,pictoſq; gelonos. Rhodopen,)de hoc monte iam ſuperius. Atq;,)legitur,& aut.Deſerta getarum, Getas Græci Thraeces opinati ſunt,qui quidem vtrunq; Iſtri latus incolebãt,Getæ ad pontum in orientem vergunt:interq; mare ponticum ab Iſtro ad Tyram flumen Getarum ſolitudo periacet plana tota & aquarum indiga,Stra.lib.vij. Contagia,videto in Tityro. Ferro,) quo ſcilicet imam pedis venam ferias.

Biſaltæ

Getæ.

ASCENSIVS.

Quinetiam &c.)Docet oues non ſolum ſcabie ſed & febre nõnunquam tentari, datq; ſignum conceptæ infirmitatis in oue facturus tranſitum ad grauem peſtilentiam quæ olim fere pecora abſumpſit in Italia. Ordo eſt. Quinetiam,ideſt inſuper cum dolor lapſus ad ima oſſa,ideſt ad medulla vſque:furit,ideſt debacchatur & ſæuit,& febris arida,ideſt lenta tabe conſumens & deſiccans oſſa,depaſcitur,ideſt abſumit:artus,ideſt membra pecoris,tunc ſupple profuit, ideſt vtile fuit,auertere,ideſt depellere, aut potius expellere æſtus ſcilicet febrium, incenſos.ſ.in ſanguine & medulla, & ferire, ideſt percutere & aperire percutiendo,venam ſalientem,ideſt ſcatentem ſanguine inter ima,ideſt plantam pedis,quo more biſaltæ,ideſt populi illi in macedonia ſcythiæ vicini,& gelonus,ſcilicet populus, acer,ſcilicet ad prælia,ſolent ſcilicet ferire venam, vt ſanguinem hauriant,quum.ſ.biſalta aut gelonus fugit in Rhodopen,montẽ thraciæ atq; in deſerta getarum,illorum populorum thraciæ cõfinibus,& potat lac concretum cum ſanguine equino:quo.ſ.anhelitum fortiorem habeat. Quam procul &c.Docet quomodo latentem morbum in pecude deprehendas dicẽs compeſce.i.cõprime aut reſeca,ferro.i.cultro aut cauterio. culpam.ſ. contagii futuri niſi auerteris,ſupple eius pecudis,quam tu videris ſępius procul,ideſt de longe, hoc eſt extremam in grege incedentem, aut ſuccedere ſæpius molli vmbra.i.ſub mollem vmbram, aut quam videris carpentem ignauius.i.ſegnius ſummas herbas,& ſequi.ſ.gregem,extremam,ideſt vltimam,& decedere ſolam,nocti ferę.i.tardę aduentanti compeſce dico culpam tuam continuo priuſquam dira contagia.i.infectiones ex contactu naſcẽtes ſerpant.i.lente diffundantur per vulgus incautum.i.per cæterũ corpus gregis tui cauere ſecreta nocumenta neſcientis. Nõ enim vitant oues ſcabiem aut morbum latentem ſicut lupum fugiũt, quem natura docet inimicum.

PIERIVS.

Aut ſummas carpentem ignauius herbas.) In Ro.co.ſegnius. Sed ignauius agnoſcit Serui. Et feræ ſo.de.nocti.) In anti. cod. Sera nocte.Sed datiuo melius. Continuo ferro culpam cõpeſce.) In Ro.in Mediceo,& in quibuſdam alij peruetuſtis codicibus dictionum ordo eſt,continuo culpam ferro:

Non tam creber,agens hyemem,ruit ęquore turbo
Quàm multæ pecudum peſtes,nec ſingula morbi
Corpora corripiunt:ſed tota æſtiua repente,
Spemq; gregemq; ſimul,cunctamq; ab origine gentẽ,
Tum ſciat, aerias alpes,& Norica ſi quis
Caſtella in tumulis,& Iapidis arua Timaui,
Nunc quoq; poſt tanto videat,deſertaq; regna
Paſtorum,& longe ſaltus,lateq; vacantes.
Hic quondam morbo cœli,miſeranda cohorta eſt
Tempeſtas,totoq; autumni incanduit æſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit,omne ferarum:
Corrupitq; lacus,infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex:ſed vbi ignea venis
Omnibus acta ſitis,miſeros adduxerat artus:
Ruſus abundabat fluidus liquor,omniaq; in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.

SERVIVS.

Tota æſtiua.) Loca poſuit pro animalibus. Æſtiua autẽ ſunt loca vmbroſa, in quibus per ęſtatem pecora vitãt ſolis calorem. Statius,Et vmbroſi patuere ęſtiua licęi. Spemq; gregemq; ſimul.)Agnos cum matribus. Tunc ſciat, aerias alpes norica ſi quis.) Senſus hic eſt, Si quis eſt qui ſciat iſta loca qualia tunc fuerunt, cum pecoribus erant referta, nunc quoq; ea vacantia videat:licet plurimum à peſtilentia fluxerit tẽpus. Hic quondam morbo cœli miſerãda coorta eſt.) Deſcribit peſtilẽtiam Venetiæ, Galliæ, Illyrici,nã quodã tempore cum Nilus plus æquo ex creuiſſet,& diu permãſiſſet in cãpis,ex aqua fluminis & calore prouinciæ diuerſa,& plurima in limo aĩalia ſunt creata,q̃ recedẽte in alueos ſuos Nilo,& integra & q̃ ſemiplena fuerant,putrefacta ſunt:exinde corrupto aere nata peſtilẽtia eſt,quã Auſter flans primo ex Ægypto ad Atticã prouinciã pepulit. Mox inde in tractũ Venetię & Illyrici, vſq; quaq; vniuerſa vaſtauit. Hãc aũt peſtilẽtiã ordine quo diximus pleniſſime Lucretius eſt executus. Aerias Alpes.)i.Galliam. Et dicendo aerias, verbũ expreſſit ex verbo. Nã Gallorũ lingua alti mõtes alpes vocantur. Norica ſi quis.) Noricum pars eſt Illyrici.) Et Iapidis arua Timaui.)i.Venetiam. Nam Iapidia pars eſt Venetiæ dicta ab Iapido oppido. Salluſtius, Primam modo Iapidiam igreſſus. Huius eſt fluuius Timauus. Vnde male quidam Iapigis legunt,cum Iapigia ſit Apulia. Miſeranda tempeſtas.) peſſima, ferens rem digna miſeratione. Totoq; autumni incãduit æſtu.) Exarſit prima autumni parte,quę ſemper grauem efficit peſtilentiã. Vt aũt autumnus abundet morbis,facit confine frigoris & caloris:qđ licet etiã vernum tẽpus habeat,caret morbo:quia tunc corpora pręcedenti durata ſunt frigore,quæ autũnus corrũpit,laxiora inueniens poteſtatis calore. Corrũpitq; lacus,infecit pabula tabo.) Ordinem ſecutus eſt quẽ & Lucanus tenuit & Salluſtius, Primo aerẽ,inde aquã,poſt pabula eſſe corrupta. Nec via mortis erat ſimplex.) Nec moriebãtur ex vſu.i.ſecundũ naturalẽ ordinẽ,nõ tm̃ fuga animę,ſed etiã corporis reſolutione. Eſt autẽ Salluſtii,qui ait, Ne ſimplici quidẽ morte moriebantur. Ignea venis omnibus acta ſitis.) Feruidus calor: ab eo quod præcedit,id quod ſequitur. Fluidus liquor.) Humor ſordidus. Oſſa.) Etiam oſſa. Et per Hyperbolem totũ hominem ſignificat.

MANCINELLVS.

Hyemem,)grandinẽ intelligit. Turbo,dicitur turbo vẽtus qui repẽtinis flabris prouilit, atq; vniuerſa perturbat. Vortex ille eſt:quum torquetur humus arida,& ab infimo erigit̃ ad ſummum author Apuleius in lib.de mundo. Meminit,& Pli.li. ſecũdo ca.l. Æſtiua)loca dicunt̃ vmbroſa.vbi & pecora,& milites ſolis ardorem vitant. Sueto.in Auguſto. Reliquas in hyberna & ęſtiua circa finitima oppida dimittere aſſuerat. Reliquas autẽ cohortes ſup. Spemq;,)agnos,& agnas,& fœturam ipſam. Tum,)præterea. Tum ſciat,huius peſtilentiæ color totus & liniamenta fere omnia tracta ſunt de deſcriptione peſtilentiæ quę eſt lib.vj. Lucretii,deſcripſit etiã Manilius libro.j.ſed Ouid.libro vi.meta.latiſſime. Alpes,montes ſunt altiſſimi: qui Italiam ab Germania ſubmouent:teſte Plin.libro.iij. Norica caſtella,) Norici incolæ ſunt alpium,quondam Tauriſci appellati,his conterмini Rhęti,& Vindelici omnes in multas ciuitates diuiſi,idem libro.iij. Iapidis timaui,) Iapides populi, & Timauus amnis in Venetia regione Italiæ ſunt,vt ſcrib.idem lib.quarto. De Timauo autem latius Eclog.viij. Stra.pręterea li.vij.ſcri.q Iapides in Albio mõte ſiti ſunt,qui Alpibus poſterior eſt,excelſo admodum. Hinc quidem ad Panonios, Iſtrumq; pertinentes,hinc

Norici

autem

autem ad adriaticum mare, pugnaces quidem; cæterum ab Auguſto Cæſare tandem expugnati ad vnum ſecundum lapides in liburnos eſt nauigatio. Poſt tanto tempore. ſ. Eſt autem ſenſus ꝙ tanta peſtilentia fuit, vt ſi quis videret illa loca, nunc quoque deſerta aſpiceret, quanuis iamdiu id fuerit, &c. ¶ Morbo cœli,) aeris corruptione, quæ poſtea aut in aquas cadit, aut fruges perſedit in ipſas. Aut alios homines paſtus pedumq; cibatus. Aut etiam ſuſpenſa manet vis aere in ipſo. Et quum ſpirantes mixtas hinc dicimus auras. Illa quoque in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt, Lucret. libro. vj. ¶ Tempeſtas.) Peſtilentia. ¶ Incanduit,) ferbuit. Autumni æſtu,) Tunc enim magis corpora languore afficiuntur aere non certo, vt etiam Ouidi. in arte oſtendit. ¶ Tabo,) corruptione.

ASCENSIVS.

¶ Non tam creber agens &c.) Docet vt dixi generalem peſtilentiam quæ olim in Italia & etiam Gallia fuiſſe perhibetur, imitatus vt Mācinel. dicit Lucretium in. vj. ¶ Ordo eſt. Nec turbo, ideſt ventorum ex diuerſo flantium commotio, agens hyemem, ideſt tempeſtatem, aut calamitatem grandinis æquore id eſt in ęquore, ideſt mari, aut per ęquor, ideſt campos ęquos ruit tam creber, ideſt crebris grādinibus, q̄; ideſt quantum multę peſtes pecudum ſupple ſunt. Nec morbi corripiunt, ideſt raptim inuadunt ſingula corpora, ſed inuadunt repente tota ęſtiua, ideſt omnia pecora æſtiuantia in ęſtiuis locis hoc eſt vmbroſis in quibus ab æſtu proteguntur vmbris, aguntq; æſtatem. (Poſuit ergo locum pro locatis) & corripiunt ſpem, ſcilicet gregis, hoc eſt agnos & hœdos, & gregem ſcilicet parentes & cūctam gentem, ideſt totam ſpeciem aut totam ꝓpagationem ab origine. i. à primis vſq; ad ſummas. Si quis ſupple viderit.) Eſt enim zeugma ab inferiore in tempore) aut vidiſſet tum, ideſt tunc cum hæc peſtis inciperet alpes aerias, ideſt valde altas, hoc eſt ſummos montes Italiam à Gallis & Germaniā dirimentes, & caſtella norica, ideſt illyrica in tumulis, ideſt colliculis ſita, & viderit aut vidiſſet tūc arua Timaui, ſcilicet fluuii Iapidis, ideſt qui in Iapidia regione Venetiæ vidiſſet, dico tunc, & videat quoque, ideſt etiā nunc tanto, ideſt tam longo tempore poſt, ideſt quanuis tantum tēporis inter lapſum ſit vt pecus inſtaurari potuiſſet, & videat regna paſtorum (qui etiam tuguria & ſepta regna vocant, vt poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas) & ſaltus, ideſt campos in quibus ſalire poſſent pecudes vacantes, ideſt vaſtos & vacuos modo longe & late, is ſupple ſciat quod dictum eſt, ſcilicet ꝙ morbi non ſingula ſed vniuerſa ſæpe corripiunt corpora, vnde ſequitur. Tempeſtas, ſcilicet peſtilentialis miſeranda, ideſt peſſima inferens rem dignam miſeratione, coorta, ideſt ſimul orta eſt quondam, ideſt ſuperioribus temporibus hic, ideſt in dictis regionibus, morbo, ideſt infectione & corruptione cœli, id eſt aeris, & ipſa peſtis incanduit, ideſt efferbuit toto æſtu, ideſt incendio febrium, & morborum autumni, ideſt quale ſolet eſſe in autumno, vt Iuuena. atteſtatur, & dedit neci, ideſt necauit omne genus pecudum, ideſt animalium cicurum præcipue, id eſt domeſticorum, & omne genus ferarum, ideſt ſylueſtrium quæ fera ſunt vtplurimum & corrupit lacus, ideſt paſcua tabo, ideſt corrupto ſucco. Nec via, ideſt aditus mortis, ideſt ad mortem vel qua mors ingruebat & graſſabatur erat ſimplex, ideſt vniformis aut naturalis & ſine malo extrinſecus aduenienti, ſed vbi ſitis ignea, ideſt ardentiſſima, hoc eſt tabes aut ſiccitas penetratiſſima ex calore generata acta, ideſt impulſa omnibus venis, ideſt per omnes venas, aut ad omnes venas abduxerat, ſcilicet à proprio & natnrali ſitu hoc eſt contraxerat miſeros artus, ideſt membra miſerorum animalium, liquor fluidus, id eſt ſuperfluus & corruptus abundabat rurſus & trahebat omnia oſſa collapſa in ſe minutatim, ideſt per minutas particulas morbo, ideſt per violentiam morbi, hoc eſt ex corruptione aeris ſanguis & ſuccus bonus deſiccabatur, & in tabem contrahebatur, ſed annitente natura (quæ quantum poteſt ad conſeruationem indiuiduorum nititur) & conante deperditum ſuccum inſtaurare cum nimium ſit inualida, nō ſolidum ſuccum, ſed vētorum, & ſuperfluum liquorē colligit: vnde poſt omnia oſſa reſoluta collabuntur.

PIERIVS.

¶ Et Iapidis arua timaui,) Non negarim Iapidis legendum, & iampidiam, Venetiæ proximam regionem appellatam, quo vocabulo etiam Salluſtius ſit vſus. Nō tamen reiiciēdum eſt quod in Romano codice atq; etiam in Mediceo legitur, iapygis, q̄;uis improbeť à Seruio qui iapygiā ab Iapidia ſcriptione diſtinguit. Nam Hecatæus duas ponit Iapygias, quarum vna ſit in apulia, altera in illiryco, à quaꝝ vtraq; iapyx, & iapygius deriueť. ¶ Corripuitq; lacus,) In Romano, in Mediceo, & antiquis aliis codicibus, corrupit, habetur.

*Sæpe in honore deum medio ſtans hoſtia ad aram,*
Lanea dum, niuea circundatur inſula vitta:
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros.
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos:
Inde neq; impoſitis ardent altaria fibris:
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates:
Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri:
Summaq; ieiuna ſanie infuſcatur arena.
Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis:
Et dulces animas plena ad præſepia reddunt:
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros
Tuſſis anhela ſues: ac faucibus angit obeſis.
Labitur infelix ſtudiorum atq; immemor herbæ
Victor equus: fonteſq; auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demiſſa aures: incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris, frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus:
Tum vero ardentes oculi: atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis: imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.

SERVIVS.

¶ In honore deum medio.) In ſacrificiis: vt, Haud equidē tali me dignor honore. ¶ Lanea.) i. victima. Nam non ſtat verſus, ſi linea vitta dixeris. ¶ Mactauerat ante ſacerdos.) Eius ſcilicet mortē pręueniēs. ¶ Ardent altaria fibris.) Quia vt dicit Plinius ſecundus, morboſa caro non coquitur. ¶ Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.) Colligi enim niſi ex ſana victima, futura nō poſſunt. ¶ Suppoſiti tinguntur ſanguine cultri. Sic & ī ſexto, Supponunt alii cultros. Ideſt iugulant hoſtias. Dicendo autem Suppoſiti, feriendi genus oſtēdit. Nam interdum ab inferiori parte, interdum deſuper feriebantur. ¶ Summaq; ieiuna ſanie infuſcatur arena.) Significantis vſus eſt verbis, nimiumq; libratis. ¶ Vulgo.) Vbiq; paſſim & cateruatim. ¶ In lætis autē verbis.) ideo, ne eos ſame periſſe putaremus. ¶ Hinc canibus blādis.) Etiam blādis canibus rabies ex peſtilentia naſcitur. ¶ Quatit ægros tuſſis anhela ſues.) Proprie. nā tuſſis commouet corpora. ¶ Et faucibus angit obeſis.) Tumentibus. Angit autem, bene ait. Nam angina dicitur porcorum morbus qui occupat fauces. Plautus, Vellem me in anginā verti, vt huic aniculæ faucem ꝓoccuparem. ¶ Crebra ferit.) Crebro: nomen pro aduerbio. ¶ Incertus ibidē ſudor.) Irrationabilis, ſine labore, cuius cauſa non apparet. ¶ Morituris, frigidus.) Frigidus ſudor mortis futurę ſignū eſt, & moriturus frigore plenꝰ eſt. ¶ Tractāti dura reſiſtit.) Frigida eſt, nec cohęret digitis. ¶ Cœpit crudeſcere morbus.) Validior fieri vt, Deiecta crudeſcit pugna Camilla: & iā dat ſigna morbi validioris. ¶ Obſeſſas fauces.) i. clauſas. ¶ Aſpera lingua.) ſ. nimia ſiccitate.

MANCINELLVS.

¶ Lanea iſula, faſcia in modū diadematis: à q̄ vittę ab vtraq; parte pēdent, de hac lib. iiij. de Pōto legiť. Ambiat vtꝰ fuluas inſula lōga comas. ¶ Aut ſi q̄,) legitur item, at ſi quā. ¶ Neq; ardent,) propter corruptionē id erat. ¶ Fibris.) videto li. primo Geor. ¶ Ieiuna ſanie) ſanguine corrupto, & deſiccato. ¶ Hic) ex ignea ſiti, & fluido liquore ac peſtilitate. ¶ Vulgo,) paſſim.) Lętis herbis, inuit nō pœnuria cibatus id fuiſſe. ¶ Angit,) ſtrangulat, vnde & faucīū dolor Angina vocať, vt ſcrib. Feſt. eo aūt morbo ſues maxime cruciantur, vt aiūt. ¶ Auertitur,) refugit. Crebra pro crebro. ¶ Crudeſcere,) magis crudus, ac durus fieri. Angina

ASCENSIVS.

¶ Sępe in honore deum medio &c.) Proſequitur quod inſtituit docens

docens quam miſerãda fuerit lues, ac dicens. Hoſtia.i.pecus mactanda ſtans in medio honore deum, ideſt deorum ad aram, ſcilicet, hoc eſt parata in honorem deorum, mactetur dum ĩſula lanea, ideſt faſcia in modum diadematis à qua vittæ vtrinq; dependent. (Diadema autem erat panniculus interdum lineus ſuper quem coronæ imponebantur) his autem quæ ſacrificari debebant imponebantur vittæ (vnde æneid.ij. Sinon ad victimam expoſtulatus dicit: mihi ſacra parari, Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ) circũdatur vitta, ideſt velamine capitis vtrinq; dependente, nieua, ideſt candidiſſima, cecidit ſæpe moribunda, ideſt moriens inter miniſtros.i.ſacrificulos cunctantes, ideſt immorantes & ſegnius ferientes. Aut ſi ſacerdos videlicet ſacrificulus mactauerat ferro, quam, ideſt aliquam hoſtiam, ante.i.priuſquam moribunda caderet: hoc eſt ſi feſtinando præuenerat mortem, neq;, ideſt non, altaria non ardent inde, ideſt ex tali hoſtia fibris, ſcilicet extorum impoſitis, ſcilicet ad cremandum, hoc eſt exta illa corruptiſſima nolebant inflammari aut incendi, nec vates, ſcilicet aruſpex. conſultus, ideſt interrogatus conſilium poteſt reddere reſponſa inde, ideſt ex inſpectione talium extorum, ac cultri ſuppoſiti, ſcilicet vt in eos quaſi ſponte iret victima, tinguntur, ideſt imbuuntur vix ſangnine, quia totus lenta tabe abſumptus fuerat, & arena ſumma.i.ſuperficialis, infuſcatur, ideſt fit fuſca ſanie.i.corrupto ſanguine, ieiuna, ideſt macilento & modico, hinc.i.ex hac tanta corruptione, aut poſtquam hæc portenta in ſacrificando viſa ſunt, vituli, ideſt iuuenci, moriũtur vulgo, ideſt paſſim in herbis lętis.i.pinguibus, & reddunt animas.i.vitas dulcis ad præſepia plena.ſ.pabulorum, hinc, ideſt ex hac corruptione aut ignea ſiti rabies venit canibus blandis, ideſt domino ſuo blandiri ſolitis, & tuſſis anhela, ideſt anhelitum trahens miſere quatit, ideſt concutit & tremere facit ſues, ideſt porcos ægros, ideſt morbo affectos ac tangit, ideſt ſtrangulat faucibus obeſis, ideſt aut pinguibus vt inedia putentur mori, aut ſic inflatis vt pingues putentur. Equus victor, ideſt vincere ſolitus in curuli certamine, labitur infelix ſtudiorum, ideſt certaminum, quę non amplius exercebit, ſicut o felix animi iuuenis, aut equus victor labitur infelix exiſtens immemor ſtudiorum atq; herbæ, ſed prior conſtructio licet rarior magis tamen quadrat cõtextui. ſi enim dixeris equus infelix victor, iam duo ſunt epitheta ſine coniunctione. Si ſic equus victor labitur infelix immemor ſtudiorum atq; herbæ, iterum totidem ſunt. At ſi ſic, Equus victor labitur infelix atq; immemor ſtudiorum, herbę: iam deerit coniunctio genitiuis, nec ſatis eſt ꝙ participium exiſtẽs ſubaudiri poteſt vt ſit labitur infelix exiſtens ĩmemor ſtudiorum atq; herbę. Quia ergo alibi conſimiliter loquitur, & felix cum genitiuo conſtruit maiorq; eſt ſignificantia dicendo infelix ſtudiorum quàm immemor ſtudiorum. Nam priore modo ſignificatur infeliciter ſtuduiſſe alios equos vincere: cum iam à fœdiſſimo morbo vincatur, & ipſe equus auertitur, ideſt aſpernatur, & indignatur aſpicere fonteis, ideſt aquas lympidas & puras, & ferit, ideſt concutit pede terram crebra, ideſt crebro, aures.ſ.equi languentis, demiſſę ſunt, quas validus erigere ſolebat, & ſudor eſt ibidem.i.interea dum aures demittit incertus.i.cuius cauſa latet cum non eueniat ex calore aut agitatione ſeu labore, & ille ſcilicet ſudor incertus: quidem.i.certe, eſt ſup.eqs morituris frigidus, pellis aret & reſiſtit tractanti exiſtens dura.i.rigida & aſpera ad tactum, ideſt dum quis attingit ea, quod ſignum eſt exhauſti ſucci, vnde non cutem ſed pellem dixit, nam habent vt Iuuena. de ſene dixit. deformem pro cute pellem, vnde & Perſius Cute perditus &c. Cõtra de ſe Horat. in epiſtolis. Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes quum redire voles Epicuri de grege porcũ, &.ſ. equi morituri dant hæc ſigna primis diebus ante exitium, i.mortem & vitæ exitum, hoc eſt vbi primum incipiunt languere, ſin i.ſed ſi morbus cœpit crudeſcere, ideſt crudior & ſæuior fieri in ſucceſſu, ideſt continuatione, tum vero, ideſt præcipue & ad verum tunc ſup. fiunt oculi ardentes atq; ſpiritus grauis, ideſt moleſtus, attractus ſupp. eſt aliquando ab gemitu alto.i.ab alto, pectore ſumpto & Ilia ima.i.inteſtina interiora tendunt.i.tentant ſingultu longo.i.longe, tracto, aut equi tendunt.i.trahunt ilia lõgo ſingultu. Sanguis ater.ſ.corruptus: it.i.defluit naribus & lingua aſpera, ideſt ex nimia ſiccitate rigens premit.i.tentat fauces obſeſſas.i.concluſas & obſtructas.

PIERIVS.

¶ Linea dum niuea circũdatur ĩſula vitta,) In Mediceo, in Lõgobar. & quibuſdam aliis antiquis codic. Lanea, legitur: quod agnoſcit Seruius. ¶ Inter cunct. decid. morib. miniſtros,) In Romano codic. magiſtros legitur, de ſacerdote enim loquitur, qui ferire cunctaretur. ¶ Crebra ferit,) In Longo. crebro ferit. Neq; timendum ſyllabæ, quum Cariſius, tertio. Aduerbium pro dactylo agnoſcat, & ſero trochæi dimenſione ſit apud Statium. ¶ Et ad Tactum,) In Ro. at, vt ſolet, in Long. & ad tractum.

Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos, ea viſa ſalus morientibus vna.
Mox erat hoc ipſum exitio: furiiſq; refecti
Ardebant: ipſiq; ſuos, iam morte ſub ægra:
(Dii meliora piis, erroremq; hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem:
Extremoſq; ciet gemitus: it triſtis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum:
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata mouere animum: non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera: atq; oculos ſtupor vrget inerteis:
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuãt? quid vomere terras
Inuertiſſe graues? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ.
Frondibus, & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atq; exercita curſu
Flumina: nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægre raſtris terram rimantur, & ipſis

SERVIVS.

¶ Profuit incerto latices infundere cornu.) Non ſemper, ſed aliquando, nam hoc ſolum eſt quod morbo liberat, aut cõmouet in furorem. ¶ Mox erat hoc ipſum exitio.) Quod ſaluti eſſe putabatur. Et hoc eſt quod paulopoſt dictum eſt, Quęſitæq; nocent artes. ¶ Furiiſq; refecti.) Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualeſcere. ¶ Dii meliora piis.) Per parentheſim in execrationem hoſtium hanc torquet inſaniam. ¶ Fumans ſub vomere taurus.) Per hoc oſtendit etiam fortes tauros repente morbo concidere. Nemo enim peſtilentem ad aratra ducit iuuẽcum. ¶ Extremoſq; ciet gemitus.) Vltimum gemuit. Sane ciet modo Dat ſignificat, ſicut in tertio de Andromache, Lachrymaſq; ciebat. cum ciere proprie ſit alteri aliquid commouere. ¶ Fraterna morte iuuencum.) Conſortis interitu. Et ex affectu dictum eſt ruſtici. ¶ Mouere animum.) In ſuum deſyderium illicere.) Purior electro campum petit amnis. Nã ſicut electrum defecatius eſt metallis omnibus, ita & currẽs aqua cęteris purior. ¶ Ad terrãq; fluit.) Luc. Feſſumq; caput ſe ferre recuſat. ¶ Quid labor, aut benefacta iuuãt?) Si neutrũ mortem repellit, nec corporis exercitiũ, nec mentis religio. Nã ſi generalis eſt ſententia, ſecundum Epicureos cõtra religionẽ eſt. Si autem tm̃ ad bouem refertur, hoc dicit, Quid ei prodeſt labore ſuo aluiſſe mortales? ¶ Atqui non Maſſica Bacchi Munera.) Vina pretioſa à Maſſico monte Cãpanię. Et ꝑ tranſitum tangit illa, quæ dicunt phyſici, morbos venire ex cibi & potus nimietate, vel mutatione, ex nimiis vigiliis & multa ſollicitudine. Dicũtq; ẽt ſine his naſci ægritudinem. nam in aĩalibus cum nihil horũ ſit, tamen ęgritudines cernimus. ¶ Epulæ repoſitę.) Aut abundãtes, aut varię. ¶ Simplicis herbę. (Propter varietates epularũ dixit ſimplicis herbę. ¶ Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.) Ex cura enim nimia vigiliæ ꝓcreãtur. ¶ Et vris ĩparibus ductos alta.) Bobus agreſtibus, & ipſis inęqualibus. Nã vri agreſtes boues ſunt, vt diximus ſupra. Et hoc poetice dicit. Cæterum veritas hæc eſt.

Quum

Vnguibus infodiunt fruges, monteſq; per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

Quum mos eſſet ſacerdotem Argiuã iunctis bobus ire ad tẽpla Iunonis, & ſolẽni die boues nõ inuenirentur (peſtilẽtia enim quæ per Atticam tranſierat, vniuerſa conſumpſerat) duo ſacerdotis filij Cleobis & Bito, matrem ſubeuntes, iugo ad templa duxere. Tum Iuno probans eorum religionem, obtulit matri vt quod vellet poſceret filiis, illa pia reſpoſione ait, vt quod ſciret dea vtile mortalibus, ipſa præſtaret. Altero itaq; die ſacerdotis filii iuuenes reperti ſunt mortui. Ex quo probatũ eſt nihil eſſe morte præſtantius, quod Herodotus apud Græcos pleniſſime commemorat in prima hiſtoria. ¶ Donaria.) Donaria proprie loca ſunt in quibus dona reponuntur deorum. Abuſiue templa. Nam ita & puluinaria pro templis accepimus, quum ſint ꝓprie lectuli ſternt qui in templis conſueuerant pleriſq;. ¶ Ægre.) Difficulter. ¶ Rimantur.) In rimas agunt. ¶ Ipſis vnguibus.) Hyperbolicos. Ideſt manibus.

MANCINELLVS.

¶ Profuit,) aliàs. ſ. tũc vero exitio erat. ¶ Inſerto ori,) immiſſo. ¶ Leneos latices,) vinum, De leneo videto li. ij. Geor. ¶ Dij. me.) totum carmen parentheſim habet. ¶ Abiungens ſeparans. ¶ Reli-
Electrũ quit,) legitur & relinquit. ¶ Electro.) Omni auro ineſt argentum vario põdere alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte, vbicunq; quinta argenti portio eſt, Electrum vocatur. Electri natura eſt lucernarum lumina clarius argento ſplendere, quod & natiuum, & venena deprehendit, nanq; diſcurrunt in calicibus arquus cœleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore. Plin. lib. xxiij. ca. v. vide plura in Buco. ¶ Inertes.) immobiles. ¶ Quid labor, aut benefacta iuuant.) Oui. amorum lib. iij. inquit, Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat, Omnibus obſcuras iniicit illa manus. Viue tamen moriere pius, cole ſacra colẽtem. Mors grauis à templis
Mors in caua buſta trahet. ¶ Atqui non maſſica: Bacchi munera.) Certe
Æqua inquit non potentia vina illis, nõ epulæ repoſtæ, ideſt ſæpius appoſitæ, ac per id copioſæ & variæ nocuere vti quidem hominibus accidere ſolet, nam clari fontes, & flumina viua potum præbebant, frondes & herbæ ſimplices pabulum miniſtrabant. Eſt itaq; metaphora ab edacibus, & ebriis ſumpta, in peſtilentia enim maxime obeſt edendi luxus, hinc iubent medici eo tempore in eadem menſa diuerſa cibaria eſſe nõ debere, nec edenda eſſe. Nã non æqualiter digeruntur, hinc generantur humores mali, ægritudines facientes, & pernecantes, vt etiam Auicenna tradit. Seneca etiam in epiſtolis inquit, ꝙ vbi ſunt diuerſa cibaria inquinant, non alunt. Peſtiſq; tempore, vt medici aiunt, vina potentia longe obſunt, dulcia item & artificialia. ¶ Sõnos ſalubres,) Tempe-
Sõnus. ratus enim ſomnus, & qui non ex crapula & ebrietate venit inſtaurat ſpiritus in vigiliis reſolutos, membra labore feſſa reparat, calorem ſtomacho ſubminiſtrat, mentem purgat, deniq; totum corpus ad agenda omnia renouat. Immoderatus vero ſomnus corpus deſiccat & infrigidat, ac ſuperfluitatibus replet flegmaticis. Superfluæq; vigiliæ calorem incendunt, corpus deſiccant. ¶ Nec abrumpit,) vti etiam hoibus accidit, adhuc enim perſtat in metaphora. ¶ Quæſitas ad ſacra boues.) Herodotus. v. folio primi voluminis ſic ait. Cum dies feſtus Iunonis apud argiuos eſſet, oporteretq; omnino matrem horum (Cleobis videlicet & Bitonis) ad tẽplũ ferri, bobus iunctis, iiſq; boues ex agro eius ad horam preſto non eſſent, tunc iuuenes excluſi tempore, iugum ſubeuntes, plauſtrum pertraxerunt: quo mater vehebatur, & quinq; ac quadraginta per ſtadia ferentes, ad templum ꝑuenerunt. Quibus cũ hęc feciſſent, & ab oĩ cœtu conſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitæ exitus, per quem deus indicauit, ſatius eſſe homini mori q̃ viuere. Nam cum circunſtantes Argiui laudibus tollerent, viri quidem conſilium filiorum, fœminę vero eorum matrem, ꝙ talibus filiis pręditа eſſet. Mater gaudio perfuſa, cũ liberorum fato, tum fama ante ſimulachrum ſtans precata eſt deam, vt Cleobi & Bitoni filiis ſuis daret, id quod optimũ eſſet homini contingere, poſt hanc precationem, vbi ſacrificauerunt, epulatiq; ſunt quieſcentes in ipſo delubro, nõ ſunt amplius excitati, ſed hoc vitæ exitu perfuncti quorum effigies tanquam virorum: qui optimi extitiſſent, argiui factas apud Delphos colloca-
Cleobis uerunt, hęc ille Cice. vero libro primo Thuſc. ſic ait. Primum ar-
Biton giæ ſacerdotis Cleobis, & Biton filii ꝑdicantur Nota fabula eſt: cum enim illam ad ſolemne, & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longe ab oppido ad Fanum, morarenturq; iumenta tunc iuuenes ii: quos modo nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt, ita aduecta in fanum, cum currus eſſet ductus à filiis, precata à dea dicitur, vt il-
lis præmium

lis præmium daret de pietate, quod maximum homini dari poſſet à deo. poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe mane inuentos eſſe mortuos, hæc Cicero. Mors. ¶ Et vris imparibus) id poeticum eſt. Nam & Herodo. & Cice. oſtenderunt aliter eueniſſe. de Vris autem latius libro ſecundo Georgico. ¶ Donaria,) templa intelligit, multa enim illic diis donantur. ¶ Rimanť,) in rimas & ſulcos agunt hoíes ipſi. ¶ Ægre,) duriter difficulter.

ASCENSIVS.

¶ Profuit inſerto. ¶ Exaggerat peſtis quam narrat ſęuitiam cum nullo medicamine ſedari potuerit, quando & ea quæ contra peſtes valere conſueuerant contra eam inualida fuerint. ¶ Ordo eſt. Profuit. ſ. alias, hoc eſt in aliis horis & peſtilentiis, aut potius in principio huius peſtilentiæ infundere. ſ. in pecus languens, cornu inſerto. i. ori immiſſo, hoc eſt per cornu inſertum, latices lenæos, ideſt Bacchicos, hoc eſt vinum quod latex dicitur quia in vuis latet, & lenęum, quia à Baccho inuentum, & ea ſalus eſt viſa vna, ideſt ſola morientibus. i. mortalibus aut contra mortem hoc ipſum. ſ. infundere vinum erat exitio, ideſt ad exitium, ideſt mortem, & ſcilicet equi refecti, ideſt recreati & validiores apparentes, furiis, ideſt per furorem qui vires afferre videtur, ſed nõ diu duraturas, ardebantq; ideſt incendebantur maioribus furiis & ipſi laniabant dentibus nudis, ideſt denudatis, id enim equi ſolent mordere volentes ſuos, ideſt proprios artus diſciſſos. i. dilaniatos, iam ſub morte ægra, ideſt ægros faciente, aut extrema cũ non amplius poſſint. Dii ſup. concedant piis, ideſt bonis, & deorum cultoribus meliora, ſcilicet omnia aut euenta & inferãt ſupple hoſtibus. ſ. regionis & patriæ pietatis, illum errorem. i. furorem quem tum equi perpeſſi ſunt. Honeſta eſt parẽtheſis affectionis plena, & per apoſiopeſim verbum ſubticẽs, vt in pathicis locutionibus ſolet. Autem pro ſed ecce quaſi de repente & ex improuiſo taurus concidit. i. mortuus cecidit fumans, ideſt cum fumaret & impẽſe laboraret ſub duro vomere & vomit ore cruorem mixtum ſpumis, & ciet, ideſt excitat & ex imo pectore trahit extremos gemitus, arator it. i. abit & diſcedit triſtis abiungẽs i. ſeparans, & ab iugo diſſoluens, iuuencum. ſ. alterum mœrentem, ideſt dolentem & mœſtum morte fraterna, ideſt coniugalis ſui quo quaſi fratre in labore vſus fuerat, atq; arator relinquit, ꝙ ſi legendum eſt vt fere textus habent reliquit, ordo eſt, atque, ideſt poſtquam iuuẽcus, ſcilicet reliquit aratra defixa in medio opere, vmbrę aliorum nemorum non poſſunt mouere animum eius, & mollia prata non poſſunt mouere animum eius, & amnis, ideſt riuus qui volutus per ſaxa: petit campum exiſtẽs purior, ideſt defecatior electro, ideſt illo genere metalli puriſſimo, at, ideſt ſed latera eius ima, ideſt inferiora ſoluuntur, ideſt labaſcunt: & ſtupor, ideſt hebetudo, vrget. i. obſidet, oculos inertes, ideſt parum videntes præ ſtupore & vertigine ex moleſtato cerebro procreata, ceruix, ſcilicet eius qui ſic ſtupet fluit. i. circunfertur & voluitur in morem fluminis, ad terram pondere, ſcilicet corporis aut capitis, deuexo, ideſt deuoluto, quid labor ſup. iuuat? quid benefacta iuuant, ideſt proſunt, quid iuuat inuertiſſe terras graues. i. pingues, vomere, ideſt ea parte aratri ab eo ꝙ terram vomit dicta. q. d. nihil. Atq;. i. ſed quomodo ſupp. id euenit? q. d. id mirari licet nam munera Bacchi, ideſt, vina, maſſica. i. in maſſico monte Campaniæ creſcere ſolita quæ fortia ſunt, & homini nocere ſueta, nõ nocuere illis. ſ. iuuencis aratoriis, & epulę repoſtę. i. abundantes & varię, aut ſæpe ſumptę, aut recoctę, nõ nocuere illis, quia paſcuntur frondibus, & victu ſimplicis herbę fontes liquidi ſunt illis pocula. i. potus, atq; flumina exercita. i. purificata & vegetata nec torpentia, curſu. i. repentino fluxu, nec cura abrumpit ſomnos ſalubres: ſicut hominibus ſolet, dicũt ſcilicet ſeniores, aut qui res priſcas repetunt boues quęſitas. i. deſideratas nec inuẽtas eſſe in illis regionibus, ad ſacra Iunonis: nõ alio tempore quam, ſcilicet hoc quo cunctę perierant, & dicunt currus eſſe ductos ad donaria. i. ſacraria, hoc eſt repoſitoria rerũ quæ diis donantur, alta, ſcilicet in capitolio cõſtituta, vris. i. bobus ſylueſtribus imparibus, ideſt indomitis & ob id impariter trahentibus, aut reuera imparibus: quia ne vri quidem pares tũc reperiri poterant. (Alludit quidem poeta ad hiſtoriam Cleobis & Bitonis: ſed non continuo loquiť de his, nã non fuerant illis regionibus, hoc eſt in Italia, & cõfinio eius, potuit autẽ fieri vt conſimili modo Romę ſacrificarent Iunoni, cunq; boues deeſſent vris vterentur. (Ergo qa. ſ. deerant boues aratorii: agricolæ ſup. rimanť. i. ſulcãt ægre. i. cũ difficultate, terram raſtris. i. raſtel-
lis ligonibus

lis ligonibus & marris, dentatis, & infodiunt fruges ipſis vnguibus, & trahunt per altos mótes plauſtra.i.vehicula ſtridétia: ceruice contenta.i.contracta propter preſſuram.

PIERIVS.

¶Erroremq; hoſtibus illum,) In Rom. ardorem. Nam de morbi genere dictum eſt, ardebant. ¶Non gramina poſſunt grata, mouere animum,) Legédum ex veteribus omnibus codicibus. Non mollia poſſunt prata mouere animum, quę lectio maxime probatur ab eruditis omnibus. ¶Et victu paſcútur ſimplicis herbæ,) In Longo. victum non ineleganter.

SERVIVS.

¶Nocturnus obábulat.) Inſidiatur. Quod auté ait nocturnus, figurate rem téporis, ad perſonam tráſtulit. ¶Cura domat.) i. peſtilétiæ. ¶Timidi Damæ.) Mutauit genus, vt vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horatius Et ſuperiecto pauidæ natarú æquore damæ. Dicédo damas & ceruos errare cum canibus duo oſtendit, & hos timoris, & illos ferocitatis eſſe oblitos. ¶Fugiunt in flumina phocę.) Quaſi timentes marinam peſtilétiam. ¶Ipſis auibus.) Suis quodammodo quę alarum velocitate ſupergredi poterant aerem peſtilentem. ¶Phillyrides Chiron.) Medicinæ inuentor, Saturni & Phillyræ filius. ¶Amythaoniusq; Melápus.) Amythaonis filius, καθαρτής, i. purgator. Nam Prœtidas ipſe purgauit luſtrationibus quas inuenerat. Hoc dicit, conualeſcente morbo nec medicinam prodeſſe, nec religioné. ¶Arentesq; ſonant ripæ.) Velut peſtilentiam etiam elementa ſentire, ſic in tertio, Arebant herbę, & victum ſeges ægra negabat. Nam ſegetem pro terra poſuit. ¶Nam neque erat coriis vſus.) Quippe morbo putrefactis. ¶Nec viſcera quiſq; aut vndis abolere pót.) Nec lauari nec coqui poterát. Caro enim corrupta morbo, quendam habet mucorem, qui non ab-

Non lupus inſidias explorat ouilia circum:
Nec gregibus nocturnus obambulat. acrior illum
Cura domat, timidi damæ, ceruiq; fugaces,
Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur.
Iam maris imenſi prolem, & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit. inſolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera, & attoniti ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aer auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Præterea nec iam mutari pabula refert,
Quæſitæq; nocent artes, ceſſere magiſtri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.
Sæuit & in lucem Stygiis emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone, morbos agit ante metumq;
Inq; dies auidum ſurgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq; ſonant ripæ, colleſq; ſupini.
Iamq; cateruatim dat ſtragem, atq; exaggerat ipſis
In ſtabulis, turpi dilapſa cadauera tabo.
Donec humo tegere, ac foueis abſcondere diſcunt.
Nam neq; erat coriis vſus: nec viſcera quiſquam,
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma.
Nec tondere quidem morbo, illuuieq; peresa.
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.
Verum etiam inuiſos ſi quis tentarat amictus:
Ardentes papulæ, atq; immundus olentia ſudor
Membra ſequebantur: nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus ſacer ignis edebat.

lui poteſt: quoniam omne poſſidet corpus. Item igni ſuperpoſita, aut putreſcit, aut dureſcit, nam non coquitur. ¶Ardentes papulæ.) Id eſt carbunculi. ¶Immundus ſudor.) Morbus pedicularis φθειρίασις. ¶Sacer ignis.) Quem Græci ἱερὰν νόσον vocant.

MANCINELLVS.

¶Explorat,) exqrit, præmeditatur. ¶Proluit,) Aſpergit, lauat. Obambulat, circumambulat. ¶Fugiunt in flumina,) tanquá hęc
**Phocæ.** ſalubriora eſſent. ¶Phocæ.) Vituli marini, quos vocant phocas ac dormiunt in terra, moreq; pecudum in eadem pariunt, nunquam geminis plures educant mammis fœtum, non ante duodecimum diem deducunt in mare, ipſis in ſono mugitus, vnde nomen vituli accęperunt, nullumq; animal præmitur grauiore
**Hydri** ſomno, pennis quibus in mari vtuntur. humi quoq; vice pedum ſerpunt, Plin. lib. ix. ¶Hydri.) ſerpentes aquatici: hydas enim hydosq;, & hydor aqua dicitur. ¶Mutari pabula.) Columel. lib. viij. cap. v. ſic ait, Quod ſi ægrotat vniuerſum pecus, eſt remediú præſens, & ſummum pabula mutare: & aquationes, & totius regionis alium quærere ſtatum cœli. Cutem vſque, ſi ex calore, & æſtu concæpta peſtis inuaſit, vt opaca rura, ſi inuaſit frigore, vt eligantur aprica. ¶Ceſſere magiſtri,) Non eſt in in medico ſemper releuetur vt æger, Interdum docta plus valet arte malum.
**Chiron.** Oui. li. j. de ponto. ¶Phillyrides chiron.) herbariam, & medicamentariam à chirone Saturni & Phillyræ filio inuentas ſcrib. Plin. lib. vij. Et medicinam ab ægyptiis, alii per arabum Babylonis, & Apollinis filium. ¶Melampus,) is teſte Home. li. xv. Odyſſeæ fuit Amithaonis filius: patria argo, qui vt ait mãtis fuit. i. vates. Vtq; Lactantius ſcrib. lib. iii. theb. Prœti abantis filij argiuo-
**Tiſiphone.** rum regis inſanas filias Melampus curauit, herbariæ artis peritiſſimus, latius autem Eclo. vj. ¶Tiſiphone,) τίσις pœna, vltio, punitio, dicitur φονὴ: autem ac
**Alecto.** φόνος cędes, vel mors fertur.
**Megera** Alecto inceſtãs dici poteſt. Megera vero à μεγαίρω quod eſt odi, ac inuideo. Hæ tres furiæ dicũtur. ¶Metum,) ideſt mortem. ¶Inq; dies,) ideſt quotidie magis. ¶Stragem,) corporum proſtrationem, & ruinam. ¶Cateruatim,) multipliciter, congregatim. ¶Tabo,) corrupto humore, & ſanguine. ¶Abolere,) purgare ita corrupta erant. ¶Illuuie,) ſqualore, immundicia, ſorde. ¶Vellera.) Varro libro. ij. cap. vltimo ſcrib. ꝙ lanam demptam ouibus ſcilicet & conglobatam, alii vellera, alii velamina appellant, ex quorum vocabulo ait: animaduerti licet prius lanarum vulſuram quam tonſuram inuentam. Qui etiam vellunt, ante triduo ieiunas habent, ꝙ languidæ minus ægre radices lanæ retinerent. Omnino tonſores in Italiam primum veniſſe ex ſicilia dicunt, Olim tonſores non fuiſſe aſſignificant antiquorum ſtatuæ, ꝙ plereq; habent capillum, & barbam magnam, hæc ex Varrone. ¶Attingere telas,) peruenire ad telas. ¶Putres,) ſolubiles, vti illud. Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Vnde & & Penelope, vt Homerus ſcribit quod interdiu texebat, noctu diſſoluere ſolita eſt. ¶Inuiſos, odioſos malis ſequen-
**Papulæ** tibus. ¶Ardentes papulæ.) Papularum duo genera ſunt, altera eſt, in qua per minimas puſtulas cutis exaſperatur: & rubet: leuiterq; roditur, medium habet pauſillo leuius, tarde ſerpit, idq; vitium maxime rotundum incipit, eademq; ratione in orbem procedit, altera autem eſt, quam agriam, ideſt feram græci appellant, in qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſpera-
**Sacer ignis.** tur, exhulceraturq;, ac vehementius, & roditur: & rubet, interdum etiam pilos remittit. hæc Celſus libro quinto vbi etiam curationes docet. ¶Contractos,) correptos, coinquinatos. ¶Sacer ignis,) ideſt execrandus, nam, vt inquit Celſus libro quinto. Sacer quoq; ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſunt, alterum eſt ſubrubicundum, aut mixtum rubore, atq; pallore, exaſperatumq; per puſtulas continuas, quarú nulla altera maior eſt, ſed plurimę per exiguę in iis ſemper fere pus, & ſępe rubor cum calore eſt, ſerpitq; id non nunquam ſaneſcente, eo quod primo vitiatum eſt, nonnunquam etiam exhulcerato, vbi ruptis puſtulis hulcus cõtinuatur, humorq; exit, qui eſſe inter ſaniem & pus videri poteſt, fit maxime in pectore, aut lateribus: aut eminentibus partibus pręcipue in plantis, alterum autem eſt in ſummæ cutis exhulceratione, ſed ſine altitudine latú, ſubliuidum, inæqualiter tamen mediumq; ſaneſcit extremis ꝓcedentibus, ac ſæpe id, quod iam ſanum videbatur iterum exhulceratur, ac circa proxima cutis, quæ vitium recæptura eſt, tumidior, & durior eſt, coloremq; habet ex rubro ſub nigrum, hęc Celſus. Igni autem ſacro, vt Plin. docet libro. xxx. medentur vermes terreni ex aceto illiti. Grillus cõtritus in manibus, adeps anſeris, viperę caput aſſeruatum, & combuſtum, deinde ex aceto impoſitum, &c. Plura idem Celſus medicaméta ibidem edocuit. Columel. vero lib. viij. capit. v. ſic ait. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſtulam vocant paſtores, ea niſi compeſcitur

intra

intra primam pecudem, quę tali morbo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit &c.

ASCENSIVS.

¶ Non lupus inſidias,) Docuit pecudum ideſt cicurum ſeu domeſticorum animalium per diram peſtem abſumptionem, nūc docet ferarum quoq; tam terreſtrium quam marinarum atque aeriarum miſerabilem ſtragem atq; luem. ¶ Ordo autem eſt. Lupus non explorat, ideſt non facit explorando inſidias circum ouilia, nec obambulat, ideſt circumambulat gregibus, ideſt in perniciem gregum, nocturnus, ideſt tempore nocturno, vt ſolet dū valet, quia acrior cura ſcilicet inſtantis mortis, domat illum. Damæ timidi & Cerui fugaces, ideſt aſſidue fugientes, & quibus tota ſalus eſt in fuga, nunc (pro tunc) in hac quam narro tempeſtate, & inter canes & circum tecta fluctus proluit, ideſt prouoluit ad littora, aut aſpergit ſuper natantem iam prolem immenſi maris, & pro ideſt omne genus natatum, ideſt natare ſolitorum, proluit dico in littore extremo, ceu corpora naufraga, ideſt poſt naufragium proiecta ad littora, phocæ inſolitæ, ſcilicet magnitudinis aut raro viſæ, ſunt autem vituli marini, fugiunt in flumina, & vipera, ideſt ſerpens illa nociua defenſa fruſtra, ideſt nequicquam latebris curuis, vnde extrahi & in quibus occidi non poterat, interit, ſcilicet peſtilentia: & hydri, ideſt ſerpentes aquatici attoniti, ideſt ſtupefacti, ſquamis aſtantibus, ideſt erectis, & auxiliantibus quidem contra externa ſi qua vim inferrent, ſed non contra peſtem intrinſecus graſſantem. Aer eſt non æquus, ideſt iniquus, & peſtilens, ipſis auibus quibus tamen proprium eſt ſolum, & ille. ſ. aues præcipites, ideſt præcipitanter in terram decidentes, relinquunt vitam, ideſt animam ſed anima interit cum vita, vnde recte vitam dixit, non quia derelicta manerent ſed quia quam illic habebant in terris non haberent ſub alta nube, ideſt regione nubium. Præterea. i. præter hęc mala, nec refert, ideſt quicquam ad rem facit aut rei. i. commodum fert, pabula iam mutari & artes quæſitę nocent, ideſt officiunt, magiſtri i. peritiſſimi medici, hoc eſt iuuenta eorum, ceſſere. i. victi ſunt à morbo & ſuccubuerunt, chiron. ſ. centaurus ille iuſtiſſimus Phyllirides. i. Phyllirę ex Neptuno filius, & Melampus purgator illę Proetidum cum furore agitaretur, amythaonius, ideſt Amythaonis filius ſupple ceſſit, Tiſiphone, ideſt furia illa infernalis & pœnam & cædem inferēs, pallida ſcilicet ab effectu, aut quia in vmbris verſata, ſæuit ideſt crudeſcit, & ſæua atque immanis fit & ipſa emiſſa tenebris ſtygiis, ideſt triſtitiæ infernalis, in lucem, id eſt ad regionem noſtrā agit. ſ. ante ſe morbos & metum. i. mortem quæ ex metu vel cum metu cōſpicitur, & ipſa ſurgens. i. ſurſum agens ſe, effert. i. extollit, caput ſcilicet ſuum auidum. ſ. cædis, & ſanguinis, & in dies altius (bene addit altius quia in dies & in horas particulā exceſſiuam expoſtulant) hoc eſt in dies ſingulos maior eſt vis dirę peſtis à Tiſiphone excitata, amnes, & ripę arentes, ſcilicet ęſtu aeris corrupti & colles ſupini, ideſt editiores hoc eſt omnia loca in quibus pecora paſci ſolebant, ſonant, id eſt reſonāt balatu pecorum hoc eſt ouium, & crebris mugitibus ſ. taurorum morientium, &. ſ. Tiſiphone dat iam ſtragem. i. cumulum proſtratorum ac morientium, cateruatim. i. per cateruas non per ſingula capita, atq; aggerat. i. accumulat in ipſis ſtabulis quia efferri nequeunt præ multitudine, ipſa cadauera delapſa. i. quę occiderant, turpi tabo donec. ſ. homines diſcunt tegere. ſ. cadauera humo. i. inhumare, & abſcōdere foueis, diſcunt autem experiendo quia multa infectio & nulla vtilitas ex cōſeruatione cadauerum proueniret. Nam neq; vſus. i. vtilitas, erat coriis. i. pellibus è quibus coria parantur, nec quiſq; pōt aut abolere. i. purgare, viſcera. i. carnes vndis aut vicere. i. excoquere, flamma. i. igni. Nec. ſ. paſtores poſſunt quidem. i. ſaltem tondere vellera pereſa morbo & illuuie, ideſt ſanie & corruptione illuente, ideſt intrinſecus imbuente, nec poſſunt attingere. i. per laborem peruenire ad hoc, vt ex eis habeant telas etiam putres, verumetiam. i. inſup, ſi quis tētarat. i. conatus fuerat facere, amictus inuiſos, ſcilicet à natura, hoc eſt quos natura iuidit & negauit mortalibus, papulę. i. carbunculi & puſtulæ ardentes. ſ. ſacro igni, atq; ſudor, immūdus. i. corruptus, ſequebatur. i. perſequebatur & conficiebat, mēbra olentia. ſ. grauiter, hoc eſt fœtida, & ignis ſacer. i. execrabilis & peſtilentialis, edebat, ideſt abſumebat deinde tempore nō lōgo. i. nō lōgum aut diu morāti, ſed ſtatim ſubſequēti, hoc eſt paulopoſt artus contractos. ſ. ab illis amictibus, hoc eſt qui talibus, veſtiebantur etiam inficiebātur. Et hæc de his quæ in tertiū. Georgicon adducta voluimus.

PIERIVS.

¶ Inſolitę fugiunt in flumina phocæ,) In Longobardico legiſ, ad flumina. Sed ſi, in flumina. Intelligimus eas immergi, neq; audere in ſiccum prodire, ſi, ad flumina, ſubaudiendum, à quibus auxilium petere viderentur. ¶ Arenteſq; ſonant ripę. In Romano co. Horrēteſq;, ob tetros, ſcilicet Mugitus aīalium, ſi, arentes, erit, vt illud Aridus altis mōtibus audiri fragor. ¶ Ac foueis abſcondere diſcunt.) In antiquiſſimo quidem codi. foſſis, legere eſt. Sed ad valla & muros retinent foſſę. Hoc tamen loco nō tolerāda tantum, verum etiam decoris, & dignitatis plurimum habere videtur improprietas huiuſmodi, ad cadauerum multitudinem, quæ magno numero congregabantur, indcandam, quibus cōdendis capaciore opus eſſet loco. Nemo vero ignorat foſſas amplioribus ſpaciis ꝑduci ſolere, cum fouea quid anguſtius ſignificet, vtputa ſcrobem, vel luporum decipulas, vel qd huiuſmodi ad modicos vſus. ¶ Verum etiā inuiſos,) In Ro. codice legitur, quin etiam inuiſos. ¶ Contactos artus ſacer ignis edebat,) Vulgata quædam exemplaria legunt, cōtractos artus. Sed in Romano legitur mutato etiam numero, contactos ſacer artus, ac quantum ad contactum pertinet, quod de contagioſa vi, peſtilētiæ dicitur. Apud Liuium etiam in codicibus antiquis legas, vulgatiq; contactu in homines morbi. Quod in impreſſis, attactu, non ita proprie habetur.

GEORGICORVM LIBRI TERTII FINIS.

## P. OVIDII ARGVMENTVM IN VLTIMVM GEORGICON LIBRVM.

Protinus aerii mellis redolentia regna,
Hybleas & apes, alueorum & cærea tecta,
Quiq; albi flores, examina quæq; legenda,
Indicat: humenteiſq; fauos, cœleſtia dona.

## ANTONII MANCINELLI IN QVARTVM GEORGICON ARGVMENTVM.

Quæ ſedes apibus, ſtatioúe paranda reponit.
Languentum quoq; ſigna docet, medicamq; ſalutem.
Naſcendiq; modum, Nympharum nomina multa,
Pandit Ariſtæi luctum, matriſq; fauorem,
Tum vatis Protei patriam, mores, ſpecieſq;.

ASCENSIVS.

¶ Protinus aerii mellis, Tetraſtichi Ouidiani. ¶ Ordo eſt. Vates ſupple ſeu poeta Virgilius, idicat, ideſt notificat hoc quarto libro, protinus, ideſt ſtatim, aut protinus, ideſt ampliter, regna, ideſt apum (quæ regem habent & ita aulam & regna) aluearia mellis aerii, ideſt ex aere collecti redolentia, ideſt ſuauiter fragrantia, & apes hybleas. i. optima mella facientes quales ſunt hybleæ in ſicilia, & tecta cerea, id eſt fauos aluorum pro aluearum hoc eſt quæ ſunt in alueis ſeu aluearibus earum, q; pro &, flores qui albi, ſcilicet naſcuntur q; apud hyblam vbi copia thymi naſcitur, & indicat quæ examina ſint legenda i. colligenda vt habeatur Mella aut reparanda, & indicat fauos humenteis, ideſt melle fluentes dona cœleſtia, ideſt beneficio cœli, aut rore cœleſti collecta. ¶ Quæ ſedes apibus &c. heptaſticō carminū Mancin. vberius ex ordine quę toto libro contientur explicantium ordo eſt. Poeta reponit, ideſt doctus ac emendatius ſcribit hoc quarto libro, quæ: ſedes ve pro vel, quæ ſtatio ſit paranda apibus, & docet quoque, ideſt etiam ſigna languentum, ideſt languentium apiū, ſcilicet & ſalutem medicā, ideſt ex medicina comparandā, & modum naſcendi, vt ſcilicet ſine concubitu ore legant natos, & multa nomia nympharum inter quas Ariſtęi matrē nominat & pandit luctum Ariſtęi ob demortuas. ſ. apes & fauorem matris, quę conſilium dederat adoriūdi Protei abs quo reparationem didicit. Tū i. deinde pandit patriam, ſcili-

cet

cet carpathon Prothei vatis, ideſt diuinatoris ac futura vaticinantis, & mores, ideſt inſtituta eius & ſpecies: in quas ſcilicet ſe tranſmutauerat, & pandit, vt ideſt qualiter Orpheus reuocarat

Orpheus Euridicem ſtigia vt reuocarat ab vnda,
Examenq; apium tandem reparare docemur,

reuocarat Euridicem coniugẽ ſuam: ab vnda ſtigia, ideſt infernali, quod fecit threicia fretus cythara, & nos docemur tãden, reparare, ideſt inſtaurare examen, ideſt fœtum apium ſcilicet extinctarum.




SERVIVS.

PRotinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar.) Rhetorice dicturus de minoribus rebus magna ꝓmittit, vt et leuẽ materiã ſubleuet, & attentum faciat auditorem. Sane perite, quoniam ſcit breue eſſe opus hoc de apibus, & intra paucos verſus poſſe cõſumi: vſus eſt tranſlationibus ad dilatandam materiam, dicens apes habere reges, ꝓtoria, vrbes, & populos. Sane ſciendũ, vt ſupra diximus, vltimã partẽ huius libri eſſe mutatam, nã laudes Galli habuit locus ille, qui nude Orphei continet fabulam, quæ inſerta eſt poſtq̃; irato Auguſto Gallus occiſus eſt. ☞ Protinus.) Deinceps, Exinde. Floreũ agrum exequar, ſicut ſum cæteros executus. ☞ Aerii mellis.) Nam mel ex rore colligitur, qui vtiq; ex aere defluit, vnde eſt. ☞ Cœleſtia dona.) i. munus deorum. Ante enim mel inueniebatur in foliis: vt, Melláq; decuſſit foliis. ☞ Hanc etiam.) Sicut ſuperiores. ☞ Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum. Audies ex leuibus rebus digna ſtupore eſſe, in apibus proceres, & tanta certamina. ☞ Mores.) Quia caſtę ſunt, vt illum adeo placuiſſe mirabere morem. ☞ Et ſtudia.) vt, Tantus amor florum & generandi gloria mellis. ☞ Et populos.) vt, Vt binæ regũ facies, ita corpora plebis. ☞ Prælia dicã.) vt, Erũpunt portis, concurritur æthere in alto. ☞ In tenui labor: at tenuis nõ gloria.) Cõparatio eſt laboris ꝙ magnam dat gloriã ſi fuerit materia exilis ornata. ☞ Numina leua.) Proſpera. vt alibi, Intonuit leuũ. ☞ Auditq; vocatus Apollo.) Aut quaſi poetam Apollinem inuocat, aut quaſi deum paſtoralem. Nam Apollo, Nomius dicitur.

## P. VIRGI. MARONIS GEORGICON LIBER QVARTVS.

PRotinus aerij mellis cœleſtia dona
Exequar, hanc etiam Mecœnas aſpice partem,
Admiranda tibi leuium ſpectacula rerũ
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor: at tenuis non gloria: ſiquem
Numina læua ſinunt, auditq; vocatus Apollo.

PROBVS.

☙ Protinus aeri mellis cœleſtia dona Exequar.) Quidã dicunt mel in aere naſci. Quidã apes colligere, quo tempore ĩ Ida Iupiter nutriebatur tum primum ex aere fluxiſſe, eoq; ipſum alitum.

MANCINELLVS.

☙ Protinus aerii mellis &c.) Ariſteus de quo latius in. j. lib. Geor. habetur, primus & apiũ, & mellis vſum, & lactis coagula hoĩbus tradidit, vt Iuſti. lib. iij. ſcrib. Diodo. quoq; in fine libri quinti cum Iuſtino cõuenit, dicit enim quod Nymphis à matre traditus eſt nutriendus, à quibus cum lac coagulare mel atq; oleum conficere didiciſſet, primus ea in vſum hominum traduxit, vnde à poſteris, vt deus cultus eſt. Quando verò & in qua regione primum natæ ſint apes, videto Columel. libr. x. capi. ij. Eſt autem apis res præcipui quæſtus. quum fauet, vt teſtatur Plin. libro. xxj. Protinus aerei mellis, de protenus, & protinus videto latius in Tityro. Protinus. i. ſtatim continuo, vel deinceps, præterea, vtrunque enim conuenit, nam Caper ſcribit protinus per i, aduerbiũ eſſe temporale, ideſt ſtatim, & Priſcian. libro. xv. ſcribit eſſe aduerbium ordinatiuum, vt deinde, præterea, continuo. ☞ Aerii mel.) Venit mel ex aere & maxime ſyderum exortu. Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſida inueniuntur, at ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes capillumq; concretum ſentiunt, ſiue ille eſt cœli ſudor, ſiue quædam ſyderum ſaliua, ſiue purgatis ſe aeris ſuccus, ſiue aquæ eſt, & purus, ac liquidus, ac ſuæ naturæ quaſi defluit, Plin. lib. xj. ☞ Hanc aſpi. partem.) attẽtum hic Mecœnatem reddit, rogãdo, vt hæc

Ariſtæus.

Protinus.

vt hæc quoq; aſpiciat. ¶ Admiranda tibi.) attentum, iterum, reddit, ꝓmittens ſe de rebus mirandis verba facturum, exponens'q; etiam numero res de quibus dicturus eſt. ¶ Duces) apium reges. ¶ Mores.) inſtituta & communes omnium cōſenſus. ¶ Studia.) occupationes, labores. ¶ Populos.) progeniẽ. ¶ In tenui labor.) eſt enim difficile minima exornare, atq; extollere, & cōtra maxima leue eſt. Sũt enim referta bonis pluribus. ¶ Numina læua ſinunt.) ideſt aduerſa, nam deos quoſdam, vt prodeſſent, celebrabant, quoſdam vt ne obeſſent placabant.

ASCENSIVS.

¶ Protinus aerii mellis. Admirabili artificio rem tenuem extollit poeta, ſic enim de apibus tractat vt res diuinas & heroicas aptiſſime inſerat, diuinas quidẽ vt vbi dicturus eſt. Eſſe apibus partem diuinæ mentis & hauſtus. Æthereos heroicas quidem, quia admirãda tibi leuium ſpectacula reꝝ Magnanimos'q; duces &c.

¶ Ordo eſt. O Mecœnas ego exequar, ideſt in executione cœpti operis perſcribam, protinus. i. ſtatim, vel omnino, & quaſi porro tenus, ideſt ampliter dona cœleſtia, ideſt beneficio cœli, aut in aere collecta mellis aerii, ideſt quod rore & floribus in aere vt dixit de apibus colligitur, aſpice, ſcilicet fauenter, etiam hanc partem ſicut ſupple. reliquas aſpexiſti, quia ſtatim in principio primi libri Mecœnatem nuncupauit. Aſpice inquam, quia ego dicam tibi ſpectacula rerum leuium vtpote apum quæ iter animalia nobis commoda minima habent corpuſcula, admiranda, id eſt digna admiratione, quia admirabere morem, ꝙ nec concubitu indulgent, item ꝙ rege incolumi mens omnibus vna eſt atq; alia multa, & duces magnanimos q animas in vulnere linquũt, & mores & ſtudia totius gentis, ideſt generis apũ videlicet quæ more humano inſtituta & exercitamẽta habent, & dicam populos. i. vulgus apum & prælia quæ. ſ. ab eis committuntur, quia illis ira modum ſupra eſt. Labor ſup. erit mihi, ſcilicet in tenui. i. in re exili & modica, at. i. ſed, gloria non ſup. erit tenuis, ideſt exilis & modica ſi numina læua. i. gloriæ humanæ inimica, ſinunt quẽ. i. aliquem glorioſe dicere, hoc eſt ſi numina inimica inferorum nõ obſtiterint, & ſi Apollo qui deus ſuperus eſt & poetis beniuolus, eſſe ſolet, vocatus in auxilium meum, audit, ideſt exaudit, ſcilicet me hoc eſt ſi aſpirat cœptis meis: hæc de mente Auli Gellii,

Beroal. vt Beroal. in Ser. annotauit ſic ſcribens. Romani antiquitus deos quoſdã, vt ꝑdeſſent colebant, quoſdã vero ne obeſſent placabãt. Cum Iouem igitur & diiouem à iuuãdo nomina eſſent veiouẽ appellauerunt dempta atq; detracta iuuãdi facultate, vt author eſt Gellius in. v. ſimulachrum enim veiouis ſagittas tenet q̃ ſunt videlicet paratę ad nocẽdum, quapropter eũ deum pleriq; Apollinem eſſe dixerunt, præterea Virgilium quoq; aiunt multæ antiquitatis hoiem ſine oſtẽtationis odio peritum, numina lęua deprecari in his verſibus. In tenui labor, at tenuis nõ gloria ſi quẽ Numina læua ſinunt, audit'q; vocatus Apollo. Significat enim quandam vim eſſe huiuſmodi deorum in lædendo, magis q̃; in iuuando potentem. Et ita ſm̃ Gellium, authorem, qui per quum ſcite, & adamuſſim, virgilianam maieſtatem penſitauit. Exponemus potius, Numina lędentia q̃; iuuantia. Et quoniam in Gellii mentionem incidimus, admonendi ſunt illius ſcriptoris ſectatores, vt locum emendẽt in eo capite, in quo de, veioue diſſerit deprauatum, cum in omnibus, paſſim codicibus. Gellianis, hęc verba leganẽ. In his diis, quos placari oportet, vti mala à nobis, vel à frugibus, natis amoueantur arungus, habetur, & robigus. Mẽdum eſt maximum in nouiſſimis tribus verbis, quod niſi emendẽtur, difficultates pariet inextricabiles, nos vero marte noſtro, ita correximus. Auer uncus habetur, & robigus, & ita corrigendũ eſſe cenſemus fulti authoritate eruditiſſimoꝝ: namq; Auerun- Auerũcus.
cus deus eſt, qui malorum auertẽdorum cauſa colebatur ab aueruncando nominatus, vt docet M. Varro in libris de lingua latina, aueruncare autem vocabulo antiquo ſignificat auertere atq; Auerunco.
depellere quã dictionem vſurpat Liuius ſic ſcribens in. viij. placuit ad aueruncandam deũ iram victimas cædi, & in. x. prodigiorum aueruncandorum cauſa ſupplicationes in biduum ſenatus decernit. Cice. ad Atticum in epiſtolis ſic ſcribit. Certe contra igitur iniquis dii aueruncent. Cato quoq; in re ruſtica viduertatem inquit vaſtitudinem'q;, calamitates, intemperias'q; prohibeſis defendas, auerunces'q;. Et Feſt. pacuuianũ dictũ amentiã aueruncaſſent tuam interpretatur. i. auertiſſent. Aueruncũ itaq; deũ Romani colebant, & ab eo p̃cabantur vt pericula auerũcaret hoc eſt auerteret amolireẽ atq; ꝓpulſaret, legatur ergo apud Gellium, Aueruncus non autẽ arungus. Cũ arungus nihil ſignificet, & dictio ſit illiterata, Aruncus apud Plinium accipitur pro villo q à capellarum mento dependet. Sed hoc & id genus ſexcenta alia q̃ apud ſcriptores in latina lingua reperiuntur partim obſcura partim deprauata tractantur ac enodãtur à nobis vberiori volumine quod quotidie cudimus: & adhuc ſub incude eſt quod edetur in tp̄e. in quo omni ſtudio ac vigilantia cõtendimus laboramus enitimur pro virili parte de latinæ linguæ ſectatoribus bene mereri. Hæc ille.

PIERIVS.

¶ Totius'q; ex ordine.) In Ro. codi. atq; etiam in medi. legitur abſq; ex, præpoſitiua particula, Totius'q; ordine. In aliis antiquis cod. ex, habetur, in quo animaduertendum eſſe ſynizeſin ex duabus vltimis ſyllabis, in Totius, ſi lectio ea, Totius'q; ex ordine gentis, admiratur. Verum ego crediderim ex, inſertum ex Paraphraſi, recte'q; legi. Dicam ordine. ¶ Mores & ſtudia & populos, & prælia dicam.) In Rom̃. prœlia, per œ, & in antiquiſſimo alio cod. vno minus &, legitur q̃; in vulgatis habeatur exemplaribus, in hunc modũ, Mores & ſtudia populos & prælia dicam. Voluerunt enim ſtudia ſuſpendere & abſq; &, coniunctiuæ particulæ interiectu ſentẽtię reliquum ſubiungere. Sed enim particula illa ter iterata me nihil offendit, & pręter quod numeroſiorem verſum facit figuram etiam non inelegantem adſtruit.

Principio, ſedes apibus, ſtatioq; petenda,
Quo neq; ſit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus inſultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas.
Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus à ſtabulis, meropesq;, aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.
Omnia nam late vaſtant, ipſasq; volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus eſcam.

SERVIVS.

¶ Principio ſedes.) Dicit vbi aluearia ponẽda ſint: in qua re ſatis perite & ea quæ abeſſe debent ne noceãt apibus: & ea q̃ adeſſe, vt poſſint prodeſſe, cõmemorat. Sane quoniam ſupra ait, Magnanimoſq; duces: ideo intulit modo, Sedes, ſtatioq;: quã tranſlationẽ diligenter reſeruat. ¶ Hædi'q; petulci.) Laſciui, exultantes. Et petulci dicti ab appetendo, vnde & meretrices petulcas dicim⁹. ¶ Picti terga.) Picta terga habentes. ¶ Pinguibus ſtabulis.) Plenis: ſicut inanes res, tenues nominamus ẽ contrario. ¶ Meropes'q; alię'q; voclucres.) Dicendo. Alię'q; volucres: oſtendit etiã aues eſſe meropes. Sunt autẽ virides, & vocantur apiaſtrę: qa apes comedunt. ¶ Et manibus progne pectus ſignata cruentis. Nomen poſuit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem verſa eſt: pro qua Prognem vel quaſi ſororem poſuit, vel quaſi eam quæ fuerat illius ſceleris cauſa. Nam ipſa Tereum miſerat ad ducendam ſororem. ¶ Dulcem nidis immitibus eſcam.) Ideſt crudelibus pullis qui apum morte nutriuntur.

CONSTANTIVS.

¶ Iacobus autẽ Conſtantius phanenſis oſtẽdit Prognes & Philomelæ fabulam variari collectaneorum ſuorum ca. xxiiij. his verbis. Excuderam olim adoleſcẽtulis tetraſtichon epitaphium in Octauium cleophilum vatem fanenſem, cum quo ipſas periiſſe, gratias & muſas dixerim adeo lepidos, illicibiles, dulces, ſonoros verſus cõponebat. In eo prognen poſuimus pro luſcinia. Quod ſtatim vt exiuit in publicum à duobus qui in Romana academia profitebantur, fuit cum deriſu authoris tanquam protritę fabulę parum cõſcii damnatum. Quapropter vt ei, qui ſupereſt (nam alter humanis deceſſit) oſtendam inſcitiam ſuam. atque hoc exemplo doceam alios, quicunq; ſunt natura propenſi ad cauillandum in alienis rebus, non eſſe de ſubito iudiciũ ꝓferendum, producere authores ſtatuo, à quibus conſilium cæpi, cum prognen pro luſcinia ſcripſi. Zenobius in prouerbioꝝ epitomatibus, vbi adagiũ hoc exponit δαυλίαν κάρωνην, ideſt dauliam cornicem prognẽ ait in ędona, ideſt luſciniam & philomelam in chelidona, ideſt hyrundinem fuiſſe mutatas. Cui ſuffragatur illud, quod in ariſtophanis in ranas commentario legimus, ityn Ædonis filium lugubri eius cantilena defleri, & ne quis gręce literaturę ignarus cõfingi hæc a nobis fortaſſe exiſtimet, afferam

Progne Philomela.

ram & Marci Varronis in de lingua latina teſtimoniū, qui ſic ſcribit. Luſciniola, & luctuoſe canere exiſtimatur atq; eſſe ex atticæ Progne in luctu facta auis. Quin & Probus Virgilianus īterpres in hyrundinem inquit, Philomela fertur ab aliis nō Progne verſa. Agnoſcat iugiter errorem ſuum meorum carminū vellicator & diſcat domi interdum noſtrę meliora naſci quā ſuæ.

PROBVS.

Mero/pes. ¶ Petulci.) laſciuientes hœdi. ⁋ Aut errans bucula cāpo,) vaccā dicit. ⁋ Meropeſq; aliæq; volucres.) Meropes dicunt aues quas in Italia vocant barbaros, quarum vox, quia multiplex carpit partitionem voces Meropes appellātur græce à meriſmo quem Progne gręci vocant, nos partitionem vocis, quam idem ὄπα dicūt gloſſematicos. ⁋ Et manibus progne pectus ſignata cruentis.) Hyrundo quondam Progne Pandionis filia, quę cum filium ſuū Itym coniugi pro epulis appoſuiſſet, ꝑpter quod in auem mutata eſt, ideo dixit. Et manibus Progne. p. ſ. c. in hyrundinem Philomela fertur, ab aliis non Progne verſa.

MANCINELLVS.

¶ Sedes apibus.) ſedes apibus collocanda eſt contra brumalem meridiem, ꝓcul à tumultu, & cœtu hominum, ac pecudum nec calido loco, nec frigido, nam vtraq; infeſtantur, hæc autem ima parte ſit vallis, ſic enim facilius apes aſcendunt, quum prodeunt pabulatum, cum onere autem per procliuia non ægre deuolant Columel. libro. x. capi. v. ⁋ Hœdiq; petulici.) hoc epitheto primus Lucretius vſus eſt, dixit enim libro. ij. Præterea teneri tremulis in vocibus hœdi, Corniferas norunt matres, agniq; petulci. Macro. li. vi. Petulci laſciui. ⁋ Inſultēt.) inſiliant. ⁋ Bucula.) A Petulc⁹ boue diminutiuum eſt. ⁋ Surgentes.) creſcentes. ⁋ Squalentia.) ſplēdida. ⁋ Pinguibus.) pinguia propter mel ait. ⁋ Meropeſq;.) Hę aues cunabula in terra faciūt, corporis grauitate prohibitæ Mero/pes. ſublime petere, genitores ſuos reconditos paſcentes, pallido intus colore pennarum ſuperne cyaneo, priori ſubrutilo. Nidificāt in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine. Plin. lib. x. cap. xxxix. aliter gauli dicuntur, vt aiunt vulgo etiam ieuoli. ⁋ Progne.) in hyrundinē Philomela fertur ab aliꝭs, nō Progne verſa. Id aūt, Varro etiā aſſerit, dicitur. n. Luſciola quod luctuoſe canere exiſtimatur, atq; eſſe ex Attica Progne in luctu facta auis, latius tamē de Progne videto librum ſextum met. ⁋ Pectus ſignata.) occiderat enim Itym filiū, Hinc ait etiam Ouidius. Neq; adhuc de pectore cędis Exceſſere notæ, ſignataq; ſanguine pluma eſt.

ASCENSIVS.

¶ Pricipio ſedes &c. Hęc eſt prima pars executionis in hoc opere, in qua vt à Mancinello prænotatum eſt poeta de ſedibus ſeu ſtationibus apum diſſerit dicens. Principio, ideſt pro primo prę cępto ſedes & ſtatio, ideſt habitatio (ſed exeuntibus iunioribus videtur ſtatio, ea enim eſt vbi naues ad tempus ſtant reſidentibus autem ſenioribus ſedes eſt) eſt petēda. i. diligenda apibus datiuus eſt vtilitatis nō paſſionis, hoc eſt non ab apibus (nō enim illis præcipit) ſed ab agricolis pro apibus. Quo ideſt ad quam ſedem & ſtationem aduerbium pro nomine neque ſit aditus, ideſt afflatus ventis (nam venti prohibent, ideſt impediunt ferre domum pabula, vt thymum & etiam mella) neq; oues, ve pro vel hœdi petulci, ideſt petulantes & laſciui cuncta laceſſentes inſultent, ideſt frequenter inſiliant floribus, & ita, ſcilicet decutiant rorem aut neq; ſup. bucula, ideſt iuuenca, aut iunior bos, errans, id eſt paſcens vagando, campo, ideſt per campum decutiat, ideſt concutiendo deꝭciat rorem &, atterat herbas ſurgētes ē quibus, ſcilicet pabula atq; fauos colligerent apes. Et lacerti picti, terga ſqualentia, ideſt lubrica & immunda hoc eſt habentes terga picta, ideſt maculis diſtincta, abſint à ſtabulis, ideſt aluearibus in quibus ſtationem habēt, vt dictū eſt, apes, pinguibus. i. plenis & melle diſtentis, & meropes, volucres & illę alię volucres quę ſ. apes deuorant, & Progne hoc eſt hyrundo in quam verſa putatur ſignata pectus, ideſt pectus habens ſignatum, manibus cruētis, ſcilicet ſanguine filii quem patri epulandum dederat, ſupple abſint à pinguibus ſtabulis. Nam huiuſmodi vaſtant omnia late & ferunt ore ipſas, volantes, ſcilicet apes appoſitorie eſcam vel in eſcam dulcem immitibus nidis. i. in quibus pulli ſunt ex rapina paſcendi, poſſet etiam ordo eſſe, ferunt nidis, ideſt ad nidos. Item ſic & ipſę aues volantes ferunt ipſas. ſ. apes, quia volando captando apes, ſed in idem redit.

PIERIVS.

¶ Meropeſq; aliæq; volucres.) In Medi. cod. non eſt geminata particula, q;, ſed meropes alięq; ve legit: magis tamē placet geminari, vt in aliis codicibus habetur. ⁋ Et manibus Progne pectus ſignata.) In Ro. co. & aliquot aliis antiquiſſimis, Procne, ſcriptū eſt, veluti græci faciunt πρόκνη. Quos & Romani ſecuti ſunt, vt ex antiquis inſcriptionibus quas Romę obſeruauimus videre licet. In Quirinali enim hęc ita habentur.

P. VALERIVS BASSVS PRÆFECTVS FABRVM CÆCILIA PROCNE DIANÆ VALERIANÆ. D. D.

Quod epigramma ideo libuit adnotare quia memineram Iouianum pontanum literatiſſimum priori ætate virum ſolicitum ſuper hac dictione fuiſſe, quia Prochne per. ch. in Apulia ſcriptum reperiſſet. Quod vero malunt nunc, Progne, per, g, ſeptimam literam ſcribi non difficulter admiſerim, quia, c, cognationem habere cum, g, & ſæpe eas inuicem ſuccedere alibi demonſtratum eſt.

SERVIVS.

¶ Et tenuis fugiens per gramina riuus.) Suſpendendū eſt Tenuis, ne incipiant eſſe duo epitheta, quod apud latinos conſtat eſſe vitioſum. ⁋ Vere ſuo.) Sibi grato & aptiſſimo. ⁋ Decedere ripa calori. Vt æſtus poſſint aquarum vicinitate vitare. ⁋ In medium.) Ordo eſt, in medium tranſuerſas ſalices, & grandia coniice ſaxa. ⁋ Pontibus vt crebris.) Veluti pontibus: nam non ſunt pontes. ⁋ Si forte morātes.) Tarde remeātes ex paſcuis. ⁋ Neptuno imerſerit.) Deum pro aquis poſuit. ⁋ Grauiter ſpirātis copia tymbrę.) Genus ē herbę abūdantis ī Phrygia. Grauiter aūt modo bene, & multū ſignificat: alias male. vt, Aut vbi odor grauis. Item, Graue olentis Auerni. ⁋ Violaria.) Loca in quibus naſcuntur violæ.

At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco
Adſint, & tenuis, fugiens per gramina riuus.
Palmaq; veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret.
Vt quum prima noui ducent examina reges
Vere ſuo, ludetq; fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori:
Obuiaq; hoſpitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſuerſas ſalices, & grandia coniice ſaxa:
Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, & alas
Pandere ad æſtiuum ſolem, ſi forte moranteis
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.
Hæc circum caſiæ virides, & olentia late
Serpilla, & grauiter ſpirantis copia thymbræ
Floreat, irriguumq; bibant violaria fontem.

MANCINELLVS.

¶ At liquidi fontes.) Varro etiam lib. iiij. capi. xvj. docet prope apiarium debere eē loca vbi pabulum ſit frequēs, & aqua pura. Si pabulum naturale deeſt, ſerenda ſunt roſa, ſerpillum, apiaſtrū, papauer, faba, lens, piſum, ocymū, medica. maxime cytiſum, qđ cytiſum valentibus vtiliſſimum eſt, etenim ab æquinoctio verno florere incipit & permanet ad alterum æquinoctium autūni, ſed vt hoc aptiſſimum ad ſanitatē apiū, ſic ad mellificium Tymum. ⁋ Muſco.) viridi lanugine. ⁋ Vere ſuo.) ſibi conuenienti. ⁋ Fauis.) Fauus eſt, quem fingunt multi cauatum ē cæra cum ſingula caua ſena latera habeant ſingulis pedes dedit natura. Fauus Varro li. iij. ⁋ Iuuentus.) Apiū progenies. ⁋ Hoſpitiꝭs.) ſedibus aquam liquidam, vnde bibant eſſe oportet, eamq; propinquam quæ pręterfluat, aut in aliquem locum influat, ita ne altitudine aſcendat duos aut tres digitos, in qua aqua iaceant teſtæ aut lapilli, ita vt extent paulum vbi aſſidere, & bibere poſſint, in quo diligenter habenda cura, vt aqua ſit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodeſt. Varro lib. iij. ⁋ In medium.) Ordo eſt in medium coniice ſalices, &c. ⁋ Moranteis.) dum pabulātur. ſ. Neptuno aquis ipſis caſię de his Thymbra. videto in Alexi. Si etiam de ſerpillo. ⁋ Thymbræ.) hæc alio vocabulo ſatureia dicitur, ſeritur menſe februario. Plini. libro. xix. Columel. vero lib. x. ca. iiij. ſic ait, aut etiam thymbræ, vel noſtratis Cunelæ, quam ſatureiam ruſtici vocant, in Plin. autem libro Satureia xx. Cunilia ſemper legitur.

ASCENSIVS.

¶ At liquidi fontes. Poſtq; deſcripſit quæ abeſſe debeant apibus

atq; aluearíis nunc quæ adeſſe velit deſcribit dicens. At, ideſt ſed fontes liquidi, ideſt puri & lympidi, & ſtagna virentia muſco, ideſt in quibus creſcit muſcus viridis & riuus tenuis, ideſt exilis ne murmure, ſcilicet aquæ impetuoſe decurrentis offendantur apes fugiens, ideſt recurrens per gramina adſint, ſcilicet ad aluearia & ſedem ſtationemq; apium, & palma, ideſt arbor illa longiſſimis frondibus aut oleaſter, ideſt olea ſylueſtris ingens, ideſt ingentes ramos expandens, obumbret veſtibulum, ideſt paruum ſtabulum hoc eſt primum introitum ſtationis, vt cum, ideſt quã do reges, ideſt primores apum regali more viuentes, noui ſcilicet ad nouam pubem regẽdam, electi ducent, ideſt educent ſuo.i. opportuno & debito vere, prima examina.i. primos fœtus apũ & iuuentus, ideſt multitudo iuniorum apum emiſſa, ideſt educta tunc primum, ludet fauis.ſ. à ſe collectis, ripa vicina inuitet, ideſt alliciat, decedere calori ad frigus opacum in ripis, & vt arbos, ſcilicet palma aut oleaſter obuia, ideſt obiecta decedere volentibus teneat, ideſt immoretur, hoſpitiis, ideſt ſedibus frondentibus nuper captis frondibus, ideſt ramorum frondentium, hoc eſt vt propter amœnitatem riparum alliciantur exire aluearíis ſed propter amœnitatem arboris redeant nec ſedes mutent. Seu, ideſt ſiue humor, ideſt aquæ vicina, ſtabit, ideſt ſtagnabit, iners, ideſt torpens ſeu profluat, coniice ſalices tranſuerſas, ideſt tranſuerſum, & ſaxa grãdia in medium, ſcilicet eius hoc eſt humoris, ſeu aquæ vt.ſ. apes poſſint conſiſtere, ideſt requieſcere crebris põtibus, ideſt lignis aut lapidibus iniectis quibus, vt homines pontibus vtantur, & poſſint pandere, ideſt explicare alas ad ſolem æſtiuum, ſi forte Eurus ventus ille impetuoſus ſparſerit, ideſt diſperſerit, ſcilicet apes moranteis.tardius redeuntes, dum enim incumbentem pluuiam percipiſcunt non ſolent abire à ſtabulis lõgius ſaltem, & ſi forte abiuerint præcipites redire, ſi quæ autem immoratæ fuerint ne alis humidis immergant dum aquam peruolare cupiant monet pontes conſtituere, & ſi Eurus præceps, ideſt præcipitanter flans & ingruens, immerſerit Neptuno, ideſt aquis quibus Neptunus præeſt, Caſiæ, ideſt herbæ illæ odoriferæ virides floreant ſupple circum hæc, ſcilicet dicta loca ac ſtabula apum, & ſerpilla olentia late, & copia, ideſt abundãtia & vbertas, thymbræ in phrygia abundantis à qua Apollo thymbrbræus dictus eſt, ſpirantis.i. fragrãtis grauiter, ideſt potenter, floreat circum hæc, & violaria.i. violarum frutices, aut copia earum aut loca in quibus naſcuntur, bibant circum hæc, fontem irriguum i. irrigantem, hoc eſt habeant etiam herbas odoriferas in conſinio ad paſtum & mellificium.

PIERIVS.

¶ Aut ingens oleaſter obumbret.) In Ro.co. & in quibuſdã aliis peruetuſtis codicibus, Inumbret, legitur, ſed plures, obumbret, habent. ⁋ Vicina inuitet decedere ripa calori.) In Ro.co. diſcedere eſt. Sed decedere magis probatur, & ſignatiſſime poſitum eſt. ⁋ Et olentia late ſerpilla.) In Ro.cod. Serpulla de qua ſcriptione plura diximus in Alexi.

Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Anguſtos habeant aditus, nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda, neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cæra
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hæc ipſa ad munera gluten,
Et viſco, & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.
Sæpe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris:
Sub terra fodere larem, penituſq; repertæ
Pumicibuſq; cauis, exeſæq; arboris antro.
Tu tamen è leui rimoſa cubilia limo,
Vngue fouens circum, & raras ſuper iniice frondes.
Neu propius tectis taxum ſine: néve rubentes
Vre foco cancros: altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis: aut vbi concaua pulſu
Saxa ſonant: vociſq; offenſa reſultat imago.

SERVIVS.

¶ Vtraq; vis apibus pariter metuẽda.) Tam caloris q̃ frigoris. Quod licet vtrũq; æquali modo metuẽdum ſit, tamẽ diſſimiliter nocet. Nam calore liquefacta defluunt mella, quæ ſi fuerint frigore condurata, conſtrictas apes interimunt. ⁋ Spiramenta.) Exitus. Alibi, Sæui ſpiracula ditis. Fucoq;.) Genus eſt herbæ, vnde tinguntur veſtes. Fucum autẽ & flores pro cera poſuit quã ex his colligunt rebus. ⁋ Hæc ipſa ad munera.) Ad officia coanguſtandarum cauernarum. ⁋ Et viſco & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.) Ordo eſt, Seruãt gluten, quod eſt lentius & viſco, & Phrygiæ Idæ pice. Seruant autẽ mire ait: nam pilas quaſdam in aluearibus faciũt, de qbus poſtea cerea tecta cõponunt. ⁋ Si vera eſt fama.) Si credendum eſt apes poſſe terras effodere. ⁋ E leui rimoſa cubilia limo.) Alii. ⁋ Et leui legunt.) Vnus tamen ſenſus eſt. Nam hoc dicit, Quod illæ nimio labore perficiunt, tu è leui vngue rimoſa cubilia circũfouens limo, etiam raras frondes ſuperiniice. Quod ideo fit ne vel limus crepet, vel cauernæ aut ſole penetrentur aut frigore. ⁋ Taxum ſine.) Venenatam arborem. Ipſe in Bucolicis, Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Mel enim peſſimum exinde gignitur. ⁋ Rubentes cancros.) Odore enim ipſo pereũt. Rubentes autem cum vruntur: non quia per naturam ſint huius coloris. ⁋ Altæ neu crede paludi.) Ne facilè mergantur. ⁋ Vociſq; offenſa.) Reſonat Echo repercuſſa: quãm apes vehementer horrere manifeſtum eſt.

MANCINELLVS.

¶ Ipſa autem.) aluearia ſunt optima cortice, ſecunda ferula, tertia vimine, Plin. lib. xxj. ait, ꝙ alii faciunt alueos, ex viminibus, alii è ligno, ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fictiles, alii etiã ex ferulis quadratas, longas pedes circiter tres, latas pedem, hæc omnia vocant à mellis alimonia aluos. ⁋ Aluearia.) hoc alueare & hoc aluearium, hæc aluus: & hic alueus, ſic tymus & tymum, Cytiſus & cytiſum legimus in Var. Columel. & Plinio, ſic etiam ſatureiam in ſingulari, & ſatureia in plurali reperimus. ⁋ Anguſtos aditus.) Columella docet lib. x. aditum fore capacem vnius apis tantummodo, ſed plures eſſe debere, quo facilius apes, intrent, exeantq;. ⁋ Certatim.) Cum certamine. ⁋ Tenuia ſpiramenta.) rimulas. ⁋ Linunt.) inungunt, Circumlini aluearia fimo bubulo vtiliſſimum inquit Plin. libro. xxj. ⁋ Fucoſq;.) eſt fucus rubea herba, qua veſtes tinguntur, φῦκος enim color dicitur. ⁋ Et flori.) flores quoque latiores aditibus circunſtruũt apes, vt Plini. ſcribit. ⁋ Oras.) fiſſuras. ⁋ Gluten.) confectionem quandam, ea autem, vt Plinius libro. xj. capi. vij. oſtendit. Propolis dicitur, ait enim ſic propolis craſſioris, iam materiæ additis floribus, nõdum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obſtruuntur, odore etiã non graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. Meminit & Varro libro. iij. ⁋ Munera.) officia. ⁋ Pice idæ.) de hac ſuperius. ⁋ Sub terra fodere larem.) circa Thermodoontem fluuium duo apium genera, aliæ in arboribus mellificant, aliæ ſub terra triplici cerarum ordine huberrimi prouentus, Plin. libro. xj. capi. xvij. ⁋ Penitus cauis.) valde cauis. ⁋ Pumicibus.) lapidibus. ⁋ Antro.) Cauerna. ⁋ Limo.) fimo bubulo inquit Plinius. ⁋ Cancros.) grauis, & tetri odoris, non ſola virentia, ſed & quælibet res prohibeantur, ſicuti cancri nidor, quum eſt ignibus aduſtus, aut odor paluſtris cœni, nec minus vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ quas græci Echus vocant, Columel. libro. x. capi. v. Cancros, cancrum odore ſi quis iuxta coquat, apes exanimantur, Plin. lib. xj. ⁋ Altæ paludi.) aqua enim non debet aſcenere duos aut tres digitos, vt iam oſtendimus latius. ⁋ Offenſa.) repercuſſa. ⁋ Vocis imago.) echo intelligitur, imago vero quaſi imitago dicitur. ⁋ Reſultat.) inimica apibus echo eſt reſultanti ſono, qui pauidas alterno poſſet ictu inimica & nebula Plinius, libro. xj.

Propolis.

ASCENSIVS.

¶ Ipſa autem, ſeu corticibus, &c. Docet aluearia conficere oſtendens ex qua re & qua forma fieri debeant. ¶ Ordo eſt, autem, ꝑ ſed ipſa aluearia (ſi non ſcribendum eſt aluaria, quod ab aluo formetur, ſicut ab alueo aluearia dicimus, eſt cõtractio vocalium in vnam ſyllabam, & pronunciandum quaſi aluearia,) ideſt domicilia apum: ſeu fuerint tibi ſuta, ideſt conſuta, & conſuend o formata, ſup. ex corticibus cauatis, extractis, ſcilicet ilignis, ſeu fuerint texta, ideſt contexta vimine lento, ideſt flexibili, ſicut ex culmis frumentaceis etiam fiunt, ex quacunq; ergo materia formata fuerint, habeant anguſtos, ideſt conſtrictos, aditus.i. acceſſus. Nã hyems cogit, ideſt cõſtringit & cõtrahit mella frigore, quod ſcilicet per lætos aditus intraret, & calor.ſ. æſtiuus, remittit, ideſt defluere

defluere facit eadem.ſ.mella liquefacta.i.reſoluta, & vtraq; vis i.violentia aut abundantia tam frigoris q̃; caloris eſt metuenda pariformiter, apibus ne.ſ.illis officiat Neq; illę.ſ.apes nequicq̃; i.fruſtra hoc eſt non ab re, ſed ſumma ratione linunt.i.obſtruunt cera, certatim.i.cum magno conamine ſicut fit vbi pro laude certatur, in tectis.i.aluearibus, aut aluearijs ſuis ſpiramenta.i.rimas per quę ſpiritus.i.ventus intret, tenuia.i.q̃; tumuis tenues, & modicas, & explent.i.opplent, oras.i.extremas, fiſſuras, fuco.i. herba illa rubea, & floribus.i.cera ex floribus collecta, aut reuera folliolis florum, & ipſæ ſeruant gluten.i.genus, conglutinationis collectū.ſ.ex floribus & herbis, ad hęc ipſa munera.i. officia hoc eſt ad obſtruēdas rimas lentius.i.viſcoſius, &.i.ſimul viſcoſo & pice idæ phrygiæ.i.quæ colligiẗ ex arboribus piceis in ida phrygia abundantibus. Apes etiam fodere ſæpe (ſi fama eſt vera, quia non eſt veriſimile apes fodiſſe) ſub terra larem, ideſt foramē aut domum, & hoc latebris.i.cauernis terræ, effoſſis.i.fodiendo aptis, & repertę.ſ.ſunt ſup. in pumicibus.i.lapidibus illis ſpōgioſis penitus, ideſt valde & pene intus, cauis, ideſt cauatis & in antro arboris exeſæ, ſcilicet à carie aut vetuſtate, hoc eſt apes ſummum quidem ſtudium adhibent ad obſtruendas rimas aluseariorum, tamen &, ideſt etiam tu vnge cubilia rimoſa, ideſt hiantia & rimas ac fiſſuras habētia limo leui.i.molli & faciliter leuigabili, fouens circum, ideſt in circuitu, & ſuperiniice raras frondes ne, ſcilicet deſiccatus limus diſſoluatur, neu ſine, ideſt & non permittas, taxum arbórem illam in corſica frequentem & mella deprauantem propius, ideſt vicinius q̃; ſatis ſit, aut valde vicine, tectis ſ.aluearium, neue vre, ideſt vel ne vras foco, ideſt igni aut in foco, ideſt loco vbi ignis fouetur cancros.i.piſciculos illos rubentis, ſcilicet dum cocti ſunt, hęc autem vetat ne graui odore necentur apes neu crede, ideſt cōmitte.ſ.apes paludi altæ. i. profundæ ne.ſ.immergantur peruolantes, cum non poſſint ſaxa eminentia iniici, aut ne graui odore exhalante ſuffocenẗ, aut ne credes apes ſupp. illi loco, vbi eſt odor grauis cœni, ideſt luti, aut, vbi ſonent pulſu.i.ex impulſu aquarum, ſaxa concaua, ideſt excauata pulſu i.per impetum & impulſum aquarū & vbi imago vocis.i.echo referens eandem vocem quam accęperat, reſultat.i.repercutitur offenſa.ſ.ab obſtaculo loci concaui, quia vt graui odore ita vehemēti ſono obtunduntur apes.

PIERIVS.

Seu lento fuerint aluearia vimine texta.) Quamuis, aluearia quinq; ſyllabarum numero per ſynizeſin dictione integra ſcribē dum eſſe nonnullorum codicum conſenſu, & Capri grammatici obſeruatione monemur. Pleraq; tamen exemplaria vetera, aluaria, legunt, quam lectionem Flauius ſoſipater agnoſcit vbi dicit, aluaria, neutraliter dicuntur. Virgilius, ſeu lento fuerint aluaria vimine texta, quamuis Cicero dixerit, apes in aluearium conceſſerant, in œconomico, ſingulariter. Aduertendum vero, nunquid apud ſoſipatrum codex mendoſus ſit ea dictione neutraliter dicuntur, pro pluraliter vt reſpondeat ad illud quod Cicero ſingulariter protulit. In antiquo ſane codice Cariſii neutraliter legi, & aluaria quadriſyllabum. Collectumq́; hæc ipſa ad munera gluten.) Obſeruat Cariſius Gluten à Virgilio dictum, quod alii Glutinum dixere. vt apud Scaurum legere eſt Dędalum iueniſſe glutinum. & apud Salluſtium quaſi glutino adoleſcebant. Sub terra fodere larem.) Sunt codices, in quibus, ſub terram ſit, In Mediceo, ſub terras. Atque etiam fouere larem, quod ſatis videbatur ſuperiore verſu, ac eodem membro dictum, effoſſis latebris. Exeſæq́; arboris antro.) In codicibus nonnullis manu ſcriptis legere eſt. Arboris aluo. Sed antro, per hyperbolem longe melius videtur, ac figuratius. Neu propius tectis taxum ſine.) In Oblongo codice vaticano legere eſt. Neu propius. Taxum tectis ſine, propter ſibilum vero duorum, ſſ, crediderim ea tranſpoſita.

Quod ſupereſt, vbi pulſam hyemem ſol aureus egit
Sub terras, cœlumq́; æſtiua luce recluſit:
Ille continuo ſaltus, ſyluasq́; peragrant:
Purpureosq́; metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc neſcio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosq́; fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras: & mella tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emiſſum caueis ad ſydera cœli
Nate per æſtatē liquidam ſuſpexeris agmen:
Obſcuramq́; trahi vento mirabere nubem:
Contemplator, aquas dulceis, & frondea ſemper
Tecta petunt. huc tu iuſſos aſperge ſapores,
Trita meliſphylla, & Cærynthæ ignobile gramen.
Tinnitusq́; cie, & matris quate cymbala circum.
Ipſæ conſident medicatis ſedibus: ipſæ
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.

SERVIVS.

Pulſam hyemē ſol aureus egit.) Secūdum phyſicos: qui dicūt quo tempore hic hyems eſt, æſtatē eſſe ſub terris: & verſa vice cum hic æſtas, illic hyemem. Quod etiam Lucretius exequitur, & trahit in argumētum putealem aquā, quę æſtate frigidiſſima eſt: hyeme vero calidiſſima. Metunt flores.) Secant. Vnde & meſſores dicti ſunt. Sane meto metis, facit pteritū pfectū meſſui. Hinc.) Ex floribus ſcilicet, ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. Neſcio qua dulcedine lętæ.) Quadam arcana ratione naturæ. Mella tenacia figūt. Quia cum inuerſi ſunt faui, mel tamen inde non funditur. Vnde ait Tenacia, quæ in reſupinatis fauis cohærent. Caueis.) Aluearibus. Æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.) Per ver ſerenum. Contemplator. Pro intuere, nam tempus futurum pro pręſenti poſuit ab imperatiuo modo. Aquas dulcis, & frondea ſemper.) Propter hoc ait ſupra, Et tenuis fugiens per gramina riuus, Palmaq́; veſtibulum. Trita meliphylla.) Varro hanc herbam apiaſtrū dicit in primo libro operis ruſtici. Cerynthę ignobile gramen.) Vile, vbiq; naſceas. Matris cymbala.) Quę in eius tutela ſunt, ideo quod ſimilia ſunt hemyclis cœli, quibus cingitur terra, quę eſt mater deoꝝ. More ſuo.) Naturali ratione, cuius cauſa non redditur. Quis enim nouit cur aeris ſono redeant in aluearia? licet ipſe paulopoſt dicit, Crepitantiaq́; æra ſecutę, Dictęo cœli regē pauere ſub antro.

PROBVS.

Caſię, virides & olentia lare Serpilla, caſſia herbę genus id q̃d herbę eſt, odoratę. Serpilla, item, herbę, genus, quod à ſerpendo ſerpillum cognominatur. Trita melliſphylla, eſt herba, quā plerīq; vocant melliloton. Cęrinthon.) eſt flos luteus cuiuſdam herbę, quę copioſiſſima eſt in Euboea: in qua oppidum eſt impoſitum Tarentum lacedæmonii condiderunt, duce Phalanto, qui ſunt dicti parthenladę nati cum oppugnaretur Meſſene non legitimo matrimonio.

MANCINELLVS.

Quod ſupeſt.) quod reſtat docebimus. Vbi pulſam hyemem.) Alexāder aphrodiſeus problematum ſectione. vj. ſic ait, Cur putealis aqua in hyeme calida eſt, in æſtate autem frigida. Reſpondendum, quod cōtrarium ſemper fugit, vtpote ſibi infeſtum cōtrarium, Cū ergo calidum & frigidum inuicem inter ſe contraria, atque corruptiora ſint, nō dubium: quin per æſtatem calor aerem ambiat calidum, inq; terræ ſinus, atq; penetralia fugiat frigidus, & ob hoc aquā frigefaciat. Per hyemem vero frigore dominante in aere, calor in terræ penitiſſima diffugiens, aquam calefacit, nam id natura ſanxit, vt contraria in eodē loco, ac per idem tēpus ſimul nou manerent, hęc ille, tamē eadem fere Lucre. quoq; dixit, quū ait, Frigidior cur in puteis æſtate ſit humor. Areſcit, quia terra calore, &c. Ille cōtinuo.) hyeme apes conduntur ante fabas florentes non exeunt ad opera, & labores, nullusq́; quum per cœlū licuit ocio perit dies, primūitaq; fauos conſtituunt: cęram fingunt, hoc eſt domos, cellasq́; faciūt, deinde ſobolē, poſtea mella Plin. li. xj. Et flumina libant.) ſine aqua inquit Colu. lib. xj. neq; faui, neq; mella, neq; pulli deniq; figurari queūt. Eſt igiẗ opus, vt aqua ſit apibus vicina. Hinc.) è floribus, & aquis. Dulcedine.) Dulcis enim eſt ſoboles omnibus fere. Cęras.) Celſus ait, vt inquit Colu. li. x. ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella, quę tanto meliorem qualitatem capiunt quanto iucundiore ſit materia cęra confecta. Caueis.) ab alueis. Æſtatē liquidā.) ver ſerenū, ait enim inferius. Ergo vbi ver nactę ſudū. Agmen.) examē. Quippe talis eſt apum natura, vt pariter quęq́; plebs generetur cū regibus: qui vbi euolandi vires adepti ſunt, conſortia dedignantur vetuſtiorū: multoq́; magis imperia. Itaq; duces pcedunt ſua iuuētute, quę vno aut altero die in ipſo domicilii veſtibulo glomerata conſiſtens egreſſu ſuo proprię deſideriū ſedis oſtendit, &c. Col. li. x. Contemplator.) inſpice, aduerte. Meliſphylla.) Pli. li. xx. ſic ait, Apiaſtrū Hyginius quidem meliſphyl

[margin: Apiū labor. — Apū reges. — Apiaſtrū Moliſphyllon]

lon appellat, Hæc ille, interpretatur autẽ vt aiunt alii, meliſſes.i. apis, Phyllon folium, herba enim eſt cuius folia mel ſapiunt: idẽ vero Plin. libro.xx.ſcrib. meliſphyllo, ſiue meliterna, ſi perungantur aluearia, non fugient apes, nullo enim magis gaudent flore. Copia iſtius examina facillime continentur. Item præſentiſſimum eſt contra ictus earum veſparumq́; & araneorum, itẽ ſcorpionum, &c. ¶ Cerinthæ.) herba eſt folio candido incuruo cubitalis, capite concauo, mellis ſuccum habente, florum eius auidiſſimæ ſunt apes, atque etiam ſinapis. Plin. libro.xxj. capi.xxiiij. ¶ Tinnitusq́; ciere.) Varro libro tertio ſcrib. quando noua examina volant iaciundo inter apes puluere & circumtinniendo ære perterritas, quo voluerit, perducet Mellarius, & Plin. libro.xj. inquit de apibus. Gaudent plauſu atque tinnitu æris, eoq́; conuocantur. ¶ Matris cymbala,) Inſtrumenta erant, quibus vtebantur in ſacris Cybeles deorum matris. ¶ Medicatis ſedibus. ſolent enim mellarij locum aliquem oblinire apiaſtro, cæterisq́; rebus, quibus delectantur apes, vt ibi conſidant, vbi conſederint afferunt aluum prope eaſdem, illitam intus, & prope appoſita fumo læui circundato cogunt eas intrare. Varro inquit libro.iij.

Cerithę

Cymbala.

ASCENSIVS.

¶ Quod ſupereſt, docet reliqua ad apes pertinẽtia quomodo videlicet, educant fœtus, & quo medicamento retinendę ſint ne diuagentur. ¶ Ordo eſt reſpiciẽs ad id, principio ſedes apibus, &c. vt ſit illud quidem in principio faciendũ eſt, ſed vt quod ſupereſt i. quod reliquum eſt, aut quod reſtat, præcipiam, vbi.i. poſtq̃, ſol aureus, ideſt rutilus, egit ſub terras.i. exegit conſpectu ſuo hyemem, ideſt frigus, & pluuias hyemis, pulſam.i. exactam: & recluſit.i. aperuit luce æſtiua.i. ſplendore æſtiuali, ille.ſ. apes peragrãt, ideſt peruolant continuo ſaltus, & ſyluas, & metunt.i. exugunt flores purpureos.i. purpurei coloris, aut pulchros vt purpura eſt, & ipſe leues.i. agiles, & veloces libant, ideſt deguſtant aut attingunt flumina ſumma, ideſt ſummitatem fluminum, & ipſæ lætæ neſcio qua dulcedine, ideſt delectatione naturali, fouent hinc, ideſt ex floribus, & flumine ꝓgeniem, ideſt fœtum & nidos.i. fauos, & excudunt hinc arte.i. artificioſe recentes ceras, & figunt.i. affigunt, aut fingunt.i. componunt mella tenacia hinc.i. deinde, vbi ſuſpexeris, ideſt ſuſpiciendo, hoc eſt ſurſum inſpiciendo videris agmen.i. examen apium agminatim volãtium, emiſſum caueis.ſ. alueis ad ſydera cœli, ideſt in altum aera videris dico nare.ſ. remigio alarum, hoc eſt volare, quia ſic aere vtitur volucris vt natãs aquis, per ęſtatem liquidam.i. ver tepidum & ſerenũ, & mirabere nubem, obſcuram trahi vẽto.i. ſi tunc vbi emiſſæ ſunt apes oborta fuerit, tempeſtas nubiloſa aut mirabere nubem obſcuram trahi vento, cum non ſit nubes, ſed examen apium emiſſarum, vt aũt ſcias quo conſidant, contemplator.i. reſpice, & attẽde, quia ipſe petũt dulcis aquas, & tecta frondea.ſ. arbores.i. vmbroſas, aſperge tu huc.i. ad hanc rẽ quã ſpõte petunt ſapores iuſſos.ſ. à rei ruſticę p̃ceptoribus, videlicet meliſphylla.i. apiaſtrum quod apis folium interpretatur trita.i. contuſa, vt ſaporẽ mellis, quem cõtinẽt edant, & gramen ignobile.i. vile quo ad alios vſus & vulgo naſcens, cerinthæ, illius herbæ, & cie.i. excita tinnitus i. crepitus peluium, & quate.i. cõcute circũ.i. ꝑ circuitũ cymbala i. inſtrumenta ſonora matris.ſ. deum hoc eſt cybeles ſeu cybelis, ipſę.ſ. apes excitę aut conſitæ cõſident.i. ſedẽ ſimul capient ſedibus medicatis.i. dictis herbis illitis & ipſę.i. ſpõte ſua nõ coactæ cõdent.i. recipiẽt ſe ſuo more.ſ. naturali in ĩtima cunabula.i. penitiſſimas cellas ſuas. Et ita docet quomodo reuocari poſſunt quoties ſerenitate euocantur.



SERVIVS.

¶ Inceſſit.) Ingruit, inuaſit. Alibi, Inceſſi muros, ignes ad tecta volare. Et ĩceſſit regibus, figuratum eſt: nam inceſſit reges dicimus. ¶ Trepidãtia bello corda.) Alacritate pugnandi: non timore. Alibi, Exultantiaq́; haurit Corda pauor pulſans. ¶ Morantis.) Tarde incedentes. ¶ Fractos.) Colliſos. ¶ Trepide coeunt.) Feſtinãt inter ſe in aluearibus. ¶ Pennisq́; coruſcant.) Quemadmodum ſecuta milites cõmouent. ¶ Vocant clamoribus hoſtem.) Prouocant. ¶ Ver nactæ ſudum.) Serenum poſt pluuias, vt, Per ſudum

Sin autem ad pugnam exierint (nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu)
Continuoq́; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda, licet longe præſciſcere: nanq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat: & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter ſe coeunt: pennisq́; coruſcant:
Spiculaq́; exacuunt roſtris: aptantq́; lacertos:
Et circa regem, atq; ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur: magnisq́; vocant clamoribus hoſtem,
Ergo vbi ver nactę ſudum, camposq́; patentes
Erumpunt portis: concurritur æthere in alto:
Fit ſonitus: magnum miſtæ glomerantur in orbem,
Præcipitesq́; cadunt: non denſior aere grando,

ſudum rutilare vident. ¶ Camposq́; patentes.) Ideſt per aerem purum & liquidum, non nubibus clauſum: & ita aer, campus eſt apum, vt mare nauium, hominum ſolum. Ipſe in quinto, Subtrahiturq́; ſolum. ¶ Glomerãtur in orbem) More bellantium. ¶ Non denſior aere grãdo.) In aliis enim bellis victi tantum pereunt: in certamine vero apum etiam victrices. Nam dicturus eſt, Animasq́; in vulnere ponunt. ¶ Tantum pluit ilice glandis.) Erit nominatiuus hæc glans. ¶ Ingentes animos.) Statius, Maior in exiguo regnabat corpore

Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis,
Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentes animos anguſto in pectore verſant,
Vſq; adeo obnixi non cedere: dum grauis, aut hos,
Aut hos, verſa fuga victor dare terga coegit,
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.

pore virtus. Homerus μικρὸσ μὲν ἔην δέμασ ἀλλὰ μαχητὴσ. ¶ Pulueris exigui iactu.) Quia cum puluerem viderit, ſperat tempeſtatem futuram, quæ eis plurimũ nocet.

MANCINELLVS.

¶ Inceſſit.) inuaſit. Aptantq; lacertos, perſtat i metaphoris. ¶ Circa regẽ.) Mira apum circa regem obedientia, quum procedit, totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Plin. libro vndecimo. ¶ Prætoria.) dicta quod ibi reſideat prætor ad diffiniendum. ¶ Nactę.) inuenerunt. ¶ Ver ſudum.) ideſt ſiccum quaſi ſine hudo, vt ait Feſtus. ¶ Pulueris exigui iactu.) Varro libro. iij. ſic ait Quę crebrius inter ſe pugnabunt, aſpergi eas oportet aqua mulſa, quo facto non modo non deſinunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes, &c.

ASCENSIVS.

¶ Sinautem ad pugnam. Quia docuit apes euocari aliquãdo ſerenitate, docet conſequenter eas etiã ad pugnam excitari & excitatas modica re, vtputa iactu pulueris poſſe ſedari. Ordo eſt. Sin, ideſt ſed ſi ſup. apes exierint ad pugnam (nam ne id mireris) diſcordia inceſſit, ideſt irrepſit ſæpe duobus regibus. ſ. apum magno motu. i. cum tumultu populi. ſ. præſciſcere, & prædiſcere cõtinuo animos vulgi. i. reliquarum apum quæ reſpectu regũ vulgus. i. vilis populus ſunt & corda trepidantia bello. longe. ſ. ante quã ineãt prœlia. Naq; ille. ſ. notiſſimus & inclytus canor. i. clangor. Martius. i. bellicus, ęris, ideſt litui aut tubæ æreę, rauci. i. rauce ſonantis, hoc eſt murmur & ſtrepitus apum bellicum clangorem imitans increpat. i. carpit & exprobrat cum crepitu quodã morantis, ſcilicet intra cellas aut aluearia ſua nõ ſtatim proruentis, (Eſt aũt accuſatiuus pluralis numeri, exponit, quis ſit canor dicens) & pro. i. vox imitata. i. imitans & effingens ſonitus tubarum fractos, ſcilicet raucitate canentis cum ſtupore auditur, ſcilicet inter apes, tum ipſe apes coeunt, ideſt congrediuntur, & conuentum faciunt inter ſe exiſtentes trepidæ, ideſt feſtinæ cum tremore ſicut in bello tumultuario homines ſolent, & coruſcãt, ideſt micant pennis, ideſt vibrantibus alis, & exacuunt roſtris ſpicula, ideſt aculeos ſuos, & aptant ſuos lacertos ad inſultus faciẽdos & recipiendos & miſcentur circa regem denſe, & ad ipſa prętoria. ſ. vbi p̃tor. i. princeps belli & iudex locũ habet, hoc eſt ſumma cura cuſtodiunt regem & ductorem ſuum in qua re vt dixi Poeta per apes docet quid hominibus faciendum eſt, quodq; peculiari quadam laude Galli hactenus obſeruant, & vocant, ideſt prouocãt magnis clamoribus hoſtem aut ſingularis eſt pro plurali, quia plus ſignificat, aut multo ſignificantius hoſtem, ideſt regem caput belli & diſcordię, quaſi dicat, vt ad ſui regis cuſtodiam feruent, ita in aduerſarii perniciem ardent. Ergo, quia, ſcilicet nonnunquam ad pugnam exire ſolent vbi ipſæ apes, ſcilicet nactæ ſupple ſunt, ideſt obtinuerunt, ver ſudum, ideſt ſeorſum ab vdo eſt clarum & ſerenum, & campos patentes, vbi ſcilicet æquo marte pugnent, hoc eſt data opportunitate temporis & loci, ipſe erumpunt, ideſt vi ſe emittunt portis (Alluſio ad ciuitates) & concurritur, ideſt concurſus fit, ſcilicet ab vtroq; exercitu in alto æthere, & ſonitus, ſcilicet pugnantium fit, & ipſæ mixtæ glomerantur, ideſt conuoluuntur in magnum orbem, ideſt glomus, & cadunt præcipites, ſcilicet mutuis vulneribus interemptę & amiſſis potiſſimum ſpiculis, grando nõ cadit, aut nõ pluit denſior aere, q̃; ſcilicet apes, nec tãtum. i. tam multũ glãdis pluit de ilice concuſſa quantum, ſcilicet apium cadit ex tali conflictu (& eſt apta ſimilitudo, nam corpuſcula apum grandinis, & glandis fere inſtar ſunt.) Ipſi ſcilicet reges, & primi ductores verſant in anguſto corpore ingentes animos (pulchrum antitheton) obnixi. i. obnitentes & conſtituentes vſq; adeo, ideſt omnino non cedere, dum, ideſt donec victor grauis, ideſt moleſtus & grauiter vrgens ſubegit, aut hos. hoc eſt, aut vnos, aut alteros dare terga verſa. i. obuerſa fuga, ideſt per fugam, hi ſcilicet immẽſi motus animorum atq; hæc tanta certamina, ſcilicet apũ, quieſcent, ideſt ſedabuntur compreſſa iactu, ideſt per iniectionẽ exigui pulueris, credunt enim aut grãdinem aut imbrem decidere, & eſt iterum antitheton, tanta, ideſt tam magna certamina & exigui pulueris &c. Antitheton autem vt ſæpe admonui dicitur contra poſitum hoc eſt contrariorũ poſitio, quæ plurimũ ſplẽdoris habet, vnde ab inanibus cauſidicis plus iuſto affectari ſolet dicẽte Perſio. Pedius quid? Crimina raſis librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras

Antitheton.

ſe figuras Laudat. Sane ex huiuſmodi coloribus quibus hic ſparſim vtitur poeta liquet in mediocri dicẽdi charactere et exornationibus eſſe locũ, dũmodo nõ ſint affectatę nec penitus impertinẽtes, ſed ad continua tranſlationem pertinentes. Quales ſunt quibus in hoc potiſſimũ. iiij. lib. vtitur Maro noſter. Nã niſi metaphoricos loquatur, nõ poſſet exhibere, qđ in frõte receperat admirãda leuiũ ſpectacula rerũ. Opus enim erat in apibus animalium vtilium facile minimis res regales immo plus q̃; heroicas fingere, vnde dicturus eſt, eſſe apibus partem diuinę mentis & hauſtus Ætherios dixere. Vnde nũc reges apum deſcribens, reges Hominum graphice depingit nõ minus arguta inuentione quàm Homerus, qui in deorum factis humana perſcribit. Artificioſius enim eſt in minimis animalium ſummos hominum deſcribere q̃; in deis homines. Omnia itaq; belli inter reges gerendi officia præſcribit. Nam animoſi duces, nõ ſinũt ſe caſtris aut mœnibus includi, ſed ſtatim in hoſtem prodeunt, quod quia nõ fecerunt troiani eis vitio daturus eſt in nono, vocaturus eos nõ phryges, ſed phrygias, muliercularum enim eſt icludi vnde nũc dicit. Sin autem ad pugnam exierint, & diſcordia magno motu, quęras quomodo magno motu, cum tantilla ſint illis corpuſcula? Nempe animorum quia regibus inceſſit. Illud autem inceſſit videtur præſentis temporis. Nam dicitur inceſſo inceſſis, cũ dandi caſu, vt inceſſit mihi cupido &c. Animos vulgi. Id quoque ductorum optimorum eſt. Vnde ante prœlia committẽda ſere contionem habere inducũtur: vt militum animos prænoſcãt. Trepedantia aut Martio furore concuſſa, aut ſpemq; metumq; inter dubia longe præſciſcere quia longe dicit, certum eſt nõ eſſe inchoatiuũ verbum, non enim longa eſt inchoatio, ſed pro principali ponit dicere etiam potuiſſet prędiſcere. Martius, ideſt bellicus, aut quali mars ſuos accendere ſolet. Multum autem ad bellũ poſſe clangorem tubarum indicat illud, quod in ſexto Æneiđ de Miſeno docet. Ære ciere viros, martemq; accendere cantu. Quia vero apes nõ vtuntur tubis apte dicit, vox auditur fractos ſonitus imitata tubarum. Vbi miram vim depingẽdi etiam qui pingi non poteſt ſonitus habet vocabulum fractos, nam ſubraucum, & bellicum ſonantis tubę ſonitum, aut militis clamorẽ tremulum, & ſubãridũ indicat. Coruſcant pennis vt milites armis. Natura autem hoc omnibus animalibus dedit, vt quibus maxime, valent minentur, antequã prœliũ committãt. Sic enim canes dentes feles, vngues, tauri & arietes cornua oſtẽtant, vt milites haſtas ſuas vibrãt, quia vero apes pẽnis, quæ alarum ſunt tibicines, plurimum poſſunt, nam fractis illis & penitus inutiles ſint. Nõ ab re eas explicant, ſpiculaq; exacuunt roſtris, &c. Et circa regem quippe cuius cura ipſis præcipua eſt, quia rege incolumi mens omnibus vna eſt. amiſſo rupere fidem, tota itaq; reipub. ſalus in regis ſalute cõſiſtit. Ad ipa prętorita, ideſt tabernacula & tẽtoria regis. Nam prætoris eſt quicunq; in caſtris ius dicit, ſiue rex, ſiue imperator, ſiue dux, ſiue conſul, allioqui ſit. Vocãt ergo fiduciam præ ſe ferũt, quod militibus faciendũ eſt, eo q̄ multi poſſunt quia poſſe videntur. Apte etiam dicit hoſtem, nõ hoſtes, aut quia plus ſæpe per ſingularem ſignificamus, aut qa ad totũ exercitum hoſtilem reſpſcit, aut potiſſimum, quia ad alterius factionis regem, ſicut enim in ſui cuique regis incolumitate ſalus eſt, ita in alterius regis nece victoria. Ergo vbi ver nactæ ſudum. Ideo ſerenitatem expectant, quia ventus officit volatui. nec conſilio ſed naturę ſtimulis ad prælia impellũtur. Sudum autem dicitur ſeorſum ab hudo aut ſine vdo, vnde & Plautus. Quin tu in paludem is, exagitasq; arũdinem, qui pertegamus, villam: dum ſudum eſt. Irrumpunt portis, alludit ad portas caſtrorum, vnde nullus mihi tam inepte fuerit ſciolus vt dicat inepte dictas portas de alueoꝝ rimulis. Nam ſũmo artificio res minimas vt maximas effert. Alludit etiam ad militũ bellicoſorũ animos qui non expectant donec educantur ſed prorumpũt. Ipſi quippe, q̃ magni, quia reges. Ipſi enim emphaſim habet. Obnixi, ideſt obnitentes. Poſſemus plura etiam in ſequentem partem, immo in totũ opus afferre ſed breuitati ſtudentes interdũ monuiſſe cõtenti ſumus multo plura q̃; à cõmentariis afferantur eſſe ab diligẽte interprete afferẽda. Nos aũt ideo breuiores ſumus, qđ culpamur à nõnullis nimis apertim & faciles eẽ, atq; vtinã id ſolũ ſit in noſtris vitii. Multa aũt argute dicuntur à cõmẽtariis reliquis, è quibus nõ obſcitabũdus lector plura diſcere poterit: vt ex illo Ser/

uiano quod dicturus eſt ad aliud vela traham,& terris feſtinem aduertere proram,vbi illā(inquit)allegoriā reſpicit qua eſt vſus in principio ades,& primi lege litoris orā. Item pelagoq; volās da vela patenti &c. Traximus quod modo diximus alluſiones, & metaphoras conuenienter eſſe continuas.

PIERIVS.

¶ Victor dare terga coegit.) In omnibus iis codicibus quos habere potuimus. Subegit,ſcriptum obſeruauimus ꝑ coegit. ¶ Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcūt.) In Mediceo, & antiquis pleriſq; codicibus,quieſcunt,præſenti tempore legitur,vt præcepta hæc magis aſſeuerare videatur.

¶ Victor

Verum,vbi ductores acie reuocaueris ambos:
Deterior qui viſus,eum,ne prodigus obſit
Dede neci,melior vacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:
(Nam duo ſunt genera)hic melior,inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis:ille horridus alter
Deſidia,latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies,ita corpora gentis.
Nanq; aliæ turpes horrent,ceu puluere ab alto
Quum venit:& terram ſicco ſpuit ore viator
Aridus:elucent aliæ,& fulgore coruſcant
Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis.
Hæc potior ſoboles,hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes,nec tantum dulcia,quantum
Et liquida,& durum Bacchi domitura ſaporem.
At quum incerta volant,cœloq; examina ludunt,
Contemnuntq; fauos,& frigida tecta relinquunt,
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor:tu regibus alas
Eripe,non illis quiſquam cunctantibus,altum
Ire iter,aut caſtris audebit vellere ſigna.

SERVIVS.

¶ Deterior qui viſus.) Peior à malo dicitur:deterior à meliore. ¶ Prodigus.) Nō mella cōficiens, ſed mella conſumens. Ideo autem regem ſolum pręcipit occidendū,quia eo amiſſo ſuus diſſipatur exercitus. Nam vt Binæ regū facies, ita & corpora plebis. ¶ Squalentibus,) Splendentibus: quod à ſquamis venit.vt, Squamis auroq; trilicem. Nam à ſquallore,ſordidū ſignificat.vt, Squallentem barbam. ¶ Terram ſicco ſpuit ore viator.) Aut in terram:aut re vera terrā,propter puluerem. ¶ Paribus lita corpora guttis.) Similibus.i.aureis habentes diſtincta corpora. Nam lita,eſt illita,diſtincta. ¶ Potior ſoboles.) Ad mella ſcilicet ꝓcreanda. ¶ Cœli tempore certo.) Et cum oriuntur. Pleiades,& cum occidūt:ideſt verno & autumno. ¶ Dulcia mella.) Non eſt ſupernum epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiam ſunt amara, vt corſicana,ſicut in Bucolicis diximus. ¶ Liquida.) Defecata,ſine ſordibus,nō quę fluūt,nā mala ſunt. ¶ Durū Bacchi domitura saporē. Apta mulſo. Bene autem ait durum ſaporem:quia maiores vina aſperrima mellis dulcedine temperabant. ¶ Frigida tecta.) Melle vacua,inoperoſa:cōtra, Feruet opus. ¶ Inſtabiles aīos.) Suadentes inanem vagādi licentiā. ¶ Quiſquam.) Subaudi militum:aut certe quiſquā de exercitu. ¶ Altum ire iter.) Aut ludendo in altū volare,aut in bella procedere,alias non audebit.

MANCINELLVS.

Prodigꝰ ¶ Prodigus.) conſumptor,prodigere enim eſt cōſumere,vt docet Feſtus. ¶ Vacua.) altero.ſ.rege. ¶ Aula.) ea atrium dicitur,aulizo autem in aula habito. ¶ Alter erit maculis.) Ariſtoteles lib.v. ſic,ait. Ducum apum duo ſunt genera. Alterum fuluū,quod præſtantius eſt,alterum nigrum,magiſq; varium. Magnitudo iis dupla quam cæteris,nec vnus in quoque examine dux,ſed plures. Plin.li.xj.ſic,apium rex,non vermiculus naſcitur,vt alię:ſed ſtatim penniger. Reges plures inchoātur,nec deſunt poſtea ex iis ſoboles,quum adulta eſſe cœpit,concordi ſuffragio teterrimos necat,ne diſtrahāt agmina. Duo autem genera eoꝝ,melior niger,variuſq; omnibus,forma ſemper egregia,& duplo q̄; cęteris maior,pennæ breuiores,crura recta,ingreſſus celſior,in fronte macula quodam diademate candicans,multum etiam nitore à vulgo differunt,illudq; cōſtat imperatorē aculeo nō vti, ſi quis alā ei detruncet,nō fugiet examen. Quum proceſſere ſe quęq; proximā cupit eſſe,& in officio cōſpici gaudet,feſſum humeris ſubleuant,validius fatigatum ex toto portant,vbicunq; ille cōſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt,tunc oſtenta faciunt priuata,ac publica vna dependentes in domibus templiſue. Sedere in ore infantis Platonis,tunc etiā ſuauitatem illam ꝑdulcis eloquii portēdētes,ſemper duce prehenſo totū teneṫ agmē,amiſſo dilabitur,migrantq; ad alios,eſſe vtiq; ſine rege nō poſſunt. Inuitę aūt interimunt eos quum plures fuere,potiuſq; naſcentūm domos dirimunt,hęc Plin. ¶ Squalētibus.) ſplendentibus. ¶ Ardēs.) lucēs. ¶ Melior inſignis ore.) diaſtole eſt. Ore,aſpectu,& forma. ¶ Facies.) eſt facies totius corporis forma,dicta facies à factura corporis,vt ait Nonius. ¶ Aliæ turpes horrent,apes.) ſunt & ruſticæ ſylueſtreſq; horridæ aſpectu multo iracundiores,ſed opere, ac labore præſtantes,vrbanarum duo genera,optimę breues, varięq; & in rotunditatem compactiles. Deteriores longæ,& quibus ſimilitudo veſparum. Etiam deterrimę ex iis piloſæ in ponto ſunt quædam albæ,quæ bis in menſe mella faciunt. Plin.libro.xj.

Apiū reges.

Facies

bro.xj. ¶ Lita.) Ideſt illita ac diſtincta ſunt. ¶ Potior.) melior. ¶ Mella premes.) mellis conficiendi tempora duo ſunt, Ver atque Autumnus,ſed vernum ſuauius candidus omnino pręſtantius autumnali eſt,author Ariſto.lib.ix.de animalibus. Sicuti autem duo conficiendi tēpora ita eximendi, Columella autem libro.x.ſcribit. ꝙ peracto ſolſtitio vſq; ad ortum caniculæ,qui fere dies.xxx. ſunt pariter frumenti & faui demetuntur,à canicula fere poſt diē l.arcturus oritur. Poſt arcturi exortum circa ęquinoctium libræ fauorum ſecunda eſt exēptio. Varro vero lib.iij.ſcrib. eſſe tria tempora eximendorum fauorum de quibus inferius dicam, ibi, ſcilicet. Duo tempora meſſis. ¶ Liquida.) pura. ¶ Durum Bacchi domitura ſaporem. ¶ Ariſtęus primus omnium mel miſcuit vino ſuauitate præcipua. Fit autē mulſum è muſto cum quinque cōgiis auſteri muſti congio mellis & ſalis cyatho ſufferuefactis. Plin.libro.decimoquarto. ¶ Ludo inani.) ideſt ab ludo prohibebis inani,tunc enim non mellificandi gratia exeunt. ¶ Vellere ſigna.) à militibus ſumpta. metaphora,illi enim digreſſuri euellunt ſigna. ¶ Quiſquam,) ideſt aliqua apum, Nam vt ſcribit Plin. Si quis alam regis detrūcet non fugiet examen. Quiſquam, præterea & maſculino & fœminino generi iungitur, Terentius in Eunucho quandoquidem illarum,neque te quiſquam nouit,vbi notandum quiſquā pro muliere dictum.

Mulſū.

Quiſq̃.

ASCENSIVS.

¶ Verum vbi ductores acie,&c. Docet duorum regum pręſtantiorem eſſe eligendum,& ſigna quibus is dignoſci poſſet, deteriorem autem occidendum ne prodigus obſit dicens. Verum,id eſt ſed vbi,ideſt poſtquam tu reuocaueris acie,ideſt à pugna per iactū,ſcilicet pulueris,ambos ductores,ideſt principes belli,hoc eſt reges dede neci,ideſt occide eum qui viſus ſup.fuerit aut qui videbitur,deterior,ideſt minus bonus ne ipſe prodigus,ideſt diſſipator rerum & exercitus ſui obſit,ideſt noceat reipub.ſuę & rei tuæ priuatæ,& ſine,ideſt permitte vt ſupple melior, ideſt præſtantior eorum regnet in aula vacua,ſcilicet ab hoſte qui iam occiſus fuerit. Bene autem dicitur in aula quæ proprie regia, dicitur licet pro atrio vulgo accipiatur. Alter, ſcilicet regum hoc eſt præſtantior,erit ardens.i.coruſcans & reſplendens maculis ſqualentibus,ideſt ſplendentibus more ſquamarum in piſcibus, auro,ideſt colore fuluo(dico inquit alter,nam duo ſunt genera,ſcilicet regum)hic,ſcilicet de quo loquitur videlicet inſignis,ideſt inſignitus & decoratus ore,ideſt facie. Eſt autem diaſtole,ideſt poſitio breuis pro lōga, iambus pro ſpōdeo in quarto pede,melior inſignis &c.& clarus ſquamis rutilis,ideſt micātibus in morem auri,ille alter,ſcilicet deterior,horridus deſidia,ideſt ſegniſcie & etiam ignauia torpens,& trahens ſup.erit inglorius aluum latam,ideſt obeſam & oblōgam. Vt.ideſt quemadmodum binę ſup.ſunt facies,ideſt facturæ & formæ corporum regum,ita ſupple bina ſunt corpora plebis,ideſt vulgi,hoc eſt reliquarum apū, nanque alię.i.aliquę horrent exiſtentes turpes,ceu.i.veluti quū, viator aridus,ſcilicet deſiccatione aut ſiti,venit ab alto puluere i.poſtq̄; permeauit terram puluerulētam,& ſpuit ore ſicco,ideſt per puluerem ſaliuę cōcretum exiccato.terram.i.puluerem cum ſaliua vt dixi concretum,alię.ſ.apes elucent.i.coruſcant fulgore ardentes,ideſt reſplendentes auro,ideſt fulgore auri fulgorem imitante,& corpora ſupple earum lita ſup.ſunt,paribus guttis,

ideſt

ideſt maculis quaſi guttatim ſparſis, hæc ſcilicet poſterior ſoboles eſt potior, ideſt potius eligenda, tu premes, ideſt coges hinc, ideſt ex hac poſteriore ſobole, certo tempore, ideſt diſpoſitione cœli, mella dulcia nec tantum dulcia quãtum & ideſt pariter liquida, ideſt defecata, & domitura durum ſaporem Bacchi, ideſt acre vinum faciendo mulſum, hoc eſt quę quidẽ dulcia erũt ſed tamen magis liquida & ad mulſum conficiendum vtilia. At quum incerta volant, tangit tertium euolandi modum, nam nõ ſolum euolant dum educuntur aut dum ad pugnam exercitantur, ſed etiam ad ludum inanem quem prohibere monet dicẽs. At, ideſt ſed quum, ideſt quando examina, ſcilicet apum volant incerta, ideſt vagabunda ſine certa ratione euolatus & ludunt cœlo, ideſt in aere, & contemnunt fauos & relinquunt tecta ſua, ſcilicet frigida, vtpote ab operatione ceſſantes, nam feruet opus redolentq; thymo fragrantia mella, tu prohibebis animos, ſcilicet apum inſtabilis, ideſt vagos & inconſtantes nec ad rem intentos ſupple ab ludo inani, nec magnus labor, ideſt & non magna difficultas eſt prohibere, pro eo quod eſt prohibendi, tu eripe, ideſt deme regibus alas & ſupple prohibueris, quia quiſquam. ſ. de plebe: non audebit ire iter altum. i. euolare per aera, aut vellere ſigna caſtris. i. egredi ad pugnam, illis, ſcilicet regibus cunctantibus. i. immorantibus in tectis.

PIERIVS.

Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos.) In antiquis pleriſque codici. ambo, per, o, legitur, quam ſynceram, & emaculatam lectionem Soſipater Cariſius agnoſcit, addita etiam ratione quod hoc gręcos ſequuti dicimus, quia illi τοὺς δύο, & τοὺς ἄμφω dicunt, neq; reſpuit Terentius eundẽ hunc modum, vt in andria. Hem Charine ambo opportune vos volo, quod vero in adelphis eſt, vſque à pueris curaui ambos ſedulo. Helenius acrõ in eadem fabula locum ex Salluſtij lib. iiij. hiſtoriarum citat. Inter me atq; Lucullum prope inopia rurſus ambos inceſſit. Veriumq; dicit errare, qui putat hos ambo, dici debere. Indifferenter autem locutos veteres ex multis auctorum exemplis Cariſius oſtendit. Cum venit & terram ſicco ſpuit ore, viator.) In antiquis aliquot codicibus, & ſicco terram ſpuit.



Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et cuſtos furum, atq; auium, cum falce ſaligna.
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.
Ipſe thymum, pinosq; ferens de montibus altis,
Tecta ferat late circum: cui talia curæ:
Ipſe labore manum duro terat ipſe feraces,
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atq; equidem, extremo ni iam ſub fine laborum
Vela traham, & terris feſtinem aduertere proram:
Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferiq; roſaria Pæſti,
Quoq; modo potis gauderent intyba riuis.
Et virides apio ripæ: tortusq; per herbam
Creſceret in ventrem cucumis, nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentesq; ederas, & amantes littora myrtos.

SERVIVS.

Croceis floribus horti.) Tã odoris optimi quàm coloris: non enim dicit illic crocum ſolum eſſe debere. Falce ſaligna.( Facta de ſalice: quaſi in ſimulachro ligneo. Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.) Nõ dicit Priapum illic eẽ debere, ſed præcipit tales eſſe hortos: vt mereamur deum habere cuſtodẽ. Hic aũt Priapus fuit de Lampſaco ciuitate Helleſponti: de qua pulſus ꝓpter virilis membri magnitudinem, poſt in numerũ deorum rec̨ptus, meruit numẽ eſſe hortorum. De hoc Horatius, Nam fures extra coercet, Obſcenoq; ruber porrectus ab inguine palus: Aſt importunas volucres In vertice arundo Terret fixa. Dicitur aũt præeſſe hortis ꝓpter eoꝝ fœcunditatẽ, nam cum alia terra ſemel creet aliquid, horti nunq̃ ſine fructu ſunt. Ipſe thymum.) Diligens ruſticus, & cultor hortoꝝ. Irriget imbres.) Id eſt aquas. Iuuenalis, In tenuis plantas facili diffunditur hauſtu. Vela traham: & terris feſtinẽ aduertere proram.) Illam allegoriam reſpicit qua eſt vſus in primo, Addes, & primi lege littoris oram. Item, Pelagoq; volans da vela patẽti, Pingues hortos.) Fœcundos)

Fœcundos.) Biferiq; roſaria peſti.) Pęſtum oppidũ eſt Calabrię, in quo vno anno bis naſcitur roſa. Creſceret in ventrem cucumis.) In curuaturã. Ideo aũt ſic qui ꝑ herbam, nã rectus creſcit ſi pendeat. Sane hic cucumis huius cucumis declinatur, ſicut agilis, ſecũdum idoneos. Nam neoterici huius cucumeris dixerunt: ſicut pul uis pulueris. Nec ſera comãtem Narciſſum, ) Sero flores habentem.

PROBVS.

Et cuſtos furũ atq; auiũ falce ſaligna Helleſpõtiaci ſeruet tutela Priapi.) In Helleſponto eſt Lampſacum oppidum in quo Priapus formoſſimus, dicitur eſſe, quem ciues eius colunt, vt deum, is autem in horto ponitur, vt auibus formidini ſit. Itemq; noctu furibus, quod interdiu cuſtos videtur ſtare.

MANCINELLVS.

Helleſpontiaci Priapi.) fabulantur antiqui filium Dionyſii, ac veneris Priapum fuiſſe: ducti vero ſatis ſimili coniectura, ꝙ qui vino indulgeant, ſunt natura in Venerem promptiores, non ſolum autem in vrbium tẽplis, ſed in agreſtibus quoq; locis tanq̃



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

vinearũm atque hortorũm cuſtos colitur, fructuum fures caſti/
Priapus gans, huic deo ſacra cum ludo & riſu fiebant. Diodo. libr. v. Pria/
pus item portus, & vrbs ad mare Helleſponti ſita nomen habẽs
à Priapo, qui apud eos colebatur. Hic ab iunioribus in deum ha
bitus eſt. Nam Heſiodus Priapum non nouit. Stra. lib. xiiij. ¶ Fal/
ce ſaligna.) Plin. lib. xix. cap. vij. ſic ait, hortosq́ꝫ, & foros tantum
contra inuidentium faſcinationes dicari videmus in remedio ſa/
turnica ſigna, hæc ille. Cur autem falx Saturno detur lib. ij. Geor
gi. oſtẽdimus, & Columel. lib. xiiij. de cultu hortorum ſic ait. Sed
truncum forte dolatum. Arboris antiquæ numeri venerare Thy
phalli, Terribilis membri medio, qui ſemper in horto, Inguini/
bus puero prædoni falce minetur, Diod. autem ſcri. lib. v. ꝙ hũc
deum quidam Thyphallum, alii thyphonem nominant, dicitur
autem præeſſe hortis, vt ait Ser. propter eorum fœcunditatem.
Thymũ Horti enim nunq̃ ſine fructu ſunt. Thymum hortis maxime al/
uearia & apes conueniunt, res pręcipui quęſtus, quum fauit. ha/
rum ergo cauſa oportet ſerere thymum, apiaſtrum, roſam, vio/
las, lilium, cytiſum, fabã, papauer, caſiam, mellilotũ, mellſphyl/
lum, cerinthem. ſinapim, arbores, item quę proxime ſeri conue/
nit quæ & euolantium examina inuitent, neqꝫ longius abire pa/
tiantur, & geniſtas circũſeri aluearijs gratiſſimum. Plin. lib. xxj.
capi. xxiiij. ¶ Thymum.) Thymi duo genera. Candidum radice li
gnoſa in collibus naſcens, quod & præfertur, alterum nigrius flo
riſqꝫ nigri præcordiis medetur ex aceto cũ melle, quæ potio da
tur & in alienatione mentis, ac melancolicis. Pli. lib. xxj. Var. au/
tem li. iij. ſcri. Thymum aptiſſimum eſſe ad mellificium propter
hoc ſiculum mel inquit fert palmam quod in thymum bonum,
& frequens eſt. & Columel. li. x. ait ꝙ ſaporis pręcipui mella red
dit thymus, Thymo deinde proxima Thymbra ſerpillũq́ꝫ, & ori
ganum, Pinosq́ꝫ ferẽs, Ceras enim ex omnium arborum: ſato/
ruq́ꝫ floribus con fingunt apes, excępta Rumice, & Clenopede:
herbarum hæc genera. Plin. lib. xj. ¶ Atque equidem.) excuſat, ſe
cur de hortis non ſcribat. ¶ Vela trahant.) à nautis ducta meta/
Pęſtum phora, qui portui vicini, aut litori vela contrahunt. ¶ Aduerte/
re.) Appropinquare. ¶ Biferi pęſti.) in Lucania pæſtum oppi/
dum ab græcis poſidonia appellatum à Dorenſibus conditum,
vt Plin. libro. iij. & Solin. aiunt. Strab. item lib. v. ſic ait. Hoc vero
tempore ſinus ipſe pęſtanus nuncupatur verum vrbs ipſa poſi/
donia pęſtum vocatur, medio in ſinu locata, vtqꝫ alii dicunt, tã/
ta ibi cœli indulgentia viget, ꝙ bis in anno fructus quoſdã & ro/
ſas ipſas producit, quod quidem hic quoqꝫ Maro oſtendit. ¶ In/
tyba.) de iis libro. i. Georgic. ¶ Apio.) de hoc Ecloga. vj. ¶ Tortus
cucumis.) Creſcunt cucumes, qua coguntur forma in Italia vi/
rides, & quàm minimi, in prouincijs maximi, & citrini aut nigri.
ſi vas cum aqua ſubijciatur à. iiij. digitoꝝ interuallo deſcendunt,
ante poſterum diem, at ſi oleum eodem modo ſit in hamos cur/
uantur: quum magnitudinem exceſſere pepones vocantur, Pro
ueniunt & mali cotonei effigie, quos Melopepones vocant. non
pendent ij humi rotundantur, Plin. lib. xjx. vtqꝫ etiam ex lib. xx.
Cucu/ colligi poteſt. Cucumeres torti dicuntur: pepones rotundi, Me/
meres. lopepones melones. ¶ Narciſſum.) Vide latius in Alexi. Sera pro
Pepões ſero ac diu. ¶ Acanthi.) videto in Palemone. ¶ Hederas.) Dixi/
mus Ecloga. vij.

ASCENSIVS.

¶ Inuitent cro. &c.) Admonuit ſubitos tumultus atqꝫ inanis lu
ſus apum prohibendos nunc monet ad mellificationem elicien/
dos & croceis floribus inuitandos facturus digreſſiunculam de
hortorum cultu ſubiuncturusq́ꝫ cuiuſdam ſenis fœcũdam in ea
re diligentiam. ¶ Ordo eſt. Horti halantes, ideſt fragrãtes & ſpi/
rãtes floribus croceis, ideſt aut reuera croci aut crocei coloris, in
uitent, ideſt alliciant & attrahãt apes ad ſe. & cuſtos furum atqꝫ
auium,
auium, ſcilicet importunarum cum falce ſaligna, ideſt qui pingi
ſolet cum arundine aut falce ex ſalice facta, hoc eſt Priapus qua/
uis falx Saturno detur appoſitorie tutela, quaſi dicat, qui cuſtos
eſt & tutela Priapi helleſpotiaci, ideſt ex helleſponto oriundi &
illic ſummopere culti. ſeruet, ſcilicet hortos, aut tales ſint vt ſer/
uari mereantur, ipſe, ſcilicet diligens ruſticus ferens, ſcilicet ad al
uearia, de altis mõtibus thymum, ideſt herbam illam apibus gra
tiſſimam & pręcipue in montibus natam quia dulcior eſt, & pi/
nos, ſcilicet ad ceras cõficiendas & thymum ad mella, & is. ſ. cui
talia. ſ. mella & ceræ, ſunt curę, ferat late circũtecta. ſ. thymum &
pinos hoc eſt frondes pinorum, ipſe ſcilicet ruſticus apum cura/
tor, terat manũ duro labore, & ipſe figat, ideſt affigat humo, plã/
tas feraces. & irriget, ideſt ſupfundat, imbres amicos. i. ſalubres.
Atqꝫ equidem, ideſt ego certe ni, ideſt niſi ego traham iam vela,
ideſt ſim iuxta nauigationis inſtitutæ portum, hoc eſt ſub extre
mo fine laboꝝ, & niſi feſtinem aduertere terris. i. ad terrã proram
i. poſteriorem nauis partem, quod faciunt qui in ſtatione nõ diu
manſuri ſunt, vt Æneі. vj. Obuertunt pelago proras, ego forſitan
canerẽ, &. i. ſimul quæ cura colendi. i. in colendo, ornaret hortos
pinguis, ideſt fœcundos, & roſaria. i. roſarum copiam aut planta
ria, pęſti. i. illius oppidi in calabria biferi, ideſt bis quotannis fru
ctus ferentis, quoqꝫ (duę ſunt voces). i. & quomodo intyba gau
derẽt. i. læta eſſent riuis potis, ideſt abſumptis & ibibitis, & quo/
modo ripæ virides gauderẽt apio, ideſt herba illa viridi, & cucu
mis herba illa tortus. i. implicata per herbam creſceret in vẽtrem
ideſt latum ventrem acciperet, nec tacuiſſem, ideſt etiam cecinіſ/
ſem, Narciſſum. i. herba illam eiuſdem nominis florem ferentẽ,
comantem. i. frondentem aut florentẽ ſero, ideſt tarde & vimen
acãthi, illius fruticis ſpinoſi, flexi. i. flexilis aut reuera flexi in hor
tis & hederas pallentes. i. albas, aut pallere facientes, & myrtos
amantis littora. i. fœliciter naſcentes in littoribus quare in Vene/
ris quæ nata in mari eſt dicuntur tutela.

PIERIVS.

¶ Quoqꝫ modo potis gauderent intyba riuis.) In Long. verſus
ita legitur. Quoqꝫ modo poſitis gauderent intyba fibris. q̃ꝫ q̃ꝫ fi/
bris, ſuperadditum eadem tamen manu, & atramẽto nõ diſſimi
li. No. Marcellus in libro de indiſcretis generibus, hoc citato ver
ſu, riuis, agnoſcit. Hic enim loquitur de ſatiuo, nonne ſcimus ve/
ro alibi dictũ. & amaris ĩtyba fibris. Sed enim Priſcianus, vbi po
tus per ſyncopã à potatus melius dici docet, Virgilij locũ hũc ci/
tat. Quoqꝫ modo potis gauderent intyba fibris, velut illud. Huc
ipſi potũ venient per prata iuuẽci. Quod vero Vir. & Pli. intybũ
genere neutro protulere, Lucilius, & Pomponius genere maſcu
lino ponere maluerunt, Sed & illud nõ ꝑteribo codices pleroſqꝫ
ex antiquioribus legere intuba, per, u, & apud Pliniũ in vetuſtis
codi. intubum paſſim haberi, & ita dubio procul ſcribendum eſt
apud latinos, quum intubum, & Dioſcoridis, & Galeni, & alioꝝ
quorundam authorum atteſtatione ſit Romana dictio. Literam
vero, y, nequaq̃ꝫ eſſe Romanam manifeſtum eſt. Verum græcos,
u, breue preſertim ex dictionibus noſtris ea litera ſcribere inſti/
tuiſſe, quare qui ἴντυβον apud gręcos legerant, vt apud Galenũ
κιχώριον τὸ ῥωμαῖοι λεγόμενον ἴντυβο λάχανον. Apud Dio/
ſcoridem vero ῥωμαῖοι ἴντυβον ἀγρέστιν, Et ita apud alios, ni/
hil animaduertentes eam latinam eſſe dictionem græce ſcribere
maluerũt, quàm eam Romanæ ſcriptioni reddere. ¶ Nec ſero co
mantem narciſſum.) Superius dictum eſt, crebro, vltima breui
poſitum in Longobardico exemplari, ita etiam hoc loco ſero co
mantem, tam in eo q̃ꝫ etiam in Mediceo codice habetur. Nam &
apud Statium, ſero memor thalami legas, & aduerte etiã apud
Seruium legi debere, ſero flores habentem. Hoc enim ille tantũ
dixit, non taciturus quidem, ſi ſera pro ſero figuratam elocutio/
nem agnouiſſet.

Nanqꝫ ſub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galeſus:
Corytium vidiſſe ſenem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis
Nec pecori opportuna ſeges, nec cõmoda Baccho,
Hic rarum tamen in dumis holus, albaq́ꝫ circum
Lilia, verbenasq́ꝫ premẽs, veſcumq́ꝫ papauer,
Regum æquabat opes animis, ſeraq́ꝫ reuertens
Nocte domum: dapibus menſas onerabat inemptis.
Primus vere roſam, atqꝫ autumno carpere poma.

SERVIVS.

¶ Oebaliæ turribus altis.) Oe
balia ipſa eſt Laconia: vnde de
Caſtore et Polluce ait Statius,
Oebalide fratres. ¶ Galeſus) ve
ro fluuius eſt Calabrię, qui iu/
xta ciuitatem labitur Tarenti/
nã, in qua ſe hortos optimos
vidiſſe commemorat. Oebalię
autem turres ait quas condide
rant hi qui de Oebalia vene/
rant. Nam vt etiam in tertio
Æneidos diximus, Lacones
diu bello attriti ab Athenienſi/
bus,
bus, & inopiam timẽtes viro/
rorũ, pręcęperunt vt virgines
cum quibuſcunqꝫ concumbe/
rent, quo facto cum poſt victo
riam iuuenes de incertis parẽ
tibus nati erubeſcerent origi/
nem ſuam. (nam & Parthenia
tæ appellabant) duce Phalãto
octauo ab Hercule nauigiis ꝑ
fecti venerũt ad oppidũ Cala/
brię, qđ Taras Neptuni filius
cõdiderat: & id auctũ habita/
uerunt. ¶ Corycium vidiſſe ſe
nẽ.) A Cilicia. Corycos enim
ciuitas

Et, cum triſtis hyems etiam nunc frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum:
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æſtatem increpitans ſeram, zephyroſq; morantes.

ciuitas eſt Ciliciæ, in qua an/trum illud famoſum pene ab omnibus celebratum. Et per tranſitum tangit hiſtoriā me/moratam à Suetonio. Pom/peius enim victis piratis Cili/cibus, partim ibidem, partim in Græcia partim in Calabria agros donauit. Vnde Lucanus, An melius figet piratæ magne coloni. Male aūt quidā Coryciū pro/prium afferunt eſſe nomen, cum ſit appellatiuum eius qui more Corycio hortos excoluit. Quod etiam Plinij teſtimonio cōpro/batur. ❡ Vidiſſe ſené.) Ordo eſt, Memini vidiſſe. dicimus auté & memini videre. Terétius, Memini videre, quo æquior ſum Pam/phylo ſi ſe illam in ſomnis. ❡ Relicti.) Deſerti Atq; contēpti. Quis enim agrum non ſperneret nulli rei aptum, non vitibus, non fru/mentis vel paſcuis? ❡ Rarum holus.) Ideſt plātatile. ❡ Veſcumq; papauer.) Quo veſcimur. Nā eſt aliud lethæū quo nō vtimur. nā veſcas ſalicum frondes aliter dictū eſt. ❡ Regū æquabat opes ani/mis.) Bene animis, non poteſtate, quia regū more cibis non com paratis vtebatur. ❡ Frigore ſaxa rumperet.) Vnus eſt enim, vt diximus, effectus & caloris & frigoris. ❡ Glacie curſus frenaret aquarum.) Mira varietas. Nam ſupra ait, Concreſcunt ſubitę cur renti in flumine cruſtæ. ❡ Æſtatem increpitans ſeram.) Tarde ve nientem, cum ille iam eius carperet fructus.

PROBVS.

❡ Oebalia.) Arx ab Oebalo dicitur in lacedęmone hoc ipſum op pidum, quod præterfluit, Galeſus flumen, Pompeius cum op pugnaret piratas remigibus eorum promiſit agros, ſi viciſſet eo/rum adiutorio. Quorum proditione victor tarentinorum agros veteranis diuiſit. Et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit, Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Eſt autem in Cilicia promontorium, corycium, cilicem intelligi vult. hoc eſt remi/gem piratarum.

MANCINELLVS.

❡ Oebaliæ turribus.) Tarenti intelligit, quod oppidum lacedæ/monij, ædificauerunt, duce Phalanto, Apollinis oraculo, vt la/tius Strab. lib. vj. edocuit. Oebalus autem Arguli filius Laconiæ rex ſuo nomine prouinciam dixit, vt ſcrib. di. Cretenſis in Troia/na hiſtoria. ❡ Galeſus.) is vt Liuius lib. v. ij. bel. punico dixit, Ca/labriæ flumen eſt Tarento proximum per quinq; paſſuum mil/lia. ❡ Niger.) Cœruleus. ❡ Corycium ſenem.) Cilicem intelligi vult, vt Probus inquit, hoc eſt remigem piratarum, Pompeius enim cum oppugnaret piratas, remigibus eorum promiſit a/gros, ſi viciſſet eorum auxilio: quorum proditione victor Ta/rentinorum agros diuiſit, eſt autem corycos Mela teſte oppi/dum in Cilicia, ſupra quod ſpecus eſt nomine Corycius, ſupra quàm dici poſſit eximius. ❡ Seges.) Ideſt terra. ❡ Baccho.) viti/bus. ❡ Rarum holus.) quia rarum tranſponitur. Eſt autem ho/lus vnaquæq; herba qua veſcimur, vtq; ait Varro, ab hola hole/ra dicta, ibi enim decoquebantur. ❡ Verbenas.) videto in phar/maceutria Eclo. ❡ Veſcumq; papauer.) De papauere latius in Ale xi Ecloga. latiſſime tamen lib. j. Georgico. ibi. Et cereale papauer. Veſcum, id minutum ſignificat teſte Nonio, poteſt tamen hic etiam, quo veſcimur exponi, veſcebantur enim papauere, vt ſu/perius oſtendimus. ❡ Opes animis.) ait Seneca in animo, non in patrimonio putemus eſſe diuitias. Animus eſt qui diuites facit.

Holus.

❡ Carpere.) carpebat. ❡ Etiam nunc.) hoc eſt adhuc dicitur: item etiam num. ❡ Serā.) Tar dius venientem, cum ipſe in hyeme roſas carperet, & hu/iuſmodi. ❡ Zephyroſq; morā tis.) lib. iij. Georgi. diximus ze phyros in æſtatis principio flare, ibi videlicet, at vero zephyris, cum læta vocantibus æſtas.

Etiā nū

ASCENSIVS.

❡ Nanq; ſub Oebaliæ &c.) Vt paucis nos inuitet ad hortorum culturam oſtendit quantum valeat per ſenem quendam qui in Italia ſterilem locum alioquin cultu diligenti tam fertilem fe/cerat: vt ex eo ſibi victum compararet varioſq; ornatus habe/ret, vnde dicit. Canerem quidem prædicta: nanq; pro quia ego memini. i. memoria repeto, me vidiſſe (Agretius dicit hunc locū eſſe mirabilem rarumq; inuētu vbi memini apud idoneos cum verbo præteriti tēporis conſtruatur, cum totus ſermo de præte/rito ſit.) i. quòd viderim aliquando, ſub altis turribus Oebaliæ. i. tarentinæ vrbis Calabriæ ab œbalijs hoc eſt laconibus extructę, in ea. ſ. parte qua Galeſus fluuius ille Calabriæ niger. i. cœruleus aut profundus, humectat, ideſt irrigat, culta, ſcilicet arua flauētia ſcilicet ex flaua cerere hoc eſt ſegete, vidiſſe dico ſené corycium. i. cilicem hoc eſt ex corico ciliciæ oppido piratam tarentinæ cum alijs colonum effectum, cui, ſcilicet ſeni erant pauca iugera ruris relicti, ideſt deſerti & propter ſterilitatem à nemine occupati nec culti. Illa ſeges, ideſt terra non erat opportuna, ideſt accommo/da, & grata iuuēcis. i. armētis nō pecori, ſcilicet gregario, nec erat commoda Baccho. i. vitibus, tamē ille præmēs. i. vi conſerēs, in/dumis holus rarum, ideſt plantatile & præmens alba lilia & ver benas, ideſt herbas quibus in ſacris vti ſolebant, circum. i. per cir/cuitum holerum, & papauer veſcum. i. imminutū & paruę eſcæ accōmodum, aut quo veſci poſſet æquabat animis, quia re ipſa non potuit, opes. i. diuitias & facultates regum. i. ditiſſimorum, & ipſe reuertēs. i. rediēs ex illo agro ſterili, domum nocte ſera, ideſt ſuprema luce poſtquā totam diē culturæ impartiuerat one rabat mēſas. ſ. ſuas dapibus. i. eſcis inemptis. i. non emptis ſed ex agro ſuo collectis, quia forte moretum aut aliud placētæ genus ex holeribus & herbis confecerat. Ipſe carpere, ideſt carpebat. (Figura hiſtorijs apta qua infinitiuum pro indicatiuo ponimus) primus roſam vere. i. tēpore verno, atq; carpēbat primus poma autumno, ideſt tempore autumnali, & cum hyems triſtis rumpe ret etiam nunc. i. ipſo puncto temporis ſaxa frigore. i. gelu aſper/rimo & frenaret curſus aquarum. i. conſtringeret aquas currere ſolitas glacie, ille tondebat, ideſt metebat iam tum comam. i. re/centem frondem aut ſummitatem, acanthi mollis. i. tenerę & eo anno natę increpitans. i. cum crepitu exprobrans æſtatē ſeram. i. tarde aduentantem, & zephyros ventos illos dulces vernā tēpe/ſtatem afflare ſolitos & fauonios latine dictos morantis. i. tar/dantes venire, & flare ſua tempeſtate.

Nemini

PIERIVS.

❡ Hic rarum tamen in dumis olus.) In Longobardico codice le gere eſt, hinc, hoc eſt ex paucis illis iugeribus, quę nec pabulo nec ſegeti, nec vitibus ēt opportuna. In reliquis, hic. ❡ Et cum triſtis hyems ēt nunc.) In codicibus nonnullis, ēt num, quæ dictio fre quētiſſima apud Pliniū, ex eo, quod Græci ἔτι καὶ νῦν dicunt.

Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare, & ſpumantia cogere preſſis
Mella fauis: illi tiliæ, atq; vberrima pinus,
Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat,
Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos
Eduramq; pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes,
Iamq; miniſtrantem platanum potantibus vmbram.
Verum hæc ipſe equidem ſpatijs diſcluſus iniquis
Prętereo, atq; alijs poſt commemoranda relinquo,

SERVIVS.

❡ Ergo apibus fœtis idem, at que examine multo.) Ne ſine cauſa hortos deſcripſiſſe vide retur, ❡ Illi tiliæ, atque vber/rima pinus.) Illi, vberrima ſci licet: Nam per naturam & ti/liæ & pinus ſteriles eſſe dicun tur. ❡ Seras.) Maiores: quod nimię difficultatis eſt. ❡ In ver ſum.) In ordinem. vt, Triplici pubes quā Dardana verſu im/pellunt. ❡ Diſtulit.) Tranſtulit. Nā mutauit præpoſitionem. ❡ Eduram.) Nimiū duram, va lidam. ❡ Et ſpinos iam pruna ferentes.) Prunorum arbor voca/tur ſpinus, gnē maſculino. Nam ſentes, has ſpinas dicimus. ❡ Spa/cijs iniqs.) Anguſtis. vt, Spatioq; ſubit Ser geſtus iniquo. Et dicit ſe carminis breuitate conſtrictum hortos plenius nō poſſe deſcri bere. ❡ Alijs.) Gargeliū & Mar tialem ſignificat.

MANCINELLVS.

❡ Fœtis.) acſi diceret enixis. ❡ Abūdare.) abūdabat. ❡ Coge re.) cogebat. ❡ Illi tiliæ.) ſ. erát huberrimę, fœmina. n. ſemen fert, ac florem, teſte Plin. Sed de tilia latius lib. j. Georgi. ibi cæditur & tilia ante iugo læ/uis, Colu. aūt lib. x. ca. iiij. ſcri. Tilias eē apibus nocētes. Vir. vero aliter ſenſiſſe videtur, cū hic appoſuerit cum ipſa pinu, cuius quidem floribus, vt cæ/terarum pomiferarum arborum veſcantur apes, & paulo infe/rius ait, Et pinguem tiliam, ſcilicet paſcuntur. Et Plin. lib. x. cap. xiij. ſcrib. q̄ ſorbetur mel optimum, & minime fronde infectum è quercus, tiliæ, arundinum folijs. ❡ Seras.) diutinas, grādes, in/gentes.

gentes.⁋ In verſum.) In ordinem.⁋ Diſtulit.) tranſtulit.⁋ Eduram.) hoc loco robuſtam, & per id grandem.⁋ Iam pruna ferentes.) per id agelli optimum ingenium oſtendit, cum in eo trāſpoſiti ingentes trunci, non ſolum plantulæ optimæ prouenirent, ac creſcerent.⁋ Iniquis.) anguſtis, breuibus, hoc eſt carminis breuitate compulſus, &c.⁋ Atque alijs poſt commemoranda relinquo.) Id autē Columel. executus eſt poſtea, vnde ait ipſe lib. xj. Hortorum quoq; te cultus Syluine docebo, Atq; ea, quę quondam ſpacijs excluſus iniquis, Cum caneret lætas ſegetes, & munera Bacchi. Et te magna pales, necnon cœleſtia mella. Vir. nobis poſt ſe memoranda reliquit. Floruit aūt Colu. Senecæ tēpore, ipſe nanq; li. iiij. ca. iij. de vineis ſic ait, his certe tēporibus & Nomētana regio celeberrima fama eſt illuſtris, & præcipue, quam poſſidet Seneca vir excellētis ingenij, atq; doctrinæ, cuius in prędijs vinearum iugera, &c. *Columella.*

ASCENSIVS.

❡ Ergo apibus &c.) Ne pręter inſtitutum diuagatus culpetur applicat quę de ſene corycio elocutus eſt ad propoſitam materiam dicens. Ergo quia. ſ. diligens fuerat hortorum cultor idē. ſ. ſenex corycius, abundare, ideſt abundabat primus apibus fœtis. i. enixis partum atq; multo examine. i. fœtu educēdo, & ipſe cogere, ideſt cogebat hoc eſt conſtipabat primus fauis preſſis mella ſpumantia. ſ. ex preſſura aut ex impetu & vehemēti caſu, pondus. n. aquarum & præceps caſus ſpumam procreat, tiliæ ſup. fuerant illi, atq; pinus huberrima ſupp. fuerat illi quotq;. i. & quot pomis arbos. i. arbor fertilis induerat. i. ornauerat & veſtierat ſe in flore nouo. i. quot flores produxerat arbor, ipſe ſenex tenebat totidē. ſ. poma matura in autumno, & ita nullus flos peritum deciderat. Ille. ſ. idē ſenex, diſtulit. i. trāſtulit & diſpoſuit etiā vlmos ſeras. i. grandes & diutinas, in verſum. i. ordinē, & lineam ab qua directe vertatur, & pirum eduram. i. valde duram, & ſpinos ferētes iam pruna hoc eſt jam fœcundos. Nam Seruius vult genere maſculino dici arborē ſpinum, putatur tamen voluiſſe dicere voce maſculina ſub vs. ſ. non, a, & diſtulit ēt platanum arborē ablatis ramalibus dictam miniſtrantē potantibus. ſ. ſub eā vmbram. Nam is præcipuus eius arboris vſus, verum. i. ſed ipſe. i. ego quidē. i. certe excluſus. ſ. ab huiuſmodi rerum executiōe iniquis. i. inęqualibus hoc eſt nimis breuibus & anguſtis ſpacijs. i. metis aut vitæ, aut carminis, aut alijs negocijs vrgentibus prætereo hęc atq; relinquo cōmemoranda. i. recēſenda poſt. ſ. huius operis editionē, aut conſummationē, alijs. ſ. poetis, & ſcriptoribus.

PIERIVS.

❡ Iamq; miniſtrantē platanum potantibus vmbram.) Veteres oēs codi. vmbras habēt numero multitudinis, forte vt ſpacioſius aliquod oſtēdat, quod memoria proditum plures olim turmas. ſub vna platano condi ſolitas, de hac autem Varro. Iucunda eius vmbra haud alia lætius operiēte toros. Pli. Platanus arbor nulli rei, niſi vmbræ vtilis.⁋ Spatijs diſcluſus iniquis.) Veteres omnes cod. excluſus, habēt, quod & Columellę parodia confirmatur, diſcludere enim aliud ſignificat.⁋ Atque alijs poſt commemoranda relinquo.) In codi. aliquot legas, poſt hæc memoranda, ſed commemoranda, Longobardicus, & aliquot alij codices habent. Sunt qui poſt memoranda legant, vt in Medi. cod. habetur, quam lectionem videtur agnouiſſe Columella.

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipſe
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaq; æra ſecutæ,
Dictæo cœli regem pauere ſub antro.
Solæ communeis natos conſortia tecta
Vrbis habent, magniſq; agitant ſub legibus æuum:
Et patriam ſolæ, & certos nouere penates:
Venturæq; hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.
Nanq; aliæ victu inuigilant: & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum
Narciſſi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaceis
Suſpendunt ceras: aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ puriſſima mella
Stipant: & liquido diſtendunt nectare cellas,
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti:
Inq; vicem ſpeculantur aquas: & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent,
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

SERVIVS.

❡ Naturas apibus quas Iupiter ipſe Addidit.) Naturas pro moribus poſuit. Addidit autem, aut dedit: aut re vera addidit. Neceſſe enim eſt eas etiam ante habuiſſe mores aliquos ꝓprios.⁋ Pro qua mercede canoros.) Ordo eſt, Expediam naturas apum: quæ canoros Curetum ſonitus Crepitantiaq; æra ſecutæ, Dictęū cœli regem pauere ſub antro.⁋ Pro qua mercede.) ideſt gratia vel labore.⁋ Sole communes natos, conſortia tecta vrbis habēt.) Nam vt etiam Donatus dicit, tragicum eſt, & vltra carmen Georgicum ſi accipiamus pro qua mercede, exclamationem eſſe: vt ſit, pro quanta hoc mercede fecerunt? ſcilicet vt Iouem alerent: quem Ops Saturni vxor Curetibus, Coribantibus, & Idæis dactylis cuſtodiēdum dedit in monte Cretæ Dictęo: ne eum Saturnus cōſumeret, vt filios oēs ſolebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, vt diximus, temporum deús eſt, quæ in ſe reuoluuntur in æternum. Tunc itaq; apes æris ſecutæ ſonum, Iouem melle aluiſſe dicuntur: pro quare eis poſtea præſtitit Iuppiter vt haberēt liberos ſine vllo concubitu.⁋ Solæ cōmunes natos.) Plato in libris quos περὶ πολιτίασ ſcripſit, dicit amori reipublicæ eſſe nihil præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos, ita nos tanquā communes habere debere: vt charitas ſit non libido confuſa. Quod præceptum dicit nullum pręter apes ſeruare potuiſſe.⁋ Magnis legibus.) Ideſt æternis, nunq̄; mutabilibus. Iiſdem enim legibus ſemper vtūtur: nec eas, vt homines, ſępe commutant.⁋ Nouere penates.) Chariſſima habent. vt, Hic inter flumina nota, ideſt chara.⁋ In medium quæſita reponunt.) Quæſita & parta in commune conſeruant. Ipſe alibi, In medium quærebant.⁋ Victu.) Victui.⁋ Fœdere.) Pacto, vt viciſſim in aluearibus, vel in agris laborēt.⁋ Narciſſi lachrymā.) Narciſſi humorem. Quod autem ait Narciſſi lachrymam, alluſit ad fabulam: quia, vt diximus, de puero eſt conuerſus in florem.⁋ Prima fauis ponunt fundamina, græce προπολὴν locant, duriore cera, quæ vix ferro poteſt frangi, quā colligunt de gummi arborum, & raſis lapidibus. vnde paulopoſt dicet, Sæpe etiam duris errādo in cotibus alas Attriuere.⁋ Tenaces ceras.) Mella retinētes.⁋ Adultos educūt fœtus.) Educendo adultos faciūt.⁋ Cecidit cuſtodia ſorti.) Ex ſorte. Nam aduerbiū eſt, quod traxit à militia. Legimus. n. Partibus ęquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.

MANCINELLVS.

❡ Pro qua mercede.) Quia Iuppiter eis tales naturas addiderat.⁋ Curetum.) curetes vt Strab. docet lib. x. dicti ſunt quaſi curatores, ij enim infantem Iouem curarunt, pulſantes cymbala, & ſimilia, ne pariens mater Rhea, eiusq; vagitus à Saturno audiretur, qui quidem natos filios illico deuorabat, hęc ex illo. Curetum autē ſonitus apes ſecutę mella intra Iouis ora inſerebant, quo illi gratiam referrent naturæ eis ab ipſo traditæ, Macro. vero lib. j. ſat. de Saturno inquit, hunc aiunt filios ſuos ſolitū deuorare, eosq; rurſus euomere, per quod ſimiliter ſignificatur, eum tempus eſſe, à quo vicibus cuncta gignantur, abſumanturq;: & eo denuo renaſcatur. Eūdē à filio pulſum, q̄d aliud eſt, q̄; ſeneſcētia, ab eis, q̄ poſt ſunt nata depelli.⁋ Dictæo antro.) Dicte vt Stra. ſcri. li. x. in Creta mons eſt: vbi Iouis Dictæi tēplū.⁋ Solę.) ex cunctis animalibus, ſcilicet.⁋ Communis natos.) nihil enim nouere, niſi commune, vt etiam Plin. ſcrib.⁋ Conſortia tecta.) eiuſdem ſortis: ſunt enim communia omnibus. Tamen vt ait Pli. Regias imperatoribus futuris in vna parte aluei extruūt, amplas: magnificas, ſeparatas, tuburculo eminentes.⁋ Certos penates.) id quidem, quod ait Pli. lib. xxj. poeta hic aſſerit, Nam hoſtilia vicus alluitur pado, huius inquilini pabulo circa deficiente, imponunt nauibus aluearia, noctibus ad. v. millia paſſuum contrario amne ſubeunt egreſſe luce apes, paſtęq; ad naues quotidie remeant, mutātesq; locum, donec pondere ipſo preſſis nauibus plena aluearia intelligantur, euectisq; eximuntur mella. Et in Hiſpania mulilij prouehunt ſimili de cauſa. Nanque aliæ victu cum agmen ad opera proceſſit, aliæ flores aggerūt pedibus, alię aquā ore, guttasq; lanugine totius corporis, alię intus operantur, Pli. libro

*Curetes* — *Saturn'* — *Dicte.* — *Apes nauib' vectæ & mulis.*

libro vndecimo. ⁋ Narciſſi lachrymam.) Colligunt etiam lachrymas arborum, quæ glutinum pariunt, vt Plini. docet. ⁋ Gluten.) propolim intelligit, de qua ibi ſuperius collectumq́; hæc ipſa ad munera gluten. ⁋ Ceras.) Ex omnium arborum, ſatorumq́; floribus confingunt ceras, vt ſcribit Plin. Ariſto. vero, libro quinto, de animalibus dicit eas conſtruere fauos è floribus. Ceram è lachryma arborum fingere. Mella ex rore aeris ſyderum exortu potiſſimum. ⁋ Educunt.) Nutriunt, hic enim vetus ſenſus eſt poetæ: nam apes gallinarum modo incubant: vt latius infra dicemus. ⁋ Stipant.) componunt, denſant. ⁋ Liquido.) mundo puro. ⁋ Diſtendunt.) implent. ⁋ Nectare.) melle hoc loco, Sed quid proprie dicitur, videto Ecloga quinta. ⁋ Sorti.) Aduerbium eſt hoc loco. Nomina enim per diuerſos caſus loco aduerbiorum ponuntur, per nominatiuum, vt fors pro forte, recens pro recenter. per genitiuum militiæ pro in militia, per datiuum, vt veſperi ruri, ſorti Priſcia. libro decimoquinto, ſorti pro in ſorte. ⁋ Cuſtodia.) More enim caſtrorum interdiu ſtationem ad portas ſeruant. ⁋ Aquas.) id ait, quoniam prædiuinant ventos, imbresq́;, & tunc ſe continent tectis, vt ait Plin. ⁋ Accipiunt.) Quæ enim flores comparant ab alijs, exonerantur, nouiſſimæq́; à feſſis, & iam emeritæ ab inchoatis, primos in opera expetunt, tardantes ſine clementia puniunt: neque in opere tantum: ſed in fœtu coadiuuant eas, multum ad calorem, conferente turba. ⁋ Fucos.) Sunt fuci ſine aculeo maiores apibus. Cum mella cœperint matureſcere abigunt eos. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidant. Nec id genus, niſi vere conſpicitur: fucus ademptis alis in alueum reiectus, ipſe cæteris adimit. Nigri ſunt fuci, & lata aluo fures maximi inter apes, ita appellati quia furtim deuorant mella. Pli. libro vndecimo. ⁋ Ignauum pecus.) animal immune, ſine doctrina, inutile non aptum induſtriæ, nam induſtrios gnauos dicimus. Præſepibus aluearibus, præſepia enim non tantum quibus iumenta, cæteraq́; animalia pabulantur, ſed omnia loca clauſa, & tuta, dicta præſepia, author eſt Marcellus. ⁋ Feruet.) frequentatur.

Sorti. Noĩa ꝓ aduerbijs.

Fuci.

Præſepia.

ASCENSIVS.

⁋ Nunc age, &c.) Ingreditur ergo ad deſcribendas naturas apum & mores ſane mirabiles dicens. Nunc age adhortandi eſt ad auditorem ſpectans aut etiam primam perſonam reſpiciens, expediam, ideſt paucis aperiam naturas quas Iuppiter ipſe, ſcilicet qui maximus eſt & præcipue poteſt, addidit, ſcilicet ad priores naturas, & pro qua mercede, ideſt quid mercedis acceptum ipſæ ſecutæ canoros ſonitus curetum illorum populorum Cretæ, qui Iouem in dictæo monte alendum ſuſceperant, & ſecutæ æra crepitantia, ideſt cum crepitu ſonantia dum à curetibus pulſabantur ne Saturnus, vagitum Iouis perciperet (habuerunt ergo iam tunc apes naturam ſequendi crepitum peluium, ſed addidit, Iuppiter vt ſolæ communes natos haberent, & vt ſine concubitu ederent fœtus) quod ergo ipſæ ſecutæ æra crepitantia, pauere regem cœli videlicet Iouem, ſub antro dictæo, ideſt qui in dicto monte cretenſi abſconditus erat. Incipit ergo narrare naturas ſuperadditas & mores apum dicens. Solæ, ſcilicet apes habent natos communes etiam à multis partos & genitos, & habent tecta vrbis, ideſt habitationis conſortia, ideſt communia & ad communem ſortem pertinentia, & agitant æuum ſub magnis legibus, quia ſub legibus naturæ, & ipſæ ſolæ, ſcilicet inter animantia rationis expertia nouere patriam ita vt ad eam redeant, & certos penates, ideſt lares apud quos naſcuntur, & ipſæ memores, ideſt prouidæ venturæ hyemis experiuntur laborem æſtate (non dicit hic quòd ſolæ id faciant, nam & formicis ea natura eſt) & reponunt quæſita, ideſt parta & accumulata in medium, ideſt in commune ſicut communiter laborant. Nanque aliæ, ideſt aliquę, inuigilant victu (datiuus eſt) ideſt victui habendo, & exercentur agris, ideſt per agros in acquirendo victu, fœdere pacto, ſcilicet inter eas vt non ſibi ſolis ſed omnibus victum quęritent, pars, ideſt aliæ ponunt intra ſepta domorum, ideſt aluearium lachrymam, ideſt rorem, aut tenuem ſuccum (ſed lachrymam ſignanter dicit quòd is flos ex puero lachrymante prouenit) Narciſſi illius floris in quem puer flens conuerſus fingitur, & gluten, ideſt glutinum & viſcum, lentum, ideſt fluidum aut liquidum de cortice, ſcilicet ſumptum vt durius ſit appoſitorie prima fundamina, ideſt quæ teſ ſint prima fundamenta, fauis quos primum conſtruunt, deinde ſuſpendunt ceras tenacis, ideſt pinguiores & firmius adhærentes, aliæ educunt fœtus adultos appoſitorie ſpem gregis, ideſt in quibus eſt ſpes de conſeruando grege aliæ ſtipant, ideſt condenſant mella puriſſima, & diſtendunt, ideſt ſic farciunt vt diſtendi cogantur, cellas, ideſt fauorum receptacula, nectare, melle liquido, ideſt puro & pellucente. Sunt ſupple, aliæ quibus cuſtodia ad portas, ideſt excubitus cecidit ſorti, ideſt in ſortem, & ſpeculantur inuicem, ideſt viciſſim aquas vt ſcilicet inde prognoſtica capiant, & nubila cœli, ne ſcilicet operariæ exeant imminente imbre. Aut accipiunt onera venientum, quia non eædem ſtipant & colligunt mella, aut ipſæ facto agmine, ideſt manu conſerta, arcent, ideſt amouent & abigunt à præſepibus, ideſt aluearibus ſuis fucos (appoſitorie) pecus ignauum, ideſt nullius gnauitatis hoc eſt induſtriæ & laboris, nihil agens, & aliena conſumens. Sunt enim fuci veſpę ignobiles non mellificantes, ſed tamen melle veſcentes. Opus, ideſt exercitatio omnium earum feruet, ideſt cum feruore fit, & mella fragrantia, ideſt redolentia & molliter ſpirantia redolent thymo, ideſt trahunt odorem thymi vnde collecta ſunt: & apes paſtæ.

PIERIVS.

⁋ Et patriam ſolæ & certos nouere penates.) In codicibus aliquot legere eſt à patriam ſolæ, & certos nouere penates, non enim à, ſemper dolentis interiectio, ſed admirationem interdum ſignificat, ſcribit vero, a, ſine adſpiratione ex Probo alibi notatum. In Longobardico non eſt, &, ſecundo loco legitur vero. Et patriam ſolæ certos no. pe. ſed enim qui dictionem, &, hinc auferunt, venuſtatem etiam omnem à verſu auferunt. ⁋ Narciſſi lachrymam, & lentum de cortice glutẽ.) In codi. aliquot antiquis & preſertim in Longobardico, lectum, legitur, non lentum plurimarum enim arborum cortices gluteo exſudãt, vt reſinam, ſucinum, quibus vtuntur apes, in opere ſuo conſtruendo ad firmitatem, ſed & lentum placet, quod proprium eſt glutinis epitheton. ⁋ Redolentq́; thymo fragrantia mella.) In Longobardi. flagrantia, ſcriptum eſt, quod non probatur, ex grammaticorum diſtinctione.

SERVIVS.

⁋ Ac veluti lentis Cyclopes fulmina.) Comparatio ad feſtinationem pertinens ſolam. ⁋ Cecropias.) Ideſt Athenienſes à rege Cecrope Atticę, vbi optima mella naſcũtur. ⁋ Innatus.) Inſitus. ⁋ Vrget.) Premit. Grandæuis oppida curæ.) Sicut ſenes muros tuentur, nec in bella prorumpunt. ⁋ Dędala tecta.) Ingenioſa. vt Dædala circe. ⁋ Crocumq́; rubentem.) Salluſtius in hiſtorijs ait, In qua crocum gignitur. genere neutro ſecundum artem vſus eſt. hic poetice maſculino, referẽs ſe ad puerum, qui in hunc florem dicitur eſſe conuerſus. ⁋ Ferrugineos hyacinthos.) Ferruginei, ideſt nigri coloris. ⁋ Corpora curãt.) Se reficiũt. vt, Feſſiq́; & equos & corpora curant. Sane curare corpus, ſi de hominibus dicimus, & cibo & lauacro intelligi⁹, vel alterutro, ſi de apibus, tantum cibo accipimus. ⁋ Sopor ſuus.) Ipſis aptus. ⁋ Aut credunt cœlo.) Scilicet ſuos volatus. ⁋ Aquantur.) Aquam hauriũt ex vicino. ⁋ Inſtabiles.) Fluctuantes.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis
Cum properant: alij taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntq́;: alij ſtridentia tingunt
Aera lacu: gemit impoſitis incudibus Ætna.
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum: verſantq́; tenaci forcipe ferrum.
Non aliter (ſi parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quanq; ſuo. grandæuis oppida curę,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At feſſæ multa referunt ſe nocte minores,
Crura thymo plenæ: paſcuntur & arbuta paſſim
Et glaucas ſalices, caſiamq́;: crocumq́; rubentem
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
Mane ruunt portis: nuſquam mora: rurſus eaſdem

MANCINELLVS.

⁋ Cyclopes.) Brontes, Steropes, & Pyragmon, Cyclopes inſignes fuere, hos artificioſos fuiſſe conſtat, quos Vulcano ignis deo attributos, ſub eo Iouis conficere fulmina volunt, de quibus latius Maro ipſe libro. viij. meminit Brontesq́; ſteropesq́; & Nudus mẽbra Pyragmon. Brontes

Cyclopes. Steropes. Brontes Pyragmon.

Se

Veſper vbi è paſtu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt: tum corpora curant.
Fit ſonitus: muſſantq́; oras, & limina circum.
Poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere: ſiletur
In noctem: feſſosq́; ſopor ſuus occupat artus.
Nec verò à ſtabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euris:
Sed circum tutę ſub mœnibus vrbis aquantur,
Excurſusq́; breues tentant: & ſæpe lapillos,
Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram,
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.

tes autem tonitruus dici poteſt, nam Brōte tonitruum ſignificat. Steropes vero fulgur interpretari valet, Aſtrope enī corruſcatio dicitur, Pyragmō dicitur quaſi ignita incus, Pyr nanq; ignis eſt, Acmon incus. videto etiā de Cyclopibus li. **Folles.** j. Georgico. Circa finem. ℣ Follibus.) Inſtrumenta ſunt folles ex corio, quibus excitando igni vtunť fabri ferrarij. ℣ Redduntq́ȝ.) cum enim folles eleuantur, aerē concipiunt: cum vero præmuntur, emittūt eūdem. ℣ Ætna.) de hoc monte videto lib. j. Georgico. Circa finem. Diodorus ſcrib. libro ſexto. quòd aſſerunt nonnulli meatus eſſe ſubterraneos ab Ætna ad æolias inſulas, ſub æolijs autem cyclopes eſſe, Vulcani miniſtros poetæ fabulantur. ℣ In numerum.) **Forceps** in ordinem & rationem. ℣ Forcipe.) Forceps dicitur, ꝙ foruum, ideſt candēs capiat ferrum, foruum enim calidum ſignificat, inde fornus, & fornax Marcellus ſcri. ℣ Cecropias apes.) Cecrops ædificandæ vrbis Athenarum initium dedit, vt Strab. docet lib. **Apes vbi inuentæ** ix. Licet non omnes id aſſerunt. Euthronius autem ſcripſit, apes Erichthonij temporibus in mōte Hymeto primum natas, vt inquit Colu. lib. x. ca. ij. Et Plin. lib. xj. ſcrib. in Hymeto atticę monte mel optimum eſſe, vti in Hybla Siciliæ. **Dędal⁹.** ℣ Dædala.) Ingenioſa. **Opera apum.** Dędalos enī ingenioſus dicitur, Dędalo, orno vario. ℣ Fingere.) componere. ℣ Minores.) Iuniores. Nam adoleſcētiores ad opera exeunt, ſeniores intus operantur, aliæ enim ſtruunt, aliæ ſuggerunt, alię cibum cōparant, ex eo quod allatum eſt. Neq; enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas operis aut cibi fiat, & temporis: Plin. lib. xj. ℣ Crura thymo plenæ.) quæ flores comportāt, prioribus pedibus fœmina onerant, propter id natura ſcabra pedes priores roſtro, totoq́; honuſtæ remeant ſarcina pandatę, Pli. **Glaucus color.** ℣ Glaucas ſalices.) glaucus color viridis, cœruleus dicitur, vt Gellius oſtendit lib. ij. cap. xxvj. ℣ Tiliam.) de hac latius paulo ſuperius, & etiam lib. ij. Georgi. ℣ Hyacinthos.) de hyacintho videto **Ferrugineus color.** Eclog. iij. ℣ Ferrugineos.) Ferrugineum colorem ferri ſimilē eſſe volunt. Veruntamen ferrugineus color cœruleus eſt. Marcellus author etiam hunc locum afferens. ℣ Mane ruunt.) Noctu quies in matutinum, donec vna excitet oēs gemino, aut triplici bombo, vt buccino aliquo. Tunc vniuerſæ peruolant, ſi dies mitis futurus eſt Pli. ℣ Veſper.) videto li. j. Geor. ℣ Fit ſonitus.) Cum inueſperaſcit, in alueos ſtrepunt minus, ac minus donec vna circūuolet, eodē, quo excitauit bombo, ſeu quietem capere imperans, & hoc caſtrorum more, tunc repente oēs conticeſcunt, Plin. ℣ Vrbis.) ideſt Apiarij. ℣ Lapillos.) tollunt, Gerulæ ſecundos flatus captant, Si cooriatur procella apprehenſis pediſculo lapillis ſe librant, quidam in humeros imponi tradūt iuxta vero terram vo**Saburra** lant, Pli. ℣ Cymbæ.) nauiculæ. ℣ Saburram.) arenam, grauē terram, & onus, quo naues ſtabiles fiunt. Vnde Plin. lib. xvj. ca. lxvj. ſcrib. cxx. modios lentis pro ſaburra fuiſſe naui, qua Obeliſcus in vaticano circo ſtatutus ex ægypto Caij principis iuſſu adductus eſt. De abiete aūt huius nauis diximus li. ij. Geor. circa principiū, vbi eſt ſcriptum. ca. lv. pro. ca. lvj.

ASCENSIVS.

℄ Ac veluti lentis &c.) Facit digreſſiunculam adducēdo ſimilitudinem ſumptam à cyclopibus qui miniſtri vulcani cum eo in antro vulcani dicuntur Ioui arma & fulmina fabricare. quod dicit poeta non maiori cum feſtinatione nec molimine ac ordine faciunt, atq; ſi parua licet componere magnis, hoc eſt reddendo ſingula ſingulis, apes pro virili ſua mellificio intendunt. Nam ſicut Cyclopum alius flando maſſam calefacit, alius ferit, imo plures feriunt in numerum, ideſt ſecundum proportionē muſicam quam Pythagoras ex ictibus inueniſſe dicitur, alius extinguit & ſuo quiſq; muneri intentiſſimus eſt, ita & apum ſuum quęq; munus ſumma cum diligentia ſummoq́; conamine non ſine ordine deplet. ℄ Ordo verborum talis eſt. Ac veluti, ideſt quemadmodum cum, ideſt quando cyclopes, ideſt populi illi olim in Sicilia vnum oculum habere reperti properant, ideſt properanter fabricant, maſſis lentis. i. mitigatis & mulcendo lętificatis, fulmina. ſ. Iouis, alij, ideſt quidam eorum accipiunt & reddunt auras. i. flatus & reflatus follibus taurinis. i. corio taurino munitis & circūſeptis. Alij tingunt, ideſt extingunt æra. i. quæuis metalla ſtridentia. i. quæ ſtridorem emittunt & crepitum dum extinguuntur lacu, ideſt aqua cœnoſa aut retera lacu cum naturalis ſit huiuſmodi fabricatio ætna, mōs ille Siciliæ perpetuo ardore æſtuās (vnde propter ſulphur & cæteram materiam fulminis cuius illic copia eſt, datus eſt fabulæ locus vt fulmina Iouis illic fabricare dicatur) gemit ideſt fatiſcit aut reſonat quaſi gemitum referens, illi, ſcilicet cyclopes, tollunt, ideſt erigunt inter ſeſe in numerum i. ſecundum ordinem & concentum muſicum qui ex proportione & apta viciſſitudine reſultat brachia, ſcilicet ſua magna vi, ideſt molimine ingēti, & verſant ferrum, ſcilicet quod cudunt forcipe, ideſt inſtrumēto (quam tenellam quidam vocant, ab eo autem quod foruum. i. calidum capiat nomen ſumpſit) quo calida capi poſſunt non aliter, ideſt conſimiliter (ſi licet componere, ideſt conferre & comparare parua, quantæ ſunt apes magnis, quanti ſunt cyclopes. Contra in Buco. Sic paruis componere magna ſolebam) amor habendi, ſcilicet mel aut mellis & fauorum, innatus, ideſt connaturalis & ita non vitioſus vt eſt ſæpe in hominibus vrget, ideſt impellit & inſtigat, apes cecropias, ideſt atticas quæ in hymeto monte atticæ regionis vbi optimi mellis copia eſt natæ dicuntur, aut cecropias quaſi palladias & Dædalias, ideſt ſubtiles & operoſas, in contexendis fauis, vrget dico quāq; ideſt quamlibet apium, ſuo. i. proprio munere, quod, ſcilicet ei ſorti cecidit. Oppida. i. aluearia operta in quibus ſunt varia domicilia, ſunt curæ. i. ad curam deputata grandęuis. i. prouectioribus apibus, & munire, ſcilicet contra frigus, calorem & fures fauos, & fingere, ideſt componere, tecta Dædala, ideſt ſubtilia quaſi à Dædalo fabricata eſſent, at, ideſt ſed minores, ideſt iuniores feſſæ, ſcilicet ex onere & labore, referunt. ſ. alis ſuis: ſe hoc eſt ſeipſas cum melle ſuó, referunt autem domum, multa nocte. i. cum iam plurima, pars noctis tranſacta ſit computando noctem reſpectu aliarum volucrum quæ ante veſperum conſidunt ad concubitum: referunt dico ſe plenæ crura. i. habētes crura plena. i. onuſta, aut onerata, thymo, ideſt melle ex thymo collecto aut flore eius &. ſ. apes paſcūtur. i. depabulantur paſſim. i. in plurimis paſſibus & locis, &. i. etiam arbuta. i. frondes aut flores arbutorum, & ſalices glaucas. i. glauci hoc eſt viridis ac cœrulei coloris, hoc eſt flores ſalicum, vnde in Buco. hybleis apibus florē depaſta ſalicti, & paſcuntur caſiam herbam illam odoriferam aut florē eius & crocum rubētum. ſ. filo florum, & tiliam. ſ. arborē, pinguē. ſ. in fronde viſcoſā, & hyacinthos. ſ. flores ferrugineos. i. ceruleos ac ſubnigri admixto rubro coloris. Vna quies operum. i. ab operatiōe eſt omnibus. i. omnes ſimul quieſcunt, labor eſt omnibus vnus, ideſt eodē tempore. Ipſæ ruunt. i. celeriter excurrunt mane portis (Alludit ſemper ad homines gnauos) nuſq́;, ideſt in nulla parte eſt mora. rurſus vbi. i. poſtquā veſper, ideſt ſtella veſpertina admonuit eaſdem, ſcilicet apes decedere tandē. i. poſt multam moram: campis è paſtu. tum. i. tunc, petunt. i. repetunt tecta, ideſt domos ſuas, & curant. i. molliter tractant ac reficiūt corpora. ſ. ſua, ſonitus fit & muſſant. i. obſtrepunt circum oras & limina. ſ. regni ſui quaſi hoſtē terrētes, poſt, ideſt poſtea vbi ipſæ compoſuere ſe thalamis. i. cubilibus, ſiletur. ſ. ab omnibus, in noctem. i. ad conticinium noctis perficiēdum, & ſuus. i. proprius & conueniēs ſopor. i. profundior ſomnus, aut dormitio occupat. i. ſopit artus feſſos. ſ. ex labore diurno. Nec vero. i. & certe non recedunt longius à ſtabulis. i. aluearibus ſuis, pluuia impēdēte. i. imminēte ꝗ quaſi in nubibus pēdeat, aut non credunt. i. non cōmittunt ſupp. ſe aut non credunt. i. confidunt cœlo. i. ſereno aeri (vnde ad Palinurum in fine quinti. heu nimium cœlo confiſe ſereno) & hoc euris. i. vētis illis pluuiā afflare ſolitis aduētantibus. i. ingruētibus, ſed ipſæ aquantur. i. potantur tutæ. i. protectæ à pluuia & vēto, circum. i. in circuitu, ſub mœdibus vrbis tutæ. i. defendētis & tutantis eas à pluuia & vēto. (Nam tutum communiter dicitur & quod defendit vt locus, & quod defenſum eſt vt homo) & tētāt i. attētāt & cū anxietate faciūt excurſus breues, & tollūt. i. aſportant ſæpe lapillos quibus. ſ. contra impetum vētorum ferantur, vt cymbæ. i. nauiculæ inſtabiles. i. mobiles & vēto agitabiles & fluctuantes, hoc eſt minima nauigia tollunt ſaburram. i. arenam & grauē terram fluctu iactante. i. huc illuc impellēte eas, vñ ſubuerterētur niſi pondere ſaburrę ſtabilirētur, & apes ſup. librant,

i. æquis

ſ.æquis alis firmant & ſtabiliunt ſeſe his.ſ.lapillis, per nubila in/ania.i.per aerem nubiloſum & ventoſum.

PIERIVS.

¶ Cum properant alij taurinis follibus auras Accipiũt.) In Longobardi. gobardi. totum hoc deſideratur, alij taurinis follibus auras, quæ lectio nimis detruncata eſſet. ¶ Gemit impoſitis incudibus Ætna.) In Longobardi.in Medi.& aliquot alijs codi.antiq.non, Ætna:ſed antrum habetur.



Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem:
Quod nec concubitu indulgent:nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt:aut fœtus nixibus edunt.
Verum ipſæ è folijs natos,& ſuauibus herbis
Ore legunt:ipſæ regem,paruosq́; quirites
Sufficiunt:aulasq́; & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere:vltroq́; animam ſub falce dedere:
Tantus amor florum,& generandi gloria mellis.
Ergo ipſas quamuis anguſtus terminus æui
Excipiat(neq; enim plus ſeptima ducitur æſtas)
At genus immortale manet:multosq́; per annos
Stat fortuna domus:& aui numerantur auorum.
Præterea regem non ſic Ægyptus,& ingens
Lydia,nec populi Parthorum,aut medus Hydaſpes
Obſeruant:rege incolumi,mens omnibus vna eſt:
Amiſſo,rupere fidem,conſtructaq́; mella
Diripuere ipſæ,& crates ſoluere fauorum.
Ille operum cuſtos:illum admirantur:& omnes
Circunſtant fremitu denſo:ſtipantq́; frequentes:
Et ſæpe attollunt humeris:& corpora bello
Obiectant:pulchramq́; petunt per vulnera mortem.

SERVIVS.

¶ Concubitu.) Pro concubitui.Nã indulgeo illi dicimus. ¶ Nec corpora ſegnes In venerem ſoluunt.) Ideſt in libidinem non reſoluũtur.Perſius, Ille in Venerem putris. ¶ Nixibus.) Partubus.Vnde & enixa dicimus. ¶ Refigunt.) Figunt. ¶ Sub faſce.) Sub onere.vt, Iniuſto ſub faſce viam, dicit Cicero. ¶ Tantus amor florum.) Supra de equis,Tantus amor laudum,tanta eſt victoria curæ. ¶ At genus immortale manet.) Genus manet, ſcilicet per ſucceſſionem. ¶ Domus.) Familia. vt, Da propriam Tymbree domum. ¶ Medus Hydaſpes.) Fluuius mediæ. De his autem gentibus Saluſtius dicit, Adeo illis ingenita eſt ſanctitas regij nominis: quas tamen, apes dicit amore circa regem ſuperare Virgilius. ¶ Obſeruant.) Venerantur. Alias obſeruare eſt callide aduertere. Terentius, Obſerues filium, quid agat,quid cum illo conſilij captet. ¶ Mens omnibus vna eſt.) Id/eſt concordanter operantur & viuunt. ¶ Diripuere ipſæ.) Quæ etiam ipſæ animam colligendo mel impendere conſueuerunt. vt, Vltroq́; animam ſub faſce dederunt. ¶ Stipantq́; frequentes.) Quaſi quodam ſatellitio ambiunt. ¶ Sæpe attollunt humeris.) Ætate ſcilicet feſſum. ¶ Pulchram mortem.) Glorioſam: quippe quæ pro rege ſuſcipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui vt in Saluſtio legimus, ſe regibus deuouent, & poſt eos vitam refutant.

PROBVS.

¶ Præterea regẽ non ſic Ægyptus,& ingẽs Lydia.) Media natione in Aſia. ¶ Aut medus Hydaſpes.) flumẽ Iudææ: Sed Virgi. mediæ dixit flumẽ hydaſpẽ,quod medi duce Alexãdro per eum regem Indorum,& ipſam Indiam ſubegerint.

Mancinellus.

MANCINELLVS.

¶ Nixibus.) Partubus conatibus. ¶ Ipſæ natos.) apes gallinarum modo incubant, id quod excluſum eſt primum, vermiculus videtur cãdidus: iacens tranſuerſus,adhęrẽsq́; ita vt paſcere videatur. Rex ſtatim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus neque vermiculus,ſed ſtatim pẽniger. ¶ Quirites.) Ac ſi diceret,ciues,& nobiles apud Regem,eſt enim ab vrbibus ſumpta metaphora. ¶ Sufficiunt.) ſuggerũt,ſubminiſtrant. ¶ Aulasq́; & cerea regna refigunt.) non pro figunt exponatur,ſed iterum figunt, ait enim Plin. libro vndecimo cap.x.Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar interius à ſolo fornicatis. vt ſit aditus ad ſarciendum. ¶ Attriuere.) Colligendo inde rorem. ¶ Faſce.) onere. ¶ Septima æſtas.) Ariſtoteles lib. v.de hiſto.animalium ſcribit. vitam apium annos ſex, Nonnullas etiam ſeptẽ poſſe complere. ¶ Regem non ſic Ægyptus.) Ægyptij ciuilem,& mitẽ vitam degunt. Nam rege conſtituto multitudinem trifariam diuiſerunt,& alios quidem milites,alios agricolas, alios ſacerdotes vocauerũt,& alios ſacrorum curatores, alios eorum,quę ad hominem pertinẽt,alios quæ ad bellum,alios quæ ad pacẽ,& terram,& artes ſpectant,ex qbus regi prouẽtus afferebantur. Sacerdotes philoſophiam,& aſtronomiã exercebant:& cũ Regibus diuerſabantur. Stra.li.xvij. ¶ Lydia.) Ea cũ Phrygia,& Caria.& Myſia iungitur. Quapropter earum regionum loca difficulter diſtingui poſſunt,cum inter ſeſe coeãt, Lydia aũt,& Mœonia eadẽ eſt. Sardis vrbs quidẽ magna Lydorum caput fuit, Stra.li.xiij. Parthorum,de parthis videto in Tityro. ¶ Medus.) Media teſte Pli. li.vj.ab ortu parthiæ iungitur,tu vero latius videto lib.ij.Geor. ¶ Hydaſpes.) is fluuius eſt ampliſſimus,& ad nauigãdi vſum aptiſſimus

Apũ rex

Ægyptij

Lydia.

Media.

Hydaſpes.

tiſſimus in India, vt ſcribit. Diony. & Strab. libro. xv. Ptole. libro ſeptimo. Poeta tamen Medum appellat, & id propter eius amplitudinem. ℣ Obſeruant.) Cuſtodiunt: hinc ait, rege incolumi mens omnibus vna. Et ſuperius ait. Et circa regem denſæ miſcentur, &c. Plin. item lib. xj. inquit. Mira apum circa regem obedientia cum procedit totum agmen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Aſcanius vero lib. ij. verrinarum exponit, obſeruant hoc loco pro venerantur, ſed conuenit etiam cuſtodiunt, vt patuit. ℣ Crates.) vnde dicantur Crates videto libro. j. Georgico. nam hic conuenit. ℣ Attollunt humeris.) feſſum regem humeris ſubleuant, validius fatigatum ex toto portant, ſe quæq; proximam illi cupit eſſe, & in officio conſpici gaudet. Plin. pulchram mortem, vt illud, pulchrumq; mori ſuccurrit in **Aculeus** armis. Plin. autem ſcrib. quòd aculeum apibus natura dedit ventri inſertum ad vnum ictum. hoc infixo quidam eas ſtatim emori putant, aliqui non niſi in tantum adacto vt inteſtinum ſępe aſſequatur, ſed fucos poſtea eſſe, nec mella: nec fauos facere velut caſtratis viribus.

## ASCENSIVS.

℃ Illum adeo &c.) proſequitur reliquam apum naturam cum proxime ad humana inſtituta accedentem imo in multis excellentem vt in eo quòd ſine concubitu procreant & regem inuiolata fide ſemper obſeruant. ℃ Ordo eſt. Tu mirabere. i. mirari poteris & quilibet alius, illum morem quem dicturus eſt placuiſſe adeo. i. omnino apibus videlicet quòd nec indulgēt. i. incumbunt concubitu. i. coitui (Nota eſt regula qua præcipitur datiuum nō debere maiorem eſſe genitiuo, vnde à genitiuo anuis & ſenatuis legitimus datiuus eſt anui & ſenatui, à genitiuo autē anus & ſenatus, anu & ſenatu, vnde hic concubitu in dandi caſu poſitum volunt, quam formationem Seruius legitimam cenſet negans obliquos ſingulares in quarta excedere poſſe nominatiuum pluralē. Verum in multis locis vbi datiuum in, u, formatum interpretes dicunt poſſe ablatiuū cenſeri. vt ſic hoc loco ſubaudiatur natis, quòd nec indulgent natis, concubitu. i. per concubitum, & illic curruq; volans dat lora ſecundo, vt ſubaudiatur equis, ſic & volans ſecundo curru dat equis lora, & parce metu pro abſtine à metu, verumetiam in hoc quarto manifeſte datiuum in, u, reperimus) nec ipſæ apes ſegnes. i. torpētes & pigritātes (nam Ocia ſi tollas periere cupidinis artes, ſeu arcus) ſoluunt corpora in Venerem. i. luxuriam & coitum, & haud. i. non edunt. i. in lucē producūt fœtus. ſ. ſuos, nixibus. i. partubus & corporum molimine, verum ipſæ legunt. i. colligunt ore natos. i. ſemen natorum vnde naſcantur & incubando formentur apes è folijs, & herbis ſuauibus tam guſtu quàm odoratu. Ipſæ. ſ. apes (dicitur autē per emphaſim, quaſi dicat, non alieno labore adiutæ nec aliena authoritate fretę, ſed vt dicunt per ſe & proprijs viribus) ſufficiunt. i. ſufficienter faciunt, & conſtituunt ac procreant regem, qui non naſcitur vermiculus ſed ſtatim penniger, & paruos quirites. i. ciues quales erant Quirites, ideſt Romani ſub Quirino, ideſt Romulo qui ſibi regem conſtituerunt & refigunt. i. diligentius figunt aulas, ideſt regias ſuas & regna cerea. i. in cera conſtituta & quibus mœnia ſunt fere cerea, hoc eſt ex cera facta aut ea munita. Apes attriuere etiam ſæpe alas in duris cotibus. i. ſaxis & rupibus, & dedere vltro. i. non ab extremo ſed vi propria impulſæ, animam ideſt vitam ſub faſce. i. onere mellis & pabuli quod afferunt, tantus, ideſt tam magnus (vt. ſ. moriantur vltro, aut acclamatio eſt) amor florum eſt ſup. apibus, & tanta gloria. i. cupido gloriæ mellis generandi. i. quam obtinere ſperant in generando melle. Loquitur vt dixi fere ex affectione hominum qui gloriæ cupidiſſimi ſunt.

mi ſunt. Ergo. i. quia intantum ſtudent proli procreandæ & regno augendo & ditando, quāuis terminus anguſti. i. breuis & paruo ſpatio contenti æui, excipiat. i. comprehendat, ipſas. ſ. apes, enim pro quia, quia ſeptima æſtas ducitur, ideſt degitur apibus neq; plus, ideſt & non amplius: at genus. i. progenies & propagatio, manet immortale. i. in perpetuum, & aui auorum numerantur. ſ. inter apes ſimul ſuperſtites quod in hominibus quibus longiſſima eſt vita raro contingit. Præterea Ægyptus & ingens Lydia nec populi parthorum aut medus, ve pro vel hydaſpes. i. indus, vt ſit fluuius pro accolis. (Legi in vetuſto codice hydaſpeſve, nam medus non eſt hydaſpes, niſi quia ex India ad Medos pertingit, ſi tamen velimus poetam ſentire hydaſpem eſſe medię quoq; fluuium legatur ſine particula ve, vt non ſit hypermetherſic) aut hydaſpes medus, ideſt ad medos vſq; pertingēs non obſeruant. i. venerantur, & cuſtodiunt ſic regem vt. ſ. apes. Nam rege incolumi. i. quādiu rex eſt incolumis & ſanus, mens eſt omnibus vna. i. ſimul viuendi rempub. augēdi, & regi obſequendi, ſed rupere fidem. i. fœdus & concordiam rege ſup. amiſſo, & diripuere mella conſtructa. ſ. ſub rege, & ipſæ quæ. ſ. collegerant, ſoluere, ideſt diſſipauere crates. i. contextus fauorum. Ille. ſ. rex ſup. eſt cuſtos. i. conſeruator non opera, ſed authoritate & venerantur illū, ſcilicet regē, & omnes circum ſtant illum. i. ad illius obſequium ſatellitium præbent, denſo fremitu, ſcilicet indignatæ ſi quiſq; vim inferat aut diligentius ſe obſequatur, & ipſę frequētes, ideſt condenſæ ſtipant. i. arte ſepiunt regem, & ipſæ attollunt, ideſt erigunt & portant ſæpe regem humeris, & obiectant, ideſt frequenter obijciunt bello. i. periculis bellicis, corpora. ſ. ſua pro rege, & petunt pulchram. i. glorioſam mortem per vulnera, ſuſcæpta, ſcilicet pro rege, quam laudē Seruius celtiberis concedit, nec quiſq; gallis iuſte abſtulerit. Si quis autem hęc omnia penitioribus oculis inſpicere velit dixerit (quoniam res Romana ad monarchiam iam tunc redacta erat, ipſęq; maro Auguſto volenti rerum adminiſtrationem derelinquere, perſuaſerat nihil melius quàm vt reſpub. ab vno regatur, dummodo is princeps bonus ſit) poetam inuitare Romanos ad Auguſti obſeruationem, cum etiam apes doceant optimum eſſe reipu. ſtatum, vbi vnus ſit rex, hoc eſt monarcha ſeu ſolus princeps.

## PIERIVS.

℃ Quod nec concubitu indulgēt.) In Roma. cod. & aliquot alijs neq;. Obſeruandum vero eſt, concubitu, caſu tertio per abiectionē literæ vltimæ poſitum vt alias ſæpe, teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro, quem caſum neq;. M. Tul. aſpernatus eſt, vt eo loco quibus ſubito impetu, ac latrocinio parricidarum reſiſtat. Præterea Cæſar in huiuſmodi omnibus, i, literam cenſuit abijciēdam, domitatuq;, ac ornatu, & ita reliqua eſſe & ſcribēda, & proferēda. ℣ Verū ipſę folijs natos, & ſuauibus herbis.) In codi. aliquot mutato numero legas, ipſę natos folijs. In Roma. vero ipſæ e folijs, non inuenuſte. ℣ Et cerea regna refigūt.) Quid ſit refigere nulli puto non innotuiſſe, qui legerit in Virgiliano carmine, fixit leges pcio, atq; refixit. Quare placet quod in Roma. cod. in Medi. & quibuſdam alijs anti. exemp. refingunt. legitur: eſt enim ſuperius, & Dędala fingere tecta: quare fortaſſe, & Seruij codex corrigendus. Aduertēdum etiam ex loco deſumptum argumētum, quod in Longo. exēplari ſic habet, aluorum & cerea regna: quod in vulgatis, cerea tecta, legitur. ℣ Ergo ipſas quāuis anguſtus terminus æui.) In Roma. cod. in Medi. & alijs omnibus cod. quotquot habere potui, vno conſenſu, anguſti terminus æui, legitur. Res enim quæ terminatur aut anguſta, aut lata eſt. ℣ Et ingēs lydia.) In Roma. cod. ludia, vt cumba murta, corulus, & ſimilia.

## SERVIVS.

His quidam ſignis: atq; hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus
Ætherios dixere. deum nanq; ire per omnes
Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quenq; ſibi tenueis naſcentem arceſſere vitas:
Scilicet huc reddi deinde: ac reſoluta referri
Omnia: nec morti eſſe locum, ſed viua volare
Syderis in numerum: atq; alto ſuccedere cœlo.

℃ His quidam ſignis atq; hęc exempla ſecuti.) Locum hunc plenius eſt executus in ſexto, quem hoc loco breuiter colligit, vt probet etiam apes partem habere diuinitatis. Nanq; omnia animalia ex quatuor elemētis & diuino ſpiritu conſtare manifeſtum eſt. Trahunt enim à terra carnem, ab aqua humorē, ab aere anhelitum, ab igne feruorē, à diuino ſpiritu ingenium. Quod quia eſt in apibus ſicut etiam in hominibus (nanq; metuūt, cupiunt, dolēt, gaudent; quæ probantur ex his quæ faciunt: dimicant enim: colligunt

ligunt flores, præuident pluuias) fateamur neceſſe eſt etiā apes partem habere diuinitatis. Vt autem hoc exēplis, ideſt rebus ſimilibus comprobaret, Lucretium ſecutus eſt: qui dicit ea quæ inter ſe probare non poſſumus, à ſimilibus comprobanda. Ventum nāq; docet corporalem eſſe: non quod eum tenere vel cernere poſſumus, ſed quòd eius ſimilis atque aquæ effectus eſt, quam corporalē eē manifeſtum eſt. ℣ Hauſtus æthereos.) Diuinos ſpiritus. ℣ Deū nanq; ire per oēs.) Ipſe in ſexto, Cœlum ac terras camposq; liquentes Spiritus intus alit.

tus alit. Lucanus. Iuppiter eſt quodcunq; vides, quocunq; moueris. ⁋ Hinc pecudes.) Hinc.i.ex deo, ex diuino ſpiritu ſumunt omnia cum naſci cœperint, vitam: cæterum corpus ex quatuor elemẽtis eſt, vt diximus. ⁋ Scilicet huc reddi.) Sine dubio etiam cuncta diſſolui & redire rurſus in originẽ ſuam neceſſe eſt. ⁋ Locum morti.) Ideſt perditioni. Nihil eſt enim quod perire funditus poſſit, cum ſit τὸ πᾶν, ideſt omne in quod redeunt vniuerſa reſoluta. Res autem hæc quæ mors vocatur, non eſt mors: quippe quæ nihil perire facit, ſed reſolutio. Vnde mire à pleriſq; bene interitus dicta eſt, quaſi interueniens, & miſtarum rerum connexionem reſoluẽs. Lucretius, Continuo hoc mors eſt illius quod fuit ante connexio.

MANCINELLVS.

¶ Hauſtus æthereos.) diuinos ſpiritus, Deum nanq; ire per omnes. Deus vt etiam Fabius inquit li.vij. ſpiritus eſt omnibus partibus immixtus. At Tullius li.j. Tuſcula. ait. Certe & deũ ipſum, & diuinum ipſum animum corpore liberatum, cogitatione cõplecti non poſſumus. Lactantius vero libro.j. ſic. Deus eſt mens quædam ſoluta, libera & ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens, & omnia mouens, Videto etiam plura Ecloga iij. ibi Ab Ioue principium muſæ, Iouis omnia plena. ⁋ Cœlũq; profundum.) Ideſt aera, quod latius declaratum eſt Eclo.iij. vbi eſt hoc idem carmen. ⁋ Hinc pecudes.) Deus qui prima cauſa eſt, & vocatur (vt Macro. ait libro primo. de ſomnio) vnus omniũ, quæq; ſunt, quæq; eſſe videntur princeps, & origo eſt. Hinc pecudes. Ordo eſt. Dixere hinc, ideſt adeo pecudes, armenta viros & cætera arceſſere ſibi tenues vitas. ⁋ Tenues vitas.) Ideſt ſpiritus, & animas. Hyppocrates enim Macrobio teſte lib.j. de ſomnio dixit animam ſpiritum eſſe tenuem per corpus omne diſperſum. Epicureus vero ſpeciem ex igne, & aere & ſpiritu mixtam. Scilicet huc reddi, deinde animæ de cœlo in terras meare, & de terris, in cœlum remeare credimus, vt etiam Macrob. inquit, & Manilius lib.iiij. An dubium eſt habitare deum ſub pectore noſtro. In cœlumq; redire animas, cœloq; venire. Nec morti eſſe locum, Sunt qui diſceſſum animi à corpore putant eẽ mortem, vnumq; illud erat inſitum priſcis illis quos caſtos appellat Ennius eſſe in morte ſenſum. Neque exceſſu vitæ, ſic deleri: hominem, vt funditus interiret. Ipſam enim mortẽ quandam quaſi migrationem, commutationemq; vitę credebant. Quæ in claris viris, & fœminis, dux in cœlum ſolet eſſe, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ex hac opinione Romulus in cœlo cum dijs agit æuum & Hercules & huiuſmodi: Cice. author lib.j. Tuſcu. ⁋ Syderis in numerum.) In ordinẽ & rationẽ, vel inter ſydera. Dicitur autẽ ſydus authore Macrobio, id quod in aliquod ſignum ſtellarum plurium cõpoſitione formatur, vt aries, taurus, perſeus: vel corona.

ASCENSIVS.

¶ His quidam ſignis &c.) Quia quæ de apibus dixit beluinam naturam ſupercedere videtur maioraq; q̃; vt apibus conueniat cum ſint rationis expertes ex ſecta pythagorica innuit eundẽ eſſe ſpiritum in apibus atq; hominibus, cum ſpiritus immortalis de corpore in corpus migret, & ex homine in pecus atq; è diuerſo præterea omnis animos vbicunq; ſint eẽ participes diuinę mentis, acciperèq; infuſionẽ eius qui in omnibus eſt dei: cum tamen inter philoſophos magna ſit q̃ſtio an deus ſit in vniuerſo ipſum inanimans, an extrinſecus ipſum gubernans, nam vt de fide loquar, manifeſtum eſt ſimpliciſſimum eſſe deum, & ante cuncta creata, omnia tamẽ, cum vbiq; ſit conſeruare, ſed poeta cenſet omnium vitam depẽdere à deo ab ipſo originem habere, & ad ipſum tẽdere, nullamq; animam interire quod quantum ad fidẽ ſpectat, erroneum eſt. Nam ſpiritus pecorum cum ipſis extinguitur. ¶ Ordo eſt. Quidam, ſcilicet philoſophi aut rerum indagatores his ſignis.i. propter hæc ſigna, aut inducti ſup. his ſignis prædictis, & ſecuti, ideſt conſiderantes hæc exẽpla, ideſt argumẽta in approbationẽ & declarationẽ rei dixere partẽ.i. participationẽ diuinæ mẽtis, ideſt magnæ animæ mundi & hauſtus æthereos.i. ſpiritus ex æthere hauſtos & ſumptos eſſe apibus: nanq; ſupp. dixere deum ire, ideſt extẽdi per omnes terras, & tractus maris, & cœlum profundum, ideſt aerem qui procul à fundo eſt & dixere pecudes, ideſt animalia gregaria & armẽta & viros, ideſt homines & omne genus ferarum quenq;, ideſt quemlibet horum (maſculinum enim præponderat) naſcẽtem, ideſt dum naſcitur arceſſere, ideſt accire & attrahere ſibi: hinc, ideſt ex deo aut ſpiritu diuino per omnia diffuſo, animas tenueis, ideſt ſpiritus vitales & ſubtiles, quibus etiam ſecundum organi diſpoſitionẽ in diſquirẽdo vti poſſit (ſecundum mentem videlicet pythagoræ, quæ nimirum erronea eſt, ſed poetam interpretari non eſt errorẽ approbare, cum & ipſe varias ſectas ſecutus, nunc hoc nunc illud ſequatur) Scilicet.i. ſcire licet quomodo id dixerint quia dixere omnia reddi deinde huc, ideſt in deum & p̃ncipia ſua, (quia vnumquodq; compoſitum probatur ex eo in quod reſoluitur, ſi ergo animus omnis cœlos petit inde ſumptus videtur) & omnia reſoluta, non dicit mortua aut interempta, ſed reſoluta per animę à corpore ſeparationẽ, referri huc ſcilicet in deum & æthera, nec locum eſſe morti; ideſt interitui, aut annihilationi ſpirituum, ſed omnia ſcilicet vitalia volare viua, aut ſed omnia viua, ideſt principia viuẽdi hoc eſt omnis ſpiritus vitales volare in numerum ſyderis.i. inter comparia ſydera aut in ordinẽ ſyderum, atq; ſuccedere alto cœlo.i. ad altum cœlum, propter differẽtiam profundi cœli iam nunc pro aere poſiti cum tamẽ alti & profundi reſpectu diuerſarum vna ſit appellatio, vnde elatum dicitur altum, & procul à fundo profundum.

PIERIVS.

¶ Queq; ſibi tenues naſcẽtem arceſſere vitas.) In codicibus aliquot anti. accerſere, habetur. Teren. Scaurus vtcunq; ſcribatur, ſiue accerſo, ſiue arceſſo, ad eandem ſignificationẽ pertinere putat vt alibi dictum. ⁋ Syderis in numerum, atque alto ſuccedere cœlo.) In Roma. alto ſe condere cœlo, pro ſuccedere.

Si quando ſedem auguſtam, ſeruataq; mella
Theſauris relines: prius hauſtus ſparſus aquarum
Ore foue, fumoſq; manu prætende ſequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus: duo tempora meſſis.
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes.
Aut eadem ſydus fugiens vbi piſcis aquoſi,
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in vndas.
Illis ira modum ſupra eſt: læſæq; venenum
Morſibus inſpirant: & ſpicula cæca relinquunt,
Affixæ venis, animaſq; in vulnere ponunt.

SERVIVS.

¶ Si quando ſedem auguſtã.) Ideſt aluearia. Et proprie Auguſtum eſt tectum augurio cõſecratum. Abuſiue nobile, q̃ſi maieſtatis plenum. ⁋ Theſauris.) Ideſt repoſitionibus: ac ſi diceret apothecis. ⁋ Sparſus.) Spargẽs. Participium eſt pro participio. ⁋ Ore foue.) Ipſo hauſtu ſcilicet. Et hoc dicit, Spargendo aquam imitare pluuiam. Alij Ore faue legunt, vt ſit tace. etiam ipſe in quinto, Ore fauete omnes. Horatius, Fauete linguis. ⁋ Fumoſq; manu prætende.) Fumum etiam præfer. Quibus rebus cum territę illę diſceſſerint, impune poteris mella colligere. ⁋ Fumos ſequaces. Quippe apum perſecutores. vt, Maleæq; ſequacibus vndis. ⁋ Bis grauidos cogunt fœtus.) Gemina eſt fœcunditas mellis. ⁋ Duo tempora meſſis.) Ideſt fructus. Iuuenalis, Veram deprẽdere meſſem ſi libet. ⁋ Taygete ſimul os.) Taygete vna eſt de Pleiadibus ſeptem. vt autẽ etiam ſupra diximus, bis mel præcipit colligẽdum, orientibus Pleiadibus, ideſt verno: Item cum occidunt, autumnali ſcilicet tempore. ⁋ Oceani amnes.) Homeri eſt, πάρ' ὠκεανόιο ῥοάων. Amnes autẽ bene ait, quia in morẽ fluminis eius fluẽta reditura p̃rumpunt. ⁋ Aut eadẽ ſydus.) Auſtralẽ piſcem ſignificat, qui aquarij vndam ore ſuſcipit. Vñ & aquoſi addidit. Tunc enim piſcis hic oritur quo tempore Pleiades occidunt. ⁋ Triſtior.) Vel propter occaſum, vel propter propinquantem iam hyemis aſperitatẽ. ⁋ Illis ira modum ſupra eſt.) Excedunt modum. nam cũ ſuo interitu iraſcuntur. ⁋ Spicula cęca.) Breuia, q̃ poſſunt latere. ⁋ In vulnere ponũt.) Non ſuo ſed à ſe illato, & Amphibolicῶs dictũ eſt, vt cum Turni iniuria matrẽ admonuit, quã inferebat: ſed nõ quam inferebant validiores. Itẽ Salluſtius. Iniuria validiorũ.ſ. quam inferebant validiores.

PROBVS.

¶ Taygete.) Vergiliarum oſtẽdit ſidus ſynedochicos vna ex his hoc nomine appellatur. Et qua totum aſtrum ſignificatur per pleiades, quoniã cum hac Iuppiter concubuit in monte, qui ex euẽtu taygetos dicitur.

MANCINELLVS.

¶ Anguſtam.) Seruius legit, auguſtã per, u, in antiquis vero an-

guſta

guſta legi per,n,ſcilicet vtrunq; tamẽ conuenit,tunc enim anguſta eſt,cum melle repleta fuerit. Vnde Columel.ſcrib.lib.x.ſemipleni faui differendi ſunt,ſed etiam liquore completi,& ſuperpoſitis ceris tanquam operculis obliti demetantur,quod etiam libro.xij.cap.ſecundo latius reperit,De Auguſto autem loco videto Feſtum. ¶ Relines.)Eximes,rades,nam duobus ferramentis in eximendo melle opus eſt,altero faui ſucciduntur,altero eraduntur,de quorum figura legito Columellã.lib.x.cap.xv. ¶ Theſauris.)Repoſitorijs,Theſaurizo enim ſignificat colloco,repono. ¶ Prius hauſtus.)Ordo eſt,prius ore foue,ideſt cõtine haſtus aquarum,Sparſus,pro ſpargens in alueos ſcilicet atq; apes,ſic.n. fugient pluujam putantes,fugient,& fumis ſequẽtibus. ¶ Bis grauidos cogunt fœtus.)inquit bis cogunt,ſtipant conficiunt mella apes,bis etiam eximuntur. De hoc autem latius ſupra videto,ibi ſcilicet Mella ꝑmes. ¶ Meſſis.)i.vindemiæ,& mellationis. ¶ Taygete pleias.)i.ex Pleione & Atlante genita,eſt enim vna ſeptem Pleiadum,de quibus late lib.j.Georgi.ibi pleiadaſq; hyadas,exoriuntur autem Vergiliæ nonis Maijs mane,vt ſcribit Columel. li.xij.vbi dixit,Tertio Kal.Iunias ventoſa tempeſtas,ait his diebus oportere caſtrare alueos,ſi ſunt pleni,atque operculati faui aliter differenda mellatio. ¶ Honeſtum.)pulchrum. ¶ Pede reppulit.)cum enim oriuntur pleiades,videntur è mari exire,cum aliter ſit. ¶ Aut eadem.)ordo eſt,aut vbi eadem Taygete,fugiẽs ſydus aquoſi piſcis &c. Vergiliæ autem incipiunt occidere ſolis exortu.xiij.&.xij.Kalen. Nouembris,vt ſcribit Columel.lib.xij. ¶ Sydus aquoſi piſcis.)De piſce qui Notius dicitur,intelligit,is enim inter hyemalẽ & antarcticum circulum media regione collocatus,ſpectare ad exortum videtur inter Capricornũ,& Aquarium,ore excipiens aquam,quæ profunditur ab aquario. Exoritur aũt cum piſcibus,author eſt Hyginus. Varro vero libro.iij.ſic ait. Eximendorum fauorum primum putant eſſe tempus Vergiliarum exortum,ſecundum æſtate exacta,anteq; totus exoritur arcturus. Tertium poſt Vergiliarum occaſum &c. ¶ Spicula relinquunt.)hoc latius dictum eſt iamiam ibi,ſcilicet pulchramq; petunt per vulnera mortem.

Theſaurizo.

ASCENSIVS.

¶ Si quando &c. Oſtenſa apum natura redit poeta ad earum curam,& cuſtodiam quæ huius operis principalis eſt inſtitutio dicens. Si tu relinques,ideſt eximes quando.i.aliquando,theſauris,ideſt expoſitorijs,hoc eſt aluearibus ſedem auguſtam.i.quaſi augurio conſecratam regalem,aut anguſtam & mella ſeruata.ſ.ab apibus tu ſparſus.i.ſpargẽs,aut ſparſus hauſtus.i.habens hauſtus aquarum ſparſos ſ.theſauros.ore.ſ.in ſpargẽdo hauſtus acceptos & prætende,ideſt ante te extende manu fumos ſequaces.i.perſecutores apum,vnde.ſ.apes enecantur,aut qui ſe continuo ſubſequuntur:ſenſus ergo eſt priuſq; eximes mella inſperges ore hauſtus aquarum vt apes verẽtes pluuiam ſe cõtineant intra aluearia,deinde prætende fumos quibus aliquæ necentur:vt illis ſuffocatis mella diripias:non enim ablato melle ſuperuiuere oẽs ꝑmittuntur.nam hyeme inedia intereunt. Apes autem cogunt.i. congregant ac ſtipant bis.ſ.quot annis,hoc eſt in vere & autumno,fœtus grauidos.i.mella ponderoſa & abundãtia,& duo ſup. ſunt tempora meſſis.i.colligendi,aut eximendi mellis,videlicet ſimul.i.continuo poſtq; Taygete pleias.i.vna de pleiadibus ex pleione & Athlante genita,& in ſtellam verſa oſtendit terris os honeſtum.i.pulchrum nec pudibundum vt conſororis,quę mortali nupta ſe abſcondit,aut honeſtum.i.pulchrum propter lætitiam,vnde Statius in Achilleide,ò quantum gaudia formę adijciunt,læti enim vidẽtur pulchriores triſtibus vnde ſtatim ſequitur. Triſtior hybernas,&c.hoc eſt ad nonas Maias quando Vergiliæ oriuntur,& cum ipſa reppulit pede.i.cõculcauit amnes Oceani.i.maris fluctus è quibus oriri videtur,ſpretos cum.ſ.ortũ magis diligat,Aut ſupple tunc tempus meſſis eſt vbi eadem.ſ.Taygete fugiens ſydus piſcis aquoſi.i.aquas dum oritur inducentis,deſcendit exiſtens triſtior,deſcendit dico cœlo in vndas hybernas.i.quas à vulgo eo tempore occupare putatur. Docet quare occidebant aut iterum redit ad naturam earum deſcribendam dicens. Ira eſt illis ſupra modum,& ipſæ lęſæ.i.offenſæ,aut lęſę ab apibus inimicis,inſpirant morſibus;venenum.i.vim inflandi,& relinquunt,ſpicula.i.aculeos,cæca.i.breuia & exilia quæ latere poſſunt affixa in venis.ſ.inimicarum,& ponunt animas.i.vitas in vulnere,quia exẽpto aculeo ſæpe necantur,& ita debent apes languidæ reddi fumo ſequaci.

PIERIVS.

¶ Si quando ſedem auguſtam.) In Longobardico,& in alijs aliquot cod.legere eſt anguſtam,ſed enim Seruius,auguſtam,agnoſcit,& nobilem interpretatur. ¶ Theſauris.) In Roma.codi.Thenſauris,de quo dictum in Alexi. ¶ Prius hauſtus ſparſus aquarum ore foue.) In Romano codi.hauſtu legitur:& in Longobardico prius ita fuiſſe videtur,quia,s,litera alieno eſt atramento illita. In eodem legitur,ora foue,quod agnoſcitur à Seruio,quanquam hauſtus accuſatiuo caſu videatur approbare. ¶ Illis ira modum ſupra eſt.) In antiqs aliquot codicibus.modum ſuper eſt,legitur,ſed ſupra caſtior lectio. ¶ Affixę venis animaſq; in vulnere ponunt.) In perueteri codi.legi,Adfixa venis,quippe ſpicula,ſyllabæ enim locus in tritimemeri communis eſt,vt pectoribus inhians & ſimilia. In Oblongo tamen cod.adnixæ. Præterea in Roma.codi.& aliquot alijs legere eſt. In vulnera quarto caſu numero multitudinis,quod neſcio quid efficacius habet,Seruius vulnere ablatiuo caſu omnino legit. In hanc ſententiam Plinius aculeo infixo,aliqui eas mori putant,aliqui non niſi ita infixo,vt inteſtini pars adhæſerit,ſed fucos poſtea eſſe,nec mellificare.

Sin duram metues hyemem:parceſq; futuro:
Contuſoſq; animos,& res miſerabere fractas:
Aut ſuffire thymo,ceraſq; recidere inanes
Quis dubitet?nam ſæpe fauos ignotus adedit
Stellio:lucifugis congeſta cubilia blattis:
Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus,
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis,
Aut durum tineæ genus:aut inuiſa Mineruæ,
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.
Quo magis exhauſtæ fuerint:hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas:
Complebuntq; foros:& floribus horrea texent.

SERVIVS.

¶ Parces futuro.) Scilicet tẽpore. ¶ Contuſos animos.) Confractos. ¶ Res miſerabere fractas.)ideſt afflictas. ¶ Suffire thymo.) Ideſt fumigare: vt exinde inimica illis animalia fugiant. ¶ Ceraſq; recidere inanes.)Sane hoc dicit,ſi nihil habuerint in aluearibus vel te tollente,vel ex edentibus prauis animalibus,apibus minutatim iciſam cera miniſtra. Stelliones vero & cætera,thymi fumo ab eis repelle. ¶ Ignotus.) Ignobilis,vel ex improuiſo veniens. ¶ Adedit.) Conſumpſit. ¶ Lucifugis blattis.) Per noctem vagantibus. ¶ Immuniſq; fucus.) A labore,ſcilicet ventri tantum indulgens. ¶ Imparibus armis.) Inæquali conſilio. Nam apes laborantes conſumit. Alibi,Et quærere conſcius arma. Ideſt conſilium. ¶ Foribus ſuſpendit aranea caſſes.) Virgilius quidem confundit:tamen ſciendum maiores animal ipſum maſculino genere appellaſſe,hic araneus:retia vero quæ faciũt,fœminino. ¶ Inuiſa Mineruæ.) Ideo ait Mineruæ inuiſa,quod ab ea in hoc animal puella Lydia cõmutata eſt,cum deam lanificio prouocaſſet inferior.

PROBVS.

¶ Inuiſa Mineruæ.I.i.ſ.ſ.aranea.) Mars deuicta Thracia dicitur Mineruæ donaſſe regiam puellam,ex captiuis nomine Arachnẽ,quæ ſubtilitate operis lanificij negauit cedere Mineruæ,ob hoc in araneam cõuerſa eſt. & græce ἀράχνη vocatur.

MANCINELLVS.

¶ Sin durã metues hyemẽ.) Eſt in eximendis fauis neceſſaria diſpenſatio,quoniam inopia cibi deſperant,moriũturq; aut effugiũt. Cõtra copia ignauiam affert. Qui ſunt diligentiores ex verna vindemia duodecimam partem apibus relinquunt,æſtiua autem mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio relinqui placet,ſi pleni fuerint aluei,ſi minus ꝓ rata portione,aut inanes omnino non attingi. In mellatione vero quæ fine vindemię,& Vergiliarum occaſu Idibus Nouembris fere includitur,relinqui ex ea duas partes apibus ratio perſuadet, & ſemper eas partes fauorum,quæ habeant Erythacem,quã alij Sandaracam,alij Cerinthum vocant,hic erit apum:dum operantur,cibus,qui ſæpe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis,ſed plenus humoris cibus,gignitur autẽ rore verno,& arborum ſucco gummi modo. Hæc omnia Plin.lib. xj.in Varrone autem libro.iij.Rythacem legitur. ¶ Aut ſuffire thymo.) Columel.libro.x.admonet vſq; in autumni æquinoctiũ.x.

Erythace.

quoq;

quocꝗ die aluos aperiendas eſſe,& fumigandas, quod cum ſit moleſtum, examinibus ſaluberrimum tamen eſſe conuenit. Suffitas deinde æſtuantis apes refrigerare oportet conſperſis vacuis partibus aluorum,& recentiſſimi rigoris aqua infuſa. Prӕterea: vt tineæ, ſi apparuerint, euertantur, papilionesq́ eruantur, qui plerunq; inter aluos morantes apibus exitio ſunt. Nam & cæras erodunt,& ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus. Ergo Vergiliarum occaſu primo ſtatim conuenit aperire aluos,& purgare quicquid immundi eſt diligētius q́ curare, quoniam per tempora hyemis non expedit mouere, aut tepefacere vaſa, hæc Colu. Var. etiam lib. iij. ſic ait, verno tēpore, & æſtiuo fere ter in mēſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter,& à ſpurcitijs purgare aluum,& vermiculos eijcere. ¶Cerasq́ recidere inanes.) q; pro vel exponendum eſt, propter aut præcedens, Hyginius ſcripſit, ariſtomachum exiſtimaſſe ſuccurrendum laborantibus hoc modo, primum, vt omnes vitioſi ſaui tollantur,& cibus ex integro recens ponatur, deinde vt fumigentur. Columel. libro. x. Vbi etiam dicit vacuas cerarum partes cōputreſcere,& vitijs paulatim ſerpētibus corrupto melle ipſas quoq; interire. ¶Ignotus.) vnde enim venerit, non apparet. Vel potius ignotus, quia in aluis latet,& ſic mellario ignotus eſt, ergo ignotus. i. latens.

**Stellio.** ¶Stellio.) lacertæ genus à colore dictus, eſt enim corpore picto lucentibus guttis in modum ſtellarum teſte etiam Ouid. ait enim libro. v. metamor. Latebrasq́ petit aptūq; colori nomē habet Varijs ſtellatus corpora guttis, Stellio, apes plurimorum animalium iniurijs obnoxię, impugnant eas naturæ eiuſdem degeneres veſpæ, atq; crabrones populantur hyrundines,& quædam aliæ aues, inſidiantur aquantibus ranę, papilio etiam, ceras depaſcitur,& relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur. Naſcuntur & in ipſo ligno teredines, quæ ceras præcipue appetunt. Filis etiam araneus quacunq; inceſſerit alarum maxime lanugines obtexit. Plin. libro. xj. ¶Lucifugis.)

**Blaptæ.** Blaptas in aluearijs gigni apertum eſt, quæ & ipſæ pennatæ ſunt inquit Ariſto. lib. v. de animalibus. Dicuntur autem à blapto, quod eſt noceo, nec ſolum in aluearijs gignūtur, ſed etiam extra, Vnde Horat. ſat. iij. libro ſecundo ait cui ſtragula veſtis Blaptarum, ac tinearum epulæ putreſcat in arca. Et Plin. lib. xx. cap. iiij. de Cunilagine herba ſic ait: Manipulo quoq; eius adiecto etiam à tota domo blaptas conuenire ad eam tradunt, idem quoq; lib. xj. ca. xxvij. ait, q̄ tenebrarum alumnę blaptæ vitam lucemq́ fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatæ. ¶Immunis.) expers, ſine labore & officio imparibus armis. Crabrones maiori aculeo vtuntur, vtq́ ſcribit Plin. libro. xi. ictus eorum haud temere ſine febri eſt. Authores ſunt ter nouenis punctis interfici hominem. Tineæ paulo ſuperius dictum eſt. ¶Aranea inuiſa Mineruæ.)

**Arachne.** Arachne enim optima lanificij ſtudio Mineruæ non cedens cum ea certauit poſita tela. Irata inde illius telam dilacerauit, eiuſdemq́ frontem terq́ quaterq́ radio percuſſit, ſuſpēdit ſe dolore mota puella. Pallas vero eam tūc miſerata leuauit,& in vermē araneū vertit, hinc ſtamē remittit,& exercet antiquas telas. Hæc aūt latius lib. vj. meta. Ouid. habet, Araneę vero telas obeſſe apibus iam dictum eſt. ¶Caſſes.) rhetia, telas. ¶Exhauſtæ.) ad illud potiſſimum retulit. Cerasq́ recidere inanes, nam ſi cerę fuerint reciſæ, incumbent, vt reſarciantur. Retulit item ad apium pniciem dicens, quo magis fuerint exhauſtæ,& conſumptæ, ab p̄dictis magis conabuntur farcire generis ruinas. ¶Foros.) cellas. ¶Horrea.) fauos.

## ASCENSIVS.

¶Sin duram,&c.) Docet in adimēdo melle diſpoſitionem, atq; prouidentiam adhibendam,& apibus ſuccurrendum eſſe dicēs. Sin. i. ſed ſi, tu metues duram. i. longam hyemē,& tu parces futuro. i. quo in futurum opus erit,& miſerabere animos. ſ. apum, conuulſos. i. labefactos,& concuſſos timore famis,& inediæ, qs dubitet. q. d. merito nullus, aut ſuffire. i. ſubfumigare contra futures thymo, q; pro vel (forte legēdum eſt, ceraſue &c.) recidere. i. reſecare ceras inanes. i. vacuas. ne illis viſis animi apum contundantur timore famis oſtendit, cur ſuffire iuſſerit, dicēs. nam ſtellio. i. lacerta ſtellatis maculis ignotus. i. ignobilis, aut reuera latēs,& non perceptus ab apibus cum adoriatur ab inferiore parte, adedit. i. abſumpſit fauos,& cubilia ſup. ſunt congeſta. i. ex congerie herbarum, aut foliorum cōſtructa videlicet in aluearibus, blaptis illis vermibus pennatis à nocēdo dictis, lucifugis. i. lucē fugiētibus & in tenebris aluearium, vbi ſæpe gignuntur diuerſitantibus,& fucus. i. veſpa, aut apes ignaua ſedēs. i. reſidēs & ceſſitans. immunis. i. non particeps operis,& ſine munere laboris, ad pabula aliena. i. alieno labore, vtpote apum cōgeſta & parta, aut crabro etiam veſpæ genus: aſper. i. rigidus & immanis hoſtis, immiſcuit ſe. ſ. apibus armis. i. aculeis, imparibus. i. lōge maioribus q̄ apes habeāt, aut genus tineæ. i. vermis omnia excedētis,& ob id dirum. i. execrabile, quia immite ſupp. adedit fauos aut ſedes, ſup. eſt immunis ad aliena pabula aut aranea (reſpicit ad arachnē puellam Lydam, vnde fœminino vtitur genere, cū vermiculus araneus dicatur genere maſculino. Inde araneolus diminutiuū: quo vtitur in culice. Atque vt araneoli tenuem formauimus orſum) aranea igitur. i. arachne puella lyda in araneum verſa, inuiſa Mineruæ. i. Palladi propter æmulationem in arte texendi. ſuſpēdit in foribus. i. pro portis,& introitibus, atq; egreſſibus caſſes laxos. i. rhetia laxa, quæ laxa ſuſpenduntur, vt fortius implicēt, nā teſa obſtant, ſed non irretiunt tam faciliter. quo. i. quanto magis apes fuerint exhauſtæ. i. euacuatæ, reciſis fauis, ac ceris inanibus,& ab animalibus nociuis exeſis, hoc. i. tanto acrius incumbent. i. animentur oēs farcire. i. inſtaurare,& reparare, ſeu reficere, ruinas i. iacturam,& damna, generis lapſi. i. ad interitum decidentis,& complebunt foros. i. loca, per quæ inferunt mella ſua, ſicut nautę per foros inferunt mercimonia, hoc eſt cellas vſq; ad foros,& texēt. i. conficient denuo horrea. i. receptacula mellis fauos, videlicet. floribus. i. ex foliolis florum vt dictum eſt.

## PIERIVS.

¶Sin duram metues hyemē.) In codi. aliquot, metuens, legitur: participij forma, cui duo ſupponantur verba, parcesq́ futuro, contuſosq́ animos,& res miſerabere fractas, tum ea fuerint peragēda, quę ſubiungit, ſuffire thymo, cerasq́ recidere. Quo vero pacto hęc accipiantur à Priſciano viderint alij. Quandoquidē (ait ille) parcesq́ futuro pro parce,& miſerabile pro miſerator indicatiuis, pro imperatiuis poſitis exponi debere, mihi quidem non diſplicet, metues parces & miſerabere, vna cōtinuatione eodē modo,& tpe legi. Sane vero in codice Longobar. mirabere, prius legebatur, mox, ſe, ſyllaba ſecunda ſupaddita eſt, quod reliqui habēt codices. ¶Aut ſuffire thymo.) In codi. aliquot antiat, non, aut, legitur:& ſubferre, pro ſuffire, omnino id corrupte ſed enim at, periti plerīq; viri non expungunt quæ lectio etiam codicis eſt Medicei. ¶Nam ſæpe fauos ignotus adędit ſtellio.) In Roma. codi. adheſit corrupte (vt mea fert opinio) legitur. Nam de his loquitur, quæ de paſcendo mel exhauriunt, aduertendum vero codices omnes legere ſubſequentem verſum per creticum pedem primo loco ſtellio,& lucifugis congeſta cubilia blattis. ¶Aut durum tineæ genus.) Sunt codices admodum veteres in quibus legatur. Aut dirum tineæ genus: ſed durum magis placet, vt abrodendi vim, quæ tinearum propria eſt, indicet, quáuis, durum, non reiecerim ominoſum epitheton,& iis præcipue omnibus aptum quæ damnum inferant. Sane quidem in Mediceo cod. durum, prius ſcriptum fuit, mox parte primæ vocalis abraſa, dirum, factum eſt. ¶In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.) Antiqua omnia exemplaria, quæ verſamus, hoc numero legunt. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes, ſuperior quidem numerus elegantior: ſed hic alter preſſiori ſtylo, cuiuſmodi in didaſcalico requiritur argumento, magis accommodatus,& ita Nonius Marcel. legiſſe videtur in libro de diſcretis generibus, vbi araneam fœminino genere poſitam à Virgilio ait. Quam Plautus non ſemel virili genere appellarit.

Si vero (quoniam caſus apibus quoq; noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis.
Continuo eſt ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis,& triſtia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:

## SERVIVS.

¶Vita tulit.) Vitę longitudo morborum creatrix. Sic in Bucolicis, O Lycida viui peruenimus. ¶Alius color.) Ideſt pallidus, quia dixit ſupra, Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis. ¶Funera ducunt.) Cum exequiali ſcilicet pompa. Et ducere, proprie funerū eſt. Perſius, Nerio iam tertia ducitur vxor. ¶Pedibus connexæ.) Hinc multi dictas apes volunt, quòd ſe pedibus inuicem tenēt: licet crebrior ſit illa opinio, quòd ſine pedibus primo eſſe dicūtur. vt, Trunca pedum primo. ¶Tractim.) Sine intermiſſione, iugiter. ¶Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat

murat auſter. ☞ Tres compara tiones ſingulis impletæ verſiculis de Homero tráſlatę ſunt, quas ille binis verſibus poſuit. ☞ Hic iá Galbaneos.) Id eſt cum hic proceſſerit morbus, galbanus incédenda eſt, non vt ſupra dixit, thymus, mel etiam in aluearia medicatum, tamé inferédum: non vt ſupra ceræ inanes. ☞ Gallæ ſaporem.) Multi pilas cypariſſi accipiunt. Eſt ét flos in pratis. Plene hanc herbam, vt ét ſupra arboré fœlicis mali exequitur, Nam dicit vbi creetur, qualis ſit, qd poſſit. ☞ Aureus ipſe.) Flos ſcilicet. ☞ Violę ſublucet purpura nigræ.) Mire ait ſublucet: vt oſtendat purpurei coloris folia quodá virore eſſe perfuſa. ☞ Tonſis in vallibus illum.) Nó ſyluoſis. Vnde eſt contra, Intonſi montes. ☞ Prope flumina Mellæ.) Mella fluuius Galliæ eſt, iuxta quem herba hæc plurima naſcitur. Vnde & Amello dicitur ſicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluuiũ Alemáni dicũtur. Lucanus, Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame & contracto frigore pigræ.
Tum ſonus auditur grauior: tractimq; ſuſurrant:
Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat auſter:
Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis.
Æſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam Galbaneos ſuadebo incendere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus vltro
Hortantem, & feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem,
Arenteſq; roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſythia paſſos de vite racemos
Cecropiumq; thymum, & graue olentia centaurea.
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricolæ: facilis quærentibus herba:
Nanq; vno ingentem tollit de ceſpite ſyluam.
Aureus ipſe: ſed in folijs, quæ plurima circum
Funduntur: violæ ſublucet purpura nigræ.
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ:
Aſper in ore ſapor. tonſis in vallibus illum
Paſtores, & curua legunt propé flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho:
Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris.

MANCINELLVS.

❡ Eſt ægris alius color.) minus, valentium ſigna, ſi ſunt piloſæ, & horridæ, vt puluerulentæ, niſi opificij eas vrget tempus, tunc enim propter laborem aſperantur, & marceſcunt, Varro libro tertio. ☞ Tractim.) continue. ☞ Quondam.) quádoq;. ☞ Hic tunc Galbaneos odores.) galbanus odore comitialibus ſubuenit, & in ſtomachi defectu. Plinius libro. xxiiij. latius tamen circa finem libro tertio Georgicorum videto Columella vero libro decimo, ſic ait nec non etiam ille morbus, maxime eſt conſpicuus, qui horridas, contractasq; carpit, cum frequenter aliæ mortuarum corpora domicilijs ſuis efferunt, aliæ intra tecta, vt publico luctu mœſto ſilentio torpét, id cum accidit arundinis infuſi canalibus offerunt ſibi maxime decocti mellis, & cum galla vel arida roſa detriti galbanum etiam, vt eius odore medicentur incendi conuenit, paſſoq; & defruto vetere feſſas abſtine, optime tamé facit Amelli radix, cuius eſt frutex luteus purpureus flos ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur, & ita liquatus eius ſuccus datur, hæc ille. ☞ Defruta.) defrutũ dicitur, ſi muſtum ex duabus partibus ad tertiam partem redigatur deferuere faciédo, ad mediam vero parté decoctum Sapa vocatur: vti Marcellus ſcribit. Pli. lib. xiiii. oppoſitum ſcribit, Sapam nanq; appellat muſta vſq; ad tertiam parté menſuræ decocta, defrutum vero ad dimidiam partem. libro etiam. xxiij. inquit, Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit, ex albo hoc melius, gallæ ſaporem tunſum, ideſt tunſæ gallæ, gallarum autem ſapor ſtipticus eſt valde Galeno teſte. Vniuerſaliter quidem adminiſtrandæ ſunt ad ſtipticandum, retinendum, & deſiccandum & ſatis infrigidant, fortificant membra fluxa, omneſq; ægritudines prohibét, quæ fiunt ex humorum diſſolutione, earumq; etiam fluxus. prohibetur. ☞ Pſythia paſſos.) de his late videto libro ſecundo Georgicorum. ☞ Cecropium thymum.) atticum, eſt enim optimum in hymeto monte, eſt autem ſpecies pro genere. ☞ Centaurea.) herba hæc maior, & minor eſt, ambæ tamen calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. Maior totum ventrem purgat, minoris elixatura bibita coleram, & humores pingues deponit, author Dioſcorides, Plinius etiam multa libro vigeſimoquinto. ☞ Amello.) pauloante de eius flore & frutice diximus. ☞ Violæ ſublucet purpura nigræ.) purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus in medijs, habent Faucibus, liquoris id minimi eſt in candida vena. Vnde precioſus ille bibitur nigrantis roſæ colore ſublucent. Plin. libro nono cap. trigeſimoquinto. ☞ Tonſis.) falce meſſis vel non ſyluoſis, inde & contra intonſi montes dicuntur. ☞ Flumina Mellæ.) Pomponius, Mellam deſcribit fluuium eſſe in thracia, & in Ægeum ingredi. Alibi etiam ait in Pamphilia eſt Mellas nauigabilis fluuius, eſt item alter in Sicilia, eſt & pluribus in locis, Ouidius, dixit in metamor. Migdoniusq; Melas Mellam vero galliæ fluuium dicunt.

Galbanꝰ

Defruta

Sapa.

ASCENSIVS.

❡ Si vero &c.) Docet apum morbos morborumq; ſigna & remedia. Mire autem dicit in principio. Quoniam caſus apibus quoq; noſtros Vita tulit. Quaſi vero morbi infirmitates cæteræq; miſeriæ homini debitæ, & non cæteris animantibus. Sed vt in tertio libro vbi de peſtilentia locutus eſt innuit, homines fere ſibi ſunt cauſa morborũ, nam varijs & vltra modum ſeſe ingurgitant cibis, pecudes aũt & boues ſimplici cibo & ſalubrifero potu temperãtius victitãt. Quia igitur apes neq; cibo nimio neq; potu neq; ocio aut torpore, morbum contrahũt, videntur merito à morbis immunes fore, preſertim cũ tam charę ſint Ioui vt illis hoc dederit quòd ſine concubitu procreent. Vita ergo tulit apibus quoque caſus noſtros. i. nobis ad immoderatum, & varium victum debitos. Eſt auté in principio vt ſignauimus duplex parentheſis, nam illis ſublatis ſenté tia manet integra ſic. Si vero triſti languebunt corpora morbo Hinc iam galbaneos ſuadebo incédere odores vt cum ordine repetam. Sane ex hoc loco patet odores non ſemper in plurali ſignificare ſpecies aromaticas odoriferas, nam galbaneos odores ponit pro his qui galbano incenſo fiunt. Et tamen idem ac ſi dicat galbanum odoriferum inferre canalibus. Quia canalis primam corripit ſcribendum eſt vnico n. ❡ Ordo autem eſt. Si vero triſti languebunt corpora morbo, hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores, cætera auté quaſi per paréntheſim inſerta ſunt, quæ etiam conſtruédo interſerere poſſumus ſic, Vero pro ſed ſi corpora. ſ. apum languebant triſti. i. letali morbo, quoniam vita. ſ. longior, quæ tamé apibus reſpectu hominum perquá breuis eſt tulit. i. attulit quoq;. i. etiam apibus noſtros. i. humanos caſus i. miſerias & aduerſitates per morbos aduétantes quod. ſ. corpora apum languere triſti morbo, tu poteris cognoſcere ſignis non dubijs. i. certis nam color alius, quam, ſcilicet fuerat ſanis eſt continuo ægris macies horrida. i. aſpera rugoſa & horrorem generans, deformat. i. deformé facit vultum. i. os aut facié apum tum ideſt præterea aut poſt morté reliquæ res exportant tectis corpora carentum luce. i. vita functarum & ducunt triſtia funera ſemper, alludit ad humanos ritus) aut illę. ſ. morboſæ & languidæ, pédét ad limina. i. ad introitus, connexæ. i. complicatæ & condepédétes, pedibus, aut inter ſe aut potius ad limina quia ſi non cõnecterét ſeſe deciderét præ languore, aut ipſæ omnes cunctantur. i. immorantur intus in ædibus clauſis hoc eſt non egrediuntur ad opus, & ignauæ ſunt ſupp. i. ſine induſtria & labore fame, ideſt propter famé quæ naſcitur ex inedia & pigræ. i. torpentes frigore contracto ex deſidia. ſ. & languore, tum. i. ad hoc ſonus grauior. i. triſtior & fractior auditur, & ſuſurrant tracti. i. per longos tractus vt languidi ſolét qui ſuſpiria ex imo pectore trahunt (non dicam ergo tractim. i. continue, nec iugiter aut ſine intermiſſione, cum verior, & conuenićtior ſit proprius ſignificatus) vt. i. quéadmodum auſter frigidus immurmurat. i. longe & tractim reſonans murmur facit in ſyluis, & vt mare ſolicitum. i. ex ſolido. i. integro citatum & commotum ſtridet. i. ſtridoré procul ſtantibus affert vndis refluétibus, & vt ignis rapidus. i. vehemés æſtuat. i. feruet cum ſonitu obſcuro & concauo, fornacibus clauſis, ideſt occluſis & opertis, nam clarior ſonus editur ab apertis, hic. i. modo cum talia morborum ſigna videris, ego ſuadebo incédere odores galbaneos, ideſt incendendo galbanum diſpergere odores eius, aut odores poſuit pro odoramétis & rebus odoriferis ſicut Media mittit odores, & ego ſuadebo te hortanté vltro. i. ſponte apes feſſas & vocantem eas ad pabula nota. i. qualia ipſæ ſibi cõparare ſolent, inferre. ſ. in aluearia canalibus arundineis

dineis.i.fiſtulis ex arundine factis mella,ſcilicet in pabulum quæ ſunt pabula nota,ea auté adhibentur ad inſtaurandas vires tum corporum tum animorum, odores autem ad recreandos ſpiritus.Proderit,ideſt vtile erit,&.i.etiam admiſcere ſaporem gallæ tunſum.i.contuſam gallam,vt magis ſapida ſit, & roſas arentes deſiccatas,ſcilicet in ſole,aut defruta,ſcilicet vina pinguia, multo igni, ſcilicet decocta,& recocta, vel racemos de vite pſythia paſſos,ideſt vuam paſſam quę eſt ex vite Pſythia quæ ſuauis eſt, & ſaporem melius referens, & thymum cecropium, ideſt atticum,& centaurea herbas calidas & ſiccas,olentia graue.i.grauiter & multum.Eſt etiam flos in pratis cui amello agricolæ fecere nomen, liceret dicere cui agricolæ fecere nomen amellum, amelli,& forte amellus herba, ſcilicet quæ eum florem fert. eſt facilis,ideſt faciliter reperibilis quęrentibus. Nanq; tollit, ideſt erigit,& extollit & excreſcere facit ingentem ſyluam,ſcilicet foliorum & caulium de vno ceſpite, ideſt de radice in vno ceſpite contenta,ipſe,ſcilicet flos eſt aureus,ideſt aurei coloris, ſed purpura,ideſt purpureus color violæ nigræ,hoc eſt ferruginee,ſublucet,ideſt parum lucet,quia fuſcus eſt in folijs, quæ funduntur plurima circum,ideſt per circuitum,aræ deum,ideſt deorum ſæpe ſupp.ſunt ornatæ torquibus,ideſt circulis intortis,nexis,ideſt complicatis ex huiuſmodi floribus & folijs,ſapor eſt aſper in ore paſtores legunt.i.colligunt illum,ſcilicet florem in vallibus,tonſis,ideſt apricis & non ſyluoſis & prope flumina curua.i.per litora curua defluentia, Mellæ illius fluenti in Gallia,tu incoque Baccho.i.vino odorato,ideſt forti & odoré magnum exhaláte quale eſt vetus amineum,de quo prius,ſunt & amineæ vites firmiſſima vina,radices huius.ſ.floris aut herbæ & appone.ſ.apibus,pabula.i.nutrimenta ex tali decoctione,plenis caniſtris.i.ſportellis aut calathis,vaſis.ſ.vimineis.

PIERIVS.

¶ Si vero(quoniam caſus apibus quoq; noſtros vita tulit)triſti languebunt corpora morbo.) In Oblongo codi.ſin, legitur, quod ſi admittas,ſuperius,ſi duram, legendum erit. Nam cum ex duobus cauſis melli calamitas inferatur, vel qa furto pereat, vel quia apes morbo langueſcant prioris detrimenti remedium, ſuffire thymo dixit. Ita enim fugari noxia animalia,poſt hæc ad reparandas exhauſtas apes ſufficere ipſarum apum ſolicitudiné, & abundantem mellificationem. Quod vero pertinet ad earum morbos,noſtrum eſſe negocium vt conualeſcant,vnde ſequitur, hic iam Galbaneos ſuadebo incendere odores,quare,vt hæc oía connectantur, connectantur,legere,ſin,& ſecundo loco non diſpliceat,ná periodus illa quæ incipit à ſi quando ſedem, ibi claudi videtur. Animasq; in vulnera ponunt, præterea parentheſis quædam longior,& in decem verſuum numerum producta, non temere videtur obſeruanda, quippe ab eo verſu, continuo eſt ægris alius color, vſque ad, æſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis, ea comprehenditur, eſtq; ordo. Sin vero triſti languebunt corpora morbo,quod nõ iam dubijs poteris cognoſcere ſignis, vt iam præteream parentheſin alteram(quoniam caſus apibus quoque noſtros vita tulit)eo vſq; ꝑcurres, hic iam Galbaneos ſuadebo incendere odores; Quantum vero pertinet ad ſententiæ varietatem in hac periodo adnotatur, caſus apibus quoq; noſtros, In aliquot antiquis codicibus,noſtris.quod ad adblandiendum dictum eſſet,ac nimirum humiliter,caſtior autem lectio,& erectioris ſententiæ eſt legere vt vulgata habent exemplaria,caſus noſtros, quæ enim humano generi accidunt mortaliumq; mores, & effectus ſtatim enumerat. ¶ Ignauæq; famæ.)legitur,&,ignaua,quæ,ſcilicet aut ignauis accidat,aut ignauos reddat. ¶ Aut illæ pedibus.) In codicibus aliquot antiquis,atq; illæ. ¶ Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat auſter.) In Longobar.ſyluas, quippe murmurat in ſyluas. ¶ Vt mare ſolicitum.) In Mediceo cod.aut mare,legitur.ſed quia ſequitur tertium mébrum ꝑ,Vt, quippe.Æſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis,magis probatur.Vt mare, particula ea ter repetita. ¶ Hic iam galbaneos.) In antiquis aliquot codicibus,calbaneos,per,c, propter cognationem,ſcilicet vt gortynia,& cortynia. ¶ Nanq; vno ingentem tollit de ceſpite ſyluam.) Vt veteres præteream codices,in quibus, de vertice, ſcriptum eſt,id minime diſſimulandum,quod in pleriſq; manu ſcriptis exemplaribus,imo ingentem tollit de ceſpite,ſcriptum inuenimus. ¶ Et curua legũt prope flumina Mellę.) In Roma.cod.per flumina,legitur:eſt vero Mella fluuius in Gallia ciſalpina Brixiæ opulentiſſimo municipio vicinus emiſſus ex monte Breuno. Quod vero Seruius de lemano fluuio, vnde Alemani populi dicti ſint, ſibi comminiſcitur, lacum non fluuium eſſe ſcimus, quem magna ex parte Heluetij, Sequanique circundant, populi Adlemanum vulgo mox allemani vocari cœpti,à quibus id nominis in totam inde germaniam propagatum eſt, vt apud eoſdem Italia à viciniore regione Longobardi omnes nuncupantur. ¶ Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris.) In Romano codi.& aliquot alijs,expone,legitur:quod ideo probauerim,quia dixit in foribus,nihilo ſecius & adpone, idem ſignificabit.



Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis:
Nec genus inde nouæ ſtirpis reuocetur,habebit,
Tempus,& Arcadij memoranda inuenta magiſtri
Pandere:quoq; modo cæſis iam ſæpe iuuencis

SERVIVS.

¶ Sed ſi qué proles ſubito defecerit omnis.) Miro vſus eſt ordine.Nam primo ait quéadmodum animalia apibus inimica pelléda ſint:deinde quibus medicaminibus morbo poſſint carere.nũc dicit penitus amiſſę qua poſſint ratione reparari. ¶ Tépus.)ſubaudi eſt

Inſyncerus apes tulerit cruor:altius omnem
Expediam,prima repetens ab origine famam,
Nam,qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum:
Et circum pictis vehitur ſua rura Phaſelis:
Quaq; pharetratæ vicina Perſidis vrget:
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,
Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis.
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem,

nunc,Arcadij magiſtri.)Ari/
ſtæi.Cæſis iuuencis.)Verbe
ribus occiſis.Bono aũt ſermo
ne vſus eſt:nam cædi interdũ
occidi,interdum verberari ſi/
gnificat.Inſyncerus cruor.)
Vitiatus, corruptus. Nã ideo
verberantur vt exputrefacto
cruore vermes creentur,vnde
apes fiãt.Altius omnem Ex/
pediam.)Contra in Æneide,
Sed ſumma ſequar faſtigia re/
rum.Sane ſciendum Plinium
dicere de bobus apes,de equis
crabrones,de mulis fucos,de aſinis veſpas procreari.Pellæi ca
nopi.)Canopus ciuitas eſt iuxta Alexandriam, quam Alexan/
der condidit inſtar chlamydis ſuæ: qui fuit de ciuitate Macedo/
niæ quæ Apella nominatur.Canopus autem dicta eſt quaſi ca/
nobus, à Canobo Menelai gubernatore illic ſepulto. Phaſe/
lis.)Breuibus nauiculis quibus vtuntur cum ſtagnauerit Nilus.
Nigra fœcundat arena.)Nouum enim ſemper limum trahit,
qui efficit fœcũditatẽ.Vnde & Nilus dictus eſt quaſi νέαν ἰλὺν.i.
trahẽs nouũ limũ.Nã antea Nilus latine Melo dicebaſ.Iacit ſa
lutem.)Ponit apum reparandarum ſalutem Cicero,Iacta ſunt
fundamenta defenſionis meæ.

PROBVS.

Pella. Nam qua pel.g.f.c.)Pella eſt oppidũ Macedoniæ patria Ale/
Canop⁹ xandri.Omnes autem Alexandrias Alexander cõſtituit.Ergo ca/
nopi pellęi dicti ſunt.Canopus.)eſt autem oppidum in Ægy/
pto iuxta Alexandriã à gubernatore dictũ Menelai.Fortunatam
aũt dixit gentem propter agri fertilitatem.

MANCINELLVS.

Sed ſiquidẽ proles ſubito de.)docebit iam reparandaꝝ apium
modum, Peracti autem ſolſtitij vſq; ad ortum caniculæ tẽpore
progenerari apes poſſe iuuẽco perempto Democritus & Mago,
nec minus Virg.prodiderint.Mago quidem ventribus etiam bu
Ariſtæ⁹. bulis idem fieri affirmat,Colu.lib.x.Arcadij magiſtri.)Ariſtęi,
is.n.in Arcadia late regnauit,primusq; & apum,& mellis vſum,
hominibus tradidit,vt latius in principio huius voluminis pa/
Canop⁹ tuit,& in principio primi.Pellæi.)canopus centũ ac viginti ſta/
dijs diſtat ab Alexadria pedeſtri itinere vadẽtibus,dicta de noĩe
Canobi,qui Menelai claſſem gubernabat,& ibi mortuus eſt, in
ea vero erat Serapidis tẽplum,& cultu, & religione excellens,è
ſeptẽ præterea Nili oſtijs præcipue canopico oſtio vtebanſ Ægy
ptij tanquã emporio occluſis.Alexandriæ portubus. Strab.idẽ
Pella. ſcri.libro.xvij.Eſt autem canopus in quadam nili inſula teſte So/
lino quam vrbẽ aiunt ab Alexandro Pellæo ædificatam.i.Ma/
cedonico,Pella enim vrbs Macedoniæ eſt,teſte Mela quam ma
xime illuſtrẽ alumni effecerunt,Philippus Græcię domitor.Ale
xander etiam Aſiæ. Fortunata.)dixit propter agri fertilitatẽ,
vt ait Probus. Mella ẽt ſcribit Ægyptum miræ fertilitatis eſſe,
& hominum,aliorumq; animalium per fœcundam genitricẽ.Di
Cano/ cit etiam fortunatam Canopi gẽtẽ propter ipſum nilum,in quo
pium. ſita eſt vrbs,& canopicum oſtium, quo Ægyptij tanquam em/
Phaſel⁹. porio vtebantur.Stagnantẽ.)videto lib.iij.Georgi.Phaſelis.)
naui.Nonius autẽ ait,quod phaſelus proprie eſt nauigium cam/
panum. Stra.lib.xvij.ſcribit quòd à ſeptẽ nili oſtijs partes quæ/
dam obruptę in totam inſulam diuiſę multos riuulos,inſulasq;
fecerunt,vt tota inſula ſit nauigabilis,foſſis in foſſas diuiſis,quę
tanta facilitate nauigantur, vt nonnullæ teſtaceas habeant. Illa
aũt inſula Delta nominatur, quam mare,duoq; nili fluenta effi/
ciunt,Delta vero dr̃ propter,δ,figuræ ſimilitudinẽ, quã habet
Delta. quoniam triãgulum. Pharetra.perſi.)poſt Acarnaniam Perſia
eſt,Acarnania aũt Indi oſtio,vltima. Venãtur Perſæ pila & ſagit
tas ab equis mittẽtes,& funda vtentes,Stra.li.xv.Viridẽ Ægy
ptum.)propter ſata,& vineta & gramina ob nili fœcunditatem,
hinc ait nigra arena.i.nigro limo,& lib.ij.Geor.diximus optimã
eſſe nigram terram.Colora.in.)nigris.Nilus aũt originẽ vt Iu
ba rex potuit exquirere in monte inferioris Mauritanię,non ꝓ/
cul Oceano habet, author Plin.lib.v.cap.x.Deuexus.)declina/
tus,protinus,demiſſus.

CHRISTO.

Arcadij.)optimum principium,in quo ſummam captat attẽ/
tionem.Dicit.n.ſe dicturum non fabulas,nec pręcepta vulgaria,
ſed memoranda,nec indocti hominis,ſed magiſtri,& Arcadij,vt
ſit laus à natione.Nam Arcades pręualuerũt in omni pecore co/
lendo.

lendo.Arcadij.ſ.Ariſtæi,qui vt
meminit Iuſtinus in Arcadia
regnauit,primusq; lactis coa/
gulandi author fuit,melq; rep
perit,& vt ait Pli.primus mel
vino miſcuit,mulſumq; inue/
nit,Diod.aũt ait,Ariſtæũ pri/ Ariſtæ⁹.
mum Baccho contra Saturnũ
profecturo tanq; deo ſacrifi/
caſſe.Altius omnẽ.)demon
ſtrauerat ſe incœpta narratu/
rum.Nunc ſic narraturũ polli
cetur,vt altius exponat,quaſi
dicat ita à principio repetam;
vt res facile intelligi poſſit.Canopi pellæi.)non à Pellæo rege
conditi,ſed canopi ægyptiaci,in qua ægypto rex Pellæus.i.Ale/
xander ſibi regnum conſtituit,ædificata alexandria cognomina/
ta à Pella vrbe Macedoniæ ſuæ patriæ,Vnde & Iuue.Vnus Pel/
lęo iuueni vix ſufficit orbis,Canopũ aũt vrbs Ægypti,quaſi ca/
nobum à Canobo auriga Menelai illic ſepulto.

ASCENSIVS.

Sed ſiquidẽ proles &c.)Docet reparandarum apium vbi peni
tus extinctę fuerint modum.Nam notum eſt nõ omnia anima/
lia per propagationẽ gigni,cum multa gignantur ꝑ putrefactio/
nẽ.hoc eſt ex materia putrefacta per virtutẽ cœleſtẽ,& præcipue
ſolis quẽ ideo patrem rerum appellauit Homerus.Vt aũt id do/
ceat latã fabulam ingredietur repetẽdo,videlicet quomodo Ari
ſtæus,amiſſis apibus matrẽ adijt,q̃ authore,& cohortante Pro/
thea deum marinum & vatẽ adijt,& in vincula cõiecit, abs quo
tandem didicerat cauſam apum interemptarum eſſe, quæ ipſis
petulantia Euridice Orphei coniux,& nympharum napæarum,
hoc eſt florũ in choreis ducẽdis,ſocia à ſerpẽte interẽpta ad infe/
ros deſcẽderat:cũ vero ad placandas nymphas iuſſu matris ſacri
ficaret ſimul apes recuperauit,vt ſuo loco dicetur. Ordo eſt.Sed
ſi omnis proles.i.tota ꝓgenies apum defecerit.i.deſtituerit, aut
deliquerit,quẽ.i.aliquẽ,ſubito.i.ex improuiſo & ſubito interitu,
nec habebit.ſ.aliquas apes,aut aliud quoduis,vnde genus nouæ
ſtirpis &.i.progeniei aut prolis reuocetur.ſ.ab interitu. tempus,
ſupp.eſt pandere.i.manifeſtare,&.i.ſimul inuenta magiſtri Arca/
dij.ſ.Ariſtęi,qui in Arcadia regnauit,memoranda.i.digna memo
ratu,aut tẽpus eſt pandere & memoranda ſunt.i.ad memoriam
reducenda,quoq;.i.quomodo cruor inſincerus.i.immundus &
corruptus tulerit,ideſt produxerit ſæpe apes iuuencis cæſis.i.oc
ciſis,& in pelle derelictis, & ideo ſup.inquit poeta,ego expediã,
ideſt expedite enarrabo,omnẽ famam.i.quicquid de ea re fama
ad nos attulit,altius.i.longius aut profundius repetens.i.recen/
ſens à prima origine.Nam omnis regio(vt dicitur ibi omnis in
hac)ab ea ſup.parte qua gens fortunata.i.largas fortunas,ac di/
uitias habẽs Canopi oppidi Pellęi.i.ab Alexandro pellęo condi
ti.i.Macedonico ſecundum Soli.aut Pellæi.i.vicini Alexandriæ
Pellęi videlicet Alexandri regię accolit nilum fluuium illũ ægy
pti ſtagnantẽ.i.inundantem,& in campos effluentẽ(vbi ad tem/
pus ſtagna,& fertilitatẽ parit,vnde fortunatam gentẽ dixit)flu/
mine effuſo.ſ.in agros,& vehitur circum ſua rura phaſelis.i.ſca/
phis pictis.i.ornatis aut picatis,ſed etiam teſtaceis vtuntur illic
ſcaphis,quaq;.i.qua.ſ.parte amnis.ſ.nilus vrget vicina Perſidis
regionis pharetratæ.i.cuius incolæ pharetris & ſagittis multum
valẽt,nilus vrget,& fœcundat ægyptum viridẽ.ſ.ſegete,aut her
bis poſt inundationẽ,arena nigra.i.limo nigro quẽ illic relinqt,
& ruens diuerſa.i.in diuerſas partes,aut ruens.i.defluẽs diſcurrit
in ſeptẽ ora.i.oſtia diuerſa,amnis dico deuexus.i.defluẽs & deor
ſum ductus,vſq; ab vndis coloratis.i.nigris,qui color fortis eſt.
Ab ea dicę parte omnis regio iacit.i.conſtituit,& ponit in hac ar
te,quam.ſ.dicturus eſt certam ſaltẽ.ſ.reparandarum apum.Eam
aũt artem ex ſacrificio pro placandis nymphis inſtituto inuentã
ſuo loco author docebit.

PIERIVS.

Sed ſi quẽ proles ſubito defecerit omnis.) In Mediceo,& ali/
quot antiquis codicibus legere eſt,Sed ſiquidẽ proles ſubito de/
fecerit omnis.Et viridẽ ægyptum nigra fœcundat arena.)Ver/
ſus hic Romano codice,locum habet poſt verſum, vſq; colora/
tis,hoc ſcilicet ordine.

Quaq; pharetratæ vicinia perſidis vrget.
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,
Vſq; coloratis amnis deuexus ab indis.
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Seruius.



Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus,quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum:& nati fletus cognouit inanes
Cyrene:manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ:tonſisq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant menſas:& plena reponunt
Pocula:Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.
Et mater,cape Mœonii Carcheſia Bacchi:
Oceano libemus,ait,ſimul ipſa precatur
Oceanumq; patrem rerum,nymphasq; ſorores,
Centum quæ ſyluas,centum quæ flumina ſeruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam:
Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit.
Omine quo firmans animum,ſic incipit ipſa.

in Adriaticum cadit. Et purpureum græcū eſt epitheton;mare rubrum etiam dixit Homerus,εἰσ ἅλα πυῤῥόεσσαν. Vnde apparet Victorinum hoc loco erraſſe,qui purpureum mare rubrum eſſe dixit, quod eſt iuxta Indiá. ¶ Fletus inanes.) His enim mouebantur rebus quarum erat facilis reparatio. ¶ Dant ordine fontes. ¶ Rite ſecundum ordinem epularum. ¶ Mātilia.) Quibus manus terguntur. ¶ Plena reponūt pocula.) Iterant,ſæpe offerūt. ¶ Pā chæis adoleſcūt ignibus aræ.) Ideſt ture,Arabicis odoribus. Adoleſcunt autem pro incenduntur. κατ᾽ εὐφημισμὸν ponitur. ¶ Mæonii Bacchi.) Lydi vini. ¶ Carcheſia) autem poculorum ſunt genera. ¶ Oceano libemus,ait.) Quaſi nympha Oceano ſacrificat. ¶ Oceanūq; patrem.) Secundum Thaleta,vt ſupra diximus. ¶ Centum quæ ſyluas,centum quæ flumina ſeruant. Aut ducētas eſſe dicit:aut finitus eſt numerus pro īfinito. ¶ Perfudit nectare veſtam.) Ideſt in ignem vinum puriſſimū fudit;poſt quod quia magis flamma conualuit,bonum omen oſtendit.

PROBVS.

¶ Taurino cornua vultu,Eridanus,) ſiue Padus. Et ideo Taurino vultu,ꝙ eius ſonus, vt tauri mugitus, & ripæ flexuoſæ ſunt,vt cornu.

MANCINELLVS.

Phaſis. ¶ Phaſimq;,) Phaſis Aſiæ fluuius .c.ac.xxx. pontibus pertranſitur qui propter flexiones aſper,ac violentus in colchidem defertur,auctus demum exīt in pontum ſecus eum vrbs iacet eiuſdem nominis & lacus,non procul ipſa vrbs Colchorum emporium,quod ex alia parte amni percingiť,ex alia lacu,ex alia mari. Strabo libro vndecimo. Diony. ſcribit Phaſim oriri ex monte armeno labiq; ex altiſſimis collibus Caucaſi, cui Colchi adhærent,inde in Euxinum deflecti. ¶ Lycumq;.) Lycus fluuius poſtea Rhyndacus dictus eſt,oritur in ſtagno artinia iuxta Miletopolim,recipit mageſton,& pleroſq; alios: Aſiam, Bithiniamq; diſterminans Plin. libro quinto capi.xxxiiį. Mela ſcribit.in Antiochia Syriæ parte lycum amnem eſſe. ¶ Enipeus,) eſt is Theſſaliæ fluuius,qui in epidamnum allabitur,epidānus vero in Peneum. Strabo libro decimo edocuit altus autem Enipeus poeta ait,quia ex Othry monte defluit,vti aiunt. ¶ Tyberinus,tyberis antea tybris appellatus:& prius albula ē media fere longitudine apennini profluit, tenuis primo inde.iį.&.xl. fluuiis auctus, præcipuis autem Nare,& Aniene,q & ipſe nauigabilis in Tyrrhenum dilabitur æquor. Plin. libro tertio.

Lycus · Rhynpacus. · Enipe⁹. · Tyberis

Anio ¶ Aniena fluenta,) anio ex alba decurrens præter latinam Marſorum vrbem,& propinquū illi campum Tybrim poſtea ītrat. Strabo libro quinto. deſcendit autē per Tybur, Hypanis & Megaros aurum vehunt,ditiſſima oīum flumina: ea enim à mōte Hemodo primum exorta,in oceanum tandē dilabūtur. Solin. quoq; de India ſcrib. Hypanim nobiliſſimū flumen:qui Alexādri magni iter terminauit,ſicuti aræ in ripa eius poſitę ꝓbāt. ¶ Myſuſq; Caicus,) ſupra partem Troadis in Mediterraneo eſt,qui vocatur Teutrania, quā Myſi antiquitus tenuere:ibi Caicus amnis oritus. Plin. li. quinto.

Eridanus. ¶ Eridanus,) Padus nulli amnium celeritate inferior à gręcis dicitur Eridanus,vt ſcribit Plin. libro tertio & teſte Mela ab imis radicibus Veſuli montis exortus,paruis ſe primum fontibus colligit, mox ita augetur aliis amnibus,vt ſe per ſeptem oſtia effundat, vnum de iis magnum padum appellant,inde tam citus proſilit: vt diſcuſſis fluctibus diu qualem emiſit, vndam agat: ſuumq; etiam in mari alueum ſeruet,donec eum ex aduerſo littore iſtrię eodem īpetu profluens iſter amnis accipiat. ¶ Auratus cornua,) geminas ripas intelligit,quæ cum tortæ ſint fluuiorum cornua appellantur:auratas autem dicit Poeta,quoniam vt Plin. refert Padus amnis eſt Italiæ ditiſſimus,& campos hubertate fœcundat,vel potius auratus ait,quoniam inter ſydera relatus fertur, habetq; ſtellas.xiiį. vt ſcribit Hyginius. ¶ Taurino vultu,) id ait, quoniam Eridani ſonus, vt tauri mugitus ſit,& ripæ flexuoſę, vt cornua Probus. ¶ Purpureum ma.) Padus,vt Plinius ſcrib. in mare adriaticum fluit:in quod triginta flumina defert,purpureum autem cœruleum ītelligimus,vnde paulo ſuperius Poeta dixit,violæ ſublucet purpura nigrę,quod ibi latius apertum eſt. Ariſtoteles autem particula.xvj. problematum ſcribit,perflante aquilone mare perſpectius,atq; tranſlucidius fieri quam auſtro. particula vero.xviį. ſcrib. auſtro ſpirante cœruleum mare fieri,demum purpureus color niger eſt rubore quodam admixto. De purpureis autem coloribus quomodo varii ſunt ſecundum ſolis temperiem in diuerſis locis,videto latiſſime Victruuium in penulti.& vlti. cap. libri. vij. Pumice ſaxo vndis corroſo. ¶ Pācheis ignibus,)

Purpureus color. · Pāchaia

Ignibus,) ideſt tureis tus enim in panchaia naſcitur. Virg. libro ſecundo Georgi. Totaq́ꝫ turiferis panchaia pinguis arenis, & ſuperius eodem libro dixerat. Solis eſt turea virga ſabæis, per quod intelligitur panchaiam in ſabæa regione eſſe. Probus vero Perſidis regionem ſcribit eſſe ab rege Pancheo dictam. ¶ Adoleſcunt.) augentur, honorantur, incendũtur. ¶ Carcheſia,) eſt Carcheſium poculis gręcis tãtummodo notum, procerum & circa mediam partem compreſſum: anſatum mediocriter anſis à ſummo ad infimum pertingentibus, Macro. libro quinto. ¶ Mœonii Bacchi,) Vini lydii, De lydia autem dictum eſt paulo ſuperius. ¶ Oceanumq́ꝫ patrem rerum,) Diodo. libro primo ait ꝙ humiditatem, oceanum priſci vocitarunt & gręcorum nonnulli oceanum generatorem deorum, & matrem Tethym prius etiam dixerãt, ꝙ in humidis calore adhibito fit generatio. ¶ Nectare,) Optimo vino, de nectare vero latius ſuperius eſt. ¶ Ardentẽ veſtam,) ignem ipſum, vnde ait Ouid. libro ſexto Faſto. Nec tu aliud veſtam quã viuam intellige flammam, Cice. autem in libro de natu. deo. ſcri. veſtę nomẽ à græcis eſſe. Ea enim eſt, quę ab illis Heſtia dicitur, vis autem eius ad aras, & focos pertinet, itaq́ꝫ in ea dea, ꝙ eſt rerum cuſtos ĩtimarum, omnis & prędatio, & ſacrificatio extrema eſt. Dixeratq́ꝫ autem paulo ſuperius in omnibus vim habere maximam prima, & extrema, & ꝙ principem in ſacrificãdo Ianũ eſſe voluerunt, quod ab ineundo nomen eſt dictum, de Veſta etiam plura diximus in fine lib. j. Geor.

Carcheſium. Veſta.

ASCENSIVS.

¶ Hic percuſſa &c.) Docet quomodo ſuſcęptus ſit in thalamos maternos Ariſtęus vtq́ꝫ expoſita querela, eaq́ꝫ inani ĩtellecta poſt epulationem oceano libabant. ¶ Ordo eſt. Mater ſup. Ariſtęi videlicet Cyrene, percuſſa mentem noua. i. magna, aut inſolita cum filio illatenus proſpera fuiſſent omnia, formidine, ideſt habens mẽtem attonitã & percuſſam nouo metu, ait ſcilicet ad Arethuſam talia nunciãti. age adhortandi eſt dũc, duc inquit ad nos ſup. Ariſtęum, quia fas eſt illi cum ſit de ſanguine diuum tangere limina diuum, ideſt diuorum aut diuarum & ſimul, ideſt cum hęc diceret. iubet flumina alta, ideſt profuda diſcedere late, ab ea ſupple parte qua iuuenis, ſcilicet Ariſtęus inferret ingreſſus, ideſt ingrederetur, at ideſt ſed vnda ſcilicet fluminis circunſtetit illum. ſ. Ariſtęum curuata in faciem. ideſt ſimilitudinẽ aut formam montis (quod reuera Moſi & cęteris iſraeliticis contigit in exitu iſrael de ægypto) & accæpit iuuenem ſinu, ideſt recęptorio vaſto, ideſt valde amplo & capaci, & miſit ſub amnẽ & ipſe ibat, iã mirans, ideſt admirãs domum & humida regna genitricis, & lacus clauſos, ſpeluncis, ideſt abditis penetralibus terræ & lucos, ideſt ſyluas incęduas & omnium fluminum ac arborum ſemina atq́ꝫ elementa: ſonantis, ſcilicet ſuo vẽto ſubterraneo videlicet & ibat ſtupefactus ingenti motu aquarum, & ſpectabat omnia flumina labentia ſub magna terra diuerſa, ideſt diſtincta etiam ſub terra locis, & Phaſim Aſiæ fluuium qui in colchidem defertur & lycũ fluuium iter aſiam & bithyniã, & ſpectabat caput vnde enipeus fluuius ille Theſſaliæ altus, ideſt profundus erupit, ideſt extulit ſe primum, & ſpectabat ſupple locũ vnde Tyberinus, ſcilicet fluuius Italiæ erupit ſup. aut habeat caput, ideſt ortum & vnde fluẽta aniena. i. anienis fluminis Italiæ in tyberim incidentis. habeãt ſupple caput & vnde Hypanis fluuius Indię apud ſcythas ortus & in pontum defluens ſonans ſaxoſum, ideſt ſaxoſe, ideſt vt ſonant flumina inter ſaxa decurrentia, & caicus myſus, ideſt q per myſiam labitur ſup. habeãt caput atq́ꝫ ortum, & vnde Eridanus i. padus de quo prius fluuiorum rex Eridanus, auratus gemina cornua, ideſt habens geminas ripas cornibus perſimiles auratas ideſt pręcioſas, aut propter greges aut potius ꝑpter vrbes, vultu taurino, ideſt fluxu medio taurinum mugitum imitante alludit autem ad fabulã Acheloi cui ꝑpter fertilitatem cornu copiæ ablatum ab Hercule fingitur, quaſi dicat veriorẽ eſſe cauſam in pado ſeu Eridano cui gemina cornua & ea qdem aurata aſſignentur: vnde ſubdit quo, ſcilicet Eridano nõ alius amnis influit violẽtior in mare purpureum, ideſt ferrugineum aut cœruleum per culta pinguia, ideſt arua & rura pinguia & culta vt & naturæ benignitatem & agricolarum induſtriam & diligentiã laudet. Poſtquam peruentum eſt, ſcilicet ab Ariſtęo & comitibus in tecta thalami. ſ. Cyrenes pendentia, ideſt penſilia aut ſuſpenſa pumice, id eſt in ſaxo cauernoſo, & aqs corroſo, & Cyrene cognouit fletus gnati, ideſt filij ſui inanes, ideſt facile remediabiles germanę. i. ſorores dant ordine, ſcilicet miniſtratorio manibus. ſ. lauandis, fontes liqdos, ideſt limpidos & dulces: ſalſi enim craſſiores ſunt, & ferunt mantilia villis tonſis, ideſt quorum villi erant tõſi, iis autem tergebãt manus, pars. i. quædam ex eis onerant menſas epulis & reponunt, ideſt iterum ponunt poſtquam exhauſta fuerant pocula plena & arę adoleſcunt, ideſt augentut, & incendunť ignibus, ideſt odoribus, quos ignis excitat pancheis. i. ex thure panchaico diffuſis. & mater ait o fili cape carcheſia. i. pocula illa græcis nota, Bacchi. i. vini, mœonii. i. lydij: quod bonũ eſt, & libemus i. ſacrificemus oceano, ſcilicet deo maris & ſimul, ideſt cum hoc diceret ipſa precatur oceanum patrem rerum, ſcilicet oĩum quæ augeſcunt quia ex humore procreantur ſecundũ Thaletẽ & nymphas ſorores inter ſe aut etiã Cyrenes, ſed potius inter ſe quia ſi Cyrenes, non tacuiſſet vni tot ſorores fuiſſe, centum dico nymphas quæ ſeruant. i. habitant aut conſeruant ſyluas vt ſunt dryades & centum quæ ſeruant flumina vt ſunt naiades ſeu nereides & ipſa perfudit ter, quia numero deus impare gaudet, veſtam, id eſt ignem ardẽtem, ſcilicet victimam nectare, ideſt vino liquido, ideſt puriſſimo & flamma, ſcilicet vino aucta ſubiecta, ideſt furſum iacta & exiliens, reluxit ter ad ſummum tecti, quod ſignum erat litationis & accępti ſacrificii, quo omine, ideſt indicio ſuſcępti ſacrificij & pręſentis numinis, vt ęneid. ij. in flamma qua Aſcanij lambere viſa comas, ipſa ſcilicet dea perita eius rei firmans. i. corroborans & confortans animũ incipit ſic, ideſt vt ſequiť ſup. fari aut ſermonem ſuum.

PIERIVS.

¶ Huic perculſa noua mentem formidine mater, In Medice. & nonnullis alijs codicibus peruetuſtis, percuſſa, legitur, de quo alibi. ¶ Et caput vnde altus primum ſe erumpit enipeus,) In Romano codic. legere eſt, primum ſe rumpit. In Oblongo illo, quẽ Pomponius lætus delicias ſuas eſt appellare ſolitus, primum erumpit ſine vlla prorſus colliſione, & ita erat prius in codice Mediceo, in aliquot alijs: enipheus, eſt per, φ, ſunt enim qui enipheа, fluuij nomen ab Enipheo troiano viro cuius Homerus mẽtionem fecerit, hac ſcriptura diſtinguant. ¶ Saxoſumq́ꝫ ſonans hypanis myſusq́ꝫ caicus.) In Roma. cod. Saxoſus legitur: quod improbat Seruius, ne duo ſint epitheta, quod apud latinos vitioſum eſt, erat tamẽ in Oblongo perueteri atq́ꝫ etiam in Mediceo ſaxoſus, aliena ide manu ſaxoſum, eſt repoſitum. Sed quod Seruius ait de duobus epithetis videtur, ſonans loco verbi potius quam pro epitheto poſitũ, neq́ꝫ huius elocutionis exẽpla deſunt. Quod vero miſus, per ιωτα ſcribitur in cod. nonnullis. Antiqui aliquot per, y, ſcribunt. μυσία χώρα καὶ πόλις apud Stephanũ reperitur. Quod aũt ad denominatiuum pertinet, & myſii populi dicuntur, & æolũ lingua myſadij. Illud addã in Long. pro, hypanis hypanus, per, v, legi vltima ſyllaba, ita etiam in Med. ¶ In mare purpureum violentior influit amnis.) In Ro. & in cod. pueteribus, effluit, legitur: quod veriti ſunt, in, gemiantum vitioſum eſſe, quum tamen huiuſmodi exempla pleraq́ꝫ etiam apud oratores inueniantur, quę longũ eſſet enumerare.

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cœruleus Protheus: magnum qui piſcibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus: patriamq́ꝫ reuiſit
Pallenen: hunc & nymphæ veneramur: & ipſe
Grandæuus Nereus: nouit nanq́ꝫ omnia vates,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cuius
Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus: vt omnem

SERVIVS.

¶ Eſt in carpathio Neptuni gurgite vates.) Carpathos, inſula contra Ægyptum, à qua vicinum pelagus Carpathium appellatum eſt. Hic aliquando regnauit Protheus relicta Pallene ciuitate Theſſaliæ, ad quã tamen reuerſus eſt poſtea: quod oſtendit hoc loco, dicens, Patriamq́ꝫ reuiſit Pallenen. ¶ Magnum qui piſcibus æquor.) Dii enim marini prima parte equi ſunt, poſtrema reſoluuntur reſoluuntur in piſces. ¶ Quæ ſint, quæ fuerint.) vt Home. ὅσ᾽ ἤδη τάτ᾽ ἐόντα τάτ᾽ ἐσσόμενα πρότ᾽ ἐόντα. ¶ Ita Neptuno.) Vbi deeſt ratio, ſic loquitur. Nam ita & in tertio dixit, Sic viſum ſuperis, quũ præmiſiſſet Immeritã. ¶ Armenta & turpes phocas.) Magnas, vt, Cui turpe caput. Phocæ ſunt boues marini. ¶ Expediat morbi cauſam: euentusq́ꝫ ſecundet.) Duo enim iſta regrũtur in oraculis cauſa

Expediat morbi cauſam:euentusq; ſecundet.
Nam ſine vi non vlla dabit præcæpta,neq; illum
Orando flectes,vim duram,& vincula capto
Tende:doli circum hæc demum frangentur inanes,
Ipſa ego te,medios quum ſol accenderit æſtus:
Quum ſitiunt herbę,& pecori iam gratior vmbra eſt:
In ſecreta ſenis ducam,quò feſſus ab vndis
Se recipit,facile vt ſomno aggrediare iacentem.
Verum vbi correptum manibus,vincliſq; tenebis,
Tum variæ illudent ſpecies,atq; ora ferarum,
Fiet enim ſubito ſus horridus:atraq; tigris,
Squamoſuſq; draco,& fulua ceruice leæna,
Aut acrem flammæ ſonitum dabit,atq; ita vinclis
Excidet,aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omneis:
Tanto nate magis contende tenacia vincla,
Donec talis erit mutato corpore,qualem
Videris:incœpto tegeret cum lumina ſomno.

cauſa mali,& remedium.¶ Sine vi nō vlla dabit præcępta.) Ne eū ſperaret poſſe pręcibus flecti.¶ Doli circū hæc demū.) Circa vincula nouiſſime eius deſinent doli.i.formarum varietates:cuius figmentum phyſicam volūt eſſe rationem:nā homo habet in ſe libidinē,ſtultitiam,ferocitatē,dolum:quæ dum in eo vigēt,pars illa quæ vicina diuinitati,ideſt prudentia,non apparet:quę tunc poteſt ſuas vires tenere cum fuerint illa religata.i.cum quis caruerit omnibus vitiis. Vnde ſacerdotem hunc dicit poſſe vaticinari,& ſuſcipere diuinitatē,cum religata in eo fuerint ſylueſtris cupiditas,aſperitas,lapſuſq; animi aquarum mobilitati ſimilis.¶ Medios cum ſol accēderit ęſtus.) Fere enim numina tunc videntur. Lucanus, Medio cum Phœbus in axe eſt,Aut cœlum nox atra tenet: tunc ipſe ſacerdos Acceſſum dominumq; timet deprendere luci.¶ In ſecreta ſenis ducam.) Fere omnes dij marini ſenes ſunt. Albent enim eorum capita ſpumis aquarum.¶ Atra tigris.) i.ſęua. ¶ Tāto nate magis.) Alij legunt,Tantum nate magis.

PROBVS.

¶ Hic nūc Emathiæ portus patriaq; reuiſit,Pallētem.) Emathia dicit macedonia ab Emathione fratre Mēnonis vbi eſt vrbs Pallene,ſed Protheus in ægypto natus eſt.Et propter crudelitatem Buſyridis dicitur Pallenem petiiſſe,& ita rediiſſe in ægyptum.

MANCINELLVS.

Carpat⁹ ¶ Carpathio gurgite,) eſt Carpathus iſula excelſa.CC.ſtadia habens,fuitq; vrbibus.iiij.pollens,& nomen celebre conſecuta eſt. à qua pelago quoq; nomē eſt inditū: Stra.li.xj.de ſporadibus,& Plin.lib.v.cap.xxxij.ſcri. vnam de inſulis Rhodioꝝ,idem Strab. lib.ij.ait.Carpathium mare eſſe vſq; rhodum Cretamq;,ac Cyprum.¶ Proteus,) Diod.lib.ij.ſic ait defuncto rege poſt.v.genus cum Ægyptus rege careret ex dignioribus quidā in regē aſſumptus eſt,quem ægyptii Cętea græci Protheū appellāt,qui iliaco tēpore extitit,hunc artiū peritum fuiſſe tradunt,& in varias ſeſe formas vertere ſolitū,vt nunc animal,aliquado arbor,aut ignis, aut quod aliud videretur,quę eadē & ſacerdotes de illo ſcribūt, harū cognitionē continuo ex aſtrologoꝝ, ac ſacerdotum vſu rex eſt aſſecutus,conſuetudo autem regibus tradita græcis cauſam huiuſmodi tranſmutationis fingēdi præbuit.Nam ęgyptiis mos erat regibus,aut leonis,aut draconis priorem partem in capite ferre,inſignia principatus,quandoq; vero arborem , aliquando ignem,quandoq; redolentia ſupra caput vnguenta,hęc tamē ad decorem ſpectabant,atq; ornatum tū ſtuporem,ac ſuperſtitionē quandam aſpicientibus iniiciebant,hæc ille:teſte vero Heſiod.in Theogonia oceani,& tethyos filius fuit, fuitq; vates maximus. De quo quidem & Theocri.ait.Os Protheos phocas καὶ θεὸς ἐνέμει hoc eſt vti Protheus phocas etiam deus exiſtēs pauit.¶ Bipedum equoꝝ,) marini equi prima parte equorum effigiem habēt, poſtrema piſcium,qua figura etiam in antiquis marmoribus cernuntur vt aiunt,Bipedum autem ait,quoniam vt ſcrib.Plin.pennæ quæ pedum vice datæ ſunt piſcibus,nullis ſupra quatuor,quibuſdam binæ quibuſdam ternę,aliquibus nullæ,&c.¶ Emathiæ portus,de hac videto in fi.lib.j.Georg.¶ Pallene,) Pallene Arca-
Pallene diæ oppidum,teſte Plin.hic vero intelligit Maro De Pallene vrbe Thracię,quam habitauit,vt apud Lycophronem apparet Protheus anteq; in ęgyptum trāſiret.Dicta autem eſt pallene à pallene filia Sytonis,vt apud Euſta.habetur.¶ Nereus.) Oceani & Te-
Nereus. thyos filius teſte Heſiod.quē oīum antiquiſſimū dixit Orpheus argonautica.Neros autem aqua dicitur.¶ Immania armen.) humoris cauſa,vt ſcribit Plinius libro.ix.ſunt in mari animalia maiora,etiam terreſtribus : plurima autem , & maxima in medio mari,ex quibus balenæ quaternum iugerum , piſtres ducenum cubitorum.¶ Phocas,) vitulos marinos intelligit,qui in terra pa-
Phocæ. riunt pecudum more,nunquam geminis plures,educant mammis fœtum,ipſis in ſono mugitus,vnde nomen vituli accæperunt.Nullum animal premitur grauiore ſomno,pennis,quibus in mari vtuntur humi quoque vice pedum ſerpunt,veſtiuntur autem pilis vti piſtris , & balena.

CHRISTO.

¶ Prote⁹,deus marinus,Oceani & Tethydis filius fuit,& va- Prote⁹.
tes,qui ab Agamēnone vi coactus.ſm Home.futura prædixit: Sunt qui dicant ex Pallene fuiſſe,& apud ęgyptios regnaſſe & ad eum poſt excidiū troianum tempeſtate cōpulſum deueniſſe Agamemnona , ſed Herodot.ſcribit parim rapta Helena tempeſtate in ægyptū apud canopicum Nili oſtium delatum,& ab Otone oſtii cu- Paris ad
ſtode ad Protheū deductum proteū.
eſſe,ac proteus cognita rapina Helenam,reſq; ſuas , illā Menelao reſtituendam retinuit,
ac triduo parim abire iuſſit. Phocæ.
Mene.deide expugnata Troia Helenaq; in ea vrbe non inuenta in ægy.venit,atq; illā à Prot. recępit.¶ Turpes phocas,) phocę vituli marini dicuntur,ſpirant, vt balenę,& delphini ac in terra dormiunt & profundum accipiunt ſomnum,preſertim cum multa eſca crapulentur, non ſquama,ſed corio bubulo teguntur,parit in littore,& lac prębet teſte Ariſtotele.qua propter ambiguum hoc animal eſſe,ideſt aquaticum,& terreſtre,idem philoſophus aſſerit.

ASCENSIVS.

¶ Eſt in carpathio,&c.) In hac parte habetur oratio Cyrenes ad filium in qua docet eum,quo pacto amiſſarum apum recuperationem à protheo ediſcat,& primo vbi eum iueniat dicens,proteus deus ille marinus,& vates cœruleus,ideſt marinus , eſt in gurgite carpathio,ideſt maris carpathii Neptuni.i.in quo Neptuni pecus cuſtodiat,qui.ſ.protheus metitur,ideſt tranat magnum æquor piſcibus,ideſt vectus à piſcibus,& curru equorum bipedum.ſ.marinorum tantum in anteriori parte,in qua equis ſimiles ſunt pedes habentium,cum in poſteriori piſcibus ſimiles pedes non habeant,iuncto,ſcilicet ad iugum,hic,ſcilicet vatēs cœruleus reuiſit nunc portus Emathiæ,ideſt Theſſalię,aut macedonię,patriam,ideſt natale ſolum ipſius,ſcilicet prothei,hūc veneramur,&,ideſt etiam nos nymphę,& ipſe Nereus deus aquarū oceani & thetyos filius grandæuus,ideſt ſecundum orphea antiquiſſimus diuorum,ſup.veneratur hunc ,nanq; ipſe vates nouit omnia,quæ ſint,ſcilicet in præſentia,quæ fuerint,ſcilicer præterita,& quæ trahantur ventura mox , ideſt paulopoſt . Quippe, quia certe ita viſum eſt,ideſt ita placuit Neptuno , ideſt magno deo noſtro:quaſi dicat neſcio,cur eum Neptunus prætulerit,ſed quia ita viſum eſt deo cenſendum eſt ęquum eſſe) quæ ſententia ſane quam theologica eſt,licet falſis diis attributa,vnde libro.ij. æneid.Occidit & Peleus iuſtiſſimus vnus . Qui fuit in teucris & ſeruantiſſimus ęqui.Diis aliter viſum.Et in principio tertii Poſtquam res Aſiæ,Priamiq; euertere gentem . Immeritam viſum ſuperis,Sane quęſtionem habet quomodo æneid.iij. Quæ phœbo pater omnipotens,mihi phœbus Apollo, Prędixit,vobis furiarum ego maxima pando,per quæ omnem diuinam peritiam ab Ioue,abs quo fata pēdent pendere,& ne Apollinem quidem niſi prius ab Ioue accęperit,diuinare demonſtrat,quomodo ergo Neptuno eadem ſit poteſtas? Verum ſciemus hæc tria numina,Iouem dico Neptunum & Plutonem triplicem apud gētiles theologos habere poteſtatē quę in Ioue fulmine triſulco in Neptuno tridente,in Plutone Cerbero tricipiti ſignificatur , ideoq; pro Plutone Iouem infernum & ſtygium dictum legimus. Quapropter nympha quæ ſub ditione Neptuni eſt Neptunū vt ſummum deorum venerata,etiam eā poteſtatē ei attribuit,quę Iouis eſt,quaſi vero vt Iupiter pro Neptuno,ita Neptunus pro Ioue poni poſſit,cū deus ſit vnus,nomina vero diuerſa,ſed ſub eo nomine colat ſub quo eius poteſtati ſubiicimur aut numine egemus,verum plus q; conſtituerā diuagor.) Eſt ergo ita viſum Neptuno qui nymphis cum oceano pro ſummo numine eſt,cuius, ſcilicet Neptuni ille paſcit ſub gurgite.ſ.carpathio,armenta imania.i.ita magna vt tāq; mala terrori ſint,& phocas,ideſt vitulos marinos,turpes.i.torpentes ſomno aut magnas,hic.ſ.vates o na

te eſt capiendus tibi.i.debet capi à vinclis.i.in vincula, prius.ſ.q̃ quicq̃ ab eo petas: vt ipſe expediat.i.expedire dicat, omnem cauſam morbi. (Quãto prudentius hæc admonuit, q̃ nunc pleriq; facimus, qui remedium morborum petimus, nolentes cauſam abolere, ſcimus enim quia quidquid patimur peccata noſtra meruerunt, & tamen quando precamur finem malorum non facimus finem peccandi. Quia ergo nympha non potuit dare malorũ remediũ niſi ceſſaret cauſa ꝓpter quãĩducta fuerãt: prudenter admonet filiũ vt cauſam diſquirat, ea autẽ fuit mors Eurydices quam violare voluerat vt ſuo loco dicetur) & vt ſecundet.i.ſecũdos faciat aut annunciet euentus.i.quæ poſtea eueniant.i.remedia, dicimus ergo etiam euẽtus, quãuis Valla euenta dicendum doceat, ad bonum autem omen pertinet quod dicit ſecundet, nõ enim certi ſumus dum præcamur vtrum dii ſecundent, at ita ſperandum eſt. Nam ſine vi &c. cauſam reddit cur vinclis prius capiendus ſit, quia videlicet ipſe non dabit vlla præcepta ſine vi.i. violentia, neq; tu flectes illum orando.i.per orationem & preces, tende ergo illi capto duram vim.i.violentiam, ſine remiſſione & vincla.ſ.ſine relaxatione doli.i.illuſiones eius inanes.i.fruſtra incœpti per eum frangentur, ideſt fruſtrabuntur demum, id eſt tandem, circum hæc, ideſt dum hæc fient, aut circum hæc vincula. Ipſa, ideſt egomet ducam te in ſecreta, ideſt arcanos thalamos ſenis, ſcilicet Protei, tunc quum ſol accẽderit medios æſtus, ideſt in meridie cum herbæ ſitiunt, ideſt deſiccãtur calore qui in nobis ſitim generat, & cum vmbra eſt iam grauior.ſ. quàm herbę pecori in ſecreta dicit, quo.i.ad quæ ipſe ſenex feſſus ab vndis aut recipit ſe tãquam in tutiora aut amœniora loca ab vndis, vt tu aggrediare, i. inuadas facile, ideſt faciliter ipſum iacẽtem.ſ.oppreſſum ſomno.i. ſopore, verum, ideſt, ſed, vbi.i.quãdo tenebis ipſum corrreptum, ideſt celeriter & quaſi ſimul totum raptum, manibus & vinclis pro vinculis tum, ideſt tunc variæ ſpecies, id eſt rerũ apparitiones & imagines atq; ora.i.facies & formę ferarum eludent.ſ.te, enim pro quia ipſe fiet ſubito ſus horridus rigẽtibus.ſ.ſetis & ſpumans vt aper, hoc eſt ſus ſylueſter & fiet tygris atra.i.infeſta & inimica, & draco ſquamoſus.i.ſquamis multis tectus, & leæna ceruice fulua, ideſt rutila, aut dabit acrem ſonitũ, ideſt crepitum flammę, ideſt ignis ardentis ſimilitudinem ĩduet, atq; excidet, ideſt cito elabetur ſic vinclis, aut abibit delapſus, ſcilicet è vinculis in aquas tenueis, ideſt tranſparẽtes, ſed o nate, id eſt fili: quanto magis ille vertet ſe in omnis formas tanto magis contende, ideſt contrahe & cõſtringe vincla tenacia, ideſt ipſum aſſidue & ſemper tenentia, donec ipſe erit.i.videbitur talis corpore mutato.i.reducto in priſtinam figuram qualem videris ipſum cum tegeret lumina, ideſt ſopiret oculos ſomno icœpto, cum ſcilicet ipſum primum adoriebaris.

Nota

PIERIVS.

Orando flectes,) In Mediceo codi. orando vinces, legere eſt. Alterum ex his paraphraſis omnino fuit. Doli demum circum hæc frangentur inanes.) In Medi. dictionum ordo ita habet doli circum hæc demum. meliori numero. Tum varie illudent ſpecies.) Hoc loco plurimum variatur. Nam in Roma. codic. ludẽt. In Oblong. perueteri, eludunt, pręſenti tempore. In Longo. In Medic. & pleriſque aliis, eludent, futuro. Neque vero reticenda ſunt hoc loco, quæ de Proteo Auguſtinus contra academicos diſputat in hunc modum Proteus enim ille, vt vos adoleſcentes non penitus poetas à philoſophia contemnendos videatis, in imaginem veritatis inducitur. Veritatis inquam Proteus in carminibus oſtentat, ſuſtinetq; perſonam, quam obtinere nemo poteſt, ſi falſis imaginibus deceptus, comprehẽſionis nodos, vel laxauerit, vel dimiſerit. Sunt enim iſtæ imagines, quæ conſuetudine rerum corporalium, per iſtos, quibus ad neceſſaria huius vitæ vtimur, ſenſus etiam quum veritas tenetur, & quaſi habetur in manibus, decipere, atq; illudere moliũtur, hic vides. D. Auguſtinum paraphraſi hac, illudent, agnouiſſe, quod ſi, ludent legas non nihil ſententia remittet.

Hæc ait, & liquidum ambroſiæ diffundit odorem.
Quo totum nati corpus perduxit, at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura,
Atq; habilis membris venit vigor. Eſt ſpecus ingens
Exeſi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur: inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos,
Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.
Intus ſe vaſti Proteus tegit obice ſaxi,
Hic iuuenem in latebris auerſum à lumine nympha
Collocat, ipſa procul nebulis obſcura receſſit.
Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo: & medium ſol igneus orbem
Hauſerat: arebant herbæ, & caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant,
Quum Proteus conſueta petens è fluctibus antra
Ibat: eum vaſti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ.
Ipſe (velut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper vbi è paſtu vitulos ad tecta reducit:
Auditiq; lupos acuunt balatibus agni)
Conſedit ſcopulo medius, numerumq; recenſet,
Cuius Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas:
Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra,
Quum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
Occupat, ille ſuæ contra non immemor artis,
Omnia tranſformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemq;, horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem,

SERVIVS.

Liquidum ambroſiæ diffudit odorem. Vnxit eum, quo poſſet eſſe videndi numinis capax. Habilis.) Vegetabilis. Specus ingens.) In ſingulari numero hoc ſpecus, in plurali hi ſpecus dicimus. Deprẽſis.) Periclitantibus. Tegit.) Tegere conſueuit. Nam tunc illic non erat. Obice.) Obiectione. Et melius hic obex, quã hęc obex dicimus. Auerſum à lumine. Paululum obliquum à lumine. Et ſciendum Proteum temporalem ſuſcipere diuinitatem, alioquin potuit Ariſteum cognoſcere latitantem. Iam rapidus.) Hin diſtinguẽdum ꝓpter duo epitheta. Sirius autem ſtella eſt in ore Canis, per quam nimios æſtus accipimus. Sitientes Indos.) Populos ſubſolanos. Caua flumina.) Alta. Lucanus, Deſeruere cauo tẽtoria fixa Lemanno. Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra.) Auiditatem exprimit tenere cupientis. Vnde eum contra matris præceptum cito in Proteum impetũ feciſſe dicit, per quod incontinentes animos hominum docet poeta.

PROBVS.

Quum Proteus cõſueta petens è fluctibus antra ibat,) Proteus deus maris ſolitus ſe in omneis figuras conuertere.

MANCINELLVS.

Ambroſia.

Ambroſię,) Ambroſia ſpecies eſt artemiſię, ſimplici caule, foliis minimis flores copioſi erumpunt, quũ vua matureſcit, odore nõ iniucũdo. Plin. lib. xxv. Ex hac aũt dii paſti ſunt crediti. Vnde ait. Oui. lib. j. de ponto, Nectar, & ambroſiã, latices, epulasq; deorũ. Det mihi formoſa grata iuuenta manu, idẽ autẽ eſt ambroſius, quod diuinus & ĩmortalis, ꝑduxit, perũxit, affecit. Dulcis aura.) i. vẽtus ſic.n. Nonius quoq; hunc locũ exponit. Vigor,) fortitudo, firmitas. Deprenſis,) tẽpeſtate oppreſſis. Olim,) Quandoque. Obice,) oppoſitione, obiectione obices peſſuli ſerę inquit Feſtus. Rapidus ſyrius) Canis maior habet in lingua ſtellam vnam quę canis appellatur. In capite aũt alterã, quã Iſis ſuo nomine ſtatuiſſe exiſtimatur & Sirion appellaſſe ꝓpter flammę candorem, & huiuſmodi fit, vt præter cæteras lucere videat̃. Scribit ita Hyginius Siriao aũt luceo, & ſicco ſignificat. Inde Sirius ſtella, qa autem de natura maris eſt, homines nimio ſolis ardore fatigat. Plin. ſcrib. lib. xviij. ca. xlij. Auem parram oriente ſirio ipſo die non apparere & donec occidat. Rapidus,) ſuo enim ardore cuncta rapiendo deſiccat. Hac etiã ratione ſuperius diximus, rapidum ſolẽ appellari, quod hic locus apertiſſime indicat, ita eſſe Rorem marinum.ſ.qui amarus eſt, Plin. lib. ix. c. xlix. ſic ait Libanois locis putridis, & macris ac roſidis ſeritur, radicem habet holuſatri. nihil à ture differentem. Vſus eſt eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus, quidam eam nomine alio roſmarinum appellant, hæc ille. Ipſe velut,) ordo eſt, ipſe conſedit ſcopulo medius, numerumq; recenſet, cætera per parentheſim claudantur. Olim,) quandoque Auditi legitur &

tur & auditus. ¶ Acuunt,) inſtigant. ¶ Recenſet.) Retractat, recognoſcit. ¶ Facultas,) copia opportunitas. ¶ Manicis, vinculis.)

ASCENSIVS.

❡Hæc ait, & liquidum ambroſiæ diffundit odorem. Quo totum &c.) Poſtquam mater Cyrene filium edocuit quomodo Protea adoriri, ideſt per inſidias, inuadere & comprehẽdere debeat reddidit eum aptũ qui eum & videat & capiat. Nam vt vetus erat ſuperſtitio ſemidei non ſemper, ſed duntaxat quando volebant videbantur à mortalibus, vnde in Buco. Silenus Soluite me pueri ſatis eſt potuiſſe videri. Reddit autem ipſum aptũ ambroſia herba odorifera & ſuaui ad modum qua dij refecti credũtur, ſed cõmunicatione diuini cibi credebantur mortales in deorum conſortium aſſumi, vnde Æolus ænei.j. Tu das epulis accũbere diuum. Sane omnia quæ hic habentur figmenta profundiſſimæ ethnicorum theologiæ quadrãt. Nam ꝙ diuinus ille Homerus Protea dicit coactum ab Agamemnone illi nec aliter futura prædixiſſe: ſignificat ꝙ vates non ſui compotes ſed à diuino ſpiritu coacti vera dicant vt de Balaam latiſſime ſacræ atteſtantur literæ, & de Sibylla Maro noſter ænei.vj. Quin & regum hiſtoria Saulem inuitum inter prophetas raptum atteſtatur. Per Protea autem qui ad moralem ſenſum referunt fere veritatem intelligunt quam omnes philoſophi in ſuis opinionibus perquirunt, variis eludentem figuris. vnde tot ſunt in omni ſcientia opiniones inter ſe quàm maxime diſcrepantes, cum tamen veritas veritati ſemp quadret, ſed ea diuerſitas aut diſcrepantia eſt in ingreſſu dũtaxat, qui perſeuerauerit & vinculis manibusqꝫ, ideſt toto conamine veris ſcientiis comprehẽdendis ſtuduerit, tandem eas in propria forma comprehendet, nam nihil eſt ipſa veritate fortius vt in ſanctis literis legimus, ipſa tandem ſemper præualet atqꝫ omnia monſtra errorum & mẽdaciorum deprimit, de qua Cice.

Veritas. O magna vis veritatis quæ cõtra omnium ingenia, calliditatem, ſollertiam, cõtraqꝫ ficta hominum inſidias ſe per ſeipſa defendit.

Prote⁹. De Proteo autem licet multa iam vidimus addam ex Lãdino hęc. Proteus aũt deus marinus, Oceani & tethyos filius fuit & vates qui ab Agamẽnone vi coactus ſm Homerum futura prædixit. Sunt qui dicunt ex Pallene fuiſſe & apud ægyptios regnaſſe, & ad eum poſt excidium Troianum tempeſtate compulſum deueniſſe Agamemnona. Sed Herodotus ſcribit Parim rapta Helena, tempeſtate in ægyptũ apud canopicum nili oſtiũ delatum, & ab Othone oſtij cuſtode ad Proteum deductum eſſe, at Protea cognita rapina Helenam Menelao reſtituendam cum rebus eius retinuiſſe, ac triduo Parim abire iuſſiſſe, Menelaum deinde expugnata Troia Helenãqꝫ in ea vrbe nõ inuenta in ægyptum veniſſe atqꝫ illam à Proteo recępiſſe, hæc ille quæ multũ ab his quæ Homerus & Virgilius tradunt diſcrepant, ſicut & alia multa inter græcos hiſtoriographos, vnde nõ ab re ab Iuuenale dictum eſt, Et quidquid gręcia mendax. Audet in hiſtoria. Idem Lãdinus Protea ſenem dicit, quia nihil antiquius veritate, ad eũ ductum Ariſtæum à matre per quam rationem intelligit: ratio enim inquit & non appetitus optima dux eſt ad veri inquiſitionem, eũdem in antro latere, quia veritas in obſcuro latet. In varias formas mutari, quia decipimur ſpecie recti, donec in forma humanam.i. ad verum rationis iudicium per longam inquiſitionẽ redire cogimur, ſed ſatis ſuperqꝫ philoſophati ſumus. Nemo eſt tam infœcundi ingenii qui in re tam fertili nihil frugis bonæ iuenerit. ❡Ordo igitur eſt. Supple. Cyrene mater Ariſtęi ait hęc ſ. quæ dicta ſunt, & diffundit odorem ambroſiæ.i. ambroſiam ipſam odoriferam, liquidum.i. fluentem & mũdũ: quo ſcilicet odore ipſa perduxit, ideſt imbuit (tractum ab iis qui inaurant. Vnde Perſius Saty.ij. Auro ſacras ꝙ ouato perducis facies) totum corpus nati, ideſt filii videlicet Ariſtæi, atqꝫ, ideſt ſed dulcis aura, id eſt fragor per auram diffuſus aut vetus ſpirauit illi, ſcilicet Ariſtæo ſic perfuſo, & hoc crinibus compoſitis (vt enim deorum ꝓgnatum genere ſignificaret filium nec à Proteo reſpueretur aut vt mortalis perciperetur imbuit capillos eius eo odore quo deorum imbui ſolent, vnde Venus Æneidos.ij. volens ſe dum abiret ſignificare deã ambroſiæ odorẽ capillis ſuis dedit, vnde dicitur ibidem. Ambroſięqꝫ comę diuinum vertice odorem, Spirauere.) Atqꝫ vigor habilis.i. vegetus & agilitans deoqꝫ coueniẽs. (Nam inceſſu & agitatione corporis etiam diui apparere ſolent, vnde æneid.j. Et vera inceſſu patuit dea) venit.i. acceſſit per imbutionem ambroſiæ membris, ſcilicet Ariſtęi, ſpecus, ideſt antrum ingens, eſt in latere montis exeſi.ſ. vetuſtate aut impetu aquarũ. De antro autẽ Chironis dicit Statius in Achilleide. Pars exhauſta manu partem ſua ruperat ętas) quo.i. ad quod ſpecus aut quem ſpecum (vtrũqꝫ enim dicitur) plurima vnda cogitur, ideſt impellit, vento, & ipſa ſcindit ſeſe.i. ſeipſam in ſinus reductos.i. refluos ita vt vltra fluere nequeat vnda, vnde addit, quæ ſupple vnda eſt aut appoſitorie, vnda dico exiſtens ſtatio, ideſt locus vbi ad tempus ſtant naues, tutiſſima.ſ. à periculo procellarum & vẽtorum, nautis deprenſis.i. in ipſa tẽpeſtate in mari offenſis, & ita oppreſſis olim.i. quouis tempore. Deprendere dixit pro deprehẽdere ſicut prendere pro prehendere. Eſt autem deprehendere, aliquem offendere in ipſo facto, vt qui adulterum in ipſo facto inuenit deprendit ipſum ſeu deprehendit ipſum, vnde Horatius.j. ſermo. Deprẽdi miſerum eſt Fabio vel iudice vincam. Reſcimus autem poſt factum. Quia ergo nautę in ipſo facto audaciæ.ſ. qua audẽt cœlo turbido mare ingredi, à tempeſtatibus opprimuntur aptiſſime dicuntur deprendi. Proteus tegit ſe intus, ideſt in ipſo antro medio obice, ideſt obiectione, vaſti, ideſt valde ampli ſaxi. Nympha ſcilicet Cyrene, collocat hic ideſt hoc dicto, iuuenem, ſcilicet Ariſtæum in latebris auerſum à lumine, ideſt ab ea parte qua ſaxum obiectum erat lumini, & ipſa reſiſtit procul nebulis exiſtẽs obſcura, hoc eſt ſepſit ſe & filium nebulis ne à Proteo videantur ſicut æneid.j. Venus Æneam, cum Achate nebulis obduxit. Sirius, ideſt ſtella ardens in ore canis rapidus, ideſt raptim æſtiuans, ardebat, ideſt ardenter ſplendebat cœlo, ideſt per cœlum torrẽs, ideſt inurens, Indos, ideſt populos indiæ, ſitientis, ſcilicet ex ęſtu & ariditate, cum ſint ſubſolani, & ſol igneus, ideſt ardens & rutilans vt ignis, hauſerat, ideſt expleuerat, medium orbem, ideſt dimidium curſus ſui diurni, hoc eſt iã trãſactus erat meridies, quo ſol eſt in medio cœli, herbæ arebant, ideſt deſiccabantur, & radij ſcilicet ſolares coquebãt, ideſt more eorum quę coquuntur ebulliebant flumina caua, ideſt profunda exhauſtis aquis caua apparentia, & tepefacta ad limum, ideſt vſque ad fundum, & faucibus ſiccis, ideſt aqua deſtitutis tunc dico, quum, ideſt quãdo Proteus ibat è fluctibus petens antra conſueta gens humida.i. genus animalium hoc eſt piſcium humidorum, ponti vaſti, ideſt ampli i. in ponto verſari ſoliti exultãs diſperſit late circum eum rorem amarum, ideſt marinum qui amarus eſt. Phocæ, ideſt vituli marini in quibus ꝓfundiſſimus eſt ſopor, ſternunt ſe ſomno.i. propter ſomnum quo opprimuntur, in littore, quia tam in terris qꝫ in aquis degunt. Ipſe, ſcilicet Proteus conſedit, ideſt locum ſedẽdi cepit medius.ſ. inter pecora ſua ſcopulo, ideſt lapide extante in aquis & recenſet, ideſt enumerat, & ad ſenſum redigit aut renouat, numerum, ſcilicet pecorum ſibi commiſſorum, velut cuſtos ſtabuli, ideſt qui curam habet numerandorum pecorum ſupple recenſet numerum eorum olim.i. quouis tempore in montibus.i. in ijs locis vbi pecus per totam ęſtatem in montibus contineri ſolet, tunc dico recenſet, vbi.i. quando veſper reducit e paſtu ad tecta.i. ſtabula vitulos, & vbi agni auditi.ſ. à lupis acuunt, ideſt acriori fame irritant lupos, balatibus.ſ. ſuis, hoc eſt ſic ſedet Proteus ad numerandos vitulos marinos & reliquum pecus ſibi à Neptuno cõmiſſum, vt paſtores in mõtibus ſedẽt ad numerandos vitulos & agnos ſuos. Cuius.ſ. Protei, quoniam facultas i. facilitas capiẽdi & opportunitas eſt oblata Ariſtæo, ipſe ſupple Ariſtæus vix paſſus ſenem componere mẽbra deſeſſa, ruit ſupp. in eũ clamore magno. (In qua re ſeruatur decorum ætatis, iuuenes enim auidiores ſunt in principio rerum gerẽdarum, & ideo prius dixit Ariſtęum iuuenẽ dicẽs. Hic iuuenẽ in latebris &c.) & occupat manicis.i. manuum vinculis, iacentem.ſ. Protea. Ille.ſ. Proteus non immemor, imo qꝫ maxime memor, ſuę artis, qua ſ. elabi ſolebat cõtra.i. ex aduerſo obnitendo trãsformat, i. tranſfigurat ſeſe, in omnia miracula rerũ, ideſt in omnes formas mirandas & horrendas de quibus prius dictum eſt, ſup. & in ignem & feram horribilem & in fluuium liquentem, ideſt fluidũ, non ꝙ talis eſſet, ſed quia talis apparebat.

Deprendere. Reſcire.

PIERIVS.

❡Hęc ait & liquidum ambroſiæ diffudit odorem,) Quo totũ nati corpus perduxit. Vtrunque verbum in Romano codice diuerſum eſt, vbi legitur depromit odorẽ, & corpus perfudit. In aliquibus etiam Ambroſia ablatiuo caſu, integrum autem lectoribus ſit, quam maluerint lectionem admittere, quum neque hęc, neqꝫ illa mihi reprenſione digna videatur. ¶ Spirauit crinibus aura,) In Romano codice auras, eſt, quod non placet. ¶ Auerſum à lumine nympha Collocat,) Romanus codex, & pleriqꝫ peruetereſ, auerſum lumine, abſqꝫ, a, prępoſitione ſeparatiua legunt. In aliquot, auerſum à limine, habetur. ¶ Ipſa procul nebulis obſcura receſſit.) Vetera oĩa exẽplaria, quotquot habui, reſiſtit, legũt, Hoc eſt retro vel in receſſu ſiſtit. ¶ Iam rapidus torrens, ſitietis ſirius indos,) Sirius, forſitan negocium faceſſat, quia ſerius, in cõdicibus aliquot antiquioribus legitur. Sed enim id ea de cauſa factum,

ctum, quod quum σείριοσ. Græce per, ει, diphthongum prima ſyllaba ſcribatur. ex latinis alij primam, ex diphthongo, alii ſecundam vocalem accæperunt, ſyllaba tamen nihil imminuta. Quia vero ſunt, qui ſirium in hoc loco importune inſertum a poeta ſuſpicentur, his reſponſum facio, Virgilium ad antiquorum eruditionem reſpexiſſe, ſiquidem ſol & σεὶρ & σύροσ & σείριοσ apud veteres appellabatur, quin etiã Ibycus poeta lyricus. aſtra omnia ſiria vocat. ¶ Diſpergit amarum.) In Mediceo & aliquot alijs, & diſperſit, præterito legitur. ¶ Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ,) In Romano codice & aliquot aliis de meliore nota. Diuerſæ, quod & venuſtius, & doctorũ ſermoni accommodatius videtur. ¶ Auditiq; lupos acuunt balatibus agni,) Hoc etiam placet, quod in Romano, & in Mediceo codice legitur. Auditis, quippe Balatibus. ¶ Conſedit ſcopulo medius,) In Romano codice legere eſt. Conſidit, mutatione ſolita eius manus. Sed quid illud quod in Longobardico: Recenſijt, pro recenſuit, vtcunque ſcribere voluerint, verſũ dactylico reperitur, Ariſtæo enim ſtatim irruente iam munus ipſe ſenex ſuum peregerat, ſeque tradiderat quieti. Sed enim, recenſet. in probatioribus habetur exemplaribus.



Verum vbi nulla fugam repperit fallacia: victus
In ſeſe redit: atq; hominis tandem ore locutus.
Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras
Juſſit adire domos? quidue hinc petis? inquit. at ille
Scis Proteu, ſcis ipſe: neq; eſt te fallere cuiquam,
Sed tu deſine velle: deum præcepta ſecuti
Venimus huc: lapſis quæſitum oracula rebus.
Tantum effatus. ad hæc vates vi deniq; multa
Ardentes oculos intorſit lumine glauco:
Et grauiter frendens ſic fatis ora reſoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ:
Magna lues commiſſa: tibi has miſerabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fata reſiſtant)
Suſcitat, & rapta grauiter pro coniuge ſæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps:
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeiæ arces,
Altaq; Pangæa, & Rheſi Mauortia tellus,
Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia.
Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem,
Te dulcis coniux: te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.

SERVIVS.

¶ Hominis ore.) Humana ſcilicet voce. ¶ Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras.) Id eſt quiſnam. Hodie enim Nam particula poſtponitur, antea præponebatur. Terentius in Phormione, Nã quę eſt hæc anus à fratre egreſſa meo? ¶ Proteu) vocatiuus Græcus eſt, vt Orpheu. ¶ Fallere cuiquam.) Alij quicquam legunt. Hoc autem dicit, Quũ omnia noueris, deſine aduentus mei cauſſam velle cognoſcere. ¶ Deum præcepta.) Propter matrem hoc poſuit nomen. ¶ Grauiter frendẽs.) Cũ ingenti tumultu. ¶ Non te nullius.) Id eſt non humilis, ſed magni. ¶ Magna lues cõmiſſa tibi.) Id eſt magnorum ſcelerum eſt iſta perſolutio. Et alij ita diſtingunt, vt ſit, A te commiſſa. ¶ Alij tibi has miſerabilis Orpheus. ¶ Non humile autem numen dicit Tiſiphonem, id eſt mortis vltricem. nam ideo Tiſiphone dicta eſt, quaſi cui cura ẽ τίσισ φονοῦ, id eſt mortis vltio. ¶ Haud quaquam ob meritũ.) Id eſt non tales quales mereris. Nam eius vxori cauſa mortis fuiſti. Inferret autem digna ſupplicia, niſi fata prohiberent: quibus fauentibus ira numinum minora infert, licet maiora non poſſit. ¶ Moritura puella.) Merito non vidit: quippe moritura. ¶ Seruantem ripas.) Tenẽtem. vt, Tantas ſeruabat filia ſedes. ¶ At chorus æqualis Dryadum.) Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio, eius prætermiſit interitum. Supremos montes.) Summos. vt, Proh ſupreme Iuppiter. ¶ Rhodopeiæ arces, altàq; Pangæa.) Rhodope mons eſt Thraciæ ſicut Pãgæa. ¶ Rheſi Mauortia tell⁹.) Quam poſtea Rheſus tenuit. & eſt Prolepſis ex pſona poetæ. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rheſus necdum regnabat in Thracia. ¶ Hebrus.) Fluuius Thraciæ gelidiſſim⁹. ¶ Actias Orithyia.) Athenienſis nympha, quam Boreas in ſuum matrimonium rapuit. ¶ Caua teſtudine.) Periphraſis citharæ, cuius vſus repertus eſt hoc modo, Quum regrediens Nilus in ſuos meatus varia in terris reliquiſſet animalia, relicta etiam teſtudo eſt: quę cũ putrefacta eſſet, & nerui eius remanſiſſent extenti intra corium, percuſſa à Mercurio ſonitum dedit: ex cuius imitatiõe cithara eſt cõpoſita. ¶ Ægrum amorem.) Mœſtum, deceptum. ¶ Solo in littore.) Deſerto, in quo ſine vxore morabatur.

PROBVS.

¶ Altaq; pangæa & Rheſi mauortia tellus.) Pangæus mons eſt & Rhodope thraciæ. Rheſi tellus thracia, quę prius dicta eſt Aria ab Areo rege patre Thracis, & Edoniæ, à quo Thracia dicta eſt, &

quædam